b *comparantur res eiusdem generis*: **α** *varia exempla*; -e *pertinet*: Ⓘ *ad verbum vel totum enuntiatum*: LIV. 8, 17, 10 eo certamine superior Alexander – incertum qua fide culturus, si -e cetera processissent – pacem cum Romanis fecit. MANIL. 4, 650 altera sub medium solem duo bella -e intulit oceanus terris (*sc. ac in septentrionibus*). PLIN. nat. 2, 68 (*antea*: convenit) -e confessum est (*cf.* 35, 55 in confesso -e est). TAC. ann. 1, 13, 1 L. Arruntius haud multum discrepans a Galli oratione -e offendit. 15, 36, 1 *principe absente* cuncta ⌞in re publica -e⌟ immota ac prospera fore (inrepperiende *cod.*). VLP. dig. 43, 17, 4 puto dicendum et inter fructuarios hoc interdictum reddendum ...; idem erit probandum et si usus fructus quis sibi defendat possessionem ...; -e et si alter usum, alter fructum sibi tueatur, et his interdictum erit dandum (TERT. anim. 24, 6 *ut leoni* -e et homini ... obliviosissimo inoblitterata perseverabit ... scientia naturalium. scorp. 1 p. 146, 21. *al.*). TERT. anim. 29, 2 ut, si vivos ex mortuis postea fieri oportuerat, -e oporteret etiam non ex vivis effici mortuos. 33, 3 ut *anima homicidae in pecore sita* -e iuguletur (*sc. ac ab homicida necatus*), quia et ipsa iugulaverit, -e decorietur, quia et ipsa despoliaverit, -e in pabulum proponatur, quia et ipsa bestiis fecerit eos, quos ... trucidaverit. CYPR. GALL. exod. 760 numina nec credas, quae sunt inlustria caelo sidera, vel quicquam in terris mirere -e (perende, perenne *codd.*). *et saepe.* Ⓘⓘ *ad alias partes orationis*: VAL. MAX. 1, 1, 11 *Fabius sacris in Quirinali* peractis in Capitolium propter divinam venerationem victricium armorum ⌞-e⌟ victor rediit (⌞ ⌟ -e ac *var. l.*). PLIN. nat. 7, 55 L. Plancus orator histrioni Rubrio cognomen inposuit, rursus Curioni patri Burbuleius, itemque Messalae censorio Menogenes, -e histriones. 9, 159 (*antea*: nullo cernente) -e occulta ratione. 14, 49. 36, 133 TAC. hist. 4, 43, 1. ann. 6, 31, 2 Sinnaces, insigni familia ac -e opibus. 16, 29, 2 quid Agrippino obiectum nisi tristem patris fortunam, quando et ille -e innocens Tiberii saevitia concidisset? SVET. Iul. 56, 6. FLOR. epit. 1, 13, 4 *gens* ipsa corporum mole, -e armis ingentibus ... terribilis fuit (*nisi ad a*). 3, 2, 2 *in septentrionibus* atrox caelum, -e ingenia. CIL XIII 5155 Flaviae Pusinnae uxori karissimae ... Otacilius Thesaeus -e kariss(imus) marit(us). *al.*

β *correlatio negatur, dubitatur* (*quid comparetur, saepe in contextu apparet; si minus, cogitari potest vel de norma quadam comparanda [ut 'haud -e' sit fere i. q. minus exspectato, e. g. l. 70. p. 1482, 7] vel fort. de vi compar. evanescente, ut vergat in notionem q. e. admodum, valde, e. g. l. 64. 68. p. 1482, 1*): non: PLIN. nat. 18, 353 *caelestes* arcus, cum sunt duplices, pluvias nuntiant, a pluviis serenitatem non -e certam. 31, 40 quae *aquae* sint haustu frigidissimae, non -e et tactu esse. TAC. ann. 2, 63, 3 non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano -e metuendos fuisse, *sc. ac Maroboduum.* 14, 58, 1 (*antea*: Sulla ... *ex improviso* interficitur) Plauto parari necem non -e occultum fuit. 15, 43, 5 erant ... qui crederent veterem illam formam *urbis* salubritati magis conduxisse, quoniam angustiae itinerum ... non -e solis vapore perrumperentur. SVET. Aug. 80 crure sinistro non -e valebat (*sc. ac dextro*). Galba 13 (*12, 1* praecesserat de eo fama saevitiae) quare adventus eius non -e gratus fuit (*vi comparativa evanescente, nisi 'ac si ea fama defuisset' intellegas*). vita Ter. 5 percipiendi *causa* Graecorum instituta moresque, quos non -e exprimeret in scriptis, egressus ⟨urbe⟩ est (*sc. ac si percepisset?*). DON. vita Verg. l. 158 *versus imperfectos* multi mox supplere conati non -e valuerunt (*vi comparativa evanescente? anne intellegas 'non pari ingenio ac Verg. scripserat'?*). *al.* haud: TAC. Germ. 5, 2 *Germani* possessione et usu *argenti aurive* h. -e adficiuntur (pro- *var. l.*). 34, 1 Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubini et Chasuarii claudunt aliaeque gentes h. -e memoratae (*sc. ac quas nominavit?*). hist. 1, 89, 1 (pro- *var. l.*). 2, 84, 2 (*antea*: Mucianus ... in cognitionibus ... solam magnitudinem opum spectabat) ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates h. -e obstinante. 4, 62, 2. ann. 2, 88, 3 *Arminius* canitur ... adhuc barbaras apud gentes, Graecorum annalibus ignotus ..., Romanis h. -e celebris (*ac barbaris?*), dum vetera extollimus recentium incuriosi. 12, 40, 5. *cetera exempla*: PLIN. nat. 34, 148 lapis *quidam* ... nescio an vitro fundendo -e utilis (*sc. ac magnes verus*). TAC. ann. 14, 21, 2 nec *theatro aedificato* -e magistratus rem familiarem exhausturos fore (*sc. ac antea*). 15, 37, 1 nihil usquam -e laetum sibi. SVET. Tib. 52, 1 ne mortuo quidem *Druso* -e adfectus est (*sc. ac in patre exspectes? anne vi comparativa evanescente?*).

B *comparantur duo vel plura (l. 18) inter se*: TAC. hist. 5, 6, 2 *in Asphaltite lacu* periti imperitique nandi -e attolluntur (ann. 1, 76, 1 *Tiberius* -e divina humanaque obtegens). ann. 2, 2, 4 -e odium *Vononis* pravis et honestis *fuit Parthis* (16, 13, 2 servitia -e et ingenua plebes raptim exstingui *peste.* TERT. scorp. 2 p. 150, 11 quoscumque dominus deus Israelis -e de Aegypto superstitiosissimi saeculi et de domo humanae servitutis eduxerit. EVCHER. instr. 1 p. 136, 6 [*ad act. 9, 7 et 22, 9*] non vocem, sed inconditum sonum vocis acceperunt ...; ac -e idcirco ... et audisse et non audisse referuntur). CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 93, 14 tria ... ista sunt, cum dicimus ex uno et per unum et in uno, pariter aeterna, -e inlocalia. ALC. AVIT. epist. 77 unam in utraque civitate ... ecclesiam -e diligitis. c. Eutych. 1 p. 16, 30 laevam fugiens, dexteram non praesumens ac -e latus utrumque formidans. hom. 6 p. 109, 13 -e monstruosum intellegebatur, seu ... bestiarum corda mansuefieri, seu ... phantasmata posse confingi.

II *usu deflexo*: **A** *vi conclusiva*: **1** *fere i. q. proinde, itaque, hac de causa sim.* (*vis quaedam conclusiva iam nonnullis sub IA 1a et 2a allatis inesse videtur, e. g. p. 1479, 10. 25. 1480, 74; usus originarius fortasse sublucet eo, quod raro [l. 53. 55] ad sententias coniungendas adhibetur; in fine sententiae* COMM. *sub b*): **a** *iuxta particulam copulativam vel coniunctionem*: VLP. dig. 28, 8, 5 pr. Aristo scribit ... praetorem ... debere ... *heredibus* copiam instrumentorum inspiciendorum facere, ut -e instruere se possint, expediet necne agnoscere hereditatem (43, 3, 1, 2. AMBROSIAST. in Rom. 9, 33, 3 *Iudaei* nolebant ... verba gestis conparare, ut -e agnoscerent non absurdum esse, quod dicebat de caelo se descendisse. in Eph. 3, 19, 2. *al.* [VLP., AMBROSIAST.]). 27, 8, 1, 3 si praeses provinciae ... ad magistratus municipales remiserit, ut se de nominibus instruant, et -e instructus dederit tutores, *eqs.* CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 3, 22 monstrans quae accidunt fato nullius posse viribus superari, -eque non esse illius crimen, si expugnare fata non valuit (1, 375 p. 83, 6 magna ... magnae sunt opinionis -eque fama currente omnibus nota. 1, 550 p. 110, 11. 2, 10 p. 146, 23 dolores omnes ... non habent parem causam -eque aequales esse non possunt. MART. CAP. 1, 34. 9, 926 ebrios iuvenes -eque improbius petulantes. *al.* [CLAVD. DON., MART. CAP.]). 5, 780 p. 515, 25 ('Iunonis gravis ira') iniusta et -e gravis (PS. MAX. TAVR. serm. 53 p. 640[B] [*antea: spiritus* apostolis dedit varietatem linguarum] et -e factum est, ut ... ad unius fidei societatem gentes dissonae convenirent). RVFIN. hist. 3, 8, 4 ianua ... cum esset aere solido induta ac -e immensi ponderis (OROS. hist. 1, 3, 1 *cum* homo ... ac -e humanum genus ... peccatis obsorduisset. 4, 6, 37 CASSIAN. conl. 12, 4, 4. *al.*). **b** *cetera exempla*: IVL. VAL. 3, 43 spem ... vivendi -e fieri longissimam, si praesentibus perfruare. SCHOL. Iuv. 3, 250 -e convivium *dicitur,* quia sibi faciunt in commune (GREG. ILIB. fid. praef. l. 85 q. non aliunde ... dei filium novimus, -e unum deum dicimus. *addas fortasse* fid. 2 l. 48). CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 16 *Pygmalion* certissimus fuerat nihil Didonem de fratre sensuram; -e non erat ignarus in tale scelus se casurum fuisse quod ne in suspicionem quidem venire deberet. CONSVLT. Zacch. 2, 16, 11 (*affertur Ioh. 14, 9. al.*) clarificari -e a patre se postulat. COMM. instr. 1, 34, 4 domatur *cervix* ... minuiturque ferox esse -e domata (*nisi ad 2*). 2, 8, 4 tibi *paenitenti et iugiter precanti* misericors poterit altissimus esse; non fiet in vacuum confusio culpae -e (pro- *coni.*).

2 *fere i. q. deinde, postea* (*sc. mera notione temporali; cf. p. 1478, 58. 66. 67. hucine l. 56?*): PASS. Theclae Bc 43 p. 122, 13 Tamirum -e obitum repperit *Thecla* (*recc. A, Bb, Cc* autem, *rec. Ba* et, *rec. Cb* et post haec; *nisi ad l, sc. si spectat ad praecedentem precem* 'adiuva servos tuos et ora inimicorum ... obtunde').

B *praeparat sententiam consecutivam vel finalem*: PS. AVR. VICT. epit. 12, 2 *Nerva* rumore orto vivere atque affore Domitianum -e trepidavit, ut colore mutato verbis amissis vix consisteret. EVTR. 10, 16, 3 *Iulianus* religionis christianae insectator, -e tamen ut cruore abstineret. AVG. epist. 166, 4 p. 553, 3 neque haec -e loquor, ut te, quae tibi nota sunt, doceam (pro- *var. l.*).

perindico, -āre. *a* per *et* indicare. *i. q. penitus, aperte indicare*: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 41 l. 64 quae apostolum subindicasse dicis, tu -a (indica *var. l.*). *Holmes.*

perindigeo, -ēre. *a* per *et* indigere. *i. q. penitus, omnino indigere*: VET. LAT. II Cor. 4, 8 (Tert. scorp. 13 p. 175, 24) qui ... indigeamus, sed non -amus *eqs.* (*gr. et alias vers. v. vol. V 2, 1177, 71 sq.*).

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perindīgnus, -a, -um. *a* per *et* 1. indignus. *i. q. penitus indignus* (*litotes* SIDON.): COD. Iust. 6, 52, 1 (*a. 450*) -um est ... nepotes ... avita ... successione fraudari (*item accedit acc. c. inf.*: SIDON. epist. 4, 4, 3 quae vos ... non -um est ... deliberare).

adv. **perindīgnē** (*nisi est compos. e* per *et* indigne). *i. q. valde indigne* (*cf. vol. VII 1, 1194, 50 sqq.*): SVET. Tib. 50, 2 *Tiberius* tulit etiam -e actum in senatu, ut titulis suis ... et 'Liviae filius' adiceretur.

perindulgēns, -tis *adi.* *a* per *et* indulgens (indulgere). *i. q. valde indulgens* : CIC. off. 3, 112 (*interpol.?*) qui *Manlius Torquatus* -ens in patrem, idem acerbe severus in filium *fuit* (semper indulgens, nuper i. *var. ll.*).

perlexerat **perindūxerat** GLOSS. IV 553, 5 (= V 319, 35). *a* per *et* inducere (*cf. supra p. 998, 32 sqq.*).

perineos (*vel* -on*?*), *dat.* -ō, *acc.* -on *vel* -um *m. (vel n.?), περίνεος* (*-ον. in graecis respondet masc. l. 22. 25*). [*locis infra allatis ubique traditur* periton-, *quod corrigunt edd.* (*in ed. Rovill. etiam* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 91. 93); *contra* -um *falso trad. pro* peritoneum CAEL. AVR. chron. 5, 10, 126.] *t. t. med., significatur spatium inter podicem et pudenda situm*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 65 circa veretri initium, quod Graeci -on vocant (*fere eadem* 5, 4, 68, *contextu vel lemmate suppleto*: 5, 3, 59. 5, 4, 79). 5, 4, 66 *locis* -o vel podici vicinis. HIPPOCR. aphor. 7, 39 si ... dolor inruerit in -[to]neon et pectinem, in visica morbum ostendit (*περιτόναιον etiam unus e codd. gr.*). ORIBAS. syn. 9, 28 (52) add. Aa p. 332 *propter scabiem pruritus* circa pectine fit et -[tu]neu (peretunio *Ab*), id est ⌞stale⌟ et intra anum *eqs.* (⌞ ⌟ *i.* extalem). 9, 37, 7 Aa p. 340 virgam ipsam et -um (-ium *Ab*) mitigativis ... inlinire (*sim.* La).

*?***perineptus,** -a, -um. *a* per *et* ineptus. *i. q. valde ineptus* : PORPH. Hor. epod. 5, 1 ('at o deorum quidquid in caelo regit terras *eqs.*') bene abrupta exclamatio '⌞in caelo'; hoc enim -um⌟ est: 'quid⟨quid⟩ in caelo est regens terras' (⌞ ⌟ hoc enim perileptum *Petschenig, probat Holder*).

perīnfāmis, -e. *a* per *et* infamis. [*coniciebatur olim* ASCON. Mil. p. 42, 26 *pro* perquam ⟨infam⟩is.] *i. q. valde infamis* (*indicatur causa per abl. vel gen.*): SVET. Vit. 2, 4 *imperatoris pater erat vir* amore libertinae -is. APVL. met. 3, 16, 4 *ancilla et domina* publicitus maleficae disciplinae -es sumus.

perīnfantulus, -ī *m.* *a* per *et* infantulus. *i. q. infantulus* (*parvus*): REGVLA mag. 28, 26 -i et senio pervicti ... aequali debent refectionum iudicio relaxari (infantuli *var. l.; antea 28, 19 et 21* infantuli, *24* infantes ..., qui intra duodecim annos degunt aetatem).

perīnfero, -tulī, -ferre. *a* per *et* inferre. *i. q. dicendo inferre, respondere* (*cf. vol. VII 1, 1381, 79 sqq.; vi praeverbii evanida*): DESCENS. Christi rec. B 3, 1 Satan dixit ad infernum: '...'; dehinc infernus Satanae ita -tulit: '...' (pertulit, respondit *var. ll.; fere eadem* 3, 3 [pertulit, dixit *var. ll.*]).

perīnfirmus, -a, -um. *a* per *et* infirmus. *i. q. valde infirmus: de rebus incorp.*: CIC. fin. 2, 53 sunt ... levia et -a, quae dicebantur a te. *de hominibus* (*maxime aegrotis*): CELS. 2, 14, 9 si is -us est (*opp.* robustior). VET. LAT. Phil. 2, 26 (Mar. Victorin. *ad l.* [*cf. ibid.* 2, 28]) audiebatis ⟨illum⟩ -um *fuisse*; nam et infirmus fuit usque ad mortem (*gr. ἠσθένησεν, Vulg.* infirmatum). GLOSS.^{L} III Abol. DE 117 (*item* GLOSS. IV 504, 21) defessus: -us (*fort. latet*: defessus pro infirmus [*ita Gloss. V 284, 10*]).

perīnfundo, -ere. *a* per *et* infundere. *fere i. q. infundere: pro obi. est liquor infusus, additus super aliquid*: CHIRON 264 (*conficitur potio*) cancros ... conteres et brassicae -ito (unciam), lactis sextarium *eqs.* (*cf. Pelagon. 51, 1* per ⌞os⌟ infundito [⌞ ⌟ *suprascr.*]). *pro obi. est res liquore (penitus?) imbuta* : ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 15 Aa p. 499 infundis triticum diebus tribus, ita ut ... mane sero mutes aquam mundam, donec -atur, et cum bene fuerit infusum *eqs.* (*La 24* infundatur, *gr. 37 non resp.*).

peringeniōsus, -a, -um. *a* per *et* ingeniosus. *i. q. valde ingeniosus* : CIC. Brut. 92 *quidam putant* melius ... dicere se posse quam scribere, quod -is hominibus neque satis doctis plerumque contingit.

peringrātus, -a, -um. *a* per *et* ingratus. *i. q. valde ingratus* : SEN. epist. 98, 11 -us est, qui, cum amisit *aliquid,* pro accepto nihil debet.

pertransit aut **peringreditur** GLOSS.^{L} III Abol. PE 39 (= GLOSS. IV 140, 39; aut *del. Goetz et Lindsay, sed fortasse excidit lemma ante* pertransit). *a* per *et* ingredi. *Breimeier.*

perīniquus, -a, -um. *a* per *et* iniquus. *scribitur* -cus FIRM., NOT. Tir. NOT. Tir. 1, 74 -um. GLOSS. II 218, 51 *ἀδικώτατος*: -us, iniquissimus.

i. q. valde iniquus : **1** *negatur iustum, aptum*: **a** *in locutione* -um est (videtur): **α** *pendet acc. c. inf.* : CIC. Manil. 63 videant, ne sit -um et non ferundum illorum *senatorum* auctoritatem ... comprobatam semper esse, ... *populi* iudicium ... improbari. MARCELL. dig. 26, 7, 29 -um est eum, cui forte post viginti annos ... in mentem venit tutelam reposcere, etiam usuras postulare. COD. Iust. 7, 14, 5 (*a. 293*) defamari statum ingenuorum. 10, 62, 3 pr. (*impp. Diocl. et Maxim.*) cum ... duos ad ista obsequia destinari -um videatur. CONC. Carth. a. 411 praef. -um est eos ... causari *de mea diligentia.* COD. Iust. 3, 13, 7 (*a. 502*) -um et temerarium esse. 12, 5, 4, 1 (*imp. Leone*). **β** *pendet* ut: EPIST. imp. Carac. Aug. adult. coniug. 2, 8, 7 -um ... mihi videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. FIRM. math. 1, 8, 8 -um (perinimicum *var. l.*) est, ut ab eo ... refutetur, quod ... *antea* fuerat roboratum (*syn.* absurdum). COD. Theod. 3, 5, 12. 10, 17, 3.

b *pertinet ad subst.*: COD. Theod. 8, 5, 60 longe maiore ac -o pretio pabula aestimantur. Ps. AMBR. act. Seb. 3, 9 quamvis saeva contra vos exstiterit et -a instantia *diaboli* (constantia *var. l.*). CE 1210, 4 naufraga mors pariter rapuit quos iunxerat ante, et duplices luctus sic -a dedit.

2 *negatur aequanimitas, tranquillitas animi*: CIC. fam. 12, 18, 1 -o patiebar animo te a me digredi (LIV. 21, 52, 4 *ambiguum favorem Gallorum* Romani ... aequo satis, Poenus -o a. ferebat). *Schad.*

periniūrius, -a, -um. *a* per *et* iniurius. *i. q. vehementer iniurius (litotes l. 26); non nisi in iunctura* -um est: *c. enunt. secund.* : CATO orat. 51 -um siet, cum mihi ob ... mores ... honos detur, ubi datus est, tum uti eos mutem (per iniuriam, periurium *var. ll.*). *c. (acc. c.) inf.*: APVL. apol. 79, 5 -um est ei fidem in peioribus ⟨habere, cui in melioribus⟩ non haberes *eqs.* MIN. FEL. 15, 1 -um est vires te actionis meae ... infringere. SIDON. epist. 1, 11, 15 -um est sententiam *imperatoris* ... tribuere privatis hoc simultatibus, ut *eqs.* (periurium *var. l.*). 9, 1, 4 te ... silentii nostri talione ad vicem plecti non -um est.

perinoea, -ae *f., περίνοια* (*quod in gr. resp.*). *i. q. machinatio, circumventio sim.* (*in serm. iuris*): NOVELL. Iust. 146, 1, 2 licentiam *apud Hebraeos presbyteri non* habebunt ... -is aliquibus aut anathematismis hoc prohibere (-neis *trad.*). 147, 1 p. 720, 8 (*agitur de reliquis publicis non exigendis*) omnem ... repetitionis occasionem aut ... -am auferri ... contra subiectos (-hineam *var. l.*).

[perinquiētus *edebatur olim* LVCIF. moriend. 13 l. 7 *pro* semper inquietus.**]**

perīnsīgnis, -e. *a* per *et* insignis. *i. q. valde insignis* (*in malam partem*): CIC. leg. 1, 51 an corporis pravitates, si erunt -es, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

perīnsolēns NOT. Tir. 28, 43 (persolens *var. l.*). *a* per *et* insolens.

*?***perīnstringo,** -strīnxī, -ere. *a* per *et* instringere, *si recte trad.* *i. q. (penitus?) instringere, incitare* (*cf. vol. VII 1, 2007, 27 sqq.*): ARNOB. nat. 2, 3 -xit vos aliquando suspicio illorum *deorum?* (-strixit *cod.*, perstrinxit *fere edd.*).

[perīnstruo *falsa var. l.* AVG. c. Faust. 13, 5 *pro* praeinstruo, *q. v.***]**

[castus **perinteger** *sim. legebatur olim* GELL. 3, 5, 1 *pro* a stupro integer.**]**

perintellego, -ere. *a* per *et* intellegere. *i. q. penitus intellegere* : OROS. comm. 3 l. 93 isti ... quaedam ex libris ipsius Orīgenis non recta, ut ⌞nunc -o⌟, tradiderunt (⌞ ⌟ nunc -unt, nuper intelligo *var. ll.*).

perintempestīvus, -a, -um. *a* per *et* intempestivus. *i. q. valde intempestivus*: TAC. ann. 12, 26, 2 *Britannicus* -a novercae officia in ludibria vertebat, intellegens falsi ⟨p⟨u⟩er intempestiva *pars edd.*).

perinterficio, -fēcī, -ere. *a* per *et* interficere. *i. q. penitus interficere*: VET. LAT. num. 25, 11 (cod. 100; *loq. deus*) Finees ... sedavit furorem meum ..., et non -feci filios Istrahel in zelo meo (*gr. ἐξανήλωσα, Vulg.* delerem).

perintro, -āvī, -āre. *a* per *et* intrare. *i. q. penitus intrare, ad interiora pervenire*: PEREGR. Aeth. 19, 7 -vimus in interiori parte palatii (*v. 19, 6* duxit me ... ad palatium). VEN. FORT. Mart. 3, 225 *Martino antea ad imperatorem non admisso (cf. 3, 212 sqq.) nunc* limine nullus obest; ad principis ora -at.

[perinvādo *falsa var. l. pro* invado CAES. AREL. serm. 114, 2 p. 453, 3.**]**

perinvalidus, -a, -um. *a* per *et* invalidus. *i. q. admodum invalidus* : CVRT. 9, 6, 2 ne quies -o, *sc. Alexandro vulnerato,* adhuc necessaria ... inpediretur.

perinvenio, -vēnī, -īre. *a* per *et* invenire. *i. q. (penitus vel per spatium quoddam) invenire* : **1** *investigando hominem latentem*: LEX Sal. Merov. 92 quem *latronem* si in truste -erit (*lectiones codd. v. apud Eckhardt*^{1}). **2** *percensendo titulos legis*: LEX Sal. Merov. 93 epil. *rex a legis titulo* LXXVIII usque ad LXXXIII -vēnit, quod ibidem digne inposuisse noscuntur (pervenit *cod. A 17, qui postea praebet* -vēnit *in sim. enuntiato*).

perinvīsus, -a, -um. *a* per *et* 1. invisus (invidere). *i. q. valde invisus* : CIC. or. frg. A 7, 54 hominem dis ac nobilitati -um (-inusum *var. l.*). SVLP. SEV. chron. 1, 32, 3 regium nomen, cunctis fere liberis gentibus -um, populus *Hebraeorum* desiderabat.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perinvītus, -a, -um. *a* per *et* invitus. [*locis corruptis coni. Manutius pro* pluribus Cic. fam. 7, 33, 2 *Sigonius pro* saepe Iunius Liv. 40, 57, 3.] *i. q. valde invitus* : Cic. fam. 3, 9, 1 quas ... ad me litteras misisti ..., legi -us; itaque ... rescripsi tibi subiratus.

[perinundat *var. l. dub.* Alc. Avit. carm. 1, 267 *pro* perfundit.]

perinungo, -ere. *a* per *et* inung(u)ere. *i. q. penitus inungere* : Varro rust. 2, 11, 7 *oves* tonsas recentes eodem die perungunt vino et oleo ...; et si ea *ovis* tecta solet esse, quam habuit pellem intectam, eam intrinsecus eadem re -unt et tegunt rursus.

1. perio, (-īre). *vox veriloquii causa ficta; cf.* perior. Prisc. gramm. II 435, 5 nec 'spicio' nec '-o' ... *nunc in usu sunt,* ex quibus composita sunt multa, ut ... 'aperio', 'reperio' (*cf. 401, 2* possunt magis a 'pario' esse videri composita).

*?***2. perio** *subst.* Not. Tir. 99, 41 -o (*antecedunt*: solia. sandalia. soccus. *Kopp coni.* pero, *fort. recte*).

periocha, -ae *f., περιοχή. vario modo depravatur in codd., e. g.* priocha, pericha; *litteris et formis gr. l. 19. 24.*

1 *de parte dictorum, scriptorum*: **a** *in dictando i. q. sententia* : Cic. Att. 13, 25, 3 *epistulam non* Tironi ... dictavi, qui totas *-ὰς* persequi solet, sed Spintharo syllabatim. **b** *in libris explicandis, tractandis i. q. caput, pericope* : Tycon. in apoc. 467 omnem hanc -am decem capitulis esse distinctam (*respicitur apoc. 11, 19–14,5*). reg. 4 p. 52, 10 in clausula -ae (*respicitur 'visio' Is. 13,1–14,26*). Hier. in Am. 9, 2 l. 119 omnem loci istius (*sc. 9, 2–5*) *-ὴν* David explicat dicens: '...'.

2 *de brevi dictorum, scriptorum summa, sc. i. q. argumentum, breviarium, epitome* (*sc. -a est vel pars operis cuiusdam vel opusculum separatum; v. etiam* Gloss. II 403, 47 *περιοχὴ βιβλίου*: ⟨perioc⟩ha, hoc argumentu⟨m⟩): **a** *in titulis sim. talium opusculorum*: Svlp. Apoll. perioch. Ter. (*v. Wessner, RE IV A 738, 18 sqq.*). Liv. perioch. (*v. Jal, p. IX sqq.*). Avson. 420 *et* 444 sq. (*sc. in sub- vel superscriptionibus, v. app. crit. Prete p. 332. 344*). Adnot. Lucan. (*sc. initio argumenti librorum* 1 [*var. l.*]. 2. 3. 4. 10). **b** *usu liberiore* (*respicitur fabulae materia*): Don. Ter. Andr. 28, 2 in qua *scaena* fundamenta fabulae iaciuntur, ut ... -am comoediae populus teneat (peritiam *var. l.*).

3 *de locis i. q. circuitus* : Gloss. II 404, 1 *-ὴ πόλεως ἢ ⟨τό⟩που*: -a, circuitus. *Breimeier.*

periodeutēs, *acc. plur.* -ās *m., περιοδευτής. i. qui circuit, perambulat, sc. praedicando vel visitando* : Praedest. 1, 22 p. 594[B] *ut Origenes* -es fieret, et per singulas quasque urbes per Orientem eundo praedicaret. *technice de eo, qui officio quodam eccl. fungitur* (*fort. cf. Gloss. -ής*: lustrator): Pallad. hist. mon. I 25 p. 309[C] presbyteri multarum ecclesiarum curam gerentis, quos -as vocant (*explicari vid. gr. p. 116, 14 χωρεπισκόπου* [*πρεσβυτέρου var. l.*]; *cf. e. g. Cod. Iust. 1, 3, 38, 2 χωρεπισκόπων ἢ -ῶν*).

*?***periodia,** -ae *f., περιοδία. i. q. officium medici* (*sc. aegrotos perambulantis?*): Ps. Soran. quaest. med. praef. p. 244, 14 sq. *qui medicus vult fieri, sit* fortis ... ut possit ⌊periodi(a)e⌋ labores sustinere (*e cod. Carnotensi affert Fischer in plagulis,* per diem *ed. Rose*). *M. H.*

periodicus, -a, -um, *περιοδικός. scribitur in codicibus hic illic* -h(i)od-, -hocid-, -idiod-, -iot- *sim. legitur inde a* Plin. nat. *non nisi apud medicos excepto* Mart. Cap. *sub 2.*

i. q. ad periodum pertinens, sc. περιοδικός (*quod gr. resp., nisi alia notavimus*): **1** *in medicina* : **a** *respectu morbi (fere febris) certis intervallis redeuntis*: **α** *pro adi., sc. de ipso morbo, aegritudine*: febres -ae (*sing.* Ps. Soran.): Plin. nat. 20, 15 quas *f.* Graeci -as vocant. Plin. med. 3, 17 tit. f. -is (ad f. -as *et* -iodas *var. l.*). Ps. Soran. quaest. med. 125 quid est periodus? circuitus; est -a f. faciens circuitus cum extensione et pausatione, per tempora revertens in hoc quod antea fuit; aliter: -a f. est *eqs.* (*cf. alias explicationes*: Marcell. med. 20, 128 id est accessionibus diurnis et nocturnis. Gloss.[L] I Ansil. pe 832 [med. p. 55]). Diosc. 2, 140 p. 231, 9 (*gr. 2, 154 πρὸς περιόδους*). Ps. Diosc. herb. fem. 9 (*gr. 4, 4, 2 πρὸς περιοδικούς* [*περιόδους var. l.*]). Cael. Avr. acut. 2, 10, 56 libro, quem de -is f. scripsit *Asclepiades.* Oribas. eup. 2, 1 A 4 La p. 427 rigorem in -is f. (*gr. τὰ κατὰ περίοδον*). *al. cetera exempla*: Cael. Avr. acut. 1, 14, 110 -is typis (2, 10, 61 esse difficiles ... -os t., horum difficiliores esse tertianos. 2, 10, 62 Ps. Diosc. herb. fem. 19). Philvm. med. 2 p. 134, 7 in -as passiones (Oribas. syn. 3 add. La p. 896 -as id est pyticas [tipicas *Li*]). Diosc. 1, 56 p. 31, 11 -is frigoribus (5, 62 p. 192, 10 [*gr. 5, 40, 2 τὰ ἐν ταῖς περιόδοις*]. *al. apud eundem*). Oribas. eup. 2, 1 *K* 2 La p. 457 in -o ricore (*i.* rigore. *v. et p. 1487, 50*). syn. 3, 14, 8 Aa p. 853 aegritudines. **β** *masc. pro subst. sive de homine morbo -o affecto sive de morbo* (*hucine* Gloss.[L] I Ansil. pe 831 [med. p. 55]*?*): Ps. Soran. quaest. med. praef. p. 245, 5 crisin ... -i faciunt. Diosc. 3, 73 p. 408, 18 *smyrnion* maxime hydropicis et -is subvenit (*gr. 3, 68, 2 πρὸς ὕδρωπας καὶ περιόδους*). Cael. Avr. chron. 1, 1, 7 (*agit de capitis passione variis intervallis accedente*) quos typicos aut ⌊-os⌋ appellamus aut hemitritaicos (-os circuitus *ed vet.*). *in titulo libri*: Cael. Avr. acut. 2, 12, 84 libris, quos -os dixit *Themison.*

b *de actione medici certis intervallis redeunte*: Cael. Avr. chron 4, 3, 79 occursibus -is ... *nonnullis* interpositis diebus ventrem ... provocare.

2 *in arte rhetorica, sc. respectu structurae enuntiati* (*cf.* periodus): Mart. Cap. 5, 529 optima ... oratio fiet, si nunc ex ambitu -o, nunc ex illa continuatione perpetuae elocutionis aptetur.

periodus (peri(h)odos), -ī *f., περίοδος. scribitur in codd. et* -iod- *et* -ihod-; -hiod- *e. g.* Cic. Brut. 162 Hier. in eccles. 1, 10 l. 259; *interdum litt. graecis, e. g.* Cic. orat. 204 Qvint. inst. 9, 3, 36 Porph. Hor. epod. 16, 9 (*restit. script. gr. ab edd. e. g.* Cic. Brut. 162 Fortvn. rhet. 3, 10 Mart. Cap. 5, 529). *per tmesin aptatur hexametro* Carm. de fig. 10 circuitus, peri quam dicunt odos. *genus fem. testatur* Pomp. gramm. V 281, 23. *cf.* Gloss. V 131, 59. *formae graecae: nom. sg.* -os Fest. p. 217 Qvint. inst. 9, 4, 125 Mart. Cap. 5, 529. *al.* (*sed* -us Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 55, 1 Avg. in psalm. 118, serm. 32, 8 l. 16. *al.*); *acc. sg.* -on Fest. p. 217 Qvint. inst. 11, 3, 53 Fortvn. gramm. VI 295, 10 Mart. Cap. 9, 980. *al.* (*sed* -um Mart. Cap. 9, 985 sqq. Cassiod. Ios. antiq. 17, 347 p. 512. *al.*), *acc. pl.* -es Oribas. *p. 1487, 49,* -as Gloss. V 381, 25, -oys Gloss. V 377, 41 (*sed* -os Plin. epist. 5, 20, 4 Qvint. inst. 9, 4, 14 Hier. in eccles. 1, 10 l. 259. *al.*). *de notione: v. infra sub IA1. legitur apud* Cic. *rhet.* (*bis*), Fest. (*bis*), Qvint. inst. (*15[ies]*), Plin. epist. (*semel*). *al., praecipue apud gramm. et rhet.*

i. q. περίοδος: **I** *pro subst.*: **A** *in arte gramm. significat structuram fere compositam quadam plenitudine ornatam*: **1** *explicationes, descriptiones vocis* (*lat. respondent praecipue* ambitus *et* circuitus, *plura enumrat e. g.* Cic. orat. 204; *plerumque disting.* colon *vel* membrum, comma *vel* incisum; *cetera v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik, § 923 sqq.; praebemus potiora non distinguentes, utrum ad 2a an b pertineant; cf.* Gloss. clausula sive circuitus, ... tota sententia. contextus. ambitus vel circuitus): Fest. p. 217 -os dicitur et in carmine lyrico pars quaedam et in soluta oratione verbis circumscripta sententia (*quae seq. v. sub B1*). Qvint. inst. 9, 4, 124 genera eius duo sunt: alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur, alterum, quod constat membris ⟨et⟩ incisis, quod plures sensus habet. 9, 4, 125 habet -os membra minime duo; ...; modus eius a Cicerone aut quattuor senariis versibus aut ipsius spiritus modo terminatur; praestare debet, ut sensum concludat. Aqvila rhet. 18 p. 28, 16 ex uno membro ambitum ... posse compleri, quam *μονόκωλον -ov* appellant. 19 p. 28, 23 (*disting.* continuatio ... perpetuae elocutionis; *elocutio* caesis interrupta). Fortvn. gramm. VI 295, 9 haec ... cantio lyrica, quae tres has partes, *sc. strophen, antistrophen, epodon,* habet, -os appellatur; eadem trias. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 55, 1 sqq. -us, ..., id est compositio pedum trium vel quattuor vel complurium ..., ad id rediens, unde exordium sumpsit, sicut temporis lustrum vel sacrorum trieteris, dicitur in poematis, quando ... carmen ... per circuitum quendam ad ordinem suum decurrit; *-oς* dicitur omne hexametri versus modum excedens, ...; subsistit ... ex commatis, colis et versibus. Don. gramm. mai. 1, 6 p. 612, 8 in lectione tota sententia -os dicitur. Diom. gramm. I 466, 18 fit -os in extrema ... clausula ([*l. 11 sq.* quando ... incipit *sensus* corpus esse? cum venit extrema conclusio]. *sim.* Isid. orig. 1, 20, 2 distinctio, quae totam sententiam cludit, ipsa est -us; cuius ... partes sunt cola et comma. 1, 20, 5 ubi ... plenam sententiae clausulam facimus, fit -us. 2, 18, 2). Vlt. Syll. gramm. IV 222, 24 -os est, cum protractus per multa sensus sequenti versu plenius explicatur. Avg. mus. 4, 17, 36 (*ad Hor. carm. 1, 9*) hoc genus copulationum *versuum* recte nos appellamus circuitum, qui *-oς* graece dicitur. Mart. Cap. 9, 986 per -um ... est, quod velut per [se] certam viam provenit. Cassiod. gramm. VII 146, 18 -us est ... per longum plenae sententiae ducta pausatio, cuius partes sunt cola et commata. *al.*

2 *exempla cetera* : **a** *pertinet ad orationem solutam* : Qvint. inst. 8, 3, 14 an non pudeat certam *pecuniam* creditam -is postulare aut ... in mancipii redhibitione sudare? (*opp.* purus sermo et dissimilis curae). 9, 4, 14 quas *-os* si ad illum modum turbes, velut fracta ... tela proieceris. 9, 4, 128 -os apta prooemiis. 11, 3, 53 longiorem dicturis -on colligendus est spiritus. *al.* Plin. epist. 5, 20, 4 tam longas tamque frigidas -os uno spiritu ... contorquent *Graeci* (Hier. epist. 58, 10, 2 Hilarius ... cum Graeciae floribus adornetur, l. interdum -is involvitur et a lectione simpliciorum fratrum procul est). Aqvila rhet. 19 p. 28, 27 *ubi* nec cola quasi respirationes ex ... definitionibus -orum interponuntur. Porph. Hor. epod. 16, 9 hic cluditur *-oς* inde (*sc. vers. 3*) coepta. Hier. c. Ioh. 8 laciniosis -is. Clavd. Mam. anim. 1, 3 p. 30, 11 mystico prophetarum stilo texere -os oratorias. Ven. Fort. epist. (carm. 5, 1) 6. *al.*

b *pertinet ad poesin* : **α** *de circumscripta parte carminis* (*lyrici; psalmi* Avg.) *aut de toto carmine* (*cf.* Fest. *sub 1*): Ps. Mar. Victorin.

[Parker]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. VI 58, 13 epodos est tertia pars aut -os lyricae odes. 58, 19 in proxima -o, quae subicitur priori *eqs.* 59, 7 quae *carmina* monostropha appellantur, quod duas -os ... habeant neque epodo ... concludantur. 59, 16 *πολυπερίκοπον* nuncupatur *carmen,* quando ... per distantiam et varietatem in pericopis -i compleantur, id est tres partes [ea] e quibus pericope subsistit (*cf.* 59, 18 dissimilium partium copulatione -i conclusio). 76, 28 -i seu stasima ([*postea*: melos]. 77, 10). 77, 7 (*ad Acc. trag. 520–522*) quae -os circa sex versatur dipodias *anapaesticas.* 165, 14 (*ad Hor. carm. 1, 6*) quae compositio tetracolos strophe dicitur, eo quod quarto versu vertatur, quo -os clauditur. NOT. Suet. gramm. VII 536, 4 diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis -os (*inde* ISID. orig. 1, 21, 16). *de numero versuum psalmi* : AVG. in psalm. 118, serm. 32, 8 non ... omnes versus, donec claudatur -us, sed solos primos ab eadem littera *praeposita* incipiunt. β *de serie pedum dissimilium* (*cf. Cristante, comm. 1987 ad* MART. CAP. 9, 979): PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 54, 1 *metrum* maximum ... usque ad ⌞-um⌟ decametrum porrigetur (⌞ ⌟ *glossam suspicatur Keil*). 73, 33 *versus structurae cuiusdam* appellatur quadrupes *δυωδεκάσημος -ος,* eo quod quattuor pedes temporum duodecim quasi per circuitum quendam recurrentes contineat. MART. CAP. 9, 979 *numerorum compositorum* alii per copulas, alii vero per -um colligantur; ...; -os sane est pedum compositio plurimorum *dissimilium.* 9, 980 unum etiam pedem posse sufficere ad complendam -on, si *eqs.* 9, 989 (*disting.* per coniunctionem). *al. apud eundem.*

B *usu vario* : **1** *potius respectu itineris* : FEST. p. 217 in gymnicis certaminibus -on vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit, a circumitu eorum spectaculorum (*quae praecedunt v. sub A1; cf. l. 32*). SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 1 *-oς* dicitur iste locus (*sim. de descriptione itineris*: HIER. in Gal. 1, 18 p. 329[B] ut Clemens in -is eius *Petri* refert [*de eisdem*: adv. Iovin. 1, 26 p. 246[B]]. vir. ill. 7, 3 *-ουϛ* Pauli et Theclae. *huc pertinere vid.* GLOSS. V 377, 46 peridony [periodoyn *cod. Epinal.*]: actus Pauli vel pytonicum [*quod explicat Heraeus*: '*confunditur* periodos *et* periodonices, *unde* Pythonica']).

2 *potius respectu temporali (cf. p. 1486, 45) significatur spatium temporis*: **a** *quo quis morbo occurrit* : CHIRON 411 hoc faciendum est alternis -is, donec sanum sit. **b** *quo quis morbo periodico afficitur*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 126 solvitur ... *phrenitis* tertiā saepe -o, *sc. febris.* PS. SORAN. quaest. med. 125 *v. p. 1485, 57.* ISID. orig. 4, 13, 2 *medicus scire debet* arithmeticam propter numerum horarum in accessionibus et -is dierum. **c** *quo quis gradum quendam obtinet* (*fortasse ipse gradus*): HIER. c. Ioh. 19 ut multis -is animae fiant *ex daemonibus* (*postea comparatur tribunus regradatus* per singula militiae ... officia). **d** *quodlibet* : AMBR. exc. Sat. 2, 108 *hebdomadis requies* in diebus et annis et -is aestimatur, unde et iubilaeus sacratus est numerus, *eqs.* (*postea*: in diebus, mensibus, annis, mundi ipsius tempore). HIER. in eccles. 1, 10 l. 259 *Epicurus* asserit per innumerabiles -os eadem ... fieri (*cf.* l. 262 *facta* cetera ... in easdem similiter -os revolventur). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 347 p. 512 -um decem annorum (*gr. ἀριθμόν, postea*: *περιόδῳ ... ἑνός*).

II *pro adi. q. e.* periodicus (*cf. Bulhart, Wien. Stud. 67, 1954, 156*): ORIBAS. eup. 2, 1 C 19 Aa p. 455 ad -es rigores (Ab -is rigoribus, 20 La -es febres; *gr. 2, 1 K 61 κατὰ περίοδον*). 2, 1 C 22 Aa p. 457 in -is frigoribus (Ab imperiodis rigoribus, *La v. p. 1485, 70; gr. 2, 1 K 76 κατὰ περίοδον*).

perior, (-īrī). *vox veriloquii causa iam a gramm. veteribus restituta, v. p. 1457, 60. 1500, 54 et cf.* 1. perio. *Parker.*

periosteon *n., περιόστεον* (*nisi est adi.* -os, -on, *-ος*). *i. q. membrana circumtegens ossa* : CAEL. AVR. chron. 5, 1, 5 membrana, quae ossa circumtegit, quam Graeci -on vocant.

*?***periothe** dammula GLOSS. V 510, 10. *obscurum.*

***peripatēticus,** -a, -um, *περιπατητικός. de origine et notione v. 1bα. scribitur in codd. hic illic* -thet-, -thic- *sim., in* GLOSS. *etiam* peripetigi *sim.*; *cf.* peripaticus. *legitur inde a* CIC. (*qui voce saepissime utitur*), VARRONE, SEN., COLVM.; *deest in versibus.* [*e coni. dub. in loco corrupto* CIC. rep. 2, 51, *v. sub* peripeateto.]

i. q. ad περίπατον, ad ambulandum pertinens : **1** *usu technico de eis, qui (quae) ad philosophorum genus celeberrimum pertinent*: **a** *adi.*: CIC. de orat. 3, 109 qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent et -i philosophi aut Academici nominantur (QVINT. inst. 2, 17, 2 cum iis *oratoribus* p. et Stoici et -i plerique consentiunt. GELL. 18, 1 tit. HIER. chron. a. Abr. 1841 Aristobulus ... -us p. *al.*). COLVM. 9, 3, 1 -ae sectae conditor Aristoteles (AVG. civ. 8, 12 p. 339, 7 cum s. -am condidisset, quod deambulans disputare consueverat. *al.*). GELL. 1, 3, 10 in philosophia -a. 1, 8, 1 ex -a disciplina (18, 1, 1 unus -ae d. sectator, alter Stoicae. *al.*). CHALC. comm. 223 p. 237, 10 -is auctoribus (*vix ad b*). BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 194, 8 auctoritas. VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 7 post Stoicam -amque censuram.

b *masc. pro subst.* (*praevalet plur., sing. sub β passim et p. 1488, 32 sqq.; accedunt adi. l. 13. 27 sqq. 38 sq.*): α *de notione vel origine vocis* (*cf.* CIC. *et* AVG. *sub a*): CIC. ac. 1, 17 qui erant cum Aristotele, -i dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio (*cf.* ISID. orig. 8, 6, 13 -i a deambulatione dicti *sunt,* eo quod Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. GLOSS. Leid. Hessels 30, 1 -us: ambulator [-patthiens *trad.*]). ISID. orig. 8, 6, 6 *habentes nomina philosophi* alii a locis conventiculorum ..., ut -i, Stoici, Academici. GLOSS. V 319, 13 (= 385, 9. GLOSS.[L] Corp. P 354) -i: genus philosophiae. β *apponitur nomini hominis* (-us *antecedit l. 10. 12. 16 et* CIC. Tusc. 5, 85 SEN. frg. 32): CIC. de orat. 1, 45 auditor ... -i Critolai Diodorus (QVINT. inst. 2, 15, 19. GELL. 6, 14, 9 [*inde* MACR. Sat. 1, 5, 15] erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, C. -us. *al.*). 1, 104 -us Staseas (1, 105. fin. 5, 75 S. Neapolitanum ..., nobilem sane -um. CENS. 14, 5). orat. 190 Hieronymus, -us in primis nobilis (fin. 5, 14 quem iam cur -um appellem, nescio. ac. 2, 131 H., ... Diodorus, ambo hi -i). *al.* VARRO rust. 1, 1, 8 de philosophis ... Aristoteles et Theophrastus -i (COLVM. 1, 1, 7 -i magister ac discipulus A. cum Theophrasto. CENS. 7, 5 A. -us). *al.* γ *exempla cetera* : CIC. inv. 1, 61 hoc *genus argumentandi* ... est ab Aristotele ⌞atque a -is⌟ et Theophrasto frequentatum (periperatticis *cod. unus*; ⌞ ⌟ *secl. edd. rec., post* Th. *legisse videtur* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 35 p. 244, 27). de orat. 3, 62 (*de Aristotele et Xenocrate*) alter -orum, alter Academiae nomen obtinuit (*sim. iuxta ponuntur* -i *et sing.* Academia: ac. 1, 18 nihil ... inter -os et illam veterem A. differebat. div. 1, 5 vetere A. et -is consentientibus. *al.*; -i *et plur.* Academici: Brut. 120 -orum A.que consuetudo. ac. 1, 17. off. 1, 6 propria est ea praeceptio Stoicorum, A., -orum. *al.*). fin. 2, 34 sententia veterum Academicorum et -orum (3, 43. 5, 8 AVG. civ. 9, 4 tit. 9, 5 p. 375, 27). 4, 5 a veteribus -is Academicisque, qui re consentientes vocabulis differebant (5, 7 -i v., quorum princeps Aristoteles. ac. 2, 132 in v. Academicos -osque [*si adi. ἀπὸ κοινοῦ ponitur; cf. l. 26*]. *cf.* PS. APVL. herm. 13 p. 280 nonnulli -i iuniores). 4, 78 *Stoici* re eadem defendunt quae -i, verba tenent mordicus. 5, 21 *antiquos* eosdem Academicos et -os nominavimus. ac. 2, 112 si ... mihi cum -o res esset (*item sing. generalis* : SEN. epist. 85, 31 *Stoicis* -us ... inquit. AVG. civ. 9, 4 p. 374, 10 dum ... non minus Stoicus quam -us pavescat. *de certo homine*: GELL. 18, 1, 5 ille ... -us ... concedebat *eqs.* 18, 1, 9. *al.; cf. l. 41*). Tim. 2 -orum omnium, quos quidem ego audierim, ... facile princeps (QVINT. inst. 3, 1, 15 Stoicorum ac -orum principes. BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 193, 26. *adde l. 28*). div. 1, 5 *Cratippum* ego parem summis -is iudico (*cf. supra l. 13 sq. et* CENS. 4, 3 multi ... non ignobiles -i). *et saepe.* SEN. epist. 29, 6 *philosophus Ariston* in gestatione disserebat ...; de cuius secta cum quaereretur, Scaurus ait 'utique -us non est'. 29, 11 idem hoc omnes ... conclamabunt, -i, Academici, Stoici, Cynici. *al.* QVINT. inst. 12, 2, 25 -i studio ... se quodam oratorio iactant. TAC. dial. 31, 5 ad hos *homines* permovendos mutuabimur a -is aptos ... locos *orationis.* TERT. nat. 2, 4, 16. anim. 5, 2 Critolaus et -i eius. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 192 ad mediocritatem -orum. ARNOB. nat. 2, 9 Aristoteli -orum patri. CHALC. comm. 238 geometrae cum -is concinentes. HIER. adv. Pelag. 2, 6 l. 15 iuxta -os (adv. Rufin. 3, 29 l. 3. *cf.* BOETH. in herm. comm. sec. 5, 11 p. 361, 6 secundum -os). *et saepius.*

c *neutr. pro subst., sc. i. q. partes -ae*: CIC. Att. 13, 19, 4 ita confeci quinque libros *περὶ τελῶν,* ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, *-ὰ* M. Pisoni darem.

d *fem. pro subst., sc. i. q. philosophia, secta -a*: HIST. AVG. Aur. 3, 3 *Marcus Aurelius* -ae ... ⌞studiosus⌟ audivit Claudium Severum ... *et* Iunium Rusticum ... stoicae disciplinae peritissimum (studiosos *var. l.,* -osum *Peter*). GLOSS.[L] I Ansil. PE 835 (cod. Paris.; *tamquam ex Isid.*) -a Aristotele auctore[s] sumsit inicium.

2 *usu laxiore* : **a** *apud paganos transferri videtur ad litteratos, grammaticos* (*cf. Brink, Class. Quart. 40, 1946, 12 adn. 1*): HIER. vir. ill. praef. 2 (= SVET. frg. p. 3, 1) Hermippus -us. *addas superscr. in codd. Non. trad.* Noni Marcelli -i Tubursicensis. **b** *apud Christianos (luditur cum usu sub 1 descripto): praevalente notione ambulandi* (*cf.* SEN. epist. 29, 6 *sub 1bγ*): CYPR. epist. 69, 16 (*quidam baptisma aegrorum detrectabant, cum illi iacentes nec ambulantes aqua tantum aspergerentur*) *non interrogamus,* utrumne loti sint an perfusi, utrumne clinici an -i (-paterici, -patici *var. ll.*). *praevalente notione philosophandi* : PAVL. NOL. epist. 16, 7 p. 121, 6 esto -us deo, Pythagoreus mundo; verae in Christo sapientiae praedicator *eqs.* (*cf. 16, 6 p. 121, 3* dei philosophus).

adv. **peripatēticē.** *i. q. secundum doctrinam Peripateticorum* : SCHOL. Cic. Gron. D p. 301, 5 (*ad Cic. Deiot. 37* quid de virtute eius dicam *eqs.*) ad animum, -e (*'philosophe, moraliter' explicat Stangl, sine necessitate*).

*?***peripaticus,** -a, -um. *potius corrupte pro* peripateticus *quam formatione insolita a περίπατος,* peripatus *vel περιπατέω, cf. var. lect. l. 65, sim. e. g. Boeth. in herm. comm. pr. 2, 11 p. 151, 5.* *i. q. peripateticus* :

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iord. Rom. 78 Aristobolus ... -us filosophus (*pendet ex Hier. p. 1487, 68*).

peripatus, -ī *m., περίπατος et* **peripatum,** -ī *n. (fortasse sec. vocem lat.* deambulatorium). Gloss.L V Aa p 422 -um: deambulatorium. Gloss.L I Ansil. pe 834 (= Gloss. V 131, 58) -os: ambulator(i)um graece. *i. q. locus ambulandi, deambulatorium*: Apon. 3, 45 *martyribus* camini in -a (deambulatoria -a *var. l.*) convertuntur, amphitheatra in paradisum *eqs.* (*cf. Dan. 3, 24 περιεπάτουν*). *de loco, ubi ambulant philosophi Peripatetici, et inde de eorum secta* : Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 176 Clearchus ... ex -o philosophorum nullo secundus *eqs.* (-pharto, -pateticorum *sim. var. ll.; gr. τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων*).

† **peripeateto** Cic. rep. 2, 51 *corruptum, v. P. L. Schmidt, ANRW I 4, 1973, 282.*

Serv. auct. Aen. 5, 772 procellae ..., quas *περιπνοίας* (*Serv., -πητας sim. Serv. auct.*) dicunt, ⌞vulgo † **peripenas** appellant⌟ (vulgo pernas *pauci codd. Serv.* [*cf. Papias s. v.* perna]). *exspectes* peripneas, *cf. Heraeus, Hermes 34, 1899, 169.* *Breimeier.*

peripetasma, -tis *n., περιπέτασμα. de genere et formis: abl. plur.* -tis Cic. Verr. II 4, 28, *quo pertinet doctrina grammaticorum*: Serv. gramm. IV 435, 13 sq. *nomina graeca* aut tertia declinatione declinabant, si fuissent generis neutri, ... aut prima ..., si fuissent generis feminini ...; quamquam invenimus aliquos casus nec ab illis nec ab istis regulis declinatos, ...: legimus enim apud Ciceronem ... ⌞-torum⌟ -tis (⌞ ⌟ *non exstat*). Cledon. gramm. V 47, 31 sq. -tis, non -tibus, quia hoc ad femininum nomen ... retorsit. Pomp. gramm. V 197, 17 sqq. habes et in Cicerone '... de -mis' (-tis *codd. Cic.*); si esset neutrum, ab hoc -te faceret, his et ab his -tibus. Prisc. gramm. II 201, 5. 357, 12 heterocliton vel, ut Celso videtur, a nominativo 'hoc -tum'. *inter neutra afferunt*: Mart. Cap. 3, 234 in singulari numero tantum graeca, ut ... -a. Prisc. gramm. II 145, 2. 199, 15.

1 *significatur stragulum, aulaeum, tapete potius sumptuosum ornandi vel velandi causa adhibitum*: **a** *de variis stragulis* (*fere in conviviis; in compar.* Ambr. Hel.; *cf.* Gloss. -a: nomen vestis): Cic. Verr. II 4, 27 *Heius* respondit istum (*sc. Verrem*) ad se misisse, ut sibi mitteret Agrigentum -ta (*antea*: illa Attalica ... ⌞-ta⌟ emere [*glossema del. edd.*]). 4, 28 de -tis quem ad modum te expedias, non habes. Varro ling. 5, 168 Graeca sunt peristromata et -ta, sic alia quae item convivii causa ibi multa. rust. 3, 5, 16 *in aviario e lacus margine,* ubi solent esse -ta, prodeunt anates in stagnum. Ambr. Hel. 10, 37 non nos uelut quodam -te operiamus: quod intus est foris luceat *eqs.* hex. 3, 1, 5 *Christianis* non purpurea -ta, non aulaea pretiosa spectare voluptati sit, sed hanc ... mundi fabricam, ... ecclesiam sanctam, in qua refulgent aulaea caelestia. Sidon. epist. 1, 2, 6 *in convivio Theodorici* toreumatum (*i. tororum*) -tumque modo conchyliata profertur supellex, modo byssina. **b** *de aulaeo templi Hierosolymitani* (*gr. respondet καταπέτασμα. cf.* parapetasma *supra p. 312, 61 sqq.*): Heges. 5, 9, 2 in quo *templo* erat -a pretiosum et maximum cocco et hyacintho byssoque intextum et purpura. 5, 48 *sacerdos quidam* vasa sacerdotalium ministeriorum, lucernas duas, mensas, crateras ..., sed et -ta et indumenta *sacerdotum* ... tradidit.

*?***2** Gloss. -a: tentorium (*quae vox cum Vulg. exod. 26, 36 in tabernaculo describendo vergat ad notionem q. e. aulaeum [cf. gr. ἐπίσπαστρον et 26, 31* velum, *gr. καταπέτασμα*], *locus fortasse sub 1b trahatur*). *Mueller.*

peripherīa, *acc.* -an, *abl.* -ā *f., περιφέρεια. t. t. geom., astron., i. q. circumferentia, circuli ambitus*: Mart. Cap. 6, 711 *circuli figura* una linea continetur; haec linea *περιφέρεια* appellatur (perepiphania *trad.; cf. Euclid. elem. vers. M l. 20* circumducta). *ibid. hemicyclii figura* diametro et -a media ... continetur (periphania, (per)epiphania *trad.; cf. Euclid. elem. vers. M l. 27* circumferentia). 8, 827 quod *signum* -an *circuli septentrionalis* demonstraret (perf- *trad. ut ibid. iterum; opp. antea*: centron).

periphorētos, *περιφόρητος. cognomen Artemonis vel statuae eius, i. q. circumlatus aut famosus, infamatus* (*ad rem v. e. g. Crusius, RE II 1446, 9 sqq.*): Plin. nat. 34, 56 (*inter opera Polycliti*) *Artemon,* qui -os appellatus est. *Breimeier.*

periphrasis, -is *f., περίφρασις. scribitur in codd. etiam* -fr-. *formae exstantes: sing. nom.* -is (*-ις*) *saepe, gen.* -is Cassiod. in psalm. 71, 8 l. 222, *acc.* -in (*-ιν*) *saepius,* -im Cassiod. in psalm. 106, 3 l. 70, *abl.* -i Sacerd. gramm. VI 467, 20. *al.* (*cf. -ει* Don. Ter. Andr. 202, 3 Hec. 32, 2); *plur. acc.* -is Gell. 3, 1, 6 Serv. Aen. 8, 429. [*falsa var. l. pro* paraphrasis Svet. gramm. 4, 7.]

i. q. περίφρασις, circumlocutio (*t. t. rhet. et gramm. fere sermonem oratorum, scriptorum, poetarum describens* [*verba dramatis personae respiciuntur* Don. Ter. Andr. 202, 3]): **1** *definitiones, explicationes sim.* (*duo modi distinguuntur e. g.* Qvint. inst. 8, 6, 59 sq. Don. gramm. mai. 3, 6 p. 670, 2, *tres* Sacerd. gramm. VI 467, 20 sqq.): Qvint. inst. 8, 3, 53 *macrologiae* vicina -is virtus habetur (*cf.* 8, 6, 61 ⟨cum⟩ decorem habet, -is, ... cum in vitium incidit, perissologia dicitur). 8, 6, 59 pluribus ... verbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, -in vocant, circumitum quendam eloquendi (Cassiod. in psalm. 112, 3 l. 37 hoc schema dicitur -is, latine per c. *ceterum respondent*: circumlocutio: Qvint. inst. 8, 6, 61 Don. gramm. mai. 3, 6 p. 670, 2. *al.* [*v. etiam vol. III 1155, 11–16*]; circumloquium: Isid. orig. 1, 37, 15). 9, 1, 3 cum ... *-ιν* ... et *ὑπέρβατον* et *ὀνοματοποιίαν* clari quoque auctores figuras verborum potius quam tropos dixerint (*cf.* 9, 3, 98 adicit his *figuris* Caecilius *-ιν. sed inter tropos affertur* 9, 1, 6 sq. Don. gramm. mai. 3, 6 p. 667, 4). 9, 1, 6 *-ις*, etiam si frequenter et id ipsum, in cuius locum adsumitur, nomen complecti solet, utitur tamen pluribus pro uno. *al.* **2** *cetera exempla*: Gell. 3, 1, 6 Sallustium, vel subtilissimum brevitatis artificem, -is poetarum facere *numquam dixit Probus* (*cf.* Serv. georg. 3, 291 per -in et allegoriam poeticam [Aen. 3, 134]). Porph. Hor. epod. 9, 19 adtende mirandam *συνεκδοχὴν* et *-ιν* (*cf.* Schol. Stat. Theb. 10, 841 admirabilis -is scalarum). Don. Ter. Ad. 257, 3 bona *-ις*: 'virtus tua' potius quam 'tu' (Serv. Aen. 3, 191 -is optima. *al.*). Serv. georg. 2, 126 *arborem* per -in ostendit eius supprimens nomen (Aen. 6, 405 'pietatis imago' pietas: per -in dicta. 12, 514. *al.*). Aen. 7, 561 'attollit alas': honesta volantis -is. *al.* (*saepe apud* Serv.).

periphrasticōs (-ē*? v. l. 26*) *adv., περιφραστικῶς. scribitur in codd. etiam* -fr-. *i. q. per periphrasin*: Porph. Hor. carm. 4, 6, 18 'nescios fari pueros' id est 'infantes' *-ῶς*. Don. Ter. Phorm. 17, 2 ('qui artem tractant') *-ῶς ἀντὶ τοῦ* 'qui comoedias scribunt'. Serv. Aen. 12, 857 'felle veneni' ... -os dixit venenum. auct. ecl. 8, 14 *-ῶς* ... 'noctis umbra' pro tenebris posita. Hier. in Dan. 9, 24a l. 553 dicamus ... *-ῶς*, ut sensus manifestior fiat. Gloss.L I Ansil. pe 805 (*ad Verg. Aen. 1, 746* soles hiberni) ⌞-i⌟ dies ⟨h⟩iberni (⌞ ⌟ *pro* -e*? an adi.* -i *i. q. per periphrasin dicti?*). *al.* *Stirnemann.*

*?***peripleumōn,** -onis *m., περιπλεύμων (si quidem agnoscenda est haec vox ex περὶ πλεύμονα sim. orta). i. q. homo vel pulmo peripleumonia affectus* (*nisi i. q. peripleumonia*): Diosc. 3, 47 p. 398, 8 *ruta* tussientibus et -bus prestat effectum (*gr. 3, 45, 2 περιπνευμονίαν* [*-ίας, περιπνεύμονος var. ll.*]). 4, 148 p. 70, 20 *thapsiae sucus* veteres dolores lateris et -is curat (fleomonis *var. l.; gr. 4, 153, 4 περὶ πλευρὸν ἢ πνεύμονα* [*περὶ πλεύμονα ἢ πλευράν var. l.*]).

peripleumonia *et* **peripneumonia,** -ae *f., περιπνευμονία (περιπλευμονία). forma* -pneu- *non nisi* Cael. Avr. acut., *sc. 19ies* (*si fides habenda est editioni princ.*; -pleu- chron. [*ter; sec. ed. princ.*], diaet. pass.; *cf. p. 1491, 8*); -pleo- Gloss.; *plur. saepius apud* Hippocr. *inde a saec. IV apud scriptores rei medic.,* Isid. *et in* Gloss., *frequentat* Cael. Avr.

II *peculiaria quaedam*: **A** *adhibetur in conviciis* (*cf. nonnulla sub IA, imprimis p. 1507, 1*): Plavt. Pseud. 132 *leno* ipse egreditur ..., -i caput (*in allocutione*: Rud. 1099 scelerum c., ... -i c.). Truc. 612 fons viti et -i. **B** *per metonymiam dicitur: de pacto perfide facto*: Sil. 17, 425 *initio proelii Zamensis* irrumpit ... Ausonius globus et -a Graia resignat (*i. dissolvit auxilia, quae Philippus* immemor ... pacti [*420*] *miserat; v. Håkanson, Krit. u. exeg. Bem., 1976, 41*). *de hominibus periuris*: Tert. spect. 12 p. 15, 9 (*de amphitheatro*) *horridus locus,* quem nec -a sustinent (*sc. homines alibi peierantes; v. post alios Turcan, 1986, ad l.*). **C** *per prosopopoeiam* : Prvd. psych. 464 (*in comitatu Avaritiae*) Anxietas, -a, Pallor ..., Commenta, Insomnia *eqs.* Clavd. 10, 83 (*in comitatu Veneris iuxta Licentiam, Audaciam al.*) lasciva volant levibus -a pinnis (ventis *var. l.*).

periūrius, -a, -um *v. l. 67.*

***periūrus** (-is, -ius *v. l. 64. 67*), -a, -um. [*fortasse is, qui* *per ius (*i. per iusiurandum*) *fallit, decipit sim.; cf.* perfidus *p. 1389, 5 et v. Walde-Hofmann I 733. de forma* peiurus *cf. quae s. v.* peiero *p. 985, 13 sqq. dicta sunt. Fo.*] *de origine* : Isid. orig. 10, 222 -us, quia perpere iurat, id est male iurat. *de scriptura* : periur- *testantur gramm., v. p. 985, 26 sqq.* (*adde* Gloss. V 525, 7 -us: nomen habet r), *exstat* CIL XI 6728, 25 *et saepius in codd. antiquissimis, e. g. A* Plavti (*quinquies, sed* pei(i)ur- Pseud. 975. 1083 Trin. 201), *A* Ter. Ad. 189, Verg. (*sed* peiur- *M* Aen. 2, 195, *corr. M*^{2}), cod. 75 Vet. Lat. I Tim. 1, 10; peiur- *v. l. 59. 60, adde* Vvlg. eccles. 9, 2 (*cod. A ut* Mal. 3, 5). Avg. fid. et op. 16, 29 (*cod. C saec. VI, corr. C*^{2}). *al.; nota* peritur- Plavt. Rud. 1375 (*P*; peiiur- *suprascr.* r *fuisse putat Leo*), *cf. p. 1509, 5 sq. de formis: non nisi tertiam decl. praebere vid.* Greg. Tvr., *sc. abl. (dat.) pl.* -ibus Franc. 8, 16 (-i(i)s *var. ll.*). glor. mart. 19. 102. Iul. capp. 40. Iul. 40. Mart. 38 (*ubique pro subst.*), *gen. sg.* -is Franc. 8, 3 (-i, perieris, periurantis *var. ll.*). -ius (*sec.* iniurius*? an est adi. a* periurium *derivatum?*) *subesse videtur* Vet. Lat. I Tim. 1, 10 (codd. 76. 89. *al., v. p. 1509, 56*), *fortasse et* Gloss.^{L} I Ansil. pe 877 -ia: fallacia. *cf. p. 1509, 4; formas inter adi.* -us *et subst.* periurium *ambiguas v. p. 1509, 40. 44 sq. compar. apud* Plavt. (*quater*), *cf.* plus ... quam -us Plin. epist. 2, 20, 5; *superl. apud* Plavt. (*ter*) *et inde* Cic. Q. Rosc. 20. *de notione* : Prisc. gramm. III 38, 14 *'per'* abnegationem quoque significat in compositione, ut 'perfidus, -us'. Isid. *v. supra.* Gloss. *ἐπίορκος.* Gloss.^{L} I Ansil. pe 876 -i: perfidi. 878 -us: male iurans. *legitur in poesi inde a* Plavto (*18*^{ies}),

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. (*semel ut* LVCIL. [*? v. infra l. 28*] *et* CATVLL.), VERG. (*bis*), HOR. (*sexies*), PROP. (*quater*), OV. (*14ies*), *rarius in oratione prosa inde a* CIC. (*septies*), SEN. *philos.*, PLIN. *utroque*, APVL., *decies* FIRM. math., *24ies* AVG. (*maxime in serm. et epist.*). [*confunditur in codd. c.* periurium VERG. catal. 9, 51 VVLG. Mal. 3, 5. *al.* (*restit.* PLAVT. Rud. 25. *cf. p. 1508, 67 sqq.*), periturus VERG. Aen. 5, 811 (*v. etiam p. 1508, 63; e coni. dub.* SIDON. carm. 7, 245), iniurus *v. vol. VII 1, 1685, 33* (*cf. ibid. l. 30*).]

i. qui peieravit vel peierare solet, ἐπίορκος (*quod gr. respondet*). *dicitur tam de eo, qui mente fallaci iuravit vel ius iurandum, votum, foedus sim. non servavit (e. g. l. 28 sqq. 38. 71 sqq.), quam de eo, qui ius iurandum neglegere solet (e. g. l. 65 sqq. p. 1510, 1 sqq.; respiciuntur gentes, quae perfidae, fallaces habentur, l. 32 sqq. p. 1510, 12 sqq. 30). inde vergit in notionem q. e. mendax, vaniloquus e. g. l. 23. 25. 42. 63. p. 1510, 5. ponitur masc. vel fem. pro subst. passim sub 1aβ, ceterum e. g. l. 24. 27. 44. 50 (in allocutione ut l. 67. 71. p. 1510, 6). nota usum praedic. l. 31. 66. accedit praepos.* adversus *l. 46, abl. causae l. 44. iuxta ponitur* impius *l. 46. 53*, improbus *p. 1510, 4. 8,* mendax *l. 27. 35. 56. 74. al.*, perfidus *p. 987, 53 et infra l. 71 sq.; opp.* verum iurans *l. 30* (*cf.* verum deierat VVLG. eccles. 9, 2, ex fide deieretis TERT. nat. 1, 17, 6).

1 *de hominibus* (*de deo per negationem* AVG. in psalm. 109, 17 l. 15, *de diabolo* PRVD. ham. 508): **a** *quibuslibet*: α *exempla varia*: PLAVT. Curc. 470 qui -um convenire vult hominem, ito in comitium (Mil. 21 -iorem hoc h. si quis viderit *eqs.* 1066 h. -um! PLIN. epist. 2, 20, 5 [*v. p. 987, 53 sq.*]). Rud. 25 nihil ei *Iovi* acceptum est a -is supplici. Trin. 201 nihil est ... neque mendaciloquius ... neque -ius quam *scurrae.* CIC. Q. Rosc. 21 *dicitur fraudasse* Roscius Fannium: ... probus improbum, ... -um castus. 46 quid interest inter -um et mendacem? *ibid. iterum.* nat. deor. 1, 63 (*e Lucilio?*). off. 3, 100 si domi senex captivus, -us consularis remansisset (*de Regulo ut*: AVG. civ. 1, 15 p. 26, 10 quid -o gravius irati *dei* facere potuerunt? [*opp.* verum iuranti]). CATVLL. 64, 346 -i Pelopis (*de eodem*: FIRM. err. 15, 2 *Myrtilum* proditorem etiam ipsum -us adgressus est). VERG. catal. 9, 51 Afros, -ae milia gentis (*de Poenis*: SIL. 16, 148 -am ab origine g.; *de Germanis*: PANEG. 12, 22, 6). Aen. 2, 195 -i ... arte Sinonis ([SERV. auct.: -i, quia dixit 'vos aeterni ignes'. GLOSS. false iurantis]. CLAVD. DON. Aen. 2, 65 p. 156, 5 mendacem, -um, sacrilegum). CIRIS 139 *Scylla* -a puella olim (se⟨d⟩ meminere diu periuria divae) ... violaverat inscia sedem *Iunonis* (*de textu et interpret. v. Lyne ad l.*). HOR. sat. 2, 3, 164. 2, 5, 15. carm. 3, 11, 34 *Hypermestra* -um fuit in parentem splendide mendax. OV. fast. 2, 173. Pont. 3, 5, 46 Getico peream violatus ab arcu – et sit -i quam prope poena vides –, te nisi *eqs.* (*vix ad* periurium, *cf. Neue-Wagener³ I 146*). SEN. dial. 4, 28, 7 fidei acerrimus exactor est perfidus et mendacia persequitur ipse -us. PLIN. nat. 31, 23 *flumen, quod* -i negantur pati (*cf. p. 1510, 24 et* PRISC. periheg. 469 *qui fontes* damnant ... nefando -os furto). TERT. nat. 1, 17, 6 dubitatur ... de -is iure (*i. de eis, qui per Caesarem peierant; an ad subst.* periurium*?*). EPIT. Alex. 123 adversus deos hominesque impius -usque sit, qui *eqs.* (perpetuusque *trad.*). SERV. auct. Aen. 1, 2 (*ex libro de rebus Etruscis*) 'eum, qui genus a -is duceret, fato ... profugum esse debere'; porro a Laomedonte -o genus ducit Aeneas. GREG. TVR. glor. mart. 38 (*a martyre eiusve reliquiis arguuntur, puniuntur -i ut*: 102 Iul. 40 GREG. M. dial. 4, 6, 1). CIL XI 6728, 25 -e (*in tessera lusoria; ad rem v. Lamer, RE XIII 2028 sqq.*). *al.* β *in serie hominum scelestorum* (*cf. e. g. p. 1510, 7. 8. 10*): CIC. nat. deor. 1, 63 quid de sacrilegis, quid de impiis -isque dicemus? SEN. benef. 4, 28, 2 frumentum publicum tam fur quam -us et adulter accipiunt. VET. LAT. I Tim. 1, 10 (cod. 75. *al.* = VVLG.) iusto lex non est posita, iniustis autem et ... plagiariis, mendacibus, -is (-iis codd. 76. 89. *al.*). LACT. inst. 5, 9, 8 cur *corruptis civitatis moribus* non omnes sint aeque mali, rapaces, inpudici, adulteri, -i, cupidi, fraudulenti? FIRM. math. 3, 11, 14 *Mercurius cum Marte* iniustos, inreligiosos, -os facient. 8, 27, 1 erunt furiosi, -i, sacrilegi. *al. apud eundem.* VVLG. Mal. 3, 5 (*loq. deus*) ero testis velox maleficis et adulteris et -is. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 9 apostatae et inimici dei, fortassis et -i habitant *in gehenna.* AVG. serm. 279, 9 impiis, infidelibus, blasphemis, -is, iniquis et omnibus malis. *al.*

b *de amantibus, meretricibus, cinaedis sim.*: PLAVT. Truc. 154 (*meretrices et exoleti comparantur*) procaciores estis vos, sed illi -iores (periuriosi *trad.*). HOR. carm. 1, 35, 26 *in rebus adversis* vulgus infidum et meretrix retro -a cedit. PROP. 1, 8, 17 (*ad Cynthiam*) -a. 2, 16, 47 non semper placidus -os ridet amantes Iuppiter (*cf.* 2, 16, 53 -as ... solet punire puellas. *contra*: OV. am. 3, 3, 3 quam longos habuit nondum -a capillos, tam longos postquam numina laesit habet. 3, 3, 36. *v. etiam p. 1507, 46 sqq.*). OV. am. 1, 7, 15 -i promissaque velaque Thesei flevit ... Cressa (fast. 3, 473 -e et perfide Th. *de eodem*: epist. 10, 76 -i fraude ... viri. fast. 3, 461 coniuge. *cf. p. 1510, 28*). epist. 20, 111 neu sis -a (*de Cydippe, cf.* 20, 161 *pater timet* mendax, haec et -a vocari). ANTH. 477, 8 (10) -o ... viro ([*v. app. crit.*]. *adde l. 72*).

c *de lenonibus*: PLAVT. Capt. 57 hic neque -us leno est nec meretrix mala neque miles gloriosus (*sim. inter insignes comoediae personas*: APVL. flor. 16, 9. *ceterum*: PLAVT. Poen. 575. CIC. Q. Rosc. 20 Ballionem illum improbissimum et -issimum l. *agere* [*sc. personam Pseudoli Plaut., v. infra*]). Persa 562 -us es. Poen. 825 neque -ior neque peior alter usquam est gentium. Pseud. 351 quantum terra tetigit hominum -issime (*item in allocutione*: 363 sociofraude ..., sacrilege ..., -e. Rud. 722 [*superl. ut* 1375]). 975 hominem ... malum ... -um atque improbum (Rud. 126). 1083. Rud. 360 salve, *Neptune*, ...: -um perdidisti. TER. Ad. 189 leno sum, fateor, pernicies ... adulescentium, -us, pestis.

2 *de rebus, quae ad homines pertinent, pro hominibus ponuntur*:
a *de urbe eiusve parte vel de familia*: VERG. Aen. 5, 811 (*loq. Neptunus*) structa meis manibus -ae moenia Troiae (*inde* OV. met. 11, 215 bis -a ... moenia Troiae [*sc. in Neptunum Apollinemque et in Herculem*]. *cf. p. 1509, 48 et* HOR. carm. 3, 3, 27 Priami domus -a). SIL. 6, 88 -a ... Carthago.
b *de actione vel qualitate hominum*: HOR. carm. 3, 24, 59 (*per oxymoron*) cum -a patris fides ... socium fallat. STAT. Theb. 10, 587 *luere* -a ... regalis crimina noxae. CLAVD. 28, 206 *Alaricus* nil sibi -um sensit prodesse furorem. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 25, 33 -a ... verba tua sunt ista. NOVELL. Iust. 94, 2 ius iurandum -um datum *esse* (*gr. ὅρκον ἐπίορκον*).
c *de corpore eiusve partibus*: PROP. 2, 5, 21 nec tibi -o scindam de corpore vestes (-ae *var. l.*). OV. am. 2, 10, 34 *mercator avaritia semper navigans* aequora -o naufragus ore bibat. met. 2, 705 *Mercurius Batti* -a ... pectora vertit in durum silicem (SIL. 14, 219 *fontes quidam* praesenti domitant -a ... p. supplicio). MART. 13, 66, 1 *si sacris Veneris deditus es,* ne violes teneras -o dente columbas (perduro *var. l.*). IVV. 13, 174 -i capitis fraudisque nefandae poena (APVL. met. 9, 21, 6 te ..., nequissimum et -um c.).
d *de rebus corporeis*: AETNA 21 quis non -ae doluit mendacia puppis *Thesei*? STAT. Theb. 9, 55 (*loq. Polynices*) nec iam ... -um diadema *fratris* peto. silv. 4, 6, 77 -o ... ense superbus Hannibal.

deriv.: periurium. *Wenaweser.*

epyu[i]sion **peri⟨ū⟩sion** exaireton (exiar- *cod.*) precipuum GLOSS. Leid. Hessels 29, 51. *i.* περιούσιον. *subest Hier. in Matth. 6, 11.*

perixyomenus, *acc. sing.* -um *et* -on *m.,* περιξυόμενος. *nomen statuae, i. q. se detergens, extergens*: PLIN. nat. 34, 86 *fecit* Antignotus ... -um tyrannicidasque (per(i)oxim- *var. ll.*). 34, 87 *fecit* Daippus -on (*corrupte trad.*).

perizōma, -atis *n.,* περίζωμα. *vocem graecam esse testatur* AVG., *e. g.* nupt. et concup. 2, 30, 52, *sed consuetudine in linguam latinam transisse affirmat idem* c. Iulian. 5, 2, 7 c. Pelag. 1, 16, 32 p. 448, 26. *scriptura in codd. hic illic depravatur, in* GLOSS. *e. g.* pari- *et* penzo-. *litt. gr. l. 55. 73. al. de formis: dubium, an neutr. sing. heteroclit.* -tum ISID. orig. 19, 22, 5 GLOSS. V 510, 2 *et e var. l.* GLOSS.^{L} III Abol. PE 17, *gr.* -to(n) GLOSS. V 379, 38. GLOSS.^{L} III Abol. PE 17; *vix fem. sing. heteroclit.* -ta GLOSS.^{L} I Ansil. PA 523. *de notione* (*v. l. 58 et multa sub 2*): GLOSS. -a corporis obs⟨c⟩ena tegit. -tum: lumbare vel succinctorium. -ton: lumbare vel succinctoria. -ta: praecinctoria. cinctoria vel minores bracas (GLOSS.^{L} Corp. P 241).

i. quod circumdatur lumbis, sc. praecinctorium, lumbare sim. (*fere fit e lino, e foliis ficus saepe sub 2; gr. respondet* περίζωμα): **1** *usu vario* (*cf. syn. l. 52. 58*): EDICT. imp. Diocl. 26, 141 G. (*v. Crawford-Reynolds, Zeitschr. Pap. Epigr. 34, 1979, 173*) coxalium sive -tum (*seq. genera sec. originem qualitatemque distincta; Giacchero sec. gr. eadem supplet* 26, 156. 159 [= 27, 2. 5 L.], *sed v. Crawford-Reynolds ad l.*). HIER. epist. 40, 1, 2 ut inter inimicas gentes ... ponat *Hieremias* περίζωμα corrumpendum (*sec. Ier. 13, 1 sqq. ut*: tract. in psalm. I p. 167 l. 16 sqq. prophetae quasi Christi vestimentum fuerunt; illud est -a, quod in Hieremia scribitur *eqs.* in Zach. 11, 14 l. 379 ut *virga mea* [*i. populus meus*] ... -a et cinctorium atque lumbare, sive, ut consueto verbo utar, coxale sit appellata. *al. apud eundem*). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 137 p. 665 *Esseni noviciis tradunt* -a et albam vestem (*cf. 2, 129 p. 665* linteis ... praecincti velaminibus. *item utuntur Esseni*: 2, 161 p. 667 lavantibus ... feminis ita ut viris -tum inest amictus). **2** *de indumento protoplastorum*: VVLG. gen. 3, 7 *Adam et Eva* consuerunt folia ficus et fecerunt sibi -ta (*Vet. Lat. praebet etiam* prae-, succinctoria, campestria, vestimenta *al.; v.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. 5, 2, 5 AVG. *ibid. et* nupt. et concup. 2, 30, 52 c. Pelag. 1, 16, 32 p. 448, 26 *et ed. Beuron.*). *huc spectant*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. 4, 16, 82. 5, 2, 7 si illi interpretationi, quae -ta, id est praecinctoria, posuit, favetur, latera magis dicam tecta fuisse quam femora (*cf. quae* AVG. *in eodem cap. de Iuliani opinione refert ipse affirmans*: quis ... ignoret, quas -ta contegant corporis partes? quod nomen tegminis etiam in feminarum dotibus frequentari ... solet, neque id alligari nisi zona, quae lumbos cingit. *cf. p. 1511, l. 4*). AVG. c. Iulian. 2, 6, 16 succinctoriis vel praecinctoriis, quae graece -τα nuncupantur, lumbos hominum contegi vel praecingi, quas vulgus etiam munituras vocat. nupt. et concup. 2, 30, 52 quid ... cooperiant -ta, omnibus no-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum est. c. Pelag. 1, 16, 32 p. 448, 26 -τα ..., quibus non teguntur nisi pudendae corporis partes. ISID. orig. 19, 22, 5 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 524) vestis antiquissima hominum fuit -tum (-a *Arevalo, alii alia*), id est subcinctorium, quo tantum genitalia conteguntur *eqs.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 523 -ta: tunica ex foliis consuta; alii lumbarem dicunt. *Breimeier.*

perlābor, -psus sum, -ī. *a* per *et* labi. *de scriptura*: VEL. gramm. VII 65, 14 *elegantiores* 'pellabor' malunt dicere quam 'perlabor' (*cf. p. 1513, 20*). *inter compos. quae vocalem* a *servant*: PRISC. gramm. II 438, 15 'labor -or' (*interpol.?*). *inf.* -ier LVCR. 5, 766. GLOSS. -or: διολισθάίνω. -itur: decurrit. percurrit. [-bantur *coni. Halm* TAC. hist. 2, 35, 1, *sed v. vol. X 2, 682, 62 sqq.*]

i. q. labi per vel ad aliquem locum (*sc. spatio interiacente percurso; iuxta ponitur* labi *l. 40 sq.; -itur serpens l. 42. 51, aqua l. 44. 50, sagitta l. 37. 43, fama l. 28 sq. 47*): **1** *indicatur id, quod permeatur, penetratur* (*praeteritur l. 34*): **a** *per acc.* (*cf.* SERV. Aen. 1, 147 nos dicimus 'per undas labitur', illi *antiqui* dicebant '-itur undas'): *proprie*: LVCIL. 1278 campos collesque gradu -itur uno (*sc. equus velox ut*: SIL. 16, 390 vola, -ere c. assuetis velox pennis). LVCR. 5, 764 (= 5, 771) *luna* menstrua ... -itur umbras *terrae* (periabitur *fere trad.*). VERG. catal. 9, 47 (*inter labores Messalae*) saepe trucem adverso -i sidere pontum (-ens *codd.*). Aen. 1, 147 rotis summas levibus -itur undas (*sc. Neptunus ut*: SIL. 3, 410 -itur aequora curru). PANEG. in Mess. 127 *nulla* aerias volucris -itur auras. MANIL. 5, 419 *delphinus* citis -itur aequora pennis. HOMER. 607 levis extremas clipei -itur oras ensis (prae- *edd. vet.*). SIDON. epist. 9, 7, 3 crystallinas crustas ... non impacto digitus ungue -itur. *in imagine vel translate*: SIL. 13, 320 subit ⌞intima corda⌟ -ens sensim mitis deus (*si ἀπὸ κοινοῦ. cf.* PAVL. NOL. epist. 16, 6 p. 120, 9 *Christus* pectora casta -itur). STAT. Theb. 6, 1 nuntia multivago Danaas -itur urbes Fama gradu (MART. CAP. 2, 98 [vers.] virginis ... trepidas -itur aures F.). silv. 4, 6, 4 haec *cena (i. memoria eius)* imos animi -sa recessus inconsumpta manet. PETR. CHRYS. serm. 41, 3 (*antea*: qui intrat carnis pelagos) qui se intellegit ⌞carnis viam⌟ transire -sum (*si ἀπὸ κοινοῦ.* per lapsum *var. l.*). **b** *per praepos.* (*cf.* CIC. *sub 2a*): LVCR. 4, 248 *aer* per nostras acies -itur omnis. 5, 766 corpus *quoddam potest* ... supra solis -ier orbem. GREG. TVR. glor. conf. 60 p. 783, 11 inter ... diaconorum turba(m) -sus ... ingreditur *ad feretrum sancti.* **c** *per abl.* (*cf. l. 42*): SIL. 16, 110 -sa viro loricae tegmine harundo ... corpus *violavit.*

2 *indicatur finis attingendus per praepos.* ad, in *cum acc.*: **a** *proprie*: LVCR. 4, 357 *non* ad nostras acies -itur ictus (deriabitur *fere trad.*). CIC. nat. deor. 2, 137 per quas *portas iecoris* lapsus cibus ... *in venam cavam* confunditur perque eam ad cor ... -itur. LIV. 28, 11, 2 in aedem Iovis foribus ipsis duo -si angues (pro- *edd. vet.*). SIL. 13, 185 in medium -itur urbis harundo. 14, 406 sagitta in medium -sa globum. ALC. AVIT. carm. 1, 264 in Aegyptum lenis -itur unda *Nili.* **b** *in imagine vel translate*: CIC. Tusc. 1, 28 apud Graecos indeque -sus ad nos et usque ad Oceanum Hercules ... habetur deus. VERG. Aen. 7, 646 ad nos vix tenuis famae -itur aura (*cf.* RVFIN. hist. 10, 11 p. 974, 16 facti ... fama magnifici usque ad aures reginae -itur).

3 *sine structuris* (*vergit in notionem q. e. labendo procedere*): PANEG. in Mess. 155 *in zonis frigidis* nulla incepto -itur unda liquore, sed durata riget. SIL. 15, 143 (*de omine*) visus anguis ..., qua ... ad caeliferi tendit plaga litus Atlantis, -i. ISID. orig. 12, 5, 19 (*motus vermis describitur*) sic ... agitatus -itur. *Schad.*

perlabōro, -āre. *a* per *et* laborare. *i. q. laborando perseverare* (*sc. certamine spiritali; an i. q. multum laborare?*): VET. LAT. Iudas 3 (Lucif. non conv. 15 l. 27) deprecor, ut -etis semel traditae societati; subintraverunt enim ... homines ... impii *eqs.* (*gr. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ... πίστει, Vulg.* supercertari ... fidei; ⟨su⟩perlaboretis *suspicatur Gallandi; cf. Lucif. ibid. l. 34* manere in ... fide).

perlacto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* 1. lactare (*cf.* ab-, delactare). *i. q. usque ad finem lactare*: **1** *respicitur potius finis actionis, sc. i. q. ablactare* (*spiritaliter* AMBR.; *gr. respondet ἀπογαλακτίζειν*): VET. LAT. I reg. 1, 22 (cod. 115) cum -vero eum *puerum Samuel* (*item* cod. 91. *al., addentes*: et retraham eum a lacte; *Vulg.* ablactetur. *in eadem re*: 1, 23 [cod. 115, *sim. al.*] donec -es eum [*postea*: donec tolleret eum a lacte; *Vulg.* ablactes ... amoveret]). psalm. 130, 2 (cod. 136) si non ... conticeam (*i. silere faciam*) animam meam ut -tus super matrem meam (*cod. 303. al.* = *Vulg.* ablactatum [*n. pro subst.*], *Psalt. Rom. al.* ablactatus). *p. p. p. masc. pro subst.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 21, 2 (*antea affertur Is. 28, 10*) ad -tos et abductos ab uberibus loquebatur, hoc est ad eos, qui prima infantiae alimenta transissent cibo iam habiles fortiori (*postea*: ablactatus Isaac; *cf. Is. 28, 9, ubi Vulg.* ablactatos a lacte *eqs.*). **2** *respicitur potius continuatio actionis*: CHRYSOST. hom. V 897^{B} natum suum mulier libenter -at, natum vero peccatum facit exitium nutrienti.

perlaetus, -a, -um. *a* per *et* 1. laetus. *i. q. vehementer laetus* : LIV. 10, 21, 6 *ob rem bene gestam decreta* supplicatio ... -a fuit (perlata, perlate *codd. pauci*).

perlambo, -ere. *a* per *et* lambere. *i. q. lambendo pertractare* (*nisi compos. pro simpl.*): ALC. AVIT. carm. 3, 243 cum ... canes miti -ant *Lazari* ulcera lingua (*cf. Luc. 16, 21 ἐπ-, περιέλειχον sim., cod. 3* lambebant, *Vulg.* lingebant).

perlātē *adv.* *a* per *et* late (1. latus). *i. q. admodum late* : CIC. de orat. 2, 17 (*v. supra p. 666, 72; cf. ibid. 53 sqq.*).

perlateo, -uī, -ēre. *a* per *et* latere. GLOSS. II 272, 11 διαλανθάνω: -o, delitesco. *i. q. continuo vel usque in finem latere* : OV. ars 3, 416 quis Danaen nosset, si semper clausa fuisset inque sua turri -isset anus? (*cf. 3, 414* Ilias aeternum si latuisset opus).

perlātio, -ōnis *f.* *a* perferre (perlatum). [*falsa var. l. pro* perturbatio QVINT. inst. 6, 2, 9.] *i. q. actio perferendi: vigente respectu loci* : HYG. astr. praef. 2 uniuscuiusque signi historias causamque ad sidera -is ostendimus. SYMM. epist. 5, 38 diplomatis sacri tarda -o. CLAVD. DON. Aen. 1, 675 p. 134, 21 *pueri* personae gratiam auctura erat -o munerum (prelatio *edd. vet.; cf. postea*: munerum perlator). *vigente respectu patiendi, tolerandi* : LACT. inst. 5, 22, 3 patientia est ... malorum ... cum aequanimitate -o (*ad rem cf. supra p. 1355, 1*). *Breimeier.*

perlātor, -ōris *m.* *a* perferre (perlatum). *legitur inde a saec. IV, frequentat* AVG. (*deest* portitor) *magisque* ENNOD. (portitor *haud raro*), *deest* GREG. M. epist. (portitor *fere centies*); *vox* CIC. *sollemnis q. e.* tabellarius *aetate imperatoria raro occurrit praeter* SYMM. (*18^{ies}*) *et inscr.; cf. etiam* baiulus *vol. II 1687, 28 sqq.*, gerulus *vol. VI 2, 1952, 70 sqq.*

i. qui perfert aliquid mandatu alterius: **1** *perfert scripta, maxime epistulas* (*est vox generalis, quae dicitur sive de tabellariis sive de clericis aliisve* [*e. g. de viro sublimi* ENNOD. epist. 2, 16, 2 p. 58, 4, *de muliere ibid.* 3, 33, 1 p. 95, 10]): **a** *accedit gen. obi.*: HIL. coll. antiar. p. 160, 5 quod -es litterarum Iovianus diaconus et Martirius subdiaconus ... adserebant (VITA Anton. prol. p. 16, 7 -r l. ad vos festinabat. 86 p. 86, 18 [*gr. et Euagr. v. vol. X 2, 43, 19. 23*]. SYMM. epist. 5, 30. *al.; subst. omisso*: AVG. epist. 97, 3 harum). LVCIF. epist. 2 l. 3 codicis -em. SYMM. epist. 7, 24 adserebat -r epistulae imminere excursum tuum calcibus suis (9, 37 ab e. -e cognosces. LEO M. epist. 49 Conc.^{S} II 4 p. 23, 14 huius e. *al.; subst. omisso*: AVG. epist. 191, 1 huius). HIER. in Philem. 1 p. 606^{A} Onesimus ... -r eiusdem sermonis (*sc. epist. ad Col.*) fuit. AVG. cur. mort. 18, 23 -r eius *libri.* epist. 149, 2 eorum *scriptorum* -em non vidi. ENNOD. epist. 2, 5, 3 p. 44, 7 -em praesentium ... suscipite (2, 8, 1 p. 47, 23. *al. apud eundem*). **b** *cetera exempla*: AMM. 21, 16, 11 epistularum fascem ab eo *usurpatore* ad conscios missum -e capto sibi oblatum *delevit Constantius.* SYMM. epist. 9, 133, 2 spectatae fidei -r adportet *rescriptum* (*item agitur de fidelitate -is e. g.* AVG. epist. 194, 2 sanctissimo et fidelissimo -e, quem voluisti esse apud nos non solum advectorem scriptorum tuorum verum etiam narratorem testemque factorum. AVELL. 63, 5 opportunitate -is fidissimi. *al.*). AVG. epist. 38, 3 si per festinationem -is liceret (111, 9 epistula ... propter -is f. nimis accelerata. 149, 2 f. -is urgebat. *al.; cf.* 179, 7 -is festinantis [c. Gaud. 1, 1, 1 p. 201, 8 retract. 2, 59, 1. *v. etiam l. 31*]). 193, 1 ut ... a Carthagine non rescriberem, non occasio defuit -um, sed alia ... nos ... continebant; ... *sed e Mauretania,* ut tibi rescriberem, nulla occurrit opportunitas -is (epist. Divj. 19, 3, 1. LEO M. epist. 113, 3 Conc.^{S} II 4 p. 66, 26 si expeditioris o. se praebuerit -is. *al., cf. l. 45. 56 sq.*). 222, 3 -em multum commendo; subdiaconus est de nostra dioecesi (224, 3 ENNOD. epist. 3, 16, 2 p. 84, 10. *al.*). CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 10, 9 si idoneum te elegerat -em (LEO M. epist. 130, 3 Conc.^{S} II 4 p. 84, 19). ENNOD. epist. 3, 6, 1 p. 76, 5 domestici -is occasio (3, 13, 2 p. 81, 7 ad d. -is opportunitatem. *al. in eius epist.; cf. ibid.* 4, 20, 1 p. 113, 9 familiaris -r. 6, 34, 2 p. 169, 5 proprium ... -em). *al.*

2 *perfert alia* : **a** *usu vario* : CLAVD. DON. Aen. 1, 675 p. 134, 23 in honore est ... ille, qui munerum -r extitit. PAVL. NOL. epist. 22, 3 ne litteras nobis tuas ⌞non tui corporis -r⌟ adferret (*i. portitor tui dissimilis; ludit c. notione sub 1 descripta*). **b** *peculiariter de eo, qui mandatu imperatoris ad senatum refert* : COD. Theod. gest. in sen. 5 (*acclamatur praef. praet.*) tantorum beneficiorum dignus -r.

f. **perlātrīx,** -īcis. *i. quae perfert: de muliere* : ENNOD. epist. 1, 8, 4 p. 17, 26 idoneae ... -is viaticum praegravavi. *de epistulis* (*vergit in vim adi.*): ENNOD. epist. 1, 22, 2 p. 34, 9 quasi querelarum -es litteras prorogavi.

perlātus, -a, -um *v.* perfero. *Calderó.*

perlaudābilis, -e. *a* per *et* laudabilis. *i. q. valde laudabilis* : DICT. 6, 14 simulacrum quoddam ... formae -is.

perlavia *v.* pelluvium.

perlavo, -lāvī, -lautum, -āre (-ere *p. 1513, 6*). *a* per *et* lavare (lavere). [*dub. trad.* PROP. 4, 6, 74 perque lavet ... spica Cilissa comas (*de tmesi cf. p. 1399, 11; tamen fort. recte* perluat et *Morgan, Class. Quart. 36, 1986,*

[Fl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

197 sq. coll. Petron. p. 1521, 71; v. etiam p. 1521, 21). TERT. paenit. 4, 3 -bit *est falsa var. l. pro* prolevabit. PLAVT. Most. 111 ⟨per⟩lavit *frustra coni. Ritschl.*] *fere i. q. (penitus) lavare* (*intrans.* ORIBAS.): *vi praeverbii perfectiva* : REGVLA mag. 30, 4 cum *hebdomadarii fratribus* omnibus -erint pedes aut cum extraneis supervenientibus lavant *eqs.* ORIBAS. eup. 4, 59 La p. 576 *aegrum* in balneo cedriam facis in ore tenere, donec -it (*gr. deest*). *vi praeverbii locali* (*nisi fallimur*): DIOSC. 2, 171 p. 247, 6 *postquam membra peruncta soli exposuisti,* fricata loca -es (*gr. 2, 186 ἀποψῶν*).

perlax *v.* pellax.

[perlaxo, -āre *legebatur olim pro* perelixo APIC. 7, 7, 1.]

perlec- *v. etiam* pellec-.

perlectio, -ōnis *f.* *a* perlegere. *i. q. actio perlegendi* : CIC. Att. 1, 13, 1 *vix est tabellarius,* qui epistolam paulo graviorem ferre possit, nisi eam -e[m] relevarit (per lectionem *var. l.*). *Fl.*

1. perlēgo, -ātum, -āre. *a* per *et* legare. *fere i. q. allegando perferre* : GREG. M. epist. 7, 17 l. 14 ne ... irrequisita, quae (*sc. crimina*) ad nos -ta fuerant, remanerent.

2. ⁽ˢ⁾perlego, -lēgī, -lēctum, -ere. *a* per *et* legere. *de scriptura* : SCAVR. gramm. VII 26, 8 'lego alligo colligo pelligo', ut omnes antiqui dixerunt, unde et apud Vergilium legendum 'pelligerent oculis', non 'perlegerent' (*sc.* Aen. 6, 34, *ubi* -rle- *codd. omnes, item* SERV. *et* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 888 QVI 147). PRISC. gramm. II 50, 6 (*testatur* pellego *afferens* PLAVT. Asin. 747). *tituli fere praebent* -rle- *inde a saec. I*^{1} *a. Chr.*; -lle- CE 52, 1 (*saec. II*^{2} *a. Chr.? e schedis*) *et fortasse* 696, 4 (*a. 506; lapis periit*); -rli- CE 54, 1 (*saec. I*^{1} *a. Chr.*). *in codd.* PLAVTI *haud raro occurrit* -lle- (-lli-), *cod. A praebet* -rle- Bacch. 923 Persa 517. Pseud. 993 (*an* -rli-*?*), -lle- Persa 497 (*nisi fuit* -lli-; *dub. item* Pseud. 31. 61. 997), -lli- Persa 500. *apud ceteros auctores fere* -rle- *tradi vid.* (-lli- CIC. Att. 13, 44, 2). *v. etiam Neue-Wagener*^{3} *II 821; Prinz, Arch. Lat. Med. Aevi 23, 1953, 52 sq. legitur inde a* PLAVTO (*16*^{ies}), CATONE, CIC., CAES., *sed admodum raro exceptis* OV. (*14*^{ies}) *et* MART. (*septies*), *saepius etiam in* CE *inde ab aet. lib. rei p.* [*confunditur in codd. maxime cum* legere CYPR. testim. 3 praef. PS. SEN. epist. Paul. 7 PETR. CHRYS. serm. 124, 2. *al., p. p. p. cum* perfectus MART. 11, 107, 2 (*cf. infra l. 74*). *de* GLOSS. III 122, 58. 226, 46 *v. vol. X 2, 688, 3 sqq.*]

I *usu sollemni spectat ad scripta, libros* : **A** *quae ab initio usque ad finem leguntur, fere i. q. legendo permeare, percurrere. iuxta obi. ponuntur adi.* omnis, totus *sim. l. 62. 64. 74. p. 1514, 11 sq. al., cf. p. 1514, 41; vi praeverbii evanida maxime p. 1514, 18; ponitur iuxta* legere *l. 48. 53. 55* (*addas e. g.* LACT. inst. 5, 1, 2 si leget, -at), evolvere AVSON. 322, 45 p. 263. 406, 62 p. 241 AVG. c. mend. 1, 1 p. 469, 11, percurrere CALP. ecl. 1, 32 (*v. 25*). PETR. CHRYS. serm. 132, 6. *pro obi. sunt plerumque ipsa scripta, eorum argumenta l. 53. p. 1514, 11 sqq. 36 (cf. acc. c. inf. p. 1514, 18), scriptor l. 65. p. 1514, 45, materia inscripta pro ipsa inscr. p. 1514, 5. 29; haud raro obi. subaudiendum est. nota dat. refl. p. 1514, 28.*

1 *recitando* (*iuxta pos.* recitare *l. 49* [*bis*]): PLAVT. Asin. 747 ostende ... syngraphum ...; leges -e. Bacch. 988 ades, dum ego has *tabellas* -o (Persa 497. Pseud. 40 tace, dum t. -o. :: ergo, quin legis? *obi. subaudiendo*: Persa 500 clare recitato. :: tace, dum -o. Pseud. 31). 996 ubi lubet, recita ... :: ... quidquid est, -ere certumst: '...'. 1005. Pseud. 993 propera hanc -ere quaeso epistulam (997 PANEG. 9, 13, 2. PASS. Petr. Paul. long. 22 -ta fuisset [completa esset *var. l.; gr. ἀναγνωσθείσης ... ἐπιστολῆς*]). CATO orat. 169 tabulae prolatae: maiorum benefacta -ta, deinde ... *alia* leguntur; ubi id utrumque -tum est, deinde *eqs.* CIC. de orat. 3, 213 qua *oratione* -ta, petitum ab *Aeschine* ..., ut legeret *alteram.* SALL. Catil. 47, 3 -tis litteris *Lentuli* ... senatus decernit *eqs.* OV. Pont. 4, 13, 33 *apud Getas* non patria -ēgi scripta Camena. SENT. centur. (Chart. lat. ant. V 280) 9 causa ... per-⟨or⟩ata cavitionibusque -tis. SEN. epist. 95, 2 recitator ... magna parte -ta 'desinam' inquit 'si vultis'. CALP. ecl. 1, 32 oculo ... sequaci ... nobis ... -e carmen. SVET. Claud. 41, 1. ACT. Arv. a. 140 (Année Épigr. 1920 n. 95) ⟨perl⟩ectis codicibus (*cf.* a. 240 [*ibid.* 1915 n. 102] I 5 edicto -to ... ⟨ad⟩clamaverunt). APVL. apol. 60, 4. PEREGR. Aeth. 33, 2 omnem ... adlocutionem (*sc. Matth. 24, 4 sqq.*) -et episcopus (*item -untur partes sacr. script.*: 36, 1 omnis ... locus. 40, 2 omnis ... lectio [BENED. reg. 11, 10]. REGVLA mag. 46, 6 apostolum). QVEROL. p. 48, 3 -e ... titulum funeris (*cf.* p. 48, 7 ego -o: '...').

2 *secum sive voce clara sive tacite*: **a** *qualibet ratione*: **α** *exempla varia* (*selecta inde ab* OV.): PLAVT. Bacch. 923 lubet ... mi has tabellas -ere denuo (986. OV. am. 1, 11, 19 -tis rescribat multa [*item abl. abs.*: BELL. Afr. 3, 4 LIV. 45, 12, 5]. *obi. subaudiendo*: PLAVT. Persa 517). CIC. Att. 5, 19, 1 quam *epistulam* puto te modo -isse (CAES. Gall. 5, 48, 9 [*disting.* recitat]. SALL. Iug. 71, 4. *in abl. abs.*: CVRT. 3, 6, 10 e. -ta. SVET. Vesp. 21 -tis e. ... *et* breviariis. PS. SEN. epist. Paul. 10 -ta e. ultimum locum *nomini* eligere [perfecta *Kraus*]). 9, 10, 10 -ēgi omnis tuas *litteras* et in eo acquievi (Q. CIC. Cic. fam. 16, 16, 1 illius l. -tis exsilui gaudio [*item abl. abs.*: CAES. civ. 1, 19, 1 PS. SALL. rep. 2, 12, 1 LIV. 23, 38, 4. 33, 28, 14]. BELL. Afr. 4, 4. *al.*). OV. epist. 4, 176 verba precantis -is? (*sic distinxit Watt, Riv. Fil. Class. 117, 1989, 62*). 5, 1 (*Oenone Paridi*) -is? an coniunx prohibet nova? -e. 21, 109 *malum Acontii* sustulit ... nutrix, miratque '-e' dixit: insidias legi ... tuas. fast. 1, 591 -e dispositas generosa per atria ⌞ceras⌟ (*ponitur pro titulis imaginum, cf. 592*). PHAEDR. 4 prol. 14 libellum, cum vacaris, -es (AVSON. 406, 62 mente et aure consciis. *cf.* librum: SEN. epist. 46, 1 sine ulla dilatione [*postea*: exhausi totum]. MART. 2, 1, 2 quis te ferret -retque, liber *trecentorum epigrammatum*? 11, 107, 2. 4. *obi. subaudiendo*: PLIN. nat. praef. 33 MART. 12, 2, 16). SEN. dial. 9, 9, 4 bybliothecas, quarum dominus vix tota vita indices -it. PETRON. 129, 10 totum convicium. MART. 1, 117, 12 *librarii* taberna scriptis postibus ... totis, omnis ut cito -as poetas. 14, 183, 1 Maeonio cantatas carmine ranas. AVR. Fronto p. 61, 19 orationibus ... -tis. PS. CATO dist. 3, 18 multa legas facito, -tis ⌞neglege⌟ multa *eqs.* (⌞ ⌟ -e *trad., emend. codd. rec.*). PATRIC. conf. 10 obstiterunt peccata mea, ut confirmarem, quod ante -eram (*i. legendo percucurri, sed non penitus comprehendi, nisi fallimur*). *al.* *pro obi. est acc. c. inf.*: PETR. CHRYS. serm. 124, 2 (*de Luc. 16, 19 sqq.*) ad divitem bona omnia, ad pauperem mala omnia -imus pervenisse. **β** *in carminibus titulorum sepulcralium* (*ponitur fere in primis versibus, in fine e. g.* CE 1829, 15; *cf. l. 44. p. 1513, 65*): CE 52, 1 (*saec. II*^{2} *a. Chr.?*) hospes, quod deico, paullum est, asta ac -e (*item imperat. sine obi.*: 98, 1. 982, 3. 1111, 3 [*saec. I/II*]. *al.*). 54, 1 (*saec. I*^{1} *a. Chr.*) scriptum -⟨e⟩. 55, 2 (*saec. I a. Chr.*) titulum nostrum -e (134, 7 [*saec. I*^{1}]. 371, 1 [*a. 16*]. *al.*). 108, 11 (*saec. II/III*) attonitus capita nunc versorum inspice: titulum merentis oro -as (*item spectat ad acrostichon* : 696, 4 [*a. 506*]. 1829, 15 [*saec. I/II*]). 475, 1 -e cuncta precor. 980, 1 (*saec. I a. Chr.?*) Thoracis -e nomen (CARM. Année Épigr. 1973 n. 422 quisquis ades n.que meum tibi -is). 1943, 7 (*saec. III*) tumulum qui -is istum. *al. in* CE.

b *perscrutandi, discendi causa* (*exempla potiora*): CIC. div. 1, 8 -ēgi ... tuum *librum* ... de natura deorum (VITR. 7 praef. 5 qui *Aristophanes Byzantius* summo studio summaque diligentia cotidie omnes libros ... -ret. QVINT. inst. 10, 1, 20 *non* per partes modo scrutanda omnia, sed -tus liber ... ex integro resumendus *est.* LACT. inst. 3, 18, 8 Platonis l. [*sc. Phaedrum ut* 3, 18, 9]). OV. rem. 487 quaeris ubi invenias *amorem*? artes tu -e nostras. COLVM. 1, 1, 17 nec statim quisquam compos agricolationis erit his -tis rationibus. QVINT. inst. 12, 8, 12 opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis, -endum erit. IVV. 14, 192 (*pater filio*) scribe, ... causas age, -e rubras maiorum leges (LEX colleg. salut. Dian. et Antin. [CIL XIV 2112] 1, 18 tu, qui novos in hoc collegio intrare vole⟨s, p⟩rius l. -e). APVL. apol. 82, 7 sine omnia inspiciam, ⟨a⟩ principio ad finem -am. CYPR. testim. 3 praef. in breviarium pauca *praecepta dominica* digesta et velociter -untur et frequenter iterantur. AVSON. 222, 2 p. 74 conditur hoc tumulo ... Vlixes: -e Odyssean omnia nosse volens. AVG. c. acad. 2, 2, 5 l. 66 -ēgi totum *apostolum* intentissime atque castissime. *al.*

c *examinandi, percensendi causa* (*exempla potiora*): CIC. Att. 13, 44, 2 expecto quid iudicet *Varro*; quando autem -et? (*sc. Academica*). BRVT. Cic. fam. 11, 19, 1 litteras ... velim prius -as et, si qua tibi videbuntur, commutes. PLIN. epist. 4, 20, 1 quid senserim de singulis tuis libris, notum tibi, ut quemque -eram, feci. AVSON. 299, 2 p. 169 adtento, Drepani, -e iudicio (*postea*: censuram lectoris). DIG. de confirm. dig. 17 omnibus -tis, quidquid ex his pulcherrimum erat, *elegimus* (*gr. διαρρῶς ἀναγνωσθέντων. cf. ibid.* volumina -erunt [*gr. συναθροισθέντες ... ἐνέτυχον*]. COD. Iust. 5, 17, 11, 2b omnibus ... causis requisitis et -tis).

B *quorum lectio interrupta peragitur, fere i. q. porro, usque ad finem legere* (*in recitatione praeter* OV.): PLAVT. Bacch. 1027 sine -am (*ad interpellantem ut*: Pseud. 61). OV. epist. 16, 12 parce ... fasso (*sc. amorem*) nec vultu cetera duro -e (Pont. 2, 2, 6 sq. *lecto nomine* dubitas c. -ere? -e). SVET. Aug. 85, 1 quae volumina cum iam senior ex magna parte legisset *Augustus,* fatigatus Tiberio tradidit -enda (*sim.* Tib. 23). APVL. flor. 16, 11 *recitator imbri interruptus promisit se* reliquum ... deincipiti die -turum.

C *quae passim, frequenter leguntur, fere i. q. lectitare* (*nisi quaedam ad A trahere mavis*): MART. 1 praef. 12 (*epigrammata lasciva defendit*) sic scribit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, ... sic quicumque -itur. PLIN. epist. 8, 20, 2 permulta in urbe nostra ... *non* novimus, quae si tulisset Achaia ... aliave quaelibet ... terra, audita, -ta, lustrata haberemus. ARNOB. nat. 5, 12 p. 265, 5 dicunt eam *fabulam* cuncti patres et superciliosae -unt civitates (*sim. religionem paganorum irridet*: 5, 14 p. 267, 18 historias ... -itis tales. 5, 15 p. 268, 22 illam *historiam* ... cotidie -i. 5, 23 p. 278, 15 hocine audiri et -i sub mundi hoc axe?).

II *usus peculiares* (*fere e similibus verbi simplicis explicandi*): **A** *de hominibus* : **1** *i. q. oculis vel animo lustrare aliquid* (*aliquem*): VERG. Aen. 6, 34 quin *fores templi spectantes* protinus omnia -rent oculis, ni iam praemissus Achates adforet *eqs.* ([SERV. auct. perspectarent.

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS.[L] I Ansil. PE 888 considerassent]. STAT. Theb. 3, 500 *vates auspicantes* cunctas -ēre animis oculisque sequacibus auras). PANEG. 4, 1, 2 in serenis frontibus animorum indicia -untur. CLAVD. 26, 418 *legio victrix* ferro ... notatas -it ... figuras *Pictorum occisorum.* rapt. Pros. 3, 165 castumque cubile desertosque toros et sicubi sederat olim -it *Ceres.* EPIST. pontif. 1026 Gassó-Batlle 67, 1 *presbyterum quendam misimus,* illud in eius persona maxime -entes, quod vestris eum conperimus in affectu debito animis inhesisse. **2** *i. q. sequi: versibus aliquid describendo* : STAT. silv. 5, 1, 210 quis carmine digno exsequias et dona malae feralia pompae -at? *exemplum alicuius imitando* : PAVL. NOL. epist. 42, 4 *opto, ut* iuxta formam fidei tuae in itinere directo veritatis vestigia -amus. **3** *i. q. colligere* : PAVL. NOL. epist. 39, 2 e quibus *utilitatibus in natura paratis* non solum carnalia emolumenta capiamus, sed multo magis spiritalia -amus.

B *de sideribus fere i. q. praeterire* (*de notione praeverbii cf. supra p. 1140, 71 sqq. 1228, 60 sqq.*): GERM. 360 duo sidera -it unum, namque Aries supra Pristin Piscesque feruntur (*gr. 356 sq. φέρεται ... ὑπὸ Κριῷ κτλ.*, pro- *cod. unus,* prae- *olim Schwartz, quod probant edd. rec.*).

deriv.: perlectio. *Keulen.*

perlēnio, -īre. *a* per *et* lenire. *i. q. (penitus) lenire* : MARCELL. med. 9, 30 *medicamentum,* quamdiu dolorem et tinnitum ... -at, in aurem ... infundes.

perlepidē *adv.* *a* per *et* lepide. *i. q. valde lepide* : PLAVT. Cas. 927 -e narrat.

perlēvigo, -āre. *a* per *et* 1. levigare. *i. q. penitus levigare* (*de curatione aegri quasi perlinendo effecta*): VITAE patr. Iurens. 75 *cum* velut perunctor quidam ... singulatim membra *torti corporis* -ans contactu salubri contingeret, coepit ... iam recta ... membra porrigere.

perlevis, -e. *a* per *et* 1. levis. *i. q. valde levis, minimi momenti*: CIC. leg. agr. 2, 80 illa magnifica populi Romani vectigalia -i saepe momento fortunae ... pendere (LIV. 21, 43, 11 saepe ... incluti populi ... -i m. victi sunt. 24, 34, 2 *ut Archimedes opera oppugnantium* -i m. ludificaretur). -e est *c. inf.*: RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 12 vobis parum videtur ... male loqui de sanctis et -e est vobis dicere de servis dei: (*seq. vituperationes*).

adv. **perleviter.** *i. q. valde leviter, minimo momento*: CIC. Tusc. 3, 61 ut eos ... -r pungat animi dolor. ad Q. fr. 2, 6, 2 convivio ..., quod -r commotus fuerat, defuit (*cf. vol. III 1949, 51*).

perlibēns, perlibenter *v.* perlibet.

perlīberālis, (-e). *a* per *et* liberalis. *i. q. valde liberalis* : TER. Hec. 864 numquam ante hunc diem ... *uxorem tuam* videram: -is visa est ([SCHOL. p. 148, 20 honestissima]. *sim.* Phorm. 815).

adv. **perlīberāliter.** *i. q. valde liberaliter* : CIC. S. Rosc. 108 nonne satis fuit eis gratias agi, denique, ut -r ageretur, honoris aliquid haberi? (*sim. pertinet ad largiendum, tribuendum*: Att. 15, 15, 4 *decet filium* non modo -r a nobis sed etiam ornate cumulateque tractari). Att. 10, 4, 10 hoc loco multa -r (*sc. mihi promisit sim.*).

perlībero, -āre. *a* per *et* liberare. *i. q. (penitus) liberare* : RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 176, 18 duae me causae ab omni ambiguitate -ant.

perlibet (-lub-), (-ēre). *a* per *et* libet (*fortasse prius formatum est* perlibens, *v. Leumann, Gramm. 1977, 401*). -lub- *praebent codd.* PLAVTI, *etiam l. 56 sq.* *i. q. vehementer libet, magna libido est* (*c. inf.*): PLAVT. Capt. 833 -et hunc hominem colloqui. Rud. 353 istuc periclum -et quod fuerit vobis scire.

(*part. praes.*) **perlībēns** (-lub-), -entis *pro adi. praedic.* *i. q. valde libens* : PLAVT. Trin. 780 ausculto -s (1041 lubet adire atque appellare hunc; verum a. -s). CIC. ad Q. fr. 2, 5, 4 me -e Sevius adlisus est.

adv. **perlibenter** (*nisi est compos. e* per *et* libenter). *i. q. valde libenter* : CIC. Brut. 11 legi ... -r epistulam *Bruti.* Tim. 2 *Ephesi* -r et Nigidium vidi et cognovi Cratippum. Att. 8, 14, 2 tecum -r loquor. fam. 7, 14, 2 illud ... -r audivi. -r habeo *c. acc. c. inf.* (*cf. vol. VI 3, 2449, 42 sqq.*): AVG. c. acad. 2, 10, 24 -r habeo huc usque hodie nostrum processisse sermonem.

perlībrātio, -ōnis *f.* *a* perlibrare. *i. q. actus perlibrandi* : VITR. 8, 5, 1 (*agit de aqua ad habitationes perducenda*) ratio est prima -o; libratur autem dioptris aut libris aquariis *eqs.*

perlībro, (-āvī), -ātum, -āre. *a* per *et* librare (*vi praeverbii fortasse perfectiva vel locali sub 1, minus manifesta sub 2, nisi ad finem actionis spectat sub 2b*).

i. q. (perfecte, penitus) librare : **1** *respicitur aequatio eiusve examinatio* : **a** *strictius et technice examinatur aliquid ad libellam* (*absolute* VITR.): VITR. 8, 5, 2 eo chorobate cum -tum ita fuerit, scietur, quantum habuerit fastigii *canalis* (*antea*: libratum). COLVM. 3, 13, 13 *hoc instrumentum* imae fossae solum metitur atque -at, quia sive pronum seu resupinum est positione machinae deprenditur. *ibid.* sic permensum et -tum opus. **b** *laxius respiciuntur loca aequanda vel plana* : SEN. nat. 3, 28, 5 si quis excelsa *fluctuum* -et, maria paria sunt (*postea*: orbis aequatus est). COLVM. 2, 2, 1 campum non aequissima situm planitie nec -ta, sed exigue prona. **c** *translate examinatur aliquid visu et mente* (*cf. vol. VII 2, 1350, 78 sqq.*): STAT. Ach. 1, 762 intentus vultus ac pectora *virginum* Vlixes -at visu (perlibat, prelibat *var. ll., v. vol. X 2, 689, 70*).

2 *respicitur vibratio, directio telorum* (*destinatum indicat dat. l. 10, alter acc. fortasse l. 13*): **a** *describitur potius praeparatio ictus* : SIL. 2, 190 *virgo* bipennem -ans mediae fronti *hostis.* 5, 321 *Appii hasta vulneratus* contra non dicta Libys, sed fervidus hastam -at ([*326* pertulit ictum]. 12, 404). **b** *describitur ipse ictus* : SIL. 15, 695 Hasdrubal ... ⌞coeptantem Arabum⌟ raptare ... spolium ... iaculum a tergo -at ad ossa (⌞ ⌟ *dat. Ruperti*).

deriv.: perlibratio.

perlicet *et* **perlicio** *v.* pellicio.

? **1. perligo,** -āre. *a* per *et* ligare, *e coni. dub. Grotii* GERM. 349 decurrens ... navita ... aversam ... ratem ... ab ora -at (perlegit *trad.*, praeligat *Muncker; cf. vol. X 2, 692, 7*).

2. perligo, -ere *v.* perlego.

? **perlīmes,** -itis *m.* *a* per *et* limes, *si genuinum.* *significari videtur genus limitis vel termini*: NIPS. grom. p. 290, 3 cultellabis ... prehensis -bus in extremitatibus formarum.

perlīmo, -āre. *a* per *et* limare. *i. q. (perfecte) limare, acuere*: VITR. 5, 9, 5 subtilis ... aer propter motionem corporis *ambulantis* influens -at speciem (*i. visum, cf. postea*: acutam speciem). GLOSS. V 320, 44 pe⟨r⟩politae: per[c]limat(a)e (*an adv.* -e*?*). *Fl.*

perlino, -litum, -ere. *a* per *et* linere. *scribitur*: -len- ORIBAS. eup. 4, 112 La p. 619. *de formis: inter verba* coniugationis tertiae CHAR. gramm. p. 477, 34. *formae quarti ordinis: part. praes.* -liniens VET. LAT. sap. 13, 14 (*bis*), *perf.* -linitus VET. LAT. lev. 14, 43 (cod. 104). Ps. DIOSC. herb. fem. 23. ISID. orig. 17, 7, 33 (-litus *saepe inde ab* APVL.); *adde varias lectiones l. 43. 68. p. 1517, 1. formae primi ordinis fortasse exstant infra l. 49. 75; cf. Adams, Pelagonius, 1995, 514 sq.* *legitur inde a* COLVM., APVL. [*vix recte trad.* APVL. met. 1, 14, 2 ego ... lotio -tus (-lutus *Colvius, edd. plerique coll. 1, 13, 8*).]

1 *strictius i. q. consulto aliquem, aliquid perungere* (*sc. re magis minusve liquida, quae indicatur fere per abl., alio modo l. 49. p. 1517, 3, subauditur l. 45. 70; ceterum nota structuras peculiares l. 56 sqq. et acc. partium corporis p. 1517, 12*): **a** *-untur corpora animantium (mortuorum l. 47) eorumve partes*: α *medendi, curandi causa* (*ratione magica* APVL.): COLVM. 7, 5, 22 ulcera *agnorum* ... pice liquida cum adipe suilla -untur (-iuntur *codd. rec.*). APVL. met. 3, 21, 4 *Pamphile* unguedine ... ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos -it. SER. med. 772 salicis frondem ... cum vino tere, tum contractos -e nervos *podagricorum* (*cf. Plin. nat. 24, 58* foveri nervos). Ps. HIL. hymn. de Christo 45 corpus mirra -tum ... condidit *Ioseph* (*cf. Ioh. 19, 39 sq.; item -untur mortui* : PASS. Petr. 16 p. 39, 5 aromatibus. *aliter*: PELAGON. 347 haec ... deteris et inde totum c. *pecoris scabiosi* -as. Ps. DIOSC. herb. fem. 23 *cuiusdam herbae* suco c. -tum ... venustiorem ... efficit [*gr. Diosc. 4, 130 ἀλειφόμενον*]). VEG. mulom. 2, 28, 1 *animalis aegri* totum caput ... aqua calida fomentatur et taurino felle -itur (*cf. Chiron 323* oblinis). MARCELL. med. 3, 3 dolores capitis ... cito emendabis, si betae nigrae suco tempora -as (*Plin. med. 1, 1, 1* suco temporibus inlinito). 19, 22 fel ursinum leprosos ... sanat, si eo adsidue -antur. ALEX. TRALL. 1, 14 *medicamento* ⌞-i⌟ capillos (*ed.*, -e *codd.*). *structura parum perspicua vel manca* : ORIBAS. eup. 4, 112 La p. 619 ipsa (*abl. sing.? acc. plur.?*) in conmixtionem -as veretrum (*gr. 4, 110, 17 αὐτὸ δὲ τὸ κατὰ τὰς συνουσίας σπέρμα περιαλειφόμενον τῷ αἰδοίῳ, Aa* inlitum veretrum). syn. 7, 48 add. Aa p. 191 (*antea describitur medicamentum, quo vitiligines curantur*) -is ante pulver Cymoliae et farina lupini et nitro asso et detergis (degergis *trad.*). *ibid.* aliut tincturium ... in sole -e. β *alia ratione*: APVL. met. 8, 22, 5 *dominus puniendum* servulum ... nudum ac totum melle -tum ... alligavit arbori *formicarum plenae.* EVANTH. de com. 1, 2 ora sua faecibus -bant scaenici ante usum personarum. SVLP. SEV. chron. 1, 34, 2 *Samuel* David regali unguento -it (*cf. I reg. 16, 13* unxit eum).

b *-untur res* : COLVM. 9, 12, 2 custos ... loculamentum *ad apes examinantes repetendas* ... praeparatum -at intrinsecus ... herbis (-iat *var. l.; ad rem cf. 9, 8, 13. 9, 9, 8*). VET. LAT. lev. 14, 43 (cod. 104) posteaquam -inita fuerit *domus, sc. tectorio novo* (*sec. var. l. gr. ἐπαλειφθῆναι ut in eodem cod. 14, 42* perunguent; *Vulg.* alia terra lita). sap. 13, 14 (*conficitur idolum*) faber ... vas utile ... assimilet ... imagini hominis ..., -ens ⌞rubrica⌟ ... et omnem maculam ... -ens (*gr. bis κατακρίσας.* ⌞ ⌟ lubrica *var. l., fort. per dissimilationem*). SER. med. 798 purpura ... conchyli -ta fuco. PALLAD. 3, 30 *in vitibus resectis* insulsa amurca ... plagae excisio -etur et sub hac acetum

[Claassen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acre fundatur. PACIAN. epist. 2, 4, 5 litteras tuas vivaci cedro -am (-eam *var. l.*) propter cariosos hostes Musarum (*i. diuturnas faciam. cf.* MART. CAP. 2, 136 cedro -ta *papyrus.* ISID. orig. 17, 7, 33 *ut libri* -initi ex ea *cedria* nec tineas patiantur nec tempore consenescant). AVSON. Mos. 309 magico ... noctua *posita ab Ictino in Acropoli* -ta fuco adlicit ... volucres perimitque tuendo. CYPR. GALL. gen. 985 *Iacob varias virgas praeparavit (gen. 30, 37), ut ovium* lana colores ... raperet virgarum -ta suco.

2 *laxius p. p. p.* -tus *i. q. perfusus, inquinatus, imbutus* (*in imag.* AVSON., AMM.): APVL. met. 3, 1, 3 *an iudex* me trinae caedis cruore -tum et ... sanguine delibutum innocentem pronuntiare poterit? ARNOB. nat. 5, 23 p. 278, 1 vellem ... videre Iovem *in taurum mutatum* ... ex parte postica caudam suffragines talos molli fimo -tum. AVSON. 194, 19 p. 52 *rhetor* memor, disertus ..., salibus modestus felle nullo -tis. AMM. 26, 10, 10 *ubi* Catonianae ... sententiae fuco -ti residerint iudices. *Claassen.*

perliquidus, -a, -um. *a* per *et* liquidus. [*falsa var. l. pro* perlucidus CYPR. GALL. exod. 1033, *cf.* num. 551.] *i. q. valde liquidus*: CELS. 2, 4, 9 si quod descendit *ex alvo* est -um (*sec. Hippocr. progn. 11 ὑδαρὲς ... κάρτα, versio lat.* aquatum ... valde).

perlito, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* litare. *i. q. peragere (sc. sacra) vel sacrificando supplicare ita, ut divinitati satisfiat* (*sc. vi perficiendi, quae inest saepe etiam verbo simplici*): **1** *c. obi. int.*: VAL. ANT. hist. 59 si eae res divinae factae recteque -tae essent. **2** *intrans.*: LIV. 7, 8, 5 diu non ⌞-tum *esse*⌟ tenuerat dictatorem, ne ... *proelii* signum dare posset (⌞⌟ *inf. pro subi.; item pass. impers.* : 36, 1, 3 sacrificia laeta fuerunt primisque hostiis -tum est. 41, 15, 4 *infra*). 41, 14, 7 *consul* bove -are iussus (*item c. abl. hostiae* : 41, 15, 3 tribus bubus [*postea*: usque ad litationem sacrificari]. FLOR. epit. 4, 2, 94 *Caesar idibus Martiis non* -are centum victimis potuerat. ZENO 1, 39, 2 funesto sanguine. *adde l. 25*). 41, 15, 4 ceteris diis -tum ferunt; Saluti Petillium *consulem* -asse negant.

perlitterātus, -a, -um. *a* per *et* litteratus. *i. q. valde litteratus* : CIC. or. frg. A 6, 2 his ... ludis ... unus quidam poeta dominatur, homo -us (*ironice, cf. postea*: qui simul litteras non didicerunt).

perlitus *v.* perlino.

perlongātus *v.* perlongo. **perlongē** *v.* perlongus.

perlonginquus, -a, -um. *a* per *et* longinquus. *i. q. valde longinquus, diuturnus*: PLAVT. Bacch. 1195 (*meretrix ad senem de gaudiis vitae*) tam pol id quidem esse haud -um.

[perlongo, -ātus *perperam afferunt quidam ex* GREG. M. epist. 9, 220 l. 48 (= 9, 107 *ordinis veteris*), *ubi legitur* prolongatus.] *Fl.*

perlongus, -a, -um. *a* per *et* longus. [*val.* prelung; *var. lig. vet. et it. mer. cf. M.-L. 6416 et Faré, Postille. St.*] [*in codd. confunditur cum* praelongus CHROMAT. serm. 25, 1; *depravatur in formam* prolongus LEO M. serm. 16, 4, *cf.* CASSIAN. inst. 11, 10, 1.]

i. q. valde longus: **1** *praevalente vi temporali*: **a** *in locutione* -um est *sim.*: **α** *c. variis structuris*: PLAVT. Trin. 745 nunc si opperiri vis adventum charmidi -umst (HIER. epist. 18A, 6, 5 quae si ... voluero replicare, -um est. CASSIAN. conl. 7, 32, 4 si volumus ... singillatim percurrere *eqs.*). GREG. TVR. Mart. 1, 36 p. 605, 27 ad referendum -um est. **β** *c. (acc. c.) inf.*: PANEG. 3, 9, 4 universas urbes *restitutas* ... enumerare -um est (PASS. Macc. 8, 13 quae e. -um est. HIER. in Tit. 1, 12 p. 572[B]. *al.; cf.* PACIAN. epist. 1, 1, 2 *ea* dinumerare -um est [APON. 3, 11. GREG. TVR. glor. conf. 2 p. 749, 21 quae d. -um puto]). HIER. epist. 22, 2, 1 nunc eadem replicare -um est (CASSIAN. inst. 11, 10, 1. *cf. l. 48*). AVG. gest. Pelag. 3, 11 p. 62, 20 de his ..., quantum satis est, disputare (PRIMAS. in apoc. 16, 21). LEO M. serm. 16, 4 SIDON. epist. 4, 18, 1. *al.* *acc. c. inf.*: GREG. TVR. glor. conf. 60 p. 783, 22 tam frequenter ostenduntur miracula, ut ex ordine scribi -um sit (longum sit *var. l.*). Mart. 1, 11 p. 596, 12 ut virtutes ... enarrari -um sit.

b *pertinet ad subst.*: *de tempore sim.*: CIC. leg. agr. 2, 3 me -o intervallo prope memoriae temporumque nostrorum primum hominem novum consulem fecistis. SERM. Corp. Vind. 21 p. 246, 5 qui ... odium -o tempore in corde tenuerit, *eqs.* *de variis rebus*: DIOM. gramm. I 460, 23 hyperbaton est in eodem sensu -a[m] dictionis dilatio. CONC. Carth. a. 411 praef. per istud volumen actorum prosecutiones partium -os explicuere conflictus. VIRG. gramm. epit. 15, 3, 7 *latinitas* lumbrosa, hoc est -a (*v. vol. VII 2, 1807, 53 sqq.*).

2 *praevalente vi locali* (*cf. adv. infra*): CIC. Att. 5, 20, 8 *litteras* -a et non satis tuta via perferendas (*sc. ex Italia in Ciliciam*). CHART. lat. ant. IV 249 (*saec. II²; describitur dos*) in ⟨aur⟩eis enotion (*i. ἐνώτιον*) p⟨er⟩lon⟨gu⟩m. APVL. mund. 16, p. 323 (*inter miracula caeli*) rhabdos ... ad virgae rigorem -um colorata nubecula dicitur.

adv. **perlongē.** *i. q. valde longe* : TER. Eun. 609 ubi? domin? :: immo apud libertum Discum. :: -est. *Schad.*

perloquor, -locūtus sum, -ī. *a* per *et* loqui. [-bantur *pro* proloquebantur *legebatur olim* EVSEB. GALLIC. hom. 10, 6.] GLOSS. V 320, 43 ⌞perorsus⌟: -tus (peroratus *suspicatur Heraeus in exemplari suo*).

perlub- *v.* perlib-. *Fl.*

perlūceo, -ēre. *a* per *et* lucere. *scripturam* pell- *testatur* PRISC. gramm. II 50, 7 (*affert* PLAVT. Aul. 566, *ubi* pl- *codd. Plaut.*), *tradi vid.* CIC. Brut. 274, *ceterum vix invenimus, cf. Prinz, Arch. Lat. Med. Aevi 23, 1953, 52 sq.* *praes.* -it ORIBAS. *bis.* GLOSS. -o: *διαφαίνω.* -et: *διαυγάζει. διαφαύει.* *legitur inde a* PLAVTO, CATVLLO, CIC., VARRONE, *novies apud* PETR. CHRYS. [*dub. trad.* LYGD. 4, 71 -enti cantum meditabar avena (*epitheton vix sanum, v. Tränkle, 1990, ad l.*; praecludenti *Delz, Mus. Helv. 48, 1991, 62*). *dub. vel falsa var. l.* MART. 2, 46, 3 (*pro* conlucent). PASS. Montan. 4, 2 (*pro* prolucente). *falso trad.* GLOSS.[L] III Abol. PE 70, *v. supra p. 1195, 14.*]

I *vi praeverbii locali vel intensiva*: **A** *i. q. translucidum esse* (*sive materia ipsa translucida est sive foraminibus sim. perspici potest; accedit abl. l. 36 sq. 38. 46 [bis], praepos.* ad *l. 32. 37* [*bis*]): **1** *proprie* (*per hyperbolen* PLAVT. *et* IVV. *sub a*): **a** *de rebus variis*: PLAVT. Aul. 566 *agnus* ossa ac pellis totust ...; ita is -et quasi lanterna Punica. Rud. 102 villam integundam intellego totam mihi; nam nunc -et ea quam cribrum crebrius (*cf.* IVV. 11, 13 iam -ente ruina [*i. domo ruinosa*]). CIC. nat. deor. 2, 54 tenuis ac -ens ... aether. VARRO rust. 3, 9, 11 cum *ovum* ad lumen sustuleris, quod -at, id esse ... inane. OV. met. 4, 313 *Salmacis* -enti circumdata corpus amictu (*item de vestimento* : SEN. epist. 114, 21 -entem togam. ORIENT. comm. 1, 557 -ens habitus). 4, 411 -entibus alis *vespertilionum.* SEN. nat. 1, 5, 8 cum illa *specula* non -ant, hae *nubes* transmittant lucem (*cf.* epist. 90, 25 specullariorum ... -ente testa clarum transmittentium lumen). 1, 6, 6 in nube est aliquid vitro simile, quod potest -ere. PLIN. nat. 11, 173 *ranis feminas allicientibus* extenti buccarum sinus -ent. LACT. opif. 8, 9 *deus oculos* membranis -entibus texit (*de eisdem*: 10, 3 [*cf. p. 1520, 19*]. ISID. diff. 2, 53. *de omento*: 14, 2 m. illa -ens). PAVL. NOL. epist. 32, 13 -ente transenna (*in basilica*). AVG. soliloq. 2, 5, 7. PETR. CHRYS. serm. 139, 2 *oculus* sua caecus ad crimina, ad aliena errata -ens. ORIBAS. syn. 2, 56, 52 La p. 126, 18 resina terebentina ..., qui -it, vitro similis *eqs.* (*gr. διαυγέστερα, Aa* perlucida). *al.* **b** *de liquoribus*: CATVLL. 68, 57 -ens ... rivus muscoso prosilit e lapide. CELS. 2, 10, 17 *si sanguis* rubet et -et (*opp.* crassus et niger *ut* 2, 10, 19). SEN. Phaedr. 507 Lerna puro gelida -et vado. dial. 5, 35, 4 stagno non ad solum -ente. 9, 1, 8 -entis ad imum aquas. SIL. 14, 228 qui potant ... -entem splendenti gurgite Achaten.

c *de locis sim. apertis, visui patentibus*: VARRO ling. 5, 140 (*antea agitur de vehiculis clausis*) plaustrum ab eo, quod ... ex omni parte palam est, quae in eo vehuntur, quod -et, ut lapides asseres tignum (-e⟨n⟩t *alii, ut spectet ad B2b*). rust. 3, 5, 12 *circa ornithonem* est silva ... grandibus arboribus, ut infima -at. SEN. Herc. f. 1001 -et omnis regia. **d** *de gemmis vel vitro* (*quaedam fortasse ad B2b spectant, cf. illic p. 1519, 14*): PLIN. nat. 37, 106 *Sardae* Indicae -ent, crassiores sunt Arabicae. 37, 121 *amethysti* -ent ... omnes violaceo decore. 37, 188 cissitis in candido -et hederae foliis. VET. LAT. apoc. 21, 21 (cod. 51) aurum purum tamquam vitrum -ens ([*gr. διαυγές, Vulg.* perlucidum]. LACT. opif. 8, 11 MART. CAP. 1, 16. *al.; cf. supra l. 27. 33*). PRISC. periheg. 704 hic et crystalli -et maxima moles. 755 gemma micans illic -et iaspidis albae (*gr. 782 ὑδατόεσσαν*). ORIBAS. syn. 2, 56, 70 La p. 128, 22 -it *chrysitis* (*gr. ἀποστίλβουσα, Aa* perlucidus est).

2 *translate*: CIC. Brut. 274 reconditas exquisitasque sententias mollis et -ens vestiebat oratio *M. Calidii.* SEN. epist. 79, 18 tenue est mendacium: -et, si diligenter inspexeris.

B *fere i. q. fulgere, splendere (sive emittendo lumen proprium sive remittendo lucem alienam) nec non i. q. conspicuum esse* (*sc. notione splendoris evanescente, e. g. l. 62. 63. p. 1519, 1 sq. 4; accedit abl. saepius sub 1b et 2b; indicatur unde vel ubi l. 60. 64, quo l. 72. p. 1519, 9*): **1** *spectat ad lucem mente perceptibilem*: **a** *de rebus*: CIC. off. 2, 32 *honestum* quasi -et ex ... virtutibus (QVINT. inst. 6, 2, 13 ut ... mores dicentis ex oratione -ant. 11, 3, 154 *mores* ex voce etiam atque actione). SEN. Ag. 148 -et omne regiae vitium domus (*opp.* latet ... culpa). QVINT. inst. 7, 10, 16 *sensus sint* ita cohaerentes, ne commissura -at. TERT. pudic. 7 p. 230, 23 in illis *calicum picturis* -bit interpretatio *parabolae.* CONSVLT. Zacch. 2, 5, 1 cum ... adeo clara integritate -ant *probationes,* ut ... et a se comprobentur. PETR. CHRYS. serm. 64, 1 nec sic mysteria *scripturarum* ... audientibus -rent. -et *cum acc. c. inf.*: CAEL. AVR. acut. 3, 13, 111 ut corporalem esse passionem hydrophobicam manifeste -at. PETR. CHRYS. serm. 72[bis], 4. **b** *de animantibus*: PETR. CHRYS. serm. 28, 1 *apostoli* erant ... obscuri vita, sed vitae merito -entes. 40, 4 *ut oves* (*i. martyres*) niveo vellere -rent. 179, 3 *Christus* deus operum testimonio -bat. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 176, 2 usque ad occidentem et ultra -ens clarior conspiceris a sole visibili illa, qua Christum diligis, caritate.

2 *spectat ad lucem oculis perceptibilem*: **a** *de eis, quae lucent, apparent per quoddam corpus sim. intercedens vel conspicua fiunt velamento*

[Calderó]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

remoto (*vigente vi praeverbii locali*): Ov. met. 6, 391 possis ... -entes numerare in pectore *Marsyae deglupti* fibras. Liv. 41, 2, 4 *nebula* dilabente ad primum teporem solis -ens iam aliquid, incerta tamen ... lux. Sen. dial. 4, 36, 2 animus si ostendi et si in ulla materia -ere posset *eqs.* Lvcan. 10, 141 *Cleopatrae* candida Sidonio -ent pectora filo (*cf.* Ivv. 2, 78 [*ad causidicum veste subtili indutum*] acer et indomitus ... magister, Cretice, -es! Paneg. 2, 33, 4 *milites Cleopatrae* tenero -entes amictu). Scrib. Larg. 64 cum primum granum *uvae* incipiet -ere (*inde* Marcell. med. 14, 1). Plin. nat. 9, 50 saxum miri candoris a vado *Bospori* ad summa -ens. 10, 151 si contra lumen cacumine ovorum adprehenso ... purus ... -at color. 18, 358 *ventum nuntiant* lumina ..., cum cinis in foco concrescit et cum carbo vehementer -et (*nisi ad b coll. Arat. 1041 λαμπρός*). 23, 49 quorum conventium -bunt oculi. **b** *cetera exempla* (*praeverbium saepius vi intensiva accipi potest; cf. p. 1518, 41*): Manil. 5, 531 *urinator* -entes cupiens prensare lapillos (*sc. margaritas?*). Stat. Theb. 6, 578 ubi tranquillo -ent sidera ponto vibraturque fretis caeli stellantis imago. Amm. 18, 6, 9 ignes assidue ⟨a⟩ Tigride per ... collimitia ... ad usque civitatem *Nisibin* continui -bant. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 208 p. 783 aedes omnis -bat extrinsecus auro (*gr. λαμπόμενα*). Physiogn. 95 *hominis moderati* non tam -ant oculi quam *eqs.* (*gr. p. 414, 1 λαμπρὸν ... ὁρῶν*). Mart. Cap. 1, 67 *Iunonis* vultus assidua -ens gratia. 2, 149 aeria latitudo atque atomis -entes concurrentibus campi *caeli.* Petr. Chrys. serm. 12, 4 *ieiunium* Moysen divino fecit lumine -ere (*si vera lectio*). Vita Amator. 8 ita ... splendore gemmarum ... *femina* -bat, ut nitorem solis obnubilaret. 28 candelabra ... -entia (*nisi ad II*). Isid. orig. 14, 4, 4 quarum *avium* pinnae nocte -ent (*Sol. 20, 3* interlucent).

II *vi praeverbii temporali fere i. q. perpetuo lucere* (*nisi quaedam sec. IB explicare malis; hucine l. 24?*): Petr. Chrys. serm. 8, 2 *oleum* facit illud *lumen lucernae* ad totius noctis solacium -ere. 156, 8 *magis* caeli sidus mirabile -bat (*spectat ad Matth. 2, 9*). Alc. Avit. carm. 1, 233 *paradisi* lilia -ent nullo flaccentia sole. Ven. Fort. vita Radeg. 7 quae *candelae* per oratoria ... tota nocte -rent.

part. praes. perlūcēns, -entis *vergit in vim adi. maxime p. 1518, 21. 22 sq. 47. 52 sq.*

perlūcēsco, -ere. *a* per *et* lucescere. Gloss. -it: *διαφαύει.* *i. q. lucere* (*incipere*): Alc. Avit. hom. 8, 2 p. 120, 22 (*Christiani sec. varia genera vasorum [II Tim. 2, 20] ordinantur*) cruore martyrii aurea rubeant, virginitatis radio argentea -ant.

perlūcidē *v.* perlucidus.

perlūciditās, -ātis *f.* *a* perlucidus. *i. q. status valde lucidus*: Vitr. 2, 8, 10 *parietes domus Mausoli sunt* ita tectoriis operibus expoliti, uti vitri -em videantur habere (*cf. Leiner et Bömer, Gymnasium 86, 1979, 537 sqq.*).

perlūcidulus, -a, -um. *a* perlucidus *deminutive* (*fortasse metri causa*). *i. q. translucens, nisi i. q. admodum lucens, splendens* (*sc. ut praefixi vis augendi cum demin. sim. iuncta sit ac in* perastutulus, perparvulus): Catvll. 69, 4 *si feminam* rarae labefactes munere vestis aut -i deliciis lapidis.

***perlūcidus,** -a, -um. *a* per *et* lucidus. *scribitur* pell- Plavt. Persa 96, *ceterum non nisi* perl- *tradi videtur; cf. p. 1518, 4 sqq. litt. gr. p. 1520, 31. compar.* -ior *inde a* Cic., Hor., *cf.* magis -us Ov. epist. 15, 157 met. 2, 856; *superl.* -issimum Hil. in psalm. 140, 2. Gloss. -um: *διαυγές, διαφανές.* -a: *διαφανῆ.* *legitur inde a* Plavto, Cic. [*de* Naev. com. 93[c] *v. supra p. 141, 25; contextu dub.* Ov. met. 10, 733 ⌞fulvo⌟ (pluvio *var. l.*) -a ⌞caelo⌟ surgere bulla solet (*def. temptat Anderson, 1972, ad l., bullam translucidam intellegens*; fulvo ... caeno *alii, ut spectet ad II*).]

I *vi praeverbii locali*: **A** *de rebus, quae lucem transmittunt, fere i. q. translucidus, perspicuus* (*accedit abl. l. 62. 63. 70. p. 1520, 4. al., praepos.* ad *l. 65*): **1** *proprie*: **a** *de liquoribus*: Plavt. Persa 96 (*parasitus vituperat ius quoddam*) macrum illud epicrocum -um. Cic. nat. deor. 2, 98 liquores -os amnium. Ov. epist. 15, 157 ⌞vitreo⌟ ... magis -us ⌞amne⌟ fons ([vitro ... omni *Heinsius*]. met. 3, 161 tenui -us unda. Sen. nat. 1, 17, 5. epist. 90, 43 sponte currentes. Apvl. met. 5, 1, 2 vitreo latice -um. Pass. Mar. Iac. 6, 13. *cf.* Vitr. 2, 8, 12 fontis potestas -a. Sen. dial. 6, 17, 3 fontem Arethusam, nitidissimi ac -i ad imum stagni). Vitr. 6, 2, 2 per naturae -am raritatem *aquae* (8, 3, 6 *quaedam aqua habet* non satis -as r.). 8, 4, 2 si fuerit limpida et -a *aqua fontis* (Sen. epist. 86, 9 *olim nil* referre credebant, in quam -a *aqua balnei* sordes deponerent. Apvl. met. 9, 4, 1. Apring. in apoc. 22, 1 tota -a). Plin. nat. 11, 39 *mel thymosum* sit ... glutinosum, -um. Cypr. Gall. exod. 1033 fluit Euphrates vitreis -us undis (prael-, perliquidus *var. ll.*). *al.* **b** *de vestimentis*: Pavl. Fest. p. 82 epicrocum genus amiculi ... tenue et -um (*nisi ad II; sim. dub.*: Fest. p. 174 [*de noegeo*] *amiculi genus* candidum ac -um [*cf. postea*: tenuissimum]). Sen. contr. 4, 7, 1 tenuem ac -am vestem (Val. Max. 6, 9 ext. 1 Sen. benef. 1, 3, 3. Porph. Hor. sat. 1, 2, 101 *meretrix* ⌞-a⌟ v. utitur ita, ut velut nuda conspici possit [quae lucida *trad.*, per- *vel* praelucida Schol. Hor.]. Ivst. 38, 8, 10. 41, 2, 4). Sen. benef. 1, 3, 5 *Gratiae* tunicis utuntur -is ..., quia beneficia conspici volunt. Tert. pall. 4, 6 *Alexander* pectus ... textu -o tegendo nudavit. Hist. Avg. Car. 20, 5 *lineas* tenuitate -as. *inde de vestimento levi*: Hist. Avg. trig. tyr. 23, 5 *dux* discumbere milites ... cum sagis iussit, hieme gravibus, aestate -is. **c** *de gemmis, lapidibus, vitro sim.* (*cf. l. 32. p. 1519, 61. 63. al.*): Sen. nat. 3, 18, 4 *piscis* ex illo -o vivario extrahitur. 3, 25, 12 *Graeci κρύσταλλον* ... appellant ... hunc -um lapidem (*de eodem*: Apring. in apoc. 21, 10 est natur(a)e claritate -um). epist. 76, 15 *non refert*, quam -o poculo bibat *homo* (*sim.* 119, 14, *nisi utrumque ad II; dub. etiam* Fronto p. 228, 3 calicibus -is sine delatoria nota [*i. sine maculis*]). 90, 45 -os ⟨lapides in⟩ ima terrarum faece *quaerere.* Plin. nat. 31, 79 *sal hammoniacus est* longis glaebis neque -is ...; probatur quam maxime perspicuus (*cf. Diosc. 5, 109, 1 διαφανές*). 37, 120 *sappiri* optimae apud Medos, nusquam tamen -ae. Vlp. dig. 34, 2, 19, 17 gemmae sunt -ae materiae (*ibid. iterum; disting.* lapilli). Vvlg. apoc. 21, 21 aurum mundum tamquam vitrum -um (*cf. p. 1518, 47*). *al.* **d** *de rebus variis*: Cic. Verr. II 5, 27 *in Verris lectica* pulvinus erat -us Melitensis. nat. deor. 2, 142 *oculorum membranas* -as fecit, ut per eas cerni posset. Colvm. 11, 2, 67 -as uvas. Plin. nat. 24, 34 *resina sicca* ut sit candida, pura, -a (Marcell. med. 4, 24. Oribas. syn. 2, 56, 52 Aa [*v. p. 1518, 34*]). Hil. in psalm. 140, 2 (*quattuor odores quattuor elementis comparantur*) tus, quod -issimum est, spiritui conparetur (*inde* Isid. expos. in exod. 58, 2). Avg. conf. 12, 4, 4 *mundi* superiora -a et luculenta omnia (*nisi ad II*). Symph. 67, 1 (*de lanterna*) tereti -a giro, lumen habens intus. Mart. Cap. 2, 140 (*de ovo quodam*) -a inanitate albidoque humore interiore tamen medio solidior apparebat. Oribas. syn. 2, 56, 53 Aa (*sim.* La) p. 126, 21 murra ... -a (*gr. διαυγίζουσα*). *neutr. sing. (an masc. apud* Athen.*?) pro subst.*: Tert. anim. 9, 6 omne tenue atque -um aëris aemulum est. Athen. 14, 57 p. 647[c] *πλακούντων ... γένη τάδε ἀναγράφει Chrysippus Tyaneus ... περλούκιδον* (*nisi ad II*).

2 *translate*: Hor. carm. 1, 18, 16 arcani ... fides prodiga -ior vitro. Vitr. 3 prooem. 3 si ita sensus et sententiae scientiaeque ... perspicuae et -ae fuissent (5 prooem. 2 *si* -is s. explicentur, *quae per se non aperta sunt*). Apvl. met. 2, 30, 1 intemeratae veritatis documenta -a. Serv. Aen. 5, 199 -a significatio *verbi.* Apring. in apoc. 21, 18 *sancti* vitro mundo comparantur, ut -am in eis beatitudinis sentias claritatem.

B *de animantibus*: **1** *de deis translucidis* (*sec. doctrinam Epicuri*): Cic. nat. deor. 1, 75 *species deorum* sit ... pura, levis, -a. 1, 123 deum ... exilem quendam atque -um (div. 2, 40 deos ... -os et perflabilis). **2** *de homine veste translucida induto*: Sen. dial. 2, 18, 3 *Caligula exprobrat* armato mollitiam; haec ipse -us, crepidatus, auratus.

II *vi praeverbii intensiva fere i. q. valde lucidus, fulgens, splendens* (*exempla probabiliora; huc spectant fortasse l. 10 sq. 24. 31. p. 1519, 55. 72; accedit abl. infra l. 48. 53. 56. 62. 63 sq. al., praepos.* de *p. 1521, 3*): **A** *proprie*: **1** *de rebus* (*partes corporis v. infra sub 2*): **a** *de caelestibus*: Cic. nat. deor. 2, 30 mundi ille fervor purior, -ior (*cf.* Apvl. mund. 22 p. 338 mundus ... splendore -us [*gr. 397a16 εὐαγέστατος*]). 2, 39 *sidera* sunt calida atque -a (*cf.* div. 1, 130 inlustris et -a stella. Apvl. mund. 1 p. 290 ignibus ... -is solis et lunae reliquorumque siderum). **b** *variis*: Vitr. 7, 6 *marmoris* glaebae ut salis micas -as habentes (*cf.* Fabian. frg. Char. gramm. p. 135, 20 cur sal aliud -ius, aliud inquinatius aut nigrius?). Apvl. met. 10, 34, 4 lectus Indica testudine -us. Serv. auct. georg. 4, 349 'vitreis ... sedilibus *Nympharum*': ergo vellera similia esse debent, ubi -us ... est color (*spectat ad 4, 334 sq.* Milesia vellera ... hyali ... fucata colore). Aen. 6, 289 *Persei* scutum ... speculi candore -um. Oribas. syn. 2, 56, 3 Aa p. 119, 23 aloes eligenda est pinguis et -a (*gr. στίλβουσαν, La* lucida). 2, 56, 8 Aa p. 120, 18 asfaltus bonus qui porporigat, -us (*gr. στίλβουσα*). 2, 56, 12 La p. 121, 16 qui *euforbius* -us est (*gr. διαυγές, Aa brevius*).

2 *de animantibus eorumve partibus, qui splendent*: **a** *fulgore ornatus vel unguenti*: Tib. 3, 12, 13 (*ad Iunonem natalem*) purpureā ... veni -a pallā. Mart. 9, 2, 9 splendet erythraeis -a moecha lapillis. 12, 38, 3 crine nitens, niger unguento, -us ostro. Oribas. eup. 4, 54 Aa p. 572 oleo inlita facies -am fit (*gr. 4, 53, 6 στιλπνόν, La* lucida). **b** *fulgore suo* (*sive naturali sive naturam excedente*): Ov. met. 2, 856 (*describitur taurus Europae*) cornua pura ... magis -a gemma. Apvl. met. 11, 3, 2 -um simulacrum *deae in somnio apparentis* ([*vix ad IB1*]. *cf.* Pass. Montan. 7, 3 *in visione* videbam ... puerum ..., cuius fuit vultus -us super splendorem inenarrabilem). Plat. 1, 14 p. 209 oculorum acies gemellas -as et quadam luce visionis illustres noscendi luminis officium tenere (*cf.* oculi -i: Physiogn. 24. 32. 33 [*gr. p. 328, 4 λαμπρὸν βλέπουσιν*]. 34 [*opp.* caligine obsiti]. 96 [*gr. p. 414, 5 εὐλαμπεῖς*]. 107. 122).

B *translate* (*exempla certiora; ambigua v. sub IA2*): Apring. in apoc. 1, 16 facies domini ... virtutis su(a)e potestate -a. 21, 24 quod huma-

[Calderó]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nitatis ... umbra reddiderat caliginosum, dominici assumptio corporis facit esse -um. CASSIOD. var. 6, 14, 2 *quidam in senatum referendus* hactenus ... fuit suis meritis clarus; sed iam erit de vestra conspicuitate -us.

adv. **perlūcidē.** *i. q. modo perlucido, perspicuo*: IVNIL. praef. ut *libro meo* ... breviter singula et -e dicerentur.

deriv.: perluciditas, perlucidulus. *Calderó.*

perlūctuōsus, -a, -um. *a* per *et* luctuosus. *i. q. valde luctuosus* : CIC. ad Q. fr. 3, 6, 5 Serrani ... funus -um fuit a. d. VIII Kal. Dec.

[perlūdo, -ere *quidam legebant olim* MANIL. 5, 81 *pro* praecludere (percl- *var. l.*). *vix agnoscendum est* perlusiṿit PAP. Corp. 133 frg. a verso 18, *v.* PAP. mil. Fink 53 frg. b, 20, *qui legit* saluṭaṿit. *v. etiam p. 1522, 7.*]

[perlūmino, -āre *est falsa var. l. pro* reluminare TERT. carn. 4 l. 32.]

perluo, -uī, -ūtum, -ere. *a* per *et* lavere. *scripturam* pell- *testatur* VEL. gramm. VII 65, 18 (*vocem iungens cum* pelvis; *sim. etiam* NON. p. 543, 20), *trad.* FRONTO p. 58, 7. 8. *perf. legitur perraro, sc. activum l. 49. 52, passivum l. 49. 61 (bis). de usu agit* FRONTO p. 58, 7 sq., *v. vol. III 1663, 42 sqq. VII 2, 1047, 69 sqq.* GLOSS. *διαχλύζω. legitur inde a* CAES. (*interpol.?*), HOR. [*confunditur in codd. cum* proluere OV. met. 4, 310 COLVM. 6, 8, 1 PETRON. 128, 6 SCHOL. Iuv. 8, 169, perlinere COLVM. 7, 5, 22. PLIN. med. 1, 6, 11 (*restit.* APVL. met. 1, 14, 2), pluere TAC. hist. 4, 53, 2, perlavare HOR. epist. 1, 15, 4 PELAGON. 359.]

fere i. q. lavando, liquore sim. (penitus) tractare, afficere (*praeverbium saepius spectare vid. ad superficiem vel partem interiorem, quae liquore [penitus] perducitur, ad spatium aqua fluente percursum p. 1522, 3 sq.; alibi fortasse vi intensiva vel vi evanida accipiendum est. verbum ponitur obi. subaudiendo infra l. 52; sub 1 et 2a plerumque accedit abl. instr.* [*adv.* sic, ita *l. 45. 47*]): **1** *spectat ad actionem purgandi vel recreandi, quae efficitur balneo, lavatione*: **a** *-untur animantes vel partes corporis* (*mediopass. l. 30 sq., refl. l. 33. 37*): α *exempla varia* : CAES. Gall. 6, 21, 5 *Germani* promiscue in fluminibus -untur. HOR. epist. 1, 15, 4 gelida ... -or unda per medium frigus. OV. met. 3, 173 -itur solita Titania lympha (*cf. 172 nymphae aquam* fundunt ... capacibus urnis. *de eadem re*: HYG. fab. 181, 1 cum se ad fontem ... -ret *Diana* [*inde* PS. LACT. PLAC. fab. OV. 3, 2]). 4, 310 *Salmacis* fonte suo formosos -it artus. fast. 4, 778 vivo -e rore manus (*in ritibus ut*: 5, 435 m. puras fontana -it unda. *ceterum*: NON. p. 547, 3 trulleum: quo m. -untur). PLIN. nat. 8, 97 ibis rostri aduncitate per eam partem se -ens, qua reddi ciborum onera ... salubre est. APVL. apol. 8, 2 censeo, ne *talis calumniator* ... exotico pulvere dentis emaculet ... neque ... communi aqua -at. ANTH. 477, 4 pastor miti -it amne pecus. CYPR. GALL. gen. 602 (*sec. gen. 18, 4*) *Abraham* pedes geminos *hospitis* frigenti ut -at unda. β *in medicina* (*cf. l. 37 nec non 57*): COLVM. 6, 8, 1 *incrementis linguae recisis* vino -itur os *bovis* (*inde* PALLAD. vet. med. 8, 1). 6, 32, 3 ut ... scabies ... -atur urina (*inde* PALLAD. vet. med. 24, 4. PELAGON. 359 [-uatur *cod. Eins.*, -avatur *cod. Ricc.*]). 7, 4, 8 ea *aqua* ... grex -itur (*sc. pecus tonsum, ne scabrum fiat*). 7, 5, 22 folia ... trita miscent aquae et ita -unt ulcera atque palatum *agni aegroti.* PLIN. nat. 28, 174 quidam ... in gravitate *auditus* aures sic -endas putant (*sc. felle. inde* PLIN. med. 1, 6, 11).

b *-untur res variae* : COLVM. 9, 16, 1 *favorum reliquiae* aqua dulci -tae sunt. 12, 20, 3 cum eam *picem* ... aqua marina decocta -eriś. 12, 52, 15 nonnulli prius amurca, deinde aqua vasa -unt. PLIN. nat. 10, 127 *aves quaedam Diomedis* aedem ... pleno gutture, madentibus pinnis -unt atque purificant. TAC. hist. 4, 53, 2 virgines Vestales ... aqua ... -ēre, *sc. spatium templo dicandum.* FRONTO p. 58, 7 pavimentum. NON. p. 543, 20 pelvis: sinus aquarius, in quo varia -untur.

2 *spectat ad quamlibet actionem madefaciendi, imbuendi*: **a** *exempla varia* : α *-untur partes corporis, homines*: CELS. 7, 16, 2 si iam sicciora intestina *prolapsa* sunt, -enda aqua sunt. PETRON. 120 vers. 97 (*loq. Dis pater*) iam pridem nullo perfundimus ora cruore, nec mea Tisiphone sitientis -it artus. APVL. met. 1, 13, 8 *duae mulieres* super faciem meam residentes vesicam exonerant, quoad me urinae ... madore -rent (*inde restit.* 1, 14, 2 lotio -tus [-litus *trad.*]). 2, 32, 7 sudore -tus (*cf. l. 71*). PRVD. perist. 10, 1038 (*de tauroboliis*) *sacerdos victimae sanguinem excipit* oculos et ipsos -it liquoribus (*sc. perlinendo*). CE 1545, 4 ⟨mate⟩r lacrumis -it ossa mea (*cf.* PRVD. *sub β*). β *-untur res variae* : COLVM. 12, 52, 16 nova dolia liquida cummi -ere (*cf. 17* cummi linierunt). PLIN. nat. 15, 60 cum libeat uti, aqua dulci -i *oportet punica conservata* (*in eadem re Colum. 12, 46, 5* macerari). PANEG. 3, 9, 4 aquas locis omnibus scatere ..., *loca arida* nunc -i, inundari, madere. PRVD. perist. 4, 193 nos pio fletu ... -amus marmorum sulcos (*i. altare martyrum*).

b *subi. est ipse liquor, res imbuens*: α *de variis liquoribus* (*addas fortasse* PROP. *p. 1512, 74*): PETRON. 128, 6 vers. 4 sudor ... -it ora (*cf. l. 61*). AVIEN. Arat. 1642 maior sola -et imber, ... si *eqs.* MART. CAP. 6, 576 plurimum ... olivi, quantumque palaestras -ere ... posset, superfluo perdidisti. β *de flumine, quod: aquis divinitatem maris quasi madefacit, lavat* : SIL. 14, 222 *Acis* dulci gratam Nereida *Galateam* -it unda. CE 1531, 4 (*saec. V; de fonte in ora Dalmatica*) praedulcis salsam per⟨luit unda Teth⟩yn. *terras, populos perfluendo alluit* (*cf.* PANEG. *sub aβ*): SCHOL. Iuv. 8, 169 Armeniam Tigris -it, Euphrates Parthos *eqs.* MART. CAP. 6, 656 *Hebrus* inter diversos barbaros fluens etiam Ciconas -it (*cf. Sol. 10, 7* tangit et C.). γ *de luce diei, quae oculos imbuit*: ANTH. 467, 5 dies ... nos grato -it haustu *lucis.* *Wild.*

διαπαιγμός: **perlūsio** GLOSS. II 273, 14. *potius compos. e* per *et* lusio *sec. gr. quam deriv. a* *perludere.

*?**perlūsōrius,** -a, -um. *a* per *et* lusorius. *i. q. penitus lusorius, vanus*: VLP. dig. 49, 1, 14 pr. si ⟨-o iudicio⟩ actum sit adversus testamentum (per lusorium iudicium *Brencmann*).

perlūstrātor, -ōris *m.* *a* perlustrare. *i. qui perlustrat, peragrat*: GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 11, 4 *Nili* litora multi locorum -es referta sacris monasthiriis dicunt esse.

perlūstris, -e. *a* perlustrare *retrograde formatum videtur, sed cf. etiam* praelustris, sublustris. *i. q. perlucidus* (*cf. p. 1523, 35 sqq.*): PEREGR. Aeth. 19, 7 *in palatio* erant fontes piscibus pleni, quale⟨s⟩ ego adhuc nunquam vidi, id est tantae magnitudinis et vel tam -es aut tam boni saporis (*sc. fontes, v. Devos, in: Eulogia, Mélanges Bastiaensen, 1991, 77 sqq.*). *in imagine* : APRING. in apoc. 22, 1 'aqua viva', qu(a)e similis chrystallo est et tota perlucida, lavacrum sancti fontis est et -is beatissim(a)e credulitatis splendor (*cf. p. 1523, 49*).

perlūstro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* 1. lustrare. *legitur inde a* CIC. (*v. p. 1523, 11*), LIV. (*octies*), MANIL., *frequentant* SIL. (*novies*) *et* CASSIAN. (*duodecies*); *deest e. g.* AVG. [*confunditur in codd. c.* illustrare CASSIAN. conl. 2, 2, 5 inst. 8, 4, 2. *loco fortasse lacunoso* FRONTIN. aq. 17, 1 *supplevit Krohn.*]

pendet e variis usibus verbi simplicis, sc.: **1** *e notione circumeundi, fere i. q. percurrere* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PE 892 -ans: circumiens. *ritus sollemnis lustrationis sublucet maxime l. 67. ceterum saepe ponitur cum colore quaerendi, percensendi, perscrutandi, quo praevalente pro obi. substitui potest enunt. interrog. p. 1523, 5. 17*): **a** *de ipsa actione circumeundi, peragrandi* (*cf.* SYNON. Cic. p. 439, 28 -at. peragrat. perambulat. percurrit. pervagatur. GLOSS.[L] V Aa P 437[a] -at: percurrit, peragrat [*sim.* Corp. P 280]): α *-ant animantes* (*sidera v. sub β*): LIV. 7, 34, 15 haec omnia sagulo gregali amictus ..., ne ducem circumire hostes notarent, -vit *Decius.* 8, 36, 9 victor exercitus -vit ... hostium agros nulla arma, nullam vim ... expertus. 22, 14, 12. VELL. 2, 106, 1 *sub Tiberio* -ta armis tota Germania est. PHAEDR. 4, 25, 5 (*loq. musca*) moror inter aras, templa -o omnia, ubi immolatur, exta praegusto deum (COD. Theod. 16, 10, 10 nemo delubra adeat, t. -et et ... simulacra suspiciat). SIL. 2, 249 *Saguntinus* celeri fugiens -at moenia planta. 3, 160 quae *moenia Sagunti Hannibal* ... -at crebroque obit omnia visu. APVL. met. 9, 41, 7 immissis ... lictoribus ... angulatim cuncta sedulo -ari iubent *magistratus.* AVSON. 418, 72 p. 288 dicitur ... avia -asse vagus loca Bellerophontes. VEG. mil. 3, 6, 11 dux ... mittat, qui loca *transeunda* ... in progressu et a tergo, dextra laevaque -ent, ne aliquas adversarii moliantur insidias. CASSIAN. conl. 3, 2, 1 tot provinciis pro amore domini -tis. MAX. TAVR. 36, 2 *venator* saltus silvasque -at (*addas fort.* ROMVL. fab. 44, 1 rec. vet. [*cod. E*] -ans lupus silvas). ALC. AVIT. carm. 3, 198 *protoplasti ex paradiso expulsi* celeri -ant omnia cursu. β *-ant res sese moventes* : MANIL. 3, 368 dum *Phoebus* bis terna suis -at cursibus astra (*ad situm sideris spectat* SIL. 3, 192 quantus non aequas -at *Anguis* flexibus Arctos). SEN. nat. 6, 18, 3 *aer subterraneus* cum circa -vit omne, quo tenebatur, nec potuit evadere, ... resilit. CLAVD. rapt. Pros. 1, 24 quos *deos* ... gurgitibus Phlegethon -at anhelis.

b *de actione intuendi, considerandi (tactu explorandi p. 1523, 3), quae fit*: α *sensibus* (*sc. visu vel tactu. cf.* GLOSS.[L] II Philox. PE 184 -at: *περισκοπεῖ.* III Abstr. PE 83 -at: pervidet [*sim.* V Abba PE 150. *al.*]): Ⓘ oculis *-are* (*accedit attrib. l. 65. 66*): LIV. 1, 7, 6 Hercules ... cum gregem -asset o. et partem abesse numero sensisset. 21, 54, 1 locum circumvectus *Hannibal* ipse o. -vit (*cf. Polyb. 3, 71, 1 συνεωρακώς*). 23, 46, 13 cum diu -ans o. obequitasset hostium turmis *quaerens adversarium.* 25, 9, 2. 34, 15, 6. CVRT. 6, 5, 29 *Amazonum regina* regem ... intuebatur habitum eius ... o. -ans (-at *var. l.; sim. -antur singuli homines* : SIL. 13, 792 Scipio -ans o. laetantibus umbram *Homeri.* TAC. hist. 1, 44, 1 Otho ... nullum caput tam insatiabilibus o. -asse dicitur *ac Pisonis*). COLVM. 1, 8, 20 (*inter officia domini rus revertentis*) deos penatis adorare, ... fines o. -are, omnes partes agri revisere (*postea*: recenseat). SIL. 7, 537 Cunctator ... ab aggere valli -ans campos o. 15, 777 -ans o. Latonia praedam *venaticam.* PS. AMBR. mans. 42 p. 40[A] *Moses ex Nebo Chanaan* et o. -vit et animo consideravit. Ⓘ *cetera exempla* (*accedit abl. instr. l. 73. p. 1523, 3, prosecut. p. 1523, 6*): SIL. 12, 85 *Hannibal* -ans aditus *Cumarum.* 13, 342 obtendens ... manum ... umbrato -at pascua visu (STAT. Ach. 1, 742 v. -at Vlixes scrutaturque domum, si *eqs.* MAR. VICTOR. aleth. 2, 531). STAT. silv. 4, 3, 143 (*Sibylla ad Domitianum*) *non* iam putribus evoluta chartis sollemni

[Mueller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prece quindecim virorum -a mea dicta, sed *me* ... audi. Ps. Qvint. decl. 2, 23 matrem quaerebat oculis; ... et oculi ... arserunt; rursus infelix totum tactu -at incendium. Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 50, 2 Abraham circa meridiem ... tendebat excubias ... levans oculos suos ac finitima -ans, *eqs.* *pro obi. ponitur enunt. interrog.*: Sil. 13, 164 *Rutulus* speculatur et omni *hostis* corpore -at, qua sit certissima ferro in vulnus via. Vita Melaniae (bhl 5885) 38 p. 22, 3 sancta -at, ubi occulte relinquat pecuniam (*locutione pleniore gr. p. 62, 10 περιήρχετο ... τὴν κέλλαν ... ἐρευνοῦσα κτλ.*).

β *mente, animo* (*usus supra sub a illustratus sublucet maxime l. 24 sq.*): Ⓘ *accedit abl. instr.* (*praepos.* per *l. 18*): Cic. part. 38 materie ad argumentum subiecta -andae animo partes erunt omnes. Sen. dial. 12, 11, 6 *animus* celeri et volucri cogitatione divina -at. Hier. hom. Orig. in Luc. 29 p. 218, 6 novum testamentum memoria ac mente -ans nusquam memini *eqs.* (*sim.* in Is. lib. 16 praef. l. 29. tract. p. 542 l. 1. *ceterum*: vita Hilar. 28, 5 solitarias terras m. -ans *incertus, quo se recipiat.* Cassian. conl. 1, 15, 1 quae *deus* cum sanctis ... egerit, m. purissima -amus. 12, 13, 2 inst. 12, 17, 6). Cassian. conl. 5, 14, 2. 9, 15, 3 per puritatem cordis sui munificentias dei -ans (*sim.* 12, 12, 1). inst. 8, 4, 2 in oculis *intellegamus* inmensitatem perspicaciae *dei*, qua universa -at ac perspicit. Ⓘⓘ *cetera exempla*: Tac. hist. 2, 1, 3 *Titus* anxius animo ... cuncta utrimque -at; si pergeret in urbem, *eqs.* Decl. in Catil. 105 ingenii Catilinae ... occultissimos esse recessus, nec qui cognosci seu -ari facillime possint. Hier. hom. Orig. in Ezech. 6, 11 p. 390, 2 circuit animas nostras fortitudo contraria et varie -ans quaerit locum, per quem possit irrumpere. Carm. adv. Marc. 2, 135 Christus ... omnia -ans veterum monumenta virorum, singula perspiciens, exemplis omnibus unus (*sc. in vet. test. praefigurata considerans eaque ipse omnia implens, cf. Pollmann, 1991, ad l.*). Consvlt. Zacch. 3 praef. 5 praedicti ordinis membra -ans. Cassian. conl. 2, 2, 5. 7, 9 *ut spiritus mali animae* cogitationes ac motus videant atque -ent (*sim.* 7, 13, 2 *de deo*).

2 *e notione expiandi, i. q. purificare*: Colvm. 8, 5, 11 paleas ... sulfure ... atque ardente teda -ant et expiatas cubilibus *gallinarum* iniciunt.

3 *e notione lucendi*: **a** *transitive fere i. q. illuminare*: α *proprie*: Ps. Ambr. act. Seb. 11, 33 narrabat ..., quomodo veniens repente lux de caelo -asset eum. Mar. Victor. aleth. 2, 267 *sole ex aqua repercusso* subit atria fulgor lubricus et totum -ans nusquam et ubique est. Evstath. Basil. hex. 6, 3, 14 *luna plena* proprio superans astra fulgore terramque -ans (*gr. περιλάμπουσα. item de luna*: 6, 11, 11 *nisi magna esset, non omnes* angiportus -ret [*gr. κατεφώτισε*]). β *translate vel in imag.*: Hier. in Is. 7, 18, 4 l. 20 sicuti meridiana lux clara est, ita universa -at *deus.* Evstath. Basil. hex. 2, 8, 18 pater ... verae lucis ... corda vestra -et agnitione veritatis (*gr. φωτίσειεν*). Arnob. Ivn. in psalm. 135 l. 32 in novo *testamento* ... quod legitur sicut in die in ipsa littera -atur a Christo, qui est 'sol verus iustitiae' (*Mal. 4, 2*). Greg. Tvr. Franc. 1, 39 novis ... lampadum radiis Gallia -atur, hoc est ... Martinus ... praedicare exorsus est.

b *sine obi., sc. part. praes. pro adi., fere i. q. perlucidus*: Apring. in apoc. 4, 6 vitreum mare, id est perlucidum, simile christalo, docetur quodam candore et eximia puritate -ans (*cf. p. 1522, 21*).

deriv.: perlustrator, perlustris.

perluvium *v.* pelluvium. *Mueller.*

[permaceo, -ēre *legebatur olim* Enn. ann. 534 *pro* permarcere, *q. v.*]

permacer, -cra, -crum. *a* per *et* macer. *i. q. valde macer* (*cf. vol. VIII 5, 68 sqq. 71 sqq.*): Cels. 2, 21 mali ... suci sunt milium ..., caro domestica -a *eqs.* Plin. nat. 18, 34 (*fort. e Catone*) omnis creta coquet *herbas*, nisi -a, sabulumque, nisi id etiam pertenue est.

permācero, -āre. *a* per *et* macerare. *i. q. penitus macerare* (*cf. vol. VIII 9, 8 sqq.*): Vitr. 7, 2, 1 *in calce non penitus macerata latentes* calculi *crudi*, in opere uno tenore cum -antur, dissolvunt ... tectorii politiones.

permadefacio, -fēcī, -facere. *a* per *et* madefacere. *i. q. penitus madefacere*: Plavt. Most. 143 *pro imbre amor tamquam in aedes* usque in pectus permanavit, -fecit cor meum; nunc simul res ..., virtus ... deseruerunt (*v. 146* tigna umid⟨itat⟩e putent).

permadēsco, -uī, -ere. *a* per *et* madescere. *longe praevalent formae perf., quae nusquam ita ponuntur, ut eas verbo* permadēre *tribuendas putaverimus.*

i. q. penitus vel ubique madescere (*ita, ut mollescat, maceretur aliquid, p. 1524, 6 sqq., cf.* Sen. *sub 2; apponitur* bene *p. 1524, 8, fort. et* penitus *p. 1524, 1; saepius accedit abl.*): **1** *proprie -unt: varia*: Colvm. 2, 4, 4 si *aestate* magnis ... subitaneis imbribus quasi hibernis pluviis terra -uerit ([*cf. 2, 4, 5 ager* semimadidus ...; cum ... levis pluvia superiorem partem glaebarum madefecit]. 2, 8, 4 cum t. p. -uisset. *sim.* 5, 6, 9 ex eo tempore autumni, quo t. imbribus -uerit. *cf.* Paneg. 8, 8, 2 illa regio ... paene ... terra non est: ita penitus aquis imbuta -uit, ut *eqs.*). Cypr. Gall. iud. 305 (*sec. iud. 6, 38*) *rore nocturno lana* -uit ac pelvem pressa replevit (*cf. 306* terram ... madentem). *plantae, fruges*: Colvm. 2, 18, 1 *faenum* si -uit, inutile est udum movere, meliusque patiemur superiorem partem sole siccari. 5, 12, 2 (*item* arb. 28, 2) cytisum aridum in aqua macerare oportet et, cum tota nocte -uerit *eqs.* Marcell. med. 1, 18 sertulae Campanae coronae ... coquuntur, donec -ant; tunc teruntur *eqs.* 33, 52 fabam fresam in ... aquam infunde et, cum bene -uerit, contere. *homines*: Mart. 5, 25, 8 *in theatro* rubro pulpita nimbo spargere et effuso -uisse croco. Prvd. perist. 10, 1010 litata *bovis* caede -itis (pro- *var. l.; ad rem cf. e. g. 1045* vittas madentes). **2** *translate*: Sen. dial. 1, 4, 9 fugite delicias, fugite enervantem felicitatem, qua animi -unt et ... ⟨marcent⟩ velut perpetua ebrietate sopiti (*item respicitur mollitia*: epist. 20, 13 deliciis -uimus et omnia dura ac difficilia iudicamus). Mart. 6, 44, 2 festive credis te ... iocari et solum multo -uisse sale (*respicitur abundantia, cf. vol. VIII 35, 2 sqq.*). Orient. comm. 2, 228 *quid prodest,* cum ... tuas hodie stringat sitis ⟨arida fauces⟩, ante diem nimio ⌞-uisse Chio⌟ (*v. app. crit.; item respicitur ebrietas*: Gloss.⌞ I Ansil. po 532 postquam mens vino -uit: postquam debriati sunt).

permaestus, -a, -um. *a* per *et* maestus. *i. q. valde maestus*: Sall. hist. frg. 2, 47 *disseruit* Cotta mutata veste -us, quod *voluntas plebis abalienata fuerat* (*v. app. crit.*). Avien. Arat. 335 haec ubi -o rauco congesserat ore *dea Virgo increpans homines* (per maesto⟨s⟩ *Soubiran; cf. 326* lacrimis aiebat obortis. *332* pro ... dolor). Dict. 1, 23 *Agamemnonem* interitu filiae -um consolati *sunt duces.* Pavl. Petric. Mart. 5, 713 (*sec. Sulp. Sev. dial. 3, 13, 3* cum ... maestus ingemesceret) cum Treverica -us ab urbe rediret *Martinus* (*cf. 5, 720* nimis adflictum maerore).

permagnificus, -a, -um. *a* per *et* magnificus. [*var. l. pro* magnificus Ps. Max. Tavr. serm. 39 p. 615^{A}.] *i. q. valde magnificus*: Vvlg. Esth. 2, 18 *rex* iussit convivium praeparari -um ... pro ... nuptiis (magnificum *var. l.*). Rvfin. Clement. 7, 12, 3 Fidiae opera -a pictura. hist. 6, 19, 10 *Ammonii opuscula* ab studiosis ... -a habentur. *Breimeier.*

⁂permagnus, -a, -um. *a* per *et* magnus. *in tmesi infra l. 48. compar. deest, superl.* (*nisi est vox sui iuris, compos. e* per *et* maximus) *v. infra l. 66 sqq. 71* (*alia exempla, etiam adverbii* permaxime, *quae hic illic a viris doctis afferuntur, recentiora sunt*). *excepto* Cic., *qui vocem praebet 51ies, omnia attulimus.* [*confunditur in codd. c.* magnus Caes. Gall. 7, 31, 4. *al.* (*restit. e coni. dub.* Cic. leg. 2, 23). *dub. trad.* Schol. Pers. 1, 26 -am ... senectutem (*codd. Bern., v. ed. Kurz*; praematuram *cod. Paris., v. ed. Iahn*).]

i. q. valde magnus, maximus (*iuxta* maximus *l. 65. p. 1525, 3 sq. 7 [distincte l. 59], variat c.* magnus *l. 45. 50, nota opp. l. 64 sq.*): **1** *pertinet ad momentum quodlibet, sc. de eis, quorum gravitas, effectus, vires sim. modum sollemnem valde excedunt*: **a** *gen. pretii* -i: Ter. Haut. 467 illud -i referre arbitror, ut *eqs.* (Lvcr. 1, 908 [*spectat ad 1, 817, ubi*: magni refert]. 4, 1264). Cic. Planc. 13 tribuni plebis -i interest qui sint (part. 84 quod ... -i i., pro necessario saepe habetur. *al.* Varro rust. 1, 4, 4). Att. 10, 1, 1 per enim magni aestimo tibi ... factum nostrum probari.

b -um est *sim.*: α *accedunt struct. verb.*: Cic. inv. 2, 100 -um esse et magno futurum detrimento, si ea res ... neglecta sit. Verr. II 4, 53 -um est in eum dicere aliquid (*item c. inf.*: Planc. 72 de orat. 1, 19. rep. 1, 14 te ... -um est nancisci otiosum). Tusc. 1, 111 -um existimans tris Olympionicas una e domo prodire (*item c. acc. c. inf.*: fam. 15, 2, 5 *Deiotaro* -um et perhonorificum videbatur senatui ... curae esse salutem suam). β *struct. omissa vel supplenda*: Cic. opt. gen. 9 quod quom faciemus – si modo id ipsum assequemur; est enim -um –, imitemur ... Lysiam. ad Q. fr. 1, 1, 15 mihi quidem -um videtur.

c *cetera exempla*: α *de rebus*: Cic. S. Rosc. 104 tua quoque res -a agitur (Att. 16, 16, 16. 17). Verr. II 4, 113 quae sunt omnia -a, verum illud maximum. Caecin. 79 -am initis a nobis gratiam, cum *eqs.* part. 99 quae ... in ipsis iudiciis -um saepe habent pondus (Att. 9, 9, 2). rep. 1, 37 -am ... expectationem ... imponis orationi meae. nat. deor. 1, 16 haec ... est non verborum parva, sed rerum -a dissensio. off. 3, 81 cum id, in quo violatur aequitas, non ita magnum, illud ... quod ex eo paritur, -um videtur. ad Q. fr. 1, 1, 7 -um ... negotium et maximi consilii (Hor. sat. 1, 7, 4). *al.* Decl. in Catil. 72 solitudine locorum -xima et singulari. 108 odio senatus -ximo Catilinam arsisse. Inscr. Année Épigr. 1975 n. 882 (*Africa, saec. IV*) -xi(morum) meritorum. Avg. ord. 2, 10, 28 -a ... vitae imago abs te ... cum plene tum breviter constituta est. Soran. app. 45 (*confectio pessi describitur; in fine*: -um est). Vitae patr. app. 20 omnium virtutum discretionem esse -ximam (*gr. Nau 1907 p. 402 n. 106 μεῖζον πασῶν τῶν ἀρετῶν*). β *de hominibus*: Cic. ad Q. fr. 1, 1, 22 -i hominis est ... sic se adhibere in tanta potestate, ut *eqs.* (*cf. Xen. Cyr. 1, 6, 8 ὑπερμέγεθες ... ἔργον*). Rvfin. hist. 7, 5, 5 -i et nobiles in episcopis viri (*opp.* quicumque, *gr. ἐν τοῖς μεγίστοις ... συνόδοις*).

[Claassen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *pertinet ad copiam vel pretium* : Cic. Verr. II 1, 27 hereditas (2, 21 fin. 2, 55). 1, 138 -am ... ex illa re pecuniam confici posse (2, 153. 3, 202. 217 Font. 20 Cluent. 69). Manil. 9 cum maximas aedificasset ... classis exercitusque -os ... comparasset *Mithridates* (*sim. de copia hominum* : Catil. 4, 20 manus ... coniuratorum, quam videtis esse -am. fam. 15, 1, 2 cum -o equitatu. Caes. Gall. 7, 31, 4 *sagittariorum* erat -us in Gallia numerus. *cf. infra l. 13*). Phil. 2, 66 maximus vini numerus fuit, -um optimi pondus argenti. *abl. pretii* -o: Cic. Verr. II 3, 90 -o decumas eius agri vendidisti. 4, 13 quid? tu ista -o aestimas?

3 *pertinet ad spatium, dimensionem*: Bell. Afr. 40, 1 erat in eo campo ... villa -a turribus IIII exstructa. Varro rust. 3, 12, 5 *lepores* in Gallia transalpina ... fiunt -i, in Hispania ... mediocres. Liv. 32, 34, 4 Agraeos Apodotosque et Amphilochos, quae -a eorum *Aetolorum* pars sit. Pavl. Fest. p. 119 -us *lucus.* *Claassen.*

permalus, -a, -um. *a* per *et* malus. *i. q. valde malus* : Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 13, 19 non enim sic esset omnino forsan -um, si hoc tantummodo *depravationis* esset (*Migne gr. 78, 1041*^{A} *δεινόν*). *superl.* perpessimus (*nisi est compos. e* per *et* pessimus, *v. Svennung, Wortstud. Oribas., 1932, 107*): Oribas. syn. 6, 5, 5 Ab p. 99 (*de signis sputorum*) si ... flavum, non bonum signum est; si autem ... viridis aut nigra, perpesema sunt (*gr. ὀλεθριώτατον, Aa p. 8, 12* valde pessima).

[permale *olim legebatur e coni.* Cic. Att. 1, 19, 2.]

permānanter *v. sub* permano.

permānāsco, (-āvī), -ere. *a* permanare. *formas stirpis perf. v. sub* permanare. *i. q. permanare* : Plavt. Trin. 155 *senex* me obsecravit suo ne gnato crederem *thesaurum occultum* neu quoiquam, unde ad eum *filium* id posset -ere (*ed. princ.,* -escere *codd.*).

permandūco, -āvī, -āre. *a* per *et* manducare. *i. q. (usque?) manducare* : Vet. Lat. II Esdr. 9, 25 (cod. 125) possederunt domus plenas omnibus bonis ... et -verunt et saturati sunt (*gr. 19, 25 ἐφάγοσαν, Vulg.* comederunt).

permanenter *v. sub* permaneo.

permanentia servitium pe[r]tulantiam Gloss. I p. 84 n. 111. *obscurum.*

⁂**permaneo,** -mānsī, -mānsūrus, -ēre. *a* per *et* manere. *scribitur* : permasi- Vet. Lat. Luc. 22, 28 (cod. 2), permanss- Caes. Arel. grat. p. 160, 21 (*var. l.*). Not. Tir. 30, 43 -et. 30, 49 -sit. *de formis: praes.* -it: Oribas. syn. 2 add. Aa p. 137, 24 (*cf.* -iant 8, 52, 1 Ab p. 259). Lex Sal. Merov. 53, 6 (*var. l.*); *pass. impers.* -etur *sim.*: Avg. bapt. 5, 9, 11 persev. 17, 43 Leo M. serm. 19, 2. *al.; part. praes.* -ens *c.* esse *pro* -ere *p. 1526, 11. 1528, 32. 1531, 2. al.; gerund. vi activa pro part. fut.*: Filastr. 80, 7 transeuntia ... erunt elementa ad maiorem iam gloriam inque ea -enda. *de notione* : Synon. Cic. p. 414, 34 adseverat. perstat. -et. perseverat (*cf.* Gloss.^{L} I Ansil. pe 894 sqq.). 421, 19 durat. -et. perseverat. perstat. Gloss. *παραμένω. ἐμμένω. ἐπιμένω. διαμένω.* -et: *διαμένει. legitur perraro in poesi, sc. singulis locis apud* Ter., Lvcr., Prop., Manil., Sen. *trag.*, Lvcan. *al., 14*^{ies} *apud* Ov., *in oratione prosa inde a* Varrone, Cic. (*maxime in philos.*), *aetate posteriore frequentant e. g.* Vvlg., Avg., Greg. M. *nec non* Cod. Theod. *et* Iust.; *fere ubique (longe) praevalet simplex, aliter* Caes. (-ere *14* / manere *14*), Hirt. (*9* / – [*var. l.* 8, 26, 1]), Vitr. (*31 / 2*), Colvm. (*20 / 16*). [*it.* permanere (*fort. sermoni docto tribuendum*); *francog. vet. et med.* parmaindre, parmanoir; *prov. vet.* permaner; *cat.* permaneixer; *hisp.* permanecer; *port.* permanecer. *cf. M.-L. 6417 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2859. Wartburg VIII 249 sq. Corominas*^{2} *III 814. Machado*^{3} *IV 348 sq. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* manere (Cic. Catil. 2, 10. Hirt. [*v. l. 50*]. Colvm. 7, 8, 5 Rvfin. Orig. in Ios. 24, 1 p. 448, 16. *al.*), remanere (Cic. Pis. 95 Caes. Gall. 5, 12, 2 Cels. 6, 13, 2 Lact. inst. 2, 8, 44. *al.*), permanare (*v. p. 1532, 65*). *vix recte trad.* Lvcr. 1, 122 Acherusia templa ..., quo neque -ant animae neque corpora nostra, sed quaedam simulacra (permānent *Politianus; sunt qui* -ant *defendant coll.* Ov. *p. 1527, 9 sq., sed cf. Büchner, Hermes 84, 1956, 211 sq.*; perveniant *Marullus*).]

CAPVT PRIVS: *intransitive i. q. (usque, sine ulla intermissione) manere. praeverbium vim durativam simplicis augere videtur, e. g. ubi simplex et compos. iuxta ponuntur* (*p. 1527, 49. 1528, 70. 1530, 35, adde e. g.* Cic. p. red. ad Quir. 19), *cf. etiam iuxta pos.* durare *p. 1526, 69. 75. 1527, 19. al.,* perseverare *p. 1526, 57. 1531, 50. al.,* persistere *p. 1527, 39. 1531, 9. al. (in horum notionem vergit maxime p. 1531, 32 sqq. 42 sqq.). saepe tamen simplex et compos. distingui nequeunt; variant in contextu e. g. p. 1526, 68 sq. 1527, 22 sq. et* Cic. orat. 81 Cato 22. *al., in versionibus p. 1526, 28. 1527, 44 sqq. et saepius. raro vergit in notionem q. e. esse (cf. vol. VIII 290, 13 sqq.), potissimum p. 1528, 68 et* Lavrent. paen. p. 94^{A} et in auribus laqueus -et (*antea*: in oculis est laqueus, *postea*: laqueus est in manibus). *addas fort.* Epitaph. All. Potest. (ce 1988) 18 nitor in facie -sit eburneus illae. *graece respondet (ἐμ-, δια-, παρα-)μένειν, nisi aliud adnotavimus.*

2 *speciatim*: **a** *apud gramm. in doctrina de praepos.* (*opp. fere* (com-, per-)mutatio): Serv. gramm. IV 420, 1 'in' ... et 'sub' coniunguntur accusativis casibus, cum mutatio est loci; ... iunguntur ablativis, cum -o est. Cledon. gramm. V 77, 21 quando in loco -o *est. al.* **b** *respiciuntur ei, qui permanent apud deum sine peccato* (*sc. angeli; de homine vel diabolo per negationem; cf. supra l. 19*): Avg. civ. 22, 1 p. 554, 9 sq. in ... summo bono permanentibus *angelis* ..., ut de sua sine fine -e certi essent, tamquam ipsius praemium -is dedit (*sim de angelis*: corrept. 10, 27. 11, 32 c. Iulian. op. imperf. 5, 58 gen. ad litt. 11, 26 p. 359, 9 Pomer. 1, 3, 2). corrept. 10, 28 in quo statu recto ... si ... manere voluisset *homo*, ... acciperet illam *angelorum beatitudinem*, merito huius -is. serm. 179, 3 hanc

[Wild]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em dicitur diabolus non habuisse, de quo dictum est: '... in veritate non stetit' (*Ioh. 8, 44*).

permānsor, -ōris *m.* *a* permanere. *i. qui permanet* : Avg. serm. 198, 42 Recherches Aug. 26, 1992, 122 duos parentes habuimus, qui nos mortaliter genuerunt, duos habemus qui nos immortaliter generant: deum et ecclesiam; generarunt successores illi sibi, generant isti secum -es. *Wild.*

permarceo, -ēre. *a* per *et* marcere. [*coniecit Helm pro* permanare Apvl. met. 8, 8, 7.] *i. q. penitus marcere* (*cf. vol. VIII 372, 70*): Enn. ann. 534 aut -ret paries percussus trifaci (-mace-, -mane- *var. ll.*, -maceat *Vahlen 1854*).

permarcēsco, -ere. *a* per *et* marcescere. *i. q. penitus marcescere* (*cf. vol. VIII 375, 22 sqq.*): Orig. in Matth. ser. 48 p. 99, 19 (*explicatur Matth. 24, 29*) -ente stellarum lumine reliquum earum corpus crassius factum ... cadet de caelo (*gr. μαραινομένου*).

permarīnus, -a, -um. *per hypostasin q. d. a* per mare *sec.* 1. marinus, *cf.* transmarinus. *gen. plur.* -num *l. 25.* [*coniecit Hudemann pro* promarinus Avr. Fronto p. 43, 13; *coni. vetus* -i *pro* per maria Arnob. nat. 3, 23 p. 180, 23.] *i. q. navigationem per mare custodiens* (*sc. de genere Larium; cf.* Gloss.^{L} II Philox. pe 191 -i: *διαπόντιοι. ad rem v. Latte, Röm. Religionsgesch. 93*): Fast. ann. Num. Antiat. Dec. 21 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 25) L⟨a⟩r(ibus) perm(arinis) (*sim. in fastis*: Fast. ann. Iul. Praen. Dec. 22 [*ibid.* p. 139] ⟨Laribus perm⟩arinis in porti⟨cu Mi⟩nucia. Ost. Dec. 22 [*ibid.* p. 106] ⟨La⟩ribus perma⟨rinis⟩). Liv. 40, 52, 4 *M. Aemilius* dedicavit aedem Lar[i]um -um in Campo (*cf.* 40, 52, 6 [*sec. tabulam in hoc templo fixam*] eius rei ergo aedem Laribus -is vovit).

permātūrēsco, -ruī, -ere. *a* per *et* maturescere. *i. q. penitus maturescere* (*abundanter additur* bene *l. 30; ceterum cf. l. 37*): Ov. met. 4, 165 color in pomo *mori* est, ubi -uit, ater. Cels. 2, 24, 3 oleae ... nigrae, quae in arbore bene -erunt (permaturaverunt, maturuerunt *al. var. ll.*). Colvm. 2, 10, 18 *sesamorum* semen ... per autumnum, cum -uit, tolli (-erit, maturuerit *al. var. ll.*). 2, 17, 5 viciam non convenit ante desecare, quam -erit.

?**permātūro,** -āvī, -āre. *a* per *et* maturare. *i. q. penitus maturescere, maturare* (*v. vol. VIII 496, 49 sqq.; cf. etiam l. 30*): Hyg. fab. 136, 3 *morum* primum album est, deinde rubrum, cum -vit, nigrum (permaturuit *Muncker*).

permātūrus, -a, -um. *a* per *et* maturus. *i. q. valde, perfecte maturus* (*fort. in malam partem dicitur l. 51*): **1** *proprie de fructibus sim.*: Cels. 2, 30, 3 *alvum astringunt* oleae vel albae vel -ae (*cf.* Colvm. 12, 50, 1 cum iam nigruerint *olivae* nec adhuc tamen -ae fuerint). 6, 13, 4 pira aut mala non -a mandere. Marcell. med. 23, 36 ebuli bacas -as exprime. Oribas. eup. 2, 1 *Π* 3 Aa p. 495 ⌞quod ... non -us colligitur⌟ piper albus vocatur; eum vero, qui maturus colligitur, piper nigrus dicitur (*sim.* La; ⌞ ⌟ *gr. II 5 οἷον ὀμφαξόκαρπον*). syn. 4, 22, 5 La p. 24 optime *est ficus* -a (*Aa* bene matura, *gr. τὰ δ' ἀκριβῶς πέπειρα*). **2** *translate de rebus incorp.*: Serv. auct. Aen. 1, 749 ('longum ... bibebat amorem *Dido*') 'longum' hic '-um', aut qui non erat nisi ipsius morte finiendus. Petr. Chrys. serm. 140, 6 cito respondere est facilitatis humanae, cogitare vero ponderis est maximi et iudicii -i. Caes. Arel. serm. 169, 1 *humanae vitae aetas est* quinta senectus, sexta est illa -a, quae etiam decrepita dicitur.

permaximus *v.* permagnus.

permeābilis, -e. *a* permeare. *id quod permeari potest*: Sol. 47, 1 *itineris* latitudo vix est plaustro -is (*de portis Caspiis, cf. Plin. nat. 6, 43* ut vix singula meent plaustra). Oros. hist. 2, 6, 4 eum *amnem Gynden* ... feminis vix genua tinguentibus -em relinquendum *esse.*

compos.: impermeabilis.

permeātor, -ōris *m.* *a* permeare. *i. qui permeat* : Tert. apol. 21, 10 spiritum ..., quem -em universitatis affirmat *Cleanthes* (*Stoic. vet. frg. I 533*).

?**permeātus,** -ūs *m.* *a* permeare. *i. q. actio vel via permeandi* : Plin. nat. 20, 228 sucus decoctae *malvae* -us suaves facit (permixtus *var. l.*, per meatus *André contextu mutato, sed v. Önnerfors, Pliniana, 1956, 161 sq.*).

?**permedico,** -āre. *a* per *et* medicare. *i. q. penitus medicare* : Herm. vulg. sim. 9, 31, 4 dico ... vobis ... has malas scissuras (*i. schismata*) -are ac tollere a vobis (permediare *codd. plerique; fort. corruptum e* remediare, *cf. Pal.*: remediate, *vulg. 9, 32, 1* remediate ... vos. *sim. errorem v. sub* permensuro).

[permedio, -āre *sec.* remediare *formatum v. l. 67.]*

permediocris, -e. *a* per *et* mediocris. *i. q. admodum mediocris* (*adi. simplici superl. deest*): Cic. de orat. 1, 220 *philosophi* partim ... -es ac potius leves motus *in animis* debere esse dicunt.

permeditātus, -a, -um. *a* per *et* meditatus (meditari). *i. q. bene instructus, doctus* (*cf. vol. VIII 580, 46 sq.*): Plavt. Epid. 375 eam -am, meis dolis astutiisque onustam mittam (*v. 371 sqq.* parabo ... fidicinam *eqs.*).

permedito, -āvī, -āre. *a* per *et* meditare (-ari). *i. q. (diligenter vel sine intermissione?) meditari* (*cf. vol. VIII 576, 15 sq.*): Vet. Lat. psalm. 118, 70 (cod. 136) ego legem tuam -avi (*gr. ἐμελέτησα, Psalt. Rom. et Vulg.* meditatus sum. *cf. 118, 69* [*cod. 136*] in toto corde).

permedius, -a, -um. *a* per *et* medius; *cf. locutionem* per medium *p. 1139, 23 sq.* *i. q. medius* (*maxime*): Ven. Fort. epist. (carm. 5, 6) 15 in meditullio ... huius opusculi, *sc. carminis figurati,* illam fiximus litteram, quae inter viginti tres numeratur -a (*sc.* m; per media *trad.*).

permēio, -mīxī, -ere. *a* per *et* meiere. *i. q. perfundere meiendo* (*cum respectu stuprandi* Porph., *cf. vol. VIII 605, 16 sqq.*): Lvcil. 1248 ⌞-xi⌟ lectum, inposui pede[m] pellibus labes (⌞ ⌟ *Holder,* perminxi *I. Dousa,* per mihi *trad.; huc fortasse spectat* Dosith. gramm. 64, 2 commeio lectum et -o, commixi et -xi [*inde supplevit Barwick* Char. gramm. p. 383, 22 sq.]). Porph. Hor. sat. 1, 2, 44 'hunc -erunt calones' (*v. p. 1539, 21*): '-erunt' pro 'stupraverunt' positum est.

permelancholicus, -a, -um. *a* per *et* melancholicus. *i. q. melancholiam vel melancholicum umorem maxime generans* : Oribas. syn. 4, 8, 2 Aa p. 9 de leguminibus lenticla -a est cibatio (*gr. μελαγχολικώτατον, La* lenticla est cibus *tantum*).

permēnsio, -ōnis *f.* *a* permetiri. *i. q. actio permetiendi: per prosopopoeiam in circumscriptione Geometriae* : Mart. Cap. 7, 725 (vers.) postquam conticuit prudens -o terrae (*cf. postea*: doctae, mundum quae admensa, sororis). *in divisione quadam numerorum* (*cf. p. 1538, 52*): Boeth. mus. 2, 9 p. 239, 3 sin ... illa differentiae -o numerorum multitudinem supervadat *eqs.*

permēnsūro, -āre. *a* per *et* mensurare. *i. q. per omnes partes mensurare* (*cf. vol. VIII 771, 4*): Lib. col. I p. 242, 14 *Augustus* omnem terram suis temporibus fecit -ari ac veteranis adsignari (rem- *var. l.*).

permēnsus *v.* permetior. *Breimeier.*

permeo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* meare. Gloss. *διαπερῶ.* *legitur inde a* Varrone, Ov., Manil. (*loco interpol.?*), Sen. *philos., saepius aqud* Plin. nat. (*octies*), Amm. (*decies*), Avg. (*quater decies*), Mart. Cap. (*duodecies*). [*confunditur in codd. c.* permanere Lvcan. 2, 418 Plin. nat. 36, 105. Ps. Philo *infra l. 63* (*falsa var. l.* Cic. ac. 2, 119; *restit.* Tac. ann. 15, 9, 1).]

I *fere i. q. transire, peragrare, penetrare* (*praeverbium spectat potius ad spatium percursum, quod determinatur passim per acc. obi. [indicans iter sequendum p. 1537, 2. 4], per abl. p. 1537, 10, per praepos. l. 44. 47. 53. 58. 63. p. 1537, 2, adv. p. 1537, 25, subaudiendum est l. 55. p. 1537, 8. 28. 35, omnino deest sub B2*): **A** *-ant qui (quae) intra quoddam spatium moventur*: **1** *sese diffundendo, manando sim.*: **a** *de malo, peccato* : Varro frg. Non. p. 117, 23 per omnes articulos populi hanc mali gangraenam ... -asse. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 63 p. 1500 (*reprehendit verba Aug.*: transit *malum* naturaliter per opus dei) -are non potuit per naturam res voluntatis (*postea*: transire). **b** *de aëre vel aqua* : Sen. nat. 2, 9, 4 *aer* media non circumfundit tantum et utrimque cingit, sed -at. Colvm. 8, 17, 5 si recens mare non semper stagnum -at, *unda putrescens piscibus nocet.* Plin. nat. 2, 166 hac (*terra*) sinus pandente, illa (*aqua*) vero -ante totam. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 4, 467 p. 760 *fons quidam* planitiem -at (*antea*: amplius ... spatium rigat; *gr. ἔπεισιν*).
c *de deo, spiritu divino sim.*: Apvl. mund. 25 p. 344 deum per omnia -are (*gr. 397b33 ἐπὶ πᾶν διικνεῖσθαι*). Pervig. Ven. 63 venas atque mentem -anti spiritu intus occultis gubernat procreatrix viribus. Avg. civ. 7, 22 p. 300, 27 partem animae mundi, quae mare -at (*e Varrone ut in eadem re* 7, 23 tit. animus mundi ... etiam hanc corporis sui infimam partem -at [*sc. terram*]. 7, 23 p. 301, 16 per illam *terram* [p. 302, 27]. p. 303, 3. 14).

2 *peragrando, lustrando* : Colvm. 8, 15, 5 *anates* offenduntur, si non sunt libera spatia, quae -ent. Avson. 415, 32 p. 274 *vilicus meus mercandi causa* Tarnim et Garunnam -at. Ps. Philo antiq. 40, 3 (*sec. iud. 11, 37; filia Ieptae ad patrem*) ut vadam in montes et -em in collibus et perambulem petras ((per)maneam *var. ll.*). Mart. Cap. 1, 9 *Mercurius Virtuti permittit* volatilem virgam, uti secum mundi penita -are ... posset. 2, 149 *aer,* qui volucribus -atur. 6, 588 Geometria dicor, quod -tam crebro admensamque tellurem ... possim ... explicare (*antea*: peragratrix). 6, 614. 6, 618 *Augustus* Oceanum (6, 620). Boeth. cons. 5 carm. 5, 1 quam variis terras animalia -ant figuris.

B *-ant qui (quae) via recta, itinere certo moventur* (*de circulis caeli, quorum porrectio tamquam motus describitur, l. 73 sqq.*): **1** *usu sollemni* : **a** *-ant res* : **α** *regionem transeuntes: varia* : Ov. Pont. 4, 11, 16 dum tua pervenit, dum littera nostra recurrens tot maria ac terras -at, annus abit. Manil. 1, 565 (*interpol.*) circulus a summo ... vertice mundum -at Arctophylaca petens *eqs.* (*cf.* Mart. Cap. 8, 826 *orbis*

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lacteus paene totum videtur -are caelum. 8, 829 *aequinoctialis circuli* linea -ante per haec signa). APVL. flor. 18, 32 circulum, quem -at *sol* (*item de sidere* : AVIEN. Arat. 1114 aethram *Virgo*. AVG. gen. ad litt. 2, 5 *Saturnus* suo motu ... triginta annis totum ambitum. MACR. somn. 1, 21, 7). *flumina* : LVCAN. 2, 418 -at orbem Hister. PLIN. nat. 3, 32 Atax e Pyrenaeo Rubrensem -ans lacum (*cf.* AMM. 15, 4, 4 *Rhenus* undarum *Brigantiae* quietem -ans pigram). 5, 90 *Euphrates* Babylonem ... petit mediamque -ans *eqs.* 36, 105 (*describitur Roma*) -ant conrivati septem amnes. MART. CAP. 6, 628. PRIMAS. in apoc. 22, 1 l. 3 ('flumen ... exiens ... per mediam plateam *civitatis*') in flumine vitae civitatis medio -ante (*item* lib. 5 cap. 30). **β** *obstantia penetrantes* (*sc. -ant tela; aliter* TAC. *sub IIA1*): SIL. 4, 609 experiar, sitne in terris, ... quod ... non ... -et hasta *Tyrrhena*.

b *-ant animantes* : **α** *quolibet itinere*: PLIN. nat. 8, 86 *serpens* persequitur interfectorem *coniugis*..., -at spatia nec nisi amnibus arcetur. 11, 104 tamquam parum sit maria transisse, inmensos tractus -ant *locustae*. PS. QVINT. decl. 10, 8 haec -bat, haec omnia ... transibat *mortuus revertens*. TAC. ann. 1, 50, 2 saltus obscuros -at *Germanicus*. 12, 13, 1 *legiones* -ant Adiabenos. AMM. 23, 6, 11 angustiis -tis (*sc. ostiis maris Persici ut* 23, 6, 12). 31, 11, 6 *Gratianus e Germania* -to Danubio delatus Bononiam sirmium introiit. AVG. serm. 353, 4 (*in imag. sec. I Petr. 4, 1 sqq.*) cogitate vitae huius eremum -are. MART. CAP. 2, 143 *Labor* caelum cum domina impiger -vit (*in itinere ad arcem caeli ut*: 2, 171 quo *caelesti* hemitonio -to. 2, 194). **β** *flumen, mare transeuntes* (*aliter l. 20 [sc. flumine secundo]. p. 1536, 62. 68*): SOL. 12, 2 hac (*sc. per Hellespontum*) Xerxes ponte navibus facto -vit. AMM. 14, 2, 10 cavatis arborum truncis amnem -are (24, 2, 22). 21, 13, 2 -to flumine. 26, 8, 1. 28, 5, 1 oceani difficultatibus -tis. PRVD. cath. 5, 68 plebs sub bifido -at aequore (*sc. Iudaei mare rubrum*).

2 *usu peculiari respicitur motus continuus, non intermissus* (*indicatio spatii deest*): COLVM. 11, 1, 16 in itinere conficiendo ... maturius pervenit is, qui naviter et sine ullis concessationibus -vit. LAVRENT. eleem. p. 113[A] ‚fluvius iste‘ peccatoribus -at (*sc. fluvius igneus, Dan. 7, 10; cf. Hier. in Dan. 7, 10* ut peccatores traheret in gehennam).

C *-ant, quae praetervehuntur* (*cf. p. 1228, 60*): ISID. orig. 16, 7, 13 *sagdae gemmae* tanta vis est, ut -antes naves e profundo petat *eqs.* (*e Sol. 37, 8, ubi*: supermeantes).

II *fere i. q. pervenire* (*praeverbium spectat potius ad finem attingendum, qui indicatur per praepos. vel adv., subauditur l. 55 sq.; simul indicatur etiam origo motus l. 45. 46. 47, spatium percursum l. 43. 49 sq. 58*): **A** *motu locali* : **1** -are in (in usque) *c. acc.*: MELA 1, 49 Nilus ... amnium in nostrum mare -antium maximus (*item de flumine* : 3, 77 Tigris ut natus est ita descendens usque in litora -at. PLIN. nat. 31, 55 Alpheus in *Siciliam* ... sub mari). TAC. ann. 15, 9, 1 in quos *barbaros* saxa et hastae longius -bant, quam ut contrario sagittarum iactu adaequarentur. SOL. 4, 1 cum ... ab usque Tartesso ... in hosce fines -vissent. 56, 12. AVR. VICT. Caes. 13, 3 quo *itinere* facile ab usque Pontico mari in Galliam -atur. 33, 3 in usque Africam. AVSON. 371, 2 p. 101 a tropico in tropicum dum -at *sol*. **2** -are ad: PLIN. nat. 10, 77 Larium lacum ..., ad‚quem ciconiae non -ant. SOL. 52, 33 ut *serpentes* per tantam sali latitudinem ad loca -ent destinata. AMM. 22, 8, 13 per eos *Bosporos* quondam Inachi filia ... ad mare Ionium -vit. AVG. epist. 31, 1 *si* cito ad vestram sanctitatem nostrae litterae -assent. in psalm. 6, 7 l. 26 potest aliquid in superficie lavari; rigatio vero ad interiora -at. serm. 19, 3 l. 88 ad extremas provincias. VINDIC. med. 27 (*de ictericis*) prohibetur fel ad vasculum *q. e. χοληδόχος* -are. **3** *cetera exempla*: TAC. ann. 14, 58, 4 dum *militibus propulsis* manus alia -at, *sc. ad Plautum interficiendum*. AVSON. 419, 81 p. 375, 559 Pegasus volucer actus a Lycia non ultra Ciliciam -vit. AVG. epist. 149, 34 (*in imag.*) in portum, quo tu pelago tranquilliore -asti.

B *alio modo*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 66 parentum peccata ... *non* ad liberos -are. CLAVD. MAM. anim. 1, 26 p. 95, 2 obsequium vocis aurem tenus meat, verbum vero inlocaliter ad animam -at.

deriv.: permeabilis, permeator, *?*permeatus (-ūs). *Keulen.*

permereo, -uī, -ēre. *a* per *et* merere. *i. q. (stipendia) merendo peragrare* : STAT. silv. 1, 4, 74 innumeris exercita castris occiduas primasque domos et sole sub omni -uit iurata manus *Rutilii* (*lacunam ante* -uit *statuit Housman, Class. Papers 639*). *Fl.*

permētior, -mēnsus sum, -īrī. *a* per *et* metiri. *scribitur part. perf.* -esi *man. prima cod. M* VERG. Aen. 3, 157 (*cf.* SERV. auct. *ad l.* multi ... '-nsi' sine 'n' legunt, a verbo '-or'; hic versus variasse dicitur). NOT. Tir. 72, 67 -sum. *longe praevalent formae stirpis perf. (part. vi pass. usurpatur inde a* LYGD., COLVM., *v. 1538, 29. 35. 41. al.), formas stirpis praes.*: SEN. *p. 1538, 15*, VITR. *p. 1538, 25 sq.*, BOETH. *p. 1538, 56*, OROS. *sub IIB2. legitur inde a* PLAVTO, ENN., LAEV., LVCR., CIC. [*dub. trad. imperat.* OROS. apol. 19, 8 -ire, quod *eqs.* (*defendebat Svennung, Orosiana, 1922, 146*; per ⟨id⟩ metire *edd.; an* permetire ⟨eo⟩, quod *scribendum?*). *e coni. Lachmanni* FRONTIN. grom. p. 17, 21 (*v. sub* perpendo).].

I *de motu corporali, sc. i. q. percurrere, permeare; pro obi. est spatium*: **A** *locale* (*in imagine* STAT. *sub 1*): **1** *agunt animantia* (*animalia l. 8.17, Geometria l. 21 sq.*): PLAVT. Truc. 304 *maceria horti transcensa adulescens* ad vos damni -sust viam (GELL. 5, 14, 26 viam ... tridui. *cf.* APVL. met. 8, 18, 6 aliquanto ... viae -so spatio). ENN. ann. 71 *lupa* campum celeri passu -sa parumper (praemens *trad.*). 455 sola terrarum ... -sa parumper (*sc. Dido?*). LAEV. carm. frg. 11 *Paris* -sus ponti maria (PS. AVR. VICT. orig. 9, 6 *Aeneas* multa m. -sus. MART. CAP. 6, 618 -so mari [*item pass.*: 6, 622]). VERG. Aen. 3, 157 (*penates ad Aeneam*) nos ... sub te -si classibus aequor (SERV. evecti *eqs.; huc spectant* GLOSS. IV 457, 43. GLOSS.[L] I Ansil. PE 901 -si: pernavigavimus, eo quod aequor quasi mensurassent). SEN. Herc. f. 393 Cadmus regna -sus fuga. dial. 11, 17, 5 *Caligula* Italiae ac Siciliae oras errabundus -ens. STAT. silv. 1, 2, 202 (*in imag.; ad poetam carminibus puellam petentem*) durum -sus iter ... *et* labores (-is *trad.*) prendisti portus (PS. QVINT. decl. 13, 4 *apes* longum -sae i. IVL. VAL. 3, 52 itinere -so ad Xerxis regna pervenimus. CLAVD. 3, 176 longum. 7, 166). APVL. met. 8, 15, 5 montis ... -si iugum ... *et campos* pervecti ... pervenimus *eqs.* SVLP. SEV. chron. 2, 45, 5 orbem ... terrarum (MART. CAP. 6, 581 crepidas peragrandae telluris causa easdemque -so orbe contritas ... gestabat [*sc. Geometria, quae loq.* 6, 601 *terram* -sa sum]). **2** *agunt res* : LVCR. 4, 394 *sidera* obitus ... revisunt, cum -sa suo sunt caelum corpore claro (*sim. de stellis* : VITR. 9, 1, 6 quem circulum luna terdecies *in anno* ... percurrit, eum sol ... semel -itur. 9, 1, 9. 9, 1, 10 *Iuppiter* signa -itur [*antea*: pervagando pervenit; percurrit]). 6, 1142 *morbus* aera -sus multum camposque natantis.

B *temporale; respicitur: vita* (*tota excepto* ARNOB.): LYGD. 3, 9 -so defunctus tempore lucis (NEMES. ecl. 1, 19 *Meliboeum* emeritae -sum tempora vitae). SEN. Herc. f. 742 *rex bonus* longa -sus diu felicis aevi spatia ... caelum petit (APVL. met. 11, 6, 6 spatium saeculi tui). Oed. 740 (*de Spartis*) proles uno aetatem -sa die ... occidit. MART. 9, 29, 1 saecula Nestoreae -sa ... senectae rapta es ad infernas ... aquas. ARNOB. nat. 2, 22 annos ... quadraginta. *cursus honorum* : APVL. met. 10, 18, 1 gradatim -sis honoribus.

II *de mensura, fere i. q. (totam rem, diligenter) metiri* : **A** *strictius, sc. quaesita certa magnitudine*: **1** *-untur homines* : **a** *res extensas vel corporeas* : CIC. ac. 2, 126 solis ... magnitudinem quasi decempeda -si refertis. LIV. 25, 23, 12 *miles* numerando lapides ... altitudinem muri quantum proxime coniectura poterat -sus. COLVM. 3, 13, 13 *instrumento quodam* -sum et perlibratum opus ... procedit (*antea*: metitur atque perlibrat). PLIN. nat. 2, 162 Dicaearchus ... -sus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelium. IVL. VAL. 1,1 (*e codd. epitomes*) *Aegyptii* -si ... sunt terram ingenii pervicacia (*gr. p. 1, 3 γῆς μέτρα καταλαβόμενοι*). **b** *varia* : AMM. 17, 3, 2 praefectus praetorio cuncta -sus ..., quidquid in capitatione deesset (*postea de Iuliano*: scrupulose computando et vere). VIRG. gramm. epist. 3, 19, 2 tempora verborum trino ordine secundum visibilis mundi tempora -si sunt *sapientes* (*sc. definiendo, discribendo*).

2 *-untur res* : CIC. Tim. 33 absolutum annum ... tunc compleri ..., cum se octo ambitus ... ad idem caput retulerunt cumque eos -sus est ... orbis (*gr. 39[d] ἀναμετρηθέντα κύκλῳ*). *in arte arithmetica -itur numerus alium numerum eum ita dividens, ut nihil supersit* (*cf. vol. VIII 884, 5 sqq. et supra p. 1233, 11. 1536, 26*): BOETH. mus. 2, 9 p. 238, 1 si duos numeros eorum differentia integre fuerit -sa (p. 238, 9 numeros LV et L propria differentia, id est quinarius -etur. p. 238, 12. 13).

B *laxius, sc. non quaesita certa magnitudine, ut vergat ad notionem taxandi, considerandi sim. (accedit abl. respectus l. 62. 64*, in *c. abl. l. 66); -untur homines*: **1** *potius visu* : STAT. Theb. 6, 760 *pugiles* sese -si oculis (MAR. VICTOR. aleth. 2, 142 cuncta *metalla* alacris o. -sos, sed prius auro admovisse manus *Adam et Evam*). SCHOL. Stat. Theb. 8, 577 ('*Atys* solo corpore mensus Tydea non timuit') non virtute Tydeum -sus est, sed corporis parvitate *eqs.* **2** *potius cogitatione* : OROS. hist. 2, 10, 9 *genus humanum* mutationes rerum hac vel maxime varietate (*sc. fortunae Xerxis*) -ens. 2, 18, 5 si quis ... utrumque (*sc. nostrum et praeteritum*) in suis qualitatibus tempus -atur, facile *iudicabit eqs.* *pro obi. sunt struct. verbales* : OROS. comm. 1 *ut* -aris, quam possis dispositionem adhibere virtutis (*item c. interrog. obliqua*: hist. 4, 1, 3 *Romani*, qui quantique hostes circumstreperent, -entes). hist. 6, 10, 19 *Caesar* -ens rem suis maximi periculi fore, si *eqs.*

deriv.: permensio. *Cohee.*

permeto, -ere. *a* per *et* metere. *i. q. penitus vel usque in finem metere* : VET. LAT. lev. 19, 9 (Aug. loc. hept. 3, 46) -entibus vobis messem terrae vestrae non perficietis messem vestram agri tui -ere (Ps. Aug. spec. 12 p. 369, 7 metentibus ... non consummabitis ... -ere; *gr.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἐκθεριζόντων ... ἐκθερίσαι, *cod. 104* met[u]entibus ... perficere, *Vulg.* cum messueris ..., non tondebis usque ad solum superficiem terrae).

[permetuo, -uī, -ere *falsa var. l. pro* praemetuere VERG. Aen. 2, 573, *pro* pertimere HOMER. 937.**]**

permicāns, -antis *adi.* *a* per *et* micans (1. micare). *i. q. valde, clare micans* : PS. AMBR. paenit. 22 p. 996[A] *si paenitere nolueris,* claudentur oculi tui nocte peccati, ne veri luminis videant radium -antem.

permiciēs *v. sub* pernicies.

permīlito, -āvī, -āre. *a* per *et* militare. *i. q. militiam ad finem perducere (militatur extra exercitum l. 16): praevalente respectu spatii* : VLP. dig. 27, 1, 8, 9 si quis in cohortibus urbanis -vit, licet ante viginti annos mittitur *eqs.* (27, 1, 9 in c. praetoriis. CIL VI 2649, 8 *miles* tra(n)slatus ... im praet(orium) c(o)hor(te) VII, in q(ua) -vit ann(os) XV). PAVL. NOL. epist. 25, 5 p. 226, 16 (*miles ad sese*) adhuc iuvenis sum et in tempore, ut -em ... et postea deo serviam. *praevalente respectu ipsius finis* : CASSIOD. var. 6, 13 tit. formula magistri scrinii, quae danda est comitiaco, quando -at (*cf. 6, 13, 5* veteranis. *6, 13, 6* tali militia perfunctis).

permingo, -mīnxī, -ere. *a* per *et* mingere (*cf.* PRISC. gramm. II 495, 5 sqq.). [*e coni. dub.* LVCIL. 1248, *v. sub* permeio.] *i. q. perfundere mingendo* (*i. semen emittendo, pedicando, cf. Porph.* [*v. sub* permeio] *et Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 142*): HOR. sat. 1, 2, 44 *moechum* hunc -erunt calones (permix- *var. l.*).

perminimus *v. sub* perparvus.

perministro, -āvī, -āre. *a* per *et* ministrare. *i. q. ministrando distribuere* : PS. CYPR. cena 141 dedit adipem Abel ..., dulcia fecit Iesus, omnia -vit Paulus.

perminuo, -ūtum, -ere. *a* per *et* minuere. [*falsa var. l.* -tus *pro* minutus CIC. Tusc. 2, 30 (*v. ed. Dougan, 1905*).] **1** *intransitive, i. q. penitus minorem fieri, decrescere*: ANON. med. ed. Piechotta 171 *medicamentum dabis* a luna XXVI usque quo luna -at. **2** *transitive, non nisi p. p. p. pro adi., i. q. valde imminutus* : GALEN. alfab. 175 (de lapide migsso [*i.* misy]) cuius fragmenta sunt -ta in modum sablonis (*ita* cod. Lucc., *sim.* cod. Paris.; superminuta *edd.*).

perminūtātim *adv.* *a* per *et* minutatim. *i. q. valde minutatim* (*fere iuxta verba movendi, cf. vol. VIII 1048, 57 sqq.*): CHIRON 222 *iumentum* -m exerce. 252 reficies eum per dies V et promoves -m (254 [*Veg. mulom.* leviter exercebis *utroque loco, sc. 2, 6, 7. 2, 6, 11*]). 386 coges eum ambulare -m ... usque, donec sudet ([*Veg. mulom. 2, 53, 3* minutim]. 418 [*Veg. mulom. 2, 123, 1* paulatim]). 397 inambulet -m. 400 ambulationibus brevibus -m ... eum ducito.

permīrābilis, -e. *a* per *et* mirabilis. *i. q. valde mirabilis* : AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 14, 11 id ipsum -e est, cum deus nullo spatio syllabarum ... dixerit 'fiat lux', cur tanta mora facta sit lux. trin. 10, 3, 5 l. 22 hoc quidem -e est nondum se nosse et, quam sit pulchrum se nosse, iam nosse.

permīrandus, -a, -um. *a* per *et* mirandus (mirari). *per tmesin* GELL. *i. q. valde mirandus* (*abundanter accedit* nimium PETR. CHRYS.): GELL. 3, 6, 1 per hercle rem mirandam Aristoteles ... dicit. IVL. VAL. 3, 16 multa ferarum nomina ... erat videre, serpentium quoque genera -a. PETR. CHRYS. serm. 35, 4 magna haec mulier et nimium -a, quae ... fide praecessit apostolum.

permīrus, -a, -um. *a* per *et* mirus. *per tmesin l. 58.* [*var. l.* -um *pro* pro mirum TERT. paenit. 5, 12, perque miro *pro* per quem miro ARNOB. IVN. ad Greg. 12 l. 56.] *i. q. valde mirus* : **1** *neutr. sing.* -um *c. struct. verbalibus (iuxta pron. l. 60 sqq.; maxime in locutione* -um mihi videtur *sim.): acc. c. inf.*: PLAVT. Mil. 1224 -um ecastor praedicas te adiisse *militem* atque exorasse; per epistulam ..., quasi regem, adiri eum aiunt. CIC. de orat. 1, 214 in quo ⌞per mihi mirum⌟ visum est ... te hoc illi concedere (⌞ ⌟ mihi -um, -um mihi *pars codd. det.*). div. 2, 99 ut mihi -um videatur quemquam exstare *eqs.* fam. 3, 10, 5 illud ... mihi -um accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adulescente ([*cf. 3, 10, 4* minime ... miranda]. PLIN. epist. 8, 14, 15 i. etiam mihi -um videbatur, eum ... coactum esse *eqs.*). *aliis* : CIC. de orat. 3, 49 ut mihi -um saepe videatur, cum difficilius intellegatur *patronus quam reus.* rep. 5, 7 quocirca -um mihi videri solet, quae sit tanta doc(...). **2** *attributive ponitur*: PLIN. nat. 2, 233 illa -a naturae opera, aes ac plumbum in massa mergi, dilatatum fluitare *eqs.* AVG. serm. 350B Rev. Bénéd. 77, 1967 p. 327 l. 20 (*ad divitem, ut eleemosynas faciat*) promitte, quo mirus es; fac inflationes (*an* inlationes*?*) rerum -arum, ut pervenias ad regnum celorum. *Breimeier.*

⁑permisceo, -uī, -xtum (-stum), -ēre. *a* per *et* miscere. *scribitur p. p. p.* -st- VERG. Aen. 10, 238 *cod. V, ceterum hic illic in codd. rec. formae tertii ordinis*: -is CHIRON 798 PLIN. phys. Bamb. 48, 13. 76, 5. 82, 11 MISC. Tir. p. 55, 10, -it MAX. TAVR. 28, 2 l. 45 (-et *var. l.*), -itur PLIN. phys. Bamb. 86, 21. CASSIOD. hist. 1, 7, 6 (*in var. l. ut*: GREG. M. dial. 4, 43, 2), -untur ORIBAS. syn. 2, 59 Aa p. 132, 9, -es (*fut.*) APIC. 8, 7, 5, -ito CHIRON 438. 928; *imp. fut.* -xto (*v. e. g. Leumann, Gramm. 1977, 571*): CHIRON 49. *de notione* : SYNON. Cic. p. 430, 19 inordinati. turbati. -ti. dispersi. p. 441, 18 confusi. exturbati. dissipati. dispersi. indigesti. -ti. perturbati. GLOSS.[L] II Philox. PE 187 -uit: *συνέμιξεν. συνέχεεν.* GLOSS. -o: *συμμιγνύω. καταμιγνύω.* -tum: gimaengidlicae (*anglosax.*). *ad usum p. p. p. praedic. pertinere videtur* GLOSS.[L] I Ansil. PE 907-11 (cod. Paris.) -ti: passim, vulgo. promiscue. incondite, inordinate. *eqs.* *legitur inde a* CATONE, VARRONE, CIC. *per totam latinitatem, cum praevaleat stirps perf. pass. (saepe part. per se positum, rarius cum verbo auxiliari), imprimis apud rerum scriptores, e. g.* SALL. (*formae variae: 2 / stirps perf. pass.: 10*), LIV. (*–/25*), TAC. (*3/17*) *et apud poetas epicos, e. g.* LVCR. (*1/11*), VERG. (*1/5*), MANIL. (*2/8*), LVCAN. (*4/11*), SIL. (*6/21*), STAT. (*2/12*), *sim. etiam e. g.* PLIN. nat. (*3/30*), APVL. (*3/13*), *aliter e. g.* CATO agr. (*8/–*), COLVM. (*47/24*); *singulis tantum vel binis locis apud* VARRONEM, CATVLL. (*sola stirps perf. pass. ut* HOR., PETRON., VAL. FL., IVV.), PROP., OV., CELS. *ceterum e scriptoribus artium, qui verba miscendi frequentant, notavimus haec*:

	misceo	ad-	*com-*	im-	per-
CATO agr.	11	3	11	–	8
VARRO rust.	7	–	–	8	–
VITR.	13	6	6	–	–
CELS.	142	–	–	2	2
COLVM.	88	21	11	21	71
PLIN. nat.	236	128	–	2	33
PLIN. med.	26	9	4	–	13
MARCELL. med.	337	131	14	12	219
APIC.	23	13	17	–	5

[*confunditur in codd. maxime c.* miscere (VENVL. dig. 41, 2, 52 pr. LACT. inst. 2, 9, 18. *al.*) *et* commiscere (SER. med. 708 LACT. inst. 1, 20, 31. *al.*); *falso trad. e. g.* COLVM. 4, 29, 2 (praecipere *edd.*). SCRIB. LARG. 115. AMM. 26, 8, 1 (permeato *coni.*).**]**

CAPVT PRIVS: *transitive i. q. miscere, miscendo agitare* (*sc. vi praeverbii locali vel intensiva*). *vergit ad notionem q. e. addere hic illic sub ID, afficere hic illic sub IC, cogere, continuare, summam facere sim. l. 75 sqq. p. 1541, 12 sqq. 1543, 26, diffundere, spargere p. 1544, 6. 1545, 12 sqq. nec non 18. 27, implere p. 1544, 21, imprimere, inserere l. 66. p. 1544, 56. 1545, 50. 56, aspergere p. 1543, 72 sqq., participem fieri p. 1545, 7 sqq., assumere p. 1545, 48, alternare, vicissim fieri p. 1541, 16 sq. 20. 69. p. 1545, 51; -etur, ita ut differentiae tollantur, percipi non possint p. 1541, 58. 65. 74. 1543, 16 (fortasse et l. 64. 75), ita, ut deleatur p. 1543, 21. 1546, 17. saepius mediopass.; pron. refl. indicat rationem reciprocam* : sibi *p. 1545, 28. 52. al.* (*distingue e. g. p. 1544, 69. 1545, 48. 57*), secum *p. 1543, 39*, se *l. 53* (*distingue p. 1544, 47*). *res pro subi. praedicati act. l. 64. p. 1541, 16. 1543, 11. 20. 60. 1544, 17. 1546, 63. al.*

I *indicatur, quae res -endo iungantur, committantur sim.*: **A** *per solum acc.*: **1** *obi. indicat ea, quae invicem commiscentur, coniunguntur* (*suppl. sub c et p. 1542, 8; insuper accedit* una *l. 57. p. 1542, 4*, in unum *l. 65.* MARCELL. med. 4, 1. *al.*, simul *l. 58. p. 1541, 4. 60. al.*, in se *p. 1541, 46.* MARCELL. med. 17, 33; se -ere *reciproce p. 1541, 58.* MARCELL. med. 14, 70. 36, 72 GREG. M. past. 2, 6, 24; *accedit* invicem *p. 1541, 36 et* AVG. civ. 10, 32 p. 460, 33. *al.*, inter se *l. 60. 68. p. 1541, 25. 31*]; alternis *p. 1541, 69*): **a** *pertinet ad obi. unum* : **α** *numeri plur.; -entur*: Ⓘ *res* : Ⓐ *corporeae* : CATO agr. 85 omnia una -eto bene (MARCELL. med. 20, 104 simul. 27, 79 simul -ta o. ac diu coagitata. *cf. p. 1541, 27. 1542, 11*). LVCR. 6, 790 semina rerum ... -ta gerit tellus discretaque tradit (**[***nisi adi.*]. LACT. opif. 12, 8 *masculina et feminina* s. inter se -ta coalescunt. *al., cf. p. 1541, 61*). LIV. 36, 44, 10 *classes* concurrerant et passim -tis navibus pugnabatur (*cf.* TAC. hist. 3, 22, 3 *Vitelliana et Flaviana* -ta vexilla *sunt in pugna nocturna*). MANIL. 5, 674 (*de condimento faciendo*) *piscium putrescentium* strages confunditur omnis -etque suas alterna in damna figuras. COLVM. 12, 28, 1 odoramenta trita ... in unum -eto. LVCAN. 2, 703 tot ... carinarum -tis aequora sulcis ... ⌞fervescunt⌟ (⌞ ⌟ *suppl. Housman; cogitare possis etiam de sulcis aequori impressis sec. 2, cf. 702* impulsum rostris sonuit mare). SIL. 3, 152 -tis inter se fletibus (*i. lacrimis*). 15, 629 nondum arma manusque -tae *sunt*, iam tela bibunt praemissa cruorem (STAT. Theb. 12, 783 *foedere pangendo.* AVSON. Mos. 295 *p. 1541, 16*). PLIN. epist. 8, 17, 2 *Tiberis* solet flumina accipere et -ta devehere. paneg. 32, 3 sociatis ... atque -tis *bonis.* APVL. Plat. 1, 7 p. 194 quae *elementa* cum inordinata -taque essent, *eqs.* ([*nisi adi.*]. DRAC. laud. dei 1, 148 BOETH. mus. 1, 2). CASSIOD. in psalm. 32, 17 l. 306 *equus* dum pedes praepropera festinatione -et. *al.* *-entur ita, ut cogantur, comprimantur, coales-*

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cant sim.: LVCAN. 5, 707 quas *carinas* ventus doctaeque ... dextrae -tas habuere (*708* consertis puppibus). PETRON. 126, 15 supercilia ... confinio luminum paene -ta. AVIEN. Arat. 366 *confinia caudae Arctoi* (*sc. stellae ibi obviae*) -ta simul vulgi vice convolvuntur (*gr. v. 146 ἁπλόοι*). REPOS. 107 -tis ... labellis. Ⓑ *incorporeae* (*sc. coniunctione varia*): CIC. rep. 1, 44 loquor de tribus his generibus rerum publicarum non turbatis atque -tis, sed suum statum tenentibus ([*cf. p. 1547, 42*]. MART. CAP. 9, 990). LVCAN. 7, 375 qui nunc est populus populumque futurum -tas afferre preces. PLIN. nat. 9, 134 ita -tis viribus *sucorum duorum* alterum altero excitatur. SIL. 3, 221 linguis. QVINT. inst. 9, 3, 41 repetitionem ... *πλοκὴν* vocant, quae fit et -tis figuris. COD. Iust. 5, 69, 1, 2 (*a. 205*) imperfectae diversae species vacationis, licet -tae, ad excusationem non proficiunt (*sim. -etur addendo, summam faciendo*: VICTOR CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 288 [*agitur de mensura arcae Noe*] fiunt simul ⌞latera⌟ -ta triginta et tres [⌞ ⌟ *sc. cubiti laterum, i. decem et septem, septem, quinque, quattuor*]). AVSON. Mos. 295 salutiferas -ent litora *opposita* voces ... et paene manus (*v. 293 sq.* commercia linguae iungere). AVG. epist. 44, 4 -tis verbis (*sc. vicissim*) cito inde discessum est. CYPR. GALL. iud. 187 terribilis ... tubae sonitus -et *miles.* BOETH. arithm. 2, 34, 2 (*in illustranda proportionalitate*) eosdem (*sc. tetragonos et parte altera longiores*) -uimus (*antea de eisdem*: disponantur ... alternatim inter se. *cf. p. 1545, 51*). in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 164, 22 animus ... confusas res -tasque (*e. g. corpus et lineam*) ... cogitatione distinguit. *al.*

Ⓘⓘ *homines* (*personae trinitatis l. 38*): SALL. Iug. 17, 7 *populi Africae* quo modo inter se -ti sint *dicam* (*spectat ad propinquitatem sim. ut*: LVCAN. 2, 333 *Marcia* sanguine matris -tura domos *Catonis et Hortensii. cf. etiam l. 56*). LIV. 25, 14, 10 omnibus intra vallum -tis (*vergit ad II*). LVCAN. 4, 489 cum -tas acies sua tela tenebris involvent (*de pugna conserta ut*: QVINT. decl. 315, 21 -tarum utrimque legionum. *cf. p. 1540, 69*). TAC. hist. 2, 94, 1 viginti milibus ... -tis magis quam electis. ann. 1, 70, 3 inter se manipuli *in tempestate.* LACT. inst. 2, 12, 1 ut inter se -ti sexus propagare subolem possent (*sc. coitu ut*: CASSIOD. Ios. antiq. 4, 261 *parentes quidam dicunt* non se propter delectationem fuisse coitu naturali -tos [*gr. συνελθεῖν ... ἀλλήλοις*]). AVG. catech. rud. 19, 2 duae civitates, una iniquorum, altera sanctorum, ... nunc -tae corporibus, sed voluntatibus separatae (civ. 1, 35 p. 51, 27 perplexae ... invicemque -tae. *al.; cf. p. 1545, 28*). VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 41 quos (*sc. patrem, filium, spiritum*) nescio qua coagulatione -tos et counitos in unum deum redegerat.

Ⓘⓘⓘ *arbores, quae insitione sim. meliorantur*: PLIN. nat. 15, 35 reliqui arborum fructus vix specie figurave ... totiens -tis atque insitis *arboribus* enumerari queunt (*cf. iuxta pos. p. 1547, 50*).

β *numeri sing.* (*sc. fere collectivi q. d.; de hominibus* LIV., LVCAN., STAT., *de re incorporea l. 54 sq.*): CATO agr. 81 eadem omnia indito, quae in placentam; id -eto in alveo *eqs.* (CELS. 6, 6, 1[K] adiciendum ... eo, *sc. in vas,* mulsi paulum idque digito -endum [*nisi ad 2*]. *cf.* MARCELL. med. 22, 24 ex eo, quod in se [*i. in unum*] totum -tum fuerit, *eqs.*). LIV. 30, 24, 11 -to paene senatus populique concilio. VAL. MAX. 9, 9, 2 -to utriusque sanguine duplex victima iacuit (MELA 2, 12 *paciscentes* s. ubi fuere, degustant. PLIN. nat. 33, 116 utriusque animalis s.). SEN. Med. 880 nata atque genitor cinere -to iacent (*cf.* SIL. 2, 682 iacet nullo discrimine ... -to funere [*i. cadavere*] turba). epist. 95, 19 vide, quantum rerum per unam gulam transiturarum -at luxuria. LVCAN. 4, 196 sqq. pax erat et castris miles -tus utrisque errabat; ... concordes ... instituunt ... -to libamina Baccho. SIL. 12, 742 -ta voce triumphum Tarpeii clamant Iovis (*i. '-tis vocibus' coll. e. g.* PLIN. epist. 2, 11, 7 clamore -to. *an adi.?*). STAT. Theb. 2, 212 *Fama* thalamos et foedera regni -tumque genus ... canit. QVINT. inst. 8, 6, 49 speciosissimum genus orationis *est,* in quo trium -ta est gratia, similitudinis, allegoriae, tralationis. TERT. adv. Prax. 9 p. 240, 12 -ere se ⌞diversitas vocabulorum⌟ non potest omnino, quia nec rerum (⌞ ⌟ *i. vocabula diversa*). LACT. inst. 2, 9, 18 simul ex utroque (*sc. igni et aqua*) -to cuncta generari. VINDIC. med. 25 utrorumque, *sc. masculorum et feminarum,* semen -tum *viragines generat* (CAEL. AVR. chron. 4, 9, 135 si virtutes -to semine pugnent [*ex Parmenide, v. frg. B 18 Diels; postea explicatur*: si ... -to s. corporeo virtutes separatae permanserint *eqs.*]. *cf. p. 1540, 59*). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 49 usum dissimilium cataplasmatum -ens. *al.*

b *pertinet ad obi. plura (distingue p. 1540, 69); -entur*: **α** *res*: LVCR. 6, 364 fretus ... -et frigus ⟨et⟩ aestum (ad *Non. p. 205, 26*). SALL. Iug. 68, 1 ubi ira et aegritudo -ta sunt. SEN. nat. 1, 3, 1 *nubium* inaequalitas alternis lucem umbramque -et. COLVM. 12, 28, 3 gypsum et medicamentum in labello. *al.* SIL. 10, 504 -ta ruinā inter et arma virum et ... cadavera Pauli eruerant corpus. TAC. ann. 11, 25, 3 ut iudicium censorum ac pudor sponte cedentium (*sc. e senatu*) -ta ignominiam mollirent. FLOR. epit. 2, 16, 7 *Corinthi* incendio -tis ... statuis atque simulacris aeris auri argentique venae *confluxerunt.* VENVL. dig. 41, 2, 52 pr. -eri causas possessionis et usus fructus non oportet. PLIN. med. 1, 1, 1 de porri sectivi suco cochlearia duo et unum mellis -ta infundantur ... in nares (*inde e. g.* Ps. THEOD. PRISC. add. p. 313, 19 porri sectivi suci coclearia II, mellis cocleare I -tum *eqs.* [*p. 313, 27* commixtum]). CHIRON 49 ficum duplicem et nitrium conterito, una -xto et imponito. *al.* **β** *homines* (*et equi l. 5*): SALL. Iug. 51, 1 arma tela, equi viri, hostes atque cives -ti *sunt.* 97, 5 equites peditesque. LIV. 38, 21, 14 ubi (*sc. in castris*) feminae puerique et alia imbellis turba -ta esset. COLVM. 12, 2, 5 cum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equitem, si sint -ti, confundant. AMM. 17, 12, 1 Sarmatas et Quados. AVG. in euang. Ioh. 122, 7. *al.*

c *obi. deest* (*in praeceptis compositionum permixtione efficiendarum, ut subaudias 'omnia', 'totum' sim. antea indicata comprehendens; cf. usus infra l. 51 sqq. et sub IIA illustratos*): CATO agr. 37, 2 eo, *sc. in lacum nucleis plenum,* aquam addito, -eto rutro bene. 75 ovum unum addito (*sc. in mixturam casei et similaginis*) et una -eto bene. COLVM. 12, 22, 1 *picem* adde in labrum ... et in eodem infundito *lixiviam* ..., deinde -eto spatha lignea; cum requieverit *eqs.* 12, 40, 1 eodem spumas ... et faecem ... confundito et -eto eamque intritam macerari ... sinito. 12, 57, 1 post hoc album acre acetum adicito et pistillo -eto colatoque (PLIN. med. 2, 27, 12 quod in cacabo coctum est, mortario adicitur et p. -etur). *al.* MARCELL. med. 19, 7 *quattuor res* teres et oleum statim postea mittes et diligenter -bis et sic uteris *eqs. al.*

2 *obi. indicat id, quod alicui admiscetur, additur* (*nota abundantiam obi. l. 34 sq.*): **a** *p. p. p. in abl. (absol.); pro obi. sunt*: **α** *res*: CATVLL. 64, 360 *Achilles Scamandri* iter ... angustans ... tepefaciet -ta flumina caede. SEN. Med. 831 habeo flammas ..., quas -to felle Medusae ... iussi servare malum. COLVM. 2, 19, 1 *terrae* -tis paleis ⌞cum⌟ amurga (*i. et, nisi fallimur*). 6, 24, 5 -to lacte. PLIN. nat. 12, 66 murram in iisdem (*sc. atque tus*) silvis -ta arbore nasci (*opp.* separatim). *al.* SIL. 3, 197 *caelum* imbriferam ... hiemem -ta grandine torquet. QVINT. inst. 4, 2, 102 verendum est, ne bona nostra -tis malis inquinentur. 6, 3, 15 (*in imag.*) salibus. VEG. mulom. 2, 129, 6 cyatho olei rosei -to (*cf. Chiron 394* admixto). CLAVD. 15, 228 -to tremuerunt gaudia fletu. DRAC. Romul. 10, 229 -to pallore rubens. MARCELL. med. 18, 15 felle capruno ... -to. CASSIOD. inst. 1, 8, 9 nulla verborum suorum adiectione -ta. VITAE patr. Iurens. 57 lapidum admixtione -ta. *al.* **β** *homines* (*cf.* CLAVD. *supra*): LIV. 24, 27, 2 erat confusa contio ... perfugis ... -tis. SIL. 4, 721 (*de cognatione*) iunctos ... Maeonios ⌞Italis⌟ -ta stirpe colonos (*an ἀπὸ κοινοῦ, ut ad D trahas?*). TAC. hist. 3, 77, 2. AMM. 20, 8, 6 diffusis -tisque passim Germanis. 31, 12, 17. CLAVD. 20, 65 huc plebe senatus -ta ... confluit.

b *formae variae; pro obi. sunt*: **α** *homines*: LIV. 25, 15, 15 *Tarentini* proditores ... conclamant ... -tos ... hostes (*sc. Romanis recedentibus*) urbem invasuros. STAT. silv. 1, 2, 10 *Elegea* medias fallit -ta sorores *Musas.* ANTH. 427, 11 dum iaceam ⌞tecum⌟ -tus corpor⟨e⟩ tot⟨o⟩ (*de coitu ut*: LACT. inst. 1, 20, 31 *Lacedaemonii e bello revertentes uxorum* aspectu ... concitati ... -ti sunt *utique promisce* ... sicut iuvenes ... cum virginibus. *cf. p. 1544, 72*). COD. Iust. 3, 36, 26, 1 (*a. 321*) -tam personam (*sc. designatis liberis*). CLAVD. DON. Aen. 1, 440 p. 90, 18 (*Verg.* miscet) infert se et -et se. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 15, 3 (= CONC.[S] IV 2 p. 94, 21) *Christus* ab aliis quidem veneratur ut deus, sed confunditur et -etur, ab aliis ... a deitate separatur (*Migne gr. 36, 329[A] συναλείφεται*).

β *res*: ① *in praeceptis* (*saepius obi. subaudiendo, cf. etiam usum sub 1c illustratum*): CELS. 2, 33, 6 his ... omnibus, et simplicibus et -tis (*sim.* SCRIB. LARG. 207 his adiectis et -tis). COLVM. 5, 9, 14 stercus autumno debet inici (*sc. humo*), ut -tum hieme radices oleae calefaciat. 12, 20, 4 (*antea*: paulatim insparges et iubebis ... agitari) si non ita, ut praecepimus, -ueris, subsident aromata et adurentur. 12, 24, 3 ut -atur medicamen (*sc. vino*), rutabulo ligneo peragitare conveniet. 12, 42, 3 tres heminae roris Syriaci ... adiciuntur et spatha -entur, ut coeant cum ceteris. *al.* PLIN. nat. 28, 231 ut uncia *sebi* in cyathum *mulsi* addatur rutaeque ramo -atur. APIC. 5, 1, 1 ex hoc paulatim alicam condies et ad trullam -es et lias *eqs. al.* ⓘⓘ *vario contextu*: QVINT. inst. 3, 7, 24 *audientium erit* -enda laus semper. 3, 8, 55. APVL. met. 8, 2, 2 *Thrasyllus* nutriens amorem et denegati thalami -ens indignationem. AVSON. Mos. 357 Sura ... nobilius -ta ... sub nomine *Mosellae fluit.* AVG. in euang. Ioh. 68, 2 (*spectat ad Matth. 13, 24 sqq.*) bonum ... semen hi sunt filii regni, qui ... nunc habent -ta zizania. CASSIOD. inst. 1, 9, 3 *Tyconius Donatista* quaedam ... venenosi dogmatis sui faecilenta -uit. MAXIM. eleg. 5, 37 non lac sic tenerum -ta coagula reddunt. *al.*

B *per structuram 'aliquid (aliquem) -ere* cum *aliqua re'* (ex *p. 1543, 6 sq.*, de *p. 1543, 37,* hinc atque inde *p. 1543, 24 et* PLIN. phys. Bamb. 3,11; *intellegas obi. addi alii rei e. g. l. 74. p. 1543, 13. 31, obi. affici aliqua re e. g. p. 1543, 19. 35*; secum -ere *p. 1543, 39*): **1** *-entur res*: **a** *coniunctione corporali*: **α** *in praeceptis; c. praepos.*: cum: CATO agr. 75 selibram similaginis eodem, *sc. in mortarium,* indito -etoque cum caseo bene. COLVM. 2, 14, 6 *filicem* cum purgamentis cohortis. 7, 13, 2 gypsi et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sesami tantundem conterito et cum pice liquida -eto. 12, 49, 6 sapae vel defruti tres partes cum aceti una (*cf.* arb. 2, 1 *vites* rubrica cum aceto, ne pluviis abluatur, -ta denotat [*al.*]). PLIN. nat. 25, 146 herba (*sc. vettonica*) ... cum farina (MARCELL. med. 26, 53). SER. med. 248 salem parili cum pondere turis. PLIN. med. 1, 18, 6 *glutinum* liquatur ex aceto cum sulphure vivo ramo ficulneo -to. *al.* ex: PLIN. med. 2, 27, 15 haec pondera ... trita cribrata -eri ex *melle.* MARCELL. med. 8, 136. *al.* β *vario contextu*: CIC. Tim. 22 quae, *sc. tria genera materiae*, -ens cum materia *eqs.* PROP. 2, 8, 23 *Haemon* sua cum miserae *ossibus* -uit ossa puellae *Antigonae.* OV. met. 14, 802 generi *Romani* ... cruorem sanguine cum soceri *Sabini* -uit impius ensis. LIV. 30, 10, 15 *speculatoriae naves* -tae cum hostium navibus. MANIL. 4, 101 *fortuna* -et saepe ferarum corpora cum membris hominum. FRONTIN. aq. 91, 3 *aqua Claudia* cum Anione -ta ... perdebat proprietatem. *al.*

b *coniunctione magis minusve incorporali*: CIC. Verr. II 3, 177 *Verres furti* rationem cum damnatione Dolabellae -uit (*sc. celando, confundendo ut*: Vatin. 13 ne tuas sordis cum clarissimorum virorum splendore -as). de orat. 2, 210 *ut* illa excellens ... fortuna cum laboribus et miseriis -ta esse videatur. div. 1, 129 -ti cum corpore animi (*opp.* vacant corpore). PS. SALL. rep. 2, 8, 4 *avaritia* oppida, agros, fana atque domos vastat, divina cum humanis -et, *sc. delendo* (*cf. p. 1546, 32 sq.*). QVINT. inst. 12, 8, 12 *in litis instrumento interdum utilia* cum alio aliquo nocituro -ta sunt. APVL. Plat. 2, 3 p. 225 *hominum mediocrium* vitia ... *non* mera et intemperata, sed hinc atque inde -ta. *al.* *cum respectu continuationis temporalis*: HYG. astr. 4, 11, 1 caput extremum Draconis ... ita occidere, ut exortus cum occasu -atur, ut et ante diximus (*sc. 4, 3, 3, ubi affert Arat. 61 sq. μίσγονται ... ἀλλήλῃσιν et Cic. Arat. frg. 10* admiscentur in una [admiscetur *codd. Cic.*]).

2 *-entur homines* (*cum deis* PS. QVINT., *nota metonymiam ibid.*): CAES. Gall. 7, 62, 9 *hostes* cum suis fugientibus -ti ... sunt interfecti (*sim.* LIV. 32, 18, 8). SALL. Iug. 44, 5 lixae -ti cum militibus. *al.* PS. SALL. rep. 2, 5, 8. EDICT. imp. Claud. (CIL V 5050) 27 id genus hominum (*sc. Anauni*) ... ita -tum cum Tridentinis, ut diduci ... non possit (*de cognatione ut*: GELL. 16, 11, 2 dumtaxat familiae *Marsorum* cum externis cognationibus nondum ... -tae corruptaeque sunt *eqs. cf. p. 1544, 31*). PS. QVINT. decl. 9, 14 cum deorum coetu -tis ... temporibus (*i. hominibus tunc viventibus*). LACT. ira 18, 14 *homo* de terrena fragilitate -tus. LACT. inst. 1, 20, 31 (*v. p. 1542, 45; de coitu ut*: THEOD. MOPS. in I Thess. 4, 6 p. 23, 21. *cf. p. 1544, 72*). COD. Theod. 9, 3, 3 *carcer* -tos secum criminosos includit. RVFIN. Basil. reg. 2, 94 -tum vivere cum his, qui ..., plurimum nocet (permixtim, permixte *var. ll., Migne gr. 31, 925*^{A} *ἀναμεμιγμένην ἔχειν τὴν ζωήν*). COD. Iust. 6, 58, 15, 1b (*in re hereditaria*) -ti sui *filii* cum emancipatis. BENED. reg. 22, 7 adulescentiores ... habeant lectos ... -ti cum senioribus.

C *per structuram 'aliquid -ere aliqua re'* (*acc. pro abl. l. 59; plerumque obiecto additur aliquid, sed ipsum obi. additur alicui rei e. g. l. 63. p. 1544, 6 [quibus locis de vi ablativi locali vel prosecutiva cogitare possis, cf. exempla infra p. 1545, 13. 18 allata]; huc traximus quosdam locos inter dat. et abl. ambiguos praeter ea, quae p. 1544, 44 sqq. indicavimus*): **1** *-entur res rebus*: **a** *coniunctione corporali*: α *spectat ad rem penitus cum re confundendam: in praeceptis*: CATO agr. 116 -eto lentim aceto laserpiciato. COLVM. 2, 2, 20 effossae glebae et in ... vaso madefactae dulci aqua -antur (6, 27, 11. *al., cf.* SER. med. 540 calidā ... acetum). 2, 17, 4 viciam -tam seminibus foeni seremus (12, 49, 1 foeniculi ... s. et lentisci cum cocto sale modice -ta⟨m⟩ *olivam.* 12, 49, 2). *al.* PLIN. nat. 12, 43 *nardus* sua radice -ta ponderis causa. 20, 53 *alium* tritum -tumve caseo molli. 27, 52 cinis unguento rosaceoque -tus (29, 62 PLIN. med. 3, 4, 20). 28, 51 quae *strigmenta* sunt e ceromate -ta caeno. *al.; nota acc.* (*sc. in structura contaminata q. d., cf. Hofmann-Szantyr 44 sq.*): MARCELL. med. 1, 53 *folia* trita ... oleum -ta. *vario contextu*: VARRO Men. 442 quam (*sc. potionem sim.*) lymph[a] ... nido potili -at. SALL. Catil. 22, 1 humani corporis sanguinem vino -tum ... circumtulisse *Catilinam* (*cf.* SIL. 15, 432 mero ... cruores). VERG. georg. 2, 327 (*sic affert Lact. inst. 1, 5, 19*) fecundis imbribus Aether ... alit magno -tus corpore fetus (commixtus *codd. et edd. Verg.; cf. vol. VIII 1092, 73 sqq.*). MANIL. 1, 160 limus harenis. 5, 666 inficitur ... suo (*sc. piscium*) -tus sanguine pontus (LVCAN. 3, 577. STAT. Theb. 10, 312 latices. COD. Theod. 9, 12, 1 tabescentes artus atro s. ⌞-ta sanie⌟ defluentes [*an abl. abs.?*]). LVCAN. 3, 658 -tus viscere sanguis. 7, 101 mortem (*i. corpora*) ... suorum -ere meis. QVINT. decl. 321, 29 potionem ... medicamentis -tam et oneratam. FRONTIN. strat. 2, 5, 12 *vinum* mandragorā. TAC. hist. 2, 60, 1 -tum vehiculis agmen. PLIN. paneg. 52, 3 cum incesti principis statuis -ta deorum simulacra sorderent (*antea*: polluebatur *vestibulum*). *al.* β *notione deflexa, sc. spectat ad rem re aspergendam, implendam, tegendam sim.*: VERG. Aen. 10, 416 ossa *hostis* ... dispersit cerebro -ta cruento. LIV. 30, 10, 8 *Carthaginienses* omnia -ta turba trepidantium *capere potuissent* (*nisi ad II*). GERM. frg. 3, 1 grandine -tas (-tus *codd.*) Aries nivibusque caducis aspargit ... supra iuga ⌞nubīs⌟ (⌞ ⌟ piscis *codd.*; -tos ... nimbos *Gain*). PLIN. nat. 33, 119 lapide venis -to. SIL. 15, 714 pelago caelum -uit Eurus (*nisi de differentia sublata*). 15, 788 *belua* absorbet ... -tum piscibus aequor. STAT. silv. 2, 2, 32 qua prius obscuro -ti pulvere soles *erant* ..., nunc ire voluptas.

2 *incorporaliter* (*praecipue in oratione pedestri,* mulcere *simili usu maxime apud poetas*): **a** *praevalente notione leniendi, mitigandi, placandi* (*sc. verbis vel cantu sim. praeter l. 47. 50 sqq. 67 sqq. al.; pro obi. sunt fere animantia eorumve animi vel affectus, status; flumen p. 1571, 1*): **α** *exempla varia*: CIC. or. frg. A 12, 2 -sa atque recreata est (*huc trahamus contextu manco*). Cato 4 praeterita ... aetas ... cum effluxisset, nulla consolatio -ere posset stultam senectutem (*aliter p. 1571, 12*). LVCR. 5, 21 ex quo *Epicuro* nunc ... dulcia -ent animos solacia vitae (CAES. Gall. 4, 6, 5 *principum* animis -sis et confirmatis ... bellum ... gerere constituit. TAC. hist. 3, 57, 2 militum). LIV. 3, 14, 6 paulatim -endo tractandoque mansuefecerant plebem *tribuni.* 7, 40, 1 *militibus seditiosis* extemplo ... memoria patriae iras -sit (39, 23, 10 -sit iram eius *Philippi* consul, quod ... permisit *eqs.* 39, 25, 14). SEN. dial. 5, 9, 2 mentes aegras studia laeta -ent. 6, 6, 1 non -o te nec extenuo calamitatem tuam *consolationis causas proferens.* 12, 18, 4 ad cuius *nepotis* conspectum nulla potest durare tristitia: nihil tam magnum ... in cuiusquam pectore furit, quod non circumfusus ille -at. epist. 87, 40 paupertatem -ere (*sc. beneficiis*), divitiis demere supercilium. CVRT. 6, 3, 6 dum ... efferatos melior consuetudo -et. SIL. 13, 344 sedavit rabiem et -sit corda furentum *Pan. al.* **β** *accedit abl. instr. vel modi* (*huc spectat var. l.* LAVS Pis. 98, *v. p. 1416, 45*): SALL. hist. frg. 4, 58 lenita iam ira ... liberalibus verbis -cti sunt (TAC. ann. 2, 34, 1 mitibus v. APVL. met. 5, 25, 4 *Pan Psychen maestam* clementer ad se vocatam sic -et v. lenientibus. IVST. 22, 8, 5 *milites seditiosos* blandis v.). VERG. Aen. 5, 816 ubi laeta deae -sit pectora dictis *Neptunus.* LIV. 28, 25, 4 *ad tribunorum* adventum exasperati animi; mox ipsis placido sermone -entibus notos *milites* ... leniti sunt (40, 21, 4 ut s. familiari minorem filium -ret, quem statuerat non ducere secum). 36, 12, 6 placida oratione territos cum -isset (CVRT. 6, 2, 20 *militum* animos ... leni et apta o. APVL. Socr. 17 p. 158. CASSIOD. var. 9, 25, 2 o. placabili). SEN. suas. 1, 6 *ita dicere* sententiam, ut multa adulatione animus eius *Alexandri* -retur (*cf.* APVL. met. 9, 36, 1 illis clementer expostulantibus fervidosque eius mores blanditiis -entibus. IVL. VAL. 2, 26 blandimento). VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 quibus infulis misericordiae *malignos* -seris, ne alienis malis ... laetentur? (*cf.* OROS. hist. 5, 17, 12 *ut* sordida veste ... inimicos -erit, iudices temperarit [*huc fortasse pertinet* GLOSS.^{L} Corp. P 318 -erit: placaverit. 594 *ubi* pro- *trad.*]). TAC. ann. 1, 29, 3 comitate -endum militem *esse.* GELL. 1, 11, 2 si -ti sonis mitioribus *tibiarum* non immodice ferocirent *Lacedaemonii pugnantes.* APVL. met. 1, 7, 3 *amicum fatigatum* lectulo refoveo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis -o (*an ad bβ?*). 2, 25, 1 *pavescentem* animum meum -bam cantationibus. 3, 10, 5 *meam* indignationem iniuriae ... *nullo* modo -ere quivit. 11, 21, 3 *sacerdos* spei melioris solaciis ... anxium mihi -bat animum.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CLAVD. carm. min. 25, 106 *volucres* frementem -ent Athesim cantu. *al.*

b *praevalente notione delectandi, blandiendi -entur animantia eorumve sensus sim.* (*domus quasi vivat l. 4*): **α** *vario modo*: CATVLL. 64, 284 -sa domus iocundo risit odore *florum* ([*alii intellegunt 'domus flatu odoris quasi palpata', ut spectet ad 1b*]. *item afficitur odoratus*: CASSIOD. in psalm. 140, 2 l. 48 *tus* odorantes se delectabili iucunditate -et). CIC. fin. 2, 32 *status* ille pellit *animum*, qui -et sensum voluptate. VAL. MAX. 2, 4, 4 novitate grata ... oculos (8, 10 pr. *oratoris pronuntiatione* aures, ... *motu corporis* o. -endos *esse. item afficitur visus*: STAT. Theb. 11, 700 [*laus Thebarum*] *hic* meliora meos -ent sidera vultus, hic genetrix natique. AVG. soliloq. 1, 5, 11 *cum caeli* aspectus te -at. *adde* COLVM. *l. 21*). AVSON. 322, 34 p. 263 (*ad nepotem*) *parentes tui* securam placido mihi -sere (-cere *var. l.*) senectam. 323, 2 p. 258 carmina prima tibi cum iam puerilibus annis traderet ... -ens cura magistri. AVG. c. Faust. 32, 20 *bonum*, quod ... tuum carnalem sensum aliqua iucunditate -sit. *al.* **β** *afficitur auditus*: CIC. de orat. 2, 315 *oratio* continuo eum qui audit, -ere atque allicere debet. orat. 163 res, quae -ant aures, sonus et numerus (HOR. epist. 1, 16, 26 verbis vacuas ... a. VAL. MAX. 8, 10 pr. [*v. l. 8*]. SIL. 11, 290 *citharoedus* obtusas immiti murmure ... tubae -et cantibus a. QVINT. inst. 2, 12, 6 pravis voluptatibus. APVL. met. 1, 1, 1 lepido susurro. *al.*). COLVM. 12, 2, 4 *canentium chorum* spectantes audientesque laetissima voluptate -entur. QVINT. inst. 2, 5, 8 quibus viribus *orator* inspiret, qua iucunditate -at (*nisi ad aβ*). CYPR. GALL. gen. 1470 (*sec. gen. 48, 10*) *Iacob* nepotes -et dictis, dum sensim basia libat. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 2, 3 sonis fistulae -entibus, *sc. pecudes* (pro- *vel* der- *var. l.*). *al.*

deriv.: permulsio. *Kruse.*

?**permulgo,** -ātum, -āre, *verbum sec.* promulgare *fictum, est var. l.* GLOSS.^{L} IV Plac. P 21 promulgatum est foras prolatum vel constitutum ...; ⌞-tum (pro- *codd. cet.*) autem in omnium notitiam et totius vulgi intimatum⌟ (*inde fere* GLOSS. V 133, 4 GLOSS.^{L} I Ansil. PE 924. V Abba PE 115 [-mult-, -mulc- *var. ll.*]; *de* promulg- *vel* pervulg- *vel* provulg- *dubitanter cogitant edd.*). *cf. Arch. Lat. Med. Aevi 21, 1951, 247.*

permulsio, -ōnis *f.* *a* permulcere (-sum). *i. q. actio permulcendi*: NON. p. 59, 22 mansuetum dictum est quasi manu adsuetum, quod omnia, quae sunt natura fera, manuum -e mitescant (-multi- *trad.*).

[permulto, -āre *e* per *et* 1. multare *compositum falso trad. vel falsa var. l. pro* permutare *p. 1576, 43, pro* permulgare GLOSS.^{L} V Abba PE 115.**]**

⁂permultus, -a, -um. *a* per *et* multus. *compar.* perplures *et superl.* perplurimus *huc inseruimus (v. infra p. 1572, 14 sqq. 27. 36. 56. 70. 1573, 1), quamquam fortasse e* per *et* plures, plurimus *composita sunt, quoniam fere vi elativa adhibentur.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 271 -a: *πάνυ πολλά. legitur in versibus non nisi apud* PLAVT. (*semel*), LVCR. (*septies*), SORT. *p. 1572, 32,* HOR. sat. (*bis*), *in oratione soluta inde a* RHET. Her., CIC. (*qui maxime frequentat*), CAES., VARRONE, LIV., *rarius apud posteriores.* **[***confunditur in codd.* -us *maxime cum* multus RHET. Her. 2, 21, 34 CIC. Mil. 46. *al., vel* -plures *et* -plurimus *cum* plures, plurimus HIER. epist. 18A, 10, 1 PASS. Paul. 4 (*falsa var. l.* PLIN. nat. 2, 143 HEGES. 4, 13, 1 p. 261, 8). *ceterum hic illic pro* -os *olim legebatur* per multos, *e. g. p. 1572, 42.* HIST. AVG. Ver. 8, 8.**]**

i. q. valde multus (*iuxta alias voces quantitatem, numerum indicantes e. g. l. 53 infra. p. 1572, 5. 17. 39. 41. 45*): **I** *pro subst. vel adv.*: **A** *sing. neutr.*: **1** *usu communi*: PLAVT. Bacch. 320 nescio, quantillum *auri* attulerit; verum haud -um attulit (*cf. 321* dimidium ...? *322* partem tertiam?). CIC. fam. 5, 16, 5 si tibi unum hoc detrahi potest ..., -um erit ex maerore tuo deminutum.

2 *fere loco adv.*: **a** -um: CIC. inv. 2, 7 -um ad dicendum ... opitulati sunt *praeceptores alii.* 2, 120 -um ... proficiet illud demonstrare (Att. 14, 20, 4). Manil. 54 *Carthaginienses* -um classe ... valuerunt. de orat. 3, 202. off. 1, 27 in omni iniustitia -um interest, utrum ... an *eqs.* (PLIN. epist. 6, 6, 8 -um i. mea ... tecum circumire. FRONTO p. 209, 16. APVL. apol. 52, 2 non -um. COD. Iust. 3, 9, 1 [*a. 202*]). FRONTO p. 163, 5 pe⟨rmultum⟩ ... re⟨fert⟩ *eqs.* (*suppl. ex* ADNOT. p. 163, 26). AVG. soliloq. 1, 5, 11 p. 18, 21 -um haec ... contemno. **b** *abl. mens.* -o: LVCR. 5, 544 *pondera* -o ... minora. CIC. div. 2, 126 -o clariora et certiora esse ..., quae vigilantibus videantur, quam quae somniantibus. fam. 3, 11, 1 -o a⟨n⟩te certior factus eram (-um *trad.; cf. Lundström, Abhinc und ante, 1961, 73 sqq.*).

B *plur.*: **1** *neutr.*: **a** *accedit* alius: RHET. Her. 2, 21, 34 (*causae maleficiorum enumerantur*) quid amor? ... quid religio? ... quid denique a. -a? (multa *var. l.*). CIC. Cluent. 100 omitto et haec et a. -a, quae ... dicta sunt; hoc dico *eqs.* de orat. 2, 285. nat. deor. 3, 80 *sunt* haec vetera et a. -a. *al.* AVG. c. Faust. 20, 9 p. 545, 5 et a. -a in hunc modum. de serm. dom. 2, 4, 15 l. 326 sicuti est illud ... et illud ... et a. -a, ubi *eqs.* **b** *forma* '-a sunt, quae': CIC. S. Rosc. 94 -a sunt, quae dici possunt *eqs.* (*sim.* Verr. II 2, 171 Cluent. 8). de orat. 1, 52. 126. fam. 12, 10, 4 sunt ... -a, quibus erit medendum *in re publica.* BOETH. c. Eut. 4, 118. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 138, 11 (*cf. postea*: in multis). GREG. M. in Ezech. 2, 3, 18. **c** *exempla cetera*: CIC. Quinct. 52 qui -a male agendi causa ... fecerunt (fin. 2, 45 off. 1, 147. HOR. sat. 1, 4, 97 -a rogatus fecit [*Porph. 1, 4, 93 sq.* multa]). Verr. II 4, 150 -a multis navibus illinc exportata. Caecin. 55 veniunt in mentem mihi -a, vobis plura (*cf. postea*: nimium multa). de orat. 2, 256 ut ea, quae sunt frigidiora, vitemus ..., -a tamen ⌞acute⌟ dicemus ([acuta *var. l.*]. 3, 5 fin. 1, 31 ac. 2, 49 PLIN. epist. 1, 20, 7. *cf. l. 21*). 3, 147 ex qua *eloquentia* ... -a nescio (part. 56 ex quibus ... ad augendum -a suppetunt). Att. 4, 8^{a}, 3 -a ad me detulerat. *al.* LVCR. 2, 1079 *non est* res ... una, unica quae gignatur ..., quin ... -a ... eodem sint genere. VARRO ling. 8, 55 -a sunt huiusce generis, quae ... omitto. rust. 1, 22, 5 de ferramentorum varietate *Cato* scribit -a *eqs.* (2, 1, 28). HOR. sat. 1, 5, 62 -a iocatus *est.* PLIN. epist. 8, 20, 2 -a in urbe nostra ... *non* novimus. *al.* *compar. et superl.*: HIER. epist. 18A, 10, 1 a quo ego -plurima didicisse me gaudeo (plura *sim. codd. plerique*). RVFIN. hist. 6, 9, 1 de quo ... -plurima memoriae traduntur (*opp.* unum opus; *gr. πολλά*). Orig. in exod. 8, 6 p. 230, 24 scripturae divinae non omnia ad exteriorem hominem, sed -plura ad interiorem loquuntur. Orig. princ. 4, 3, 4 p. 330, 23 secundum litteram -plurima observanda *sunt* (quam plurima *var. l.; syn. p. 330, 28* quam plurima). BOETH. divis. p. 885^{D} de divisione generis et speciei -plura dicta sunt.

2 *masc.*: CIC. S. Rosc. 48 -os ... ego novi ..., qui ... incensi sunt studio *agri colendi* (*item pendet enunt. relat.*: Cluent. 116. Lael. 86 -i sunt, qui *haec* pro nihilo putent. fam. 5, 2, 1. *adde l. 30*). 90 canes ibi quam plurimos esse, ubi -i observandi multaque servanda sunt. Verr. II 5, 153 ad Cn. Pompeium ... -i ... ex illo ... numero militum confugerunt (CASSIOD. Ios. antiq. 18, 181 p. 529 -plures ex nobilitate [*gr. οἱ πολλοί*]. *cf. gen. part.*: LIV. 27, 14, 14 volnerati -i civium sociorumque). Arch. 19 Colophonii ... dicunt ..., Chii ... vindicant ..., -i alii praeterea pugnant inter se (Mil. 46 erant -i a., ex quibus id ... scire posset [multi *var. l.*]. de orat. 2, 53). fam. 2, 17, 6 -i ... detulerunt (*cf. antea*: solus ... tu ex omnibus ... *non* fecisti). 13, 9, 2 -i sunt in ea societate valde mihi familiares. *al.* SORT. (CE 331) 14 -is prosum; ubei profui, gratia nemo. MALL. THEOD. gramm. VI 589, 21.

II *adi.*: **A** *plur.*: **1** *de rebus*: CIC. inv. 2, 57 nobis exempla -a opus sint, si *eqs.* (leg. 2, 33. FEST. p. 201 -is aliis e. eius generis [pro multis *var. l.*]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 6, 3 antiqua ... e. -plurima). S. Rosc. 92 causas esse -as, quae *eqs.* div. in Caec. 29 sunt et haec et alia in te falsi accusatoris signa -a (Cael. 12 virtutum. div. 1, 121 Att. 2, 18, 1). Verr. II 2, 187 alterum, tertium, quartum, -a erant eiusdem modi nomina (2, 188). Cluent. 163 -os annos quievit (de orat. 2, 154 a. ante -is ... quam [*cf. postea*: duobus prope saeculis]. rep. 2, 19. ac. 2, 1 -os a. ... provinciae praefuit [*erant, qui scriberent* per multos; *item* LIV. 9, 45, 10, *ubi cf. 9, 45, 5*]. LIV. 9, 33, 3). Manil. 52 -a ... contra eam legem verba fecisti (VARRO ling. 6, 37. AVG. c. Petil. 2, 104, 239 p. 152, 26 quod v. Punicae linguae consonum est, sicut alia Hebraea -a et paene omnia). off. 1, 159 ea Posidonius collegit -a (multa *var. l.*). ad Q. fr. 3, 1, 3 *vidi* -is locis aquam profluentem. *al.* Q. CIC. pet. 25 amicitiae -ae ac peruliles. CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1 quae *odia* -a sunt. LVCR. 6, 206 semina ... ignis (6, 271 vaporis. 6, 883. 6, 1002). 6, 470. CAES. civ. 3, 43, 1 erant ... circum castra ... -i editi ... colles. VARRO ling. 8, 2 *discrimen tertium* habet suas -as ac magnas partes (rust. 1, 9, 2). rust. 1, 2, 28. PLIN. nat. 4, 53 ante Leucadiam ... -ae *sunt insulae.* EXPOS. mundi 47. FAVST. Aug. c. Faust. 18, 3 p. 492, 4 esse ... -a zizania *in scripturis sacris.* SVLP. SEV. chron. 1, 1, 2 -is voluminibus (*opp.* duobus libellis). BOETH. cons. 2, 4, 28 demonstrationibus. CASSIOD. Ios. antiq. 15, 325 p. 448 non ille locus proprias habuit aquas, sed longe ⌞-plurimis sumptibus⌟ deductas (⌞ ⌟ per plurimos sumptus *coni. Niese; gr. πλειόνων*). *al.* **2** *de animantibus eorumque coetibus* (*praedicative e. g. l. 62. 64. 67*): CIC. Verr. II 2, 114 hunc civitates ex Sicilia -ae ... laudant; te ... una ... civitas ... laudat (LIV. 39, 31, 18 centuriones ex utriusque exercitu -i). 3, 120 ut -i locupletes homines ... agros ... desererent (4, 95 Caecin. 20). 3, 165 -is civitatibus pro frumento nihil solvit (3, 169. LIV. 35, 1, 1 quae ... ⌞-ae⌟ rebellaverant [⌞ ⌟ *om. pars codd.*]. *adde l. 59*). 4, 93 cives Romani ... -i in illo oppido ... vivunt (5, 86). Catil. 2, 21 qui ... proscriptione ... defetigati -i ... se in illa castra conferre dicuntur. off. 2, 43 testes sunt -i ..., sed ... familia contenti erimus una. Att. 5, 8, 2 quae *mancipia Milo* -a secum habet. 14, 17^{a}, 1 (= fam. 9, 14, 1) sunt ... -i optimi viri (*antea*: plurimos, *postea*: frequentes). *al.* LIV. 29, 27, 13 *hoc* -is ... auctoribus credidi; Coelius unus *eqs. al.* VAL. MAX. 6, 5, 3 -ae centuriae Claudium ... damnabant (*cf. postea*: universae). PLIN. nat. 2, 199 animalia -a. PASS. Paul. 4 ab amicis -plurimis (plurimis, compl-, quam pl- *var. ll.*). REGVLA mag. 83, 18 -orum religiosorum testimonio.

B *sing.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 29, 3 *in singulis hominibus* -a habenda est differentia, quoniam ... etiam motus ipsi eorum ... -as inter se differentias gerunt. hist. 1, 11, 6 (*inde* CASSIOD. Ios. antiq. 18, 118 p. 523)

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum ... ad audiendum eum *Iohannem baptistam* -plurima multitudo concurreret (*dub. an gr. resp. ἐπὶ πλεῖστον*).

permundo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* mundare. *i. q. penitus mundare* (*obi. indicat fere rem purgandam, sed tollendam l. 23, fortasse et l. 8. 24; nota locum ambiguum l. 21*): **1** *varia ratione*: VET. LAT. deut. 30, 6 (cod. 100) -bit dominus cor tuum ..., ut diligas dominum tuum ex toto corde tuo (*gr. περιχαθαριεῖ, Aug. quaest. hept. 5, 53* circumpurgabit, *Vulg.* circumcidet). Ios. 17, 18 (cod. 100) -bis illam *silvam*, et erit tibi, *cum exterminaveris Chananeum* (*gr. ἐκκαθαριεῖς, Rufin. Orig. in Ios. 22, 5 p. 437, 6* emundabis, *Vulg.* succides tibi atque purgabis ad habitandum). II par. 29, 16 (cod. 109) *sacerdotes intraverunt* in domum domini, ut -rent eam, et eiecerunt omnem inmunditiam ([*gr. ἁγνίσαι, Vulg.* sanctificarent]. ACT. Petr. 19 [*v. infra sub* perstirpo]). Matth. 3, 12 (cod. 13; *sim.* cod. 4. *al. et* VVLG.) *Messias* -bit aream suam et congregabit triticum in horreum (*gr. διακαθαριεῖ, cod. 3* mundavit, *codd. 5. 10* purgabit. *pendent*: OP. imperf. in Matth. 3 p. 656 sq. non dixit 'mundabit ...', sed '-bit'; ... usque ad consummationem semper necesse est ut ... tentetur ecclesia, donec -etur. p. 657 quando permodica aura est, non -atur tota tritici massa, sed *eqs.* [*postea*: ut perpurgetur ecclesia]. FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 8, 5). **2** *curatione medica*: THEOD. PRISC. eup. faen. 40 lactanti suo mater guttam ammoniaci massando et inhalando albos oculos -vit (mundare potest *var. l.*); etiam et sui femoris sanguinem infundendo filii sui albas maculas -vit (94 piper ... tritum ... maculas *in corpore* -bit). 52 fimus canum ... vulnera *faucium* delicate -at.

permundus, -a, -um. *a* per *et* 1. mundus. *i. q. valde mundus*: VARRO rust. 3, 7, 5 aquam esse oportet, ... ubi *columbae* lavari possint; -ae enim sunt hae volucres.

permūnio, -īvī *et* -iī, -ītum, -īre. *a* per *et* 1. munire. *formae perf. brev. v. l. 40. 42. 43. 49, long. l. 45. 48. de notione cf.* DOSITH. gramm. 75, 10 (*inter* verba, quae praepositionibus appositis aliam significationem faciunt) *διατειχίζω* -o. [*e coni. dub.* SYMM. or. 2, 5 -ret (*Seeck*, perveniret *trad., def. Kroll, Philologus 51, 1892, 668 sq.*, permaneret *Havet, Baehrens; v. etiam Pabst, 1989, ad l.*).]

i. q. penitus vel optime munire (*non nisi in re mil.; pro obi. sunt* munimenta *l. 40, homines protegendi l. 49*): LIV. 7, 16, 4 Privernates cum ante moenia sua castris -tis consedissent (23, 26, 10. 25, 14, 10 capta ... velut in plano sita nec -ta c. 27, 12, 10 raptim ... -ta [*antea: Marcellus Hannibalem* castra ... ponentem ... operibus prohibet]. 33, 36, 6. 44, 37, 5 c. -tis [*cf. 44, 37, 3* prima frons valli ac fossa perducta est]. TAC. hist. 3, 9, 1 Caecina ... c. -iit, tutus loco). 30, 16, 1 Scipio ..., quae munimenta incohaverat, -it (-iit *sim. var. ll.*). 31, 39, 8 *Philippus rex* alia vallo ..., alia arboribus obiectis ... ⟨pr⟩opere -iit. 36, 16, 2 cum duplici vallo fossaque et muro etiam ... -isset omnia *Antiochus* (36, 16, 6). TAC. ann. 2, 7, 3 cuncta inter castellum Alisonem ac Rhenum novis limitibus aggeribusque -ta. 4, 24, 2 Dolabella ... locorum ... opportuna -vit. IVST. 2, 15, 9 *Themistocles Lacedaemoniis* indicat -tas Athenas esse (*cf. 2, 15, 6* spatium consummando operi quaerebat. *sim. -itur urbs*: 24, 7, 8 urbem suam *antea muris carentem* Delphi ... -vere). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 21 p. 595 *breviter percurram,* quo ... modo accolas -ierint *Iudaei* (*gr. τὰς περιοίκους ἐτειχίσαντο*). 1, 419 p. 631 castellum ... propugnaculo -tum (*cf. gr. φρούριον ... ἐπιτειχίσας*).

permūtābilis, -e. *a* permutare. NOT. Tir. 31, 80[a] -is. **1** *i. qui (quod) permutari potest vel permutatur (n. pro subst. l. 60): de hominibus*: AMM. 31, 2; 11 *Huni sunt* adeo -es et irasci faciles, ut *eqs.* (*cf. antea*: perquam mobiles). *de rebus*: RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 6 p. 357, 27 quod substantia corporalis -is sit (*cf. p. 357, 17* convertibilem ... vel commutabilem). BOETH. categ. 8b36 quae *affectiones* sunt facile mobiles et cito -es, ut calor (*gr. μεταβάλλοντα*). in categ. comm. 2 p. 218[C] habitus ... est ... affectionis firma et non facile -is accessio. in herm. comm. sec. 5, 12 p. 411, 13 *possibilis* prior pars corruptibilibus et -bus propria est. 6, 13 p. 459, 10 divinarum rerum -is *non* est natura. **2** *potius active, sc. i. qui (quod) permutationem affert, permutat sim.*: BREV. EXPOS. Verg. (*sim.* SCHOL. Verg. Bern.) georg. 1, 336 quae *stella Saturni* sit glacialis, pestilis ..., -is (permot- *var. l.*).

compos.: impermutabilis.

permūtātim *v. sub* permuto.

permūtātio, -ōnis *f.* *a* permutare. *de notione v. infra p. 1575, 15. 70. al. et* GLOSS. *ἀνταλλαγή. ἀντάμειψις. ἀντικαταλλαγή. legitur inde a* RHET. Her., CIC., LIV., *frequentatur praecipue in serm. iur., gramm., philos. aetatis post.* (*deest e. g.* AVG.); *in versibus* IVV. 6, 653 CARM. de fig. 16; *abiit in serm. gr., v. p. 1575, 46.* [*confunditur in codd. maxime cum* perturbatio CIC. Sest. 73 (*legebatur olim* CIC. parad. 51), mutatio *e. g.* PAVL. sent. 3, 6, 28 HYD. chron. II p. 35, 252 (*falsa var. l.* AVG. conf. 7, 1, 1; *cf. e. g. var. l.* per mutationem *pro* -e BOETH. top. Arist. 149a8), permotatio IVLIAN. epit. in psalm. 54, 20 ISID. nat. 17, 3. *al.*]

fere i. q. actio vel effectus permutandi: **I** *permutatur potius status* (*tam in melius quam in peius, v. e. g. l. 5 sq. 23 sqq. 33; praepos. indicantes, unde vel quo -o fiat, v. e. g. l. 27. 30. 45. p. 1575, 7*): **A** *quolibet respectu; -o pertinet*: **1** *ad varia*: CIC. Sest. 73 iure iudiciisque sublatis, magna rerum -e inpendente ([perturbatione *var. l.*]. SERV. Aen. 10, 670 *Turnus* quasi nescius sui est in tanta r. -e. 11, 85. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 210, 20 [*pendet e l. 53 infra*] invisibiles r. incorporalium -es ac vicissitudines. IVLIAN. epit. in psalm. 106, 42[b]. *paulo aliter sing.* rei: PAVL. sent. 3, 6, 28 *ususfructus amittitur* rei -e [mutatione *var. l.; cf. ibid. 3, 6, 31*]). part. 39 titubatio, -o coloris, oratio inconstans (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 12, 65 p. 560, 14 ipsius vultus sui -e [CASSIAN. inst. 4, 24, 4 sine ulla -e v. CASSIOD. in psalm. 43, 16 l. 267]). SEN. contr. exc. 6, 5, 1 ista contra rerum naturam -o, in bello nuptiae, in iudicio bellum. QVINT. inst. 5, 13, 42 defensionis ... -o reprenditur saepe *in causa agenda*. GAIVS dig. 4, 5, 1 capitis minutio est status -o (inst. 1, 159 prioris ⌞s.⌟ [capitis *V, sed v.* Boeth. in top. Cic. 2 p. 302, 5]. PAVL. sent. 1, 7, 2 [mutationem *Paul. dig. 4, 1, 2*]. *adde l. 24*). MARCELL. dig. 34, 2, 6, 1 dissolutione ac -e tali (*spectat ad* uniones ... in aliam speciem ornamenti *conversos*). VLP. dig. 50, 17, 123, 1 temporaria -o ius provinciae non innovat (*cf.* COD. Iust. 3, 28, 30, 1 vetera iura ... nullam ... novationem vel -em acceptura. LEX Burg. lib. const. 79, 1). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 27 p. 225, 27 adfectionem esse ... animi aut corporis repentina de causa -em (*aliter p. 1575, 2*). AMM. 15, 3, 7 optatam -em temporum adventare (21, 14, 1. *spectat ad rem publicam ut*: 26, 6, 9 -o status praesentis. 29, 2, 17 de -e imperii. *cf. iam supra l. 5*). RVFIN. hist. mon. 19, 9 quod ex verbis Apollonii haec ei facta fuerit -o (*de conversione pagani ut*: HIL. AREL. vita Honorat. 17 l. 25 admirabilis -o. CASSIOD. in psalm. 77, 44 l. 598 populorum -em ... in melius). BOETH. arithm. 2, 3, 8 secundum hanc progressionem cunctae multiplicitatis species sine ulla ordinis -e nascentur. categ. 13a33 ab habitu ... ad privationem fit -o (*gr. μεταβολή*). *al.*

2 *ad dicta vel scripta*: RHET. Her. 3, 9, 17 si secundum principium *orationis* confirmatione utamur, deinde narratione; aut si quam eiusmodi -em ordinis faciemus (QVINT. inst. 8, 6, 64 opportuna o. -o *sermonem facit numerosum*). CIC. orat. 232 si ... bene structam collocationem dissolvas -e verborum (BASS. gramm. VI 257, 11 [*v. app. crit.; inde sim.* PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 136, 21]). BASS. gramm. VI 271, 6 cum ... metra varientur aut adiectione ... aut -e (*explicatur* 271, 14 -e, tamquam '...'; nam *ordinem consuetum* ... Horatius immutavit. *inde sim.* FORTVN. gramm. VI 294, 11 sqq.). QVINT. inst. 1, 1, 25 ut *praecipientes* ..., cum satis adfixisse eas *litteras* pueris ⌞recto illo ... contextu⌟ videntur, retro agant rursus et varia -e turbent (⌞ ⌟ *i. ordine alphabeti*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 136, 24 *versum* scazonta -o eadem rectum iambicum faciet. MACR. exc. gramm. V 601, 19 apud Graecos saepe praepositio nullam sensus facit -em; hoc est enim *εὕδω*, quod *καθεύδω*. 604, 5 licet in dipthongis ... communibus -o sit recepta in dipthongos longiores *eqs.* (*accedit* in *ut*: 609, 16 [*item* 633, 29] -em ... *ω* in *ου*). CONC.[S] II 3, 3 vers. ant. p. 40, 2 (*item* EPIST. Ibae Facund. defens. 6, 3, 2) nullam -em scripturae a deo traditae susceperunt (*gr. II 1, 3 p. 32, 14 ἐναλλαγήν, Conc.[S] IV 1 p. 138, 10* inmutationem). *al.*

3 *ad res naturales, principia vel naturam rerum et animalium*: PLIN. nat. 19, 181 quod ad -em seminum attinet, quibusdam ex his firmitas maior est. 28, 92 *hyaenis esse* -e⟨s⟩ sexus annua vice. VET. LAT. sap. 7, 18 (Rufin. Orig. in num. 12, 1 p. 95, 20. *al.*) *scire* vicissitudinum -es et commutationes temporum (*gr. τροπῶν ἀλλαγάς. de aliis vers. v. ed. Beuron.*). DICT. 1, 21 subita caeli -e (*antea*: caelum nubilo tegi coepit *eqs.*). AMM. 19, 4, 5 aëris -em subitam aegritudines parere (RVFIN. Basil. reg. 2, 40 a. -es vicissitudinesque [*Migne gr. 31, 913[A] κράσεις ἀέρων, ὡρῶν ἐναλλαγαί*]. HYD. chron. II p. 35, 252 a. et ... fructuum. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 2, 1, 4 p. 109, 12 quod diversam variamque -em recipiat natura corporea, ita ut possit ex omnibus in omnia transformari (*sim.* 3, 6, 7 p. 289, 14. 17. 4, 4, 8 p. 361, 1). MACR. somn. 1, 6, 55 *luna* septem ... -bus, quas *φάσεις* vocant, toto mense distinguitur. MART. CAP. 4, 366 *substantia* capax est contrariorum quadam ⌞sui -e⌟ (supermutatione *codd. plerique. sim.* BOETH. categ. 4a33 *et* 4b3 [*gr. bis μεταβολήν*]). *al.*

4 *ad naturam dei, Christi, hominis resurgentis*: VET. LAT. Iac. 1, 17 (cod. 66) *apud deum* non est -o (*gr. παραλλαγή, aliae vers.* com-, im-, de-, transmutatio [*v. ed. Beuron.*]. *cf.* RVFIN. Orig. in num. 23, 2 p. 214, 2 aliena ... est divina natura ab omni passionis et -is affectu. Orig. princ. 2, 9, 6 p. 169, 26 in quo *deo creatore* neque varietas aliqua neque -o ... inerat). RVFIN. Adamant. 4, 17 verbum ... carnem effectum *esse* -e et non assumptione (*item respicitur incarnatio*: Greg. Naz. orat. 3, 13, 2 nova ... efficitur -o naturarum [*Migne gr. 36, 348[D] καινοτομοῦνται φύσεις*]. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 233, 42 non -e naturae secundum nos factus, sed *eqs.* [*gr. I 1, 6 p. 153, 3 μεταβολῇ, Dionys. Exig. Conc.[S] I 5 p. 296, 32* conversione]. *al.*). Orig. princ. 2, 10, 3 p. 176, 18 per ipsam resurrectionis -em (*cf.* 3, 6, 5

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 287, 16 iterum -em eius *substantiae carnis* fieri. CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 79, 19 ad illam corporis -em [CASSIOD. in psalm. 148, 6 l. 128. *aliter p. 1574, 22*]).

B *praevalente respectu loci* (*v. multa sub A2 et cf. IIB*): EXPLAN. in Don. gramm. IV 517, 35 quando permansionem significat sensus, ablativo iungitur 'in' ..., quando -em, accusativo (*explicatur* 518, 3 qui dicit ... 'in forum venio', -em significat de loco ad locum. *sim.* 518, 18). CASSIOD. in psalm. 60, 6 l. 113 *regni futuri hereditas*, cum semel suscepta fuerit, numquam a nobis aliqua -e discedit. 64, 5 l. 106 *inhabitantes* adeptum locum nulla -e derelinquunt.

II *ponitur potius aliud pro alio* (*praepos. indicantes, inter quos vel cum quo -o fiat, v. e. g. l. 20. 40. 54. 65 nec non p. 1576, l. 4; res permutata vel substituta indicatur passim per gen., per adi. l. 34*): **A** *quolibet respectu*: **1** *in dicendo, scribendo sim.* (*quae spectant ad mutationem ordinis v. sub IA2*): RHET. Her. 4, 34, 46 -o (-multa- *var. l.*) est oratio aliud verbis aliud sententia demonstrans *eqs.* (*i. ἀλληγορία, cf. Calboli, 394 sq. ad l.; v. et l. 30*). FEST. p. 229 *dicta sunt* prodigia, quod prodicunt futura, -e g litterae (*suppl.* p. 165 ⟨-e t et⟩ s litterarum, *sed Paul. Fest. p. 164* per mutationem [-e *Müller*]. *ceterum cf.* MACR. exc. gramm. p. 31, 30 inter e et i -em). QVINT. inst. 9, 3, 7 frequens -o *modorum verbi* est et pleraque utroque modo efferuntur: luxuriatur luxuriat *eqs.* PROB. Verg. ecl. 4, 58 *alibi poeta eadem repetit*, nunc *utitur* casuum et generum -e, ut: 'aerea ... aere ... ahenis' (IVLIAN. in Am. 8, 10 -o et numeri contingit et generis, ut tum pluraliter, tum singulariter alloquatur). BOETH. top. Arist. 148b37 necesse est ... in talibus *definitionibus* ipsorum nominum -em fieri, aut omnium aut aliquorum (149a8 [*gr. bis μεταλλαγή*]). CASSIOD. in psalm. 2, 7 l. 150 hactenus ex sua persona propheta locutus est; nunc per figuram, quae graece dicitur exallage, latine -o, verba refert domini salvatoris (18, 5 l. 78 id est -o). 13, 2 l. 66 'videat', videri faciat; quod schema dicitur hypallage, id est -o, quoties in alium intellectum verba ... transferuntur (52, 3 l. 83. *al.*). *al.*

2 *in commutanda possessione, dominio sim.*: **a** *strictius in commercio, rebus pecuniariis sim.* (*cf. p. 1576, 20*): α *permutatio fit cum pecunia*: CIC. Cael. 62 *nisi Clodia* quadrantaria illa -e familiaris facta erat balneatori (-musta- *fere trad.; v. Austin, 1952, ad l.; pendet* AMBR. in Luc. 7, 157 quadrantaria ... -o velut quaedam est conpensatio, cum aliud redditur et aliud significatur solutum. *cf.* IVLIAN. *sub b*). Pis. 48 *praedam Gabinii devoraverunt* -es ad hunc Tusculani montem exstruendum (*v. Nisbet, 1961, ad l.; item de pecunia per syngrapham sim. interpositam perscribenda*: Att. 5, 13, 2 rationem ... -is eius, quam tecum feci. 11, 1, 2 huius *Asiaticae* pecuniae -e fidem nostram facile tuebere. fam. 3, 5, 4 quae *pecunia* mihi ex publica -e debetur. ad Q. fr. 1, 3, 7). INST. Iust. 2, 4, 2 *pecunia numerata* in ipso usu adsidua -e quodammodo extinguitur. NOVELL. Iust. app. 7, 20 sancimus solidos ... sine -is dispendio per omnes provincias ambulare (*antea*: mutationem solidorum *veterum*). β *permutatio fit sine pecunia* (*abiit in serm. gr.* THEOPHIL. inst. Iust. 2, 1, 35 -tíonos. 3, 23, 2 -tíona. GLOSS. iurispr. *ἄδετ II* 25 *περμουτατιόν· ἀντάλλαγμα. al.; saepius iuxta voces emendi vendendi alienandi sim., v. e. g. l. 55. 58. 66 sqq.*): PLIN. nat. 6, 88 fluminis ... ripa merces positas iuxta venalia tolli ab iis *Seribus*, si placeat -o. TAC. Germ. 5, 3 *Germani* proximi ... argentum in pretio habent ...; interiores simplicius et antiquius -e mercium utuntur. PAPIN. dig. 31, 77, 18 cum -o rerum discernens communionem intervenit (DIG. 19, 4 rubr. de r. -e. COD. Iust. 4, 64 rubr. NOVELL. Iust. 55 praef. de -e competentium r. sanctissimis domibus ad imperium [*gr. ἀμείψει, quae vox item resp.* 55, 1]). VLP. dig. 6, 2, 7, 5 si ... quis emerit ...; sed et si -o facta sit, eadem actio competit (*sim.* 38, 5, 1, 13 si emerit ...; et in -e et in locatione ... similiter idem observabimus). PAVL. dig. 18, 1, 1 pr. origo emendi vendendique a -bus coepit (*cf.* SERV. georg. 3, 306 apud maiores omne mercimonium in -e constabat). COD. Iust. 4, 64, 1 (*a. 238*) si, cum venalis possessio non esset, -o facta est. 5, 71, 4 pr. (*a. 260*) neque transactionis ratione neque -e (*v. app. crit.*) ... ea *praedia* transferre e dominio suo possunt *pupilli* (*cf. antea*: per venditionem). 10, 34, 3 pr. (*imp. Zenone*) donationes ... vel -es vel quoslibet alios ... contractus (*v. antea*: vendere). INST. Iust. 4, 6, 28 (*inter bonae fidei actiones*) ea, quae ex -e competit. NOVELL. Iust. 120, 7 pr. licentiam esse omnibus ... ecclesiis ... -es ad invicem facere (*gr. ἀνταλλαγάς*). *al.* *agitur de similitudinibus et differentiis inter -em et emptionem venditionem constitutis*: GAIVS inst. 3, 141 (*inde* INST. Iust. 3, 23, 2) vulgo putant per -em rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis venditionisque vetustissimam esse ...; diversae scholae auctores ... aliud ... esse existimant -em rerum, aliud emptionem et venditionem (*cf.* PAVL. dig. 18, 1, 1, 1. 19, 4, 1. 19, 4, 2. 19, 5, 5, 1. COD. Iust. 4, 64, 2 [*aet. imp. Diocl.*]).

b *laxius in qualibet commutatione possessionis, dominii sim.*: ALF. dig. 19, 2, 31 si separatim ... clusum *in nave* uniuscuiusque triticum fuisset ..., non potuisse nos (nautam *A. Faber*) -em facere. LIV. 23, 7, 2 cum quibus *captivis Romanis* equitum Campanorum ... -o fieret (*cf.* GELL. 6, 18, 2 ut ... -o fieret captivorum [PORPH. Hor. carm. 3, 5, 18 EVTR. 2, 24]. 6, 18, 6. 7, 4, 1 [*e Sempronio Tuditano, v. frg. 5 Peter*]). 26, 29, 9 inter ipsos consules -o provinciarum ... facta est ([*cf. e. g. 26, 29, 6* de permutandis p.]. LIV. perioch. 117, 3. NOVELL. Valent. 36 pr. [*mutantur provinciae, unde vectigalia conferantur*]). PETRON. 15, 2 'reddant nobis tunicam nostram et pallium suum recipiant'; ... rustico ... placebat -o. POMPON. dig. 34, 2, 34 pr. quasi -em fecisse videatur (*sc. qui* aurum dedit aurifici, ut non ... ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio. *item in locutionibus comparativis*: VLP. dig. 5, 3, 25, 11 velut genus quoddam hoc esset -is. 10, 2, 20, 3 [*e Papin.*] quasi certa lege -em fecerint. COD. Theod. 15, 1, 50 contractus quidam et -o). PAPIN. dig. 30, 51 si certos nummos ... legavit *testator*, ... ipsa corpora nummorum ... continentur neque -em recipiunt. PAVL. dig. 23, 3, 25 -o dotium conventione fieri potest. AVSON. 426, 5 p. 382 *inter Glaucum et Diomedem* facta armorum -e. IVLIAN. epit. in psalm. 54, 20 nulla argenti oblationumque -e (permot- *var. l.*) destinato eximentur exitio (*gr. ἀνταλλάξασθαι*).

3 *usu vario*: IVV. 6, 653 *feminae* spectant subeuntem fata mariti Alcestim et, similis si -o detur, morte viri cupiant animam servare catellae. AFRIC. dig. 32, 64 -o nominum *debitorum* (*sc.* si exactae pecuniae et rursus collocatae essent). AMM. 15, 1, 2 Apodemius ... equorum -e veloci ... advenit (*cf.* 17, 12, 3 uti -o vires foveat iumentorum). 22, 12, 3 unius corporis -em tot ciere turbas (*sc. qua Iulianus Constantio successit. cf. in munere publico gerendo*: COD. Iust. 2, 7, 27 [*a. 524*] -um saltibus superiore gradu captato. 12, 19, 15, 5 [*a. 527*] *in sacris scriniis* -em ... prohiberi). HESYCH. in lev. 3, 6 p. 818^{D} hic 'generationes' ... -es aetatum intelleguntur; quod ostendit Ieremias ... in septem generationibus septuaginta annorum dicens numerum. CASSIOD. var. 11, 2, 1 *ob ecclesiasticorum merita* -e officii (*v. app. crit.*) bona *a deo* recipimus, dum talia non agamus. *al.*

B *praevalente respectu loci* (*cf. IB*): SERV. Aen. 6, 127 *animas* male viventium ... diutius in his permorari corporibus -e diversa (*vix ad IB; sim.* RVFIN. apol. Orig. 10 p. 611^{B} quae *anima* ... -e corporis *non* indigeat [*cf. gr. μετενσωματώσεως, pro quo p. 611^{A}* transmutatione]). NOVELL. Valent. 31 pr. ut *colonus fugitivus* ... mansionum -e desinat esse, quod natus est. CASSIOD. in psalm. 120, 3 l. 64 pes ..., imperio mentis locorum nos -e transponens (141, 1 l. 9 *David* diversorum l. -e celatus est [*cf. I reg. 23 sq.*]).

permūto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* mutare. NOT. Tir. 31, 74^{b} -at. GLOSS. *παραποιῶ. καταλλάσσω ὅ ἐστιν ἀμείβω. ἀντικαταλλάσσω. cf. etiam p. 1577, 35.* *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LVCR., VARRONE, *frequentius apud* PLIN. nat., DIG. *et maxime* BOETH. [*confunditur in codd. maxime cum* mutare PHYSIOGN. 11 (*falsa var. l.* BOETH. c. Eut. 6, 27, *ceterum v. vol. VIII 1722, 55 sq.*), permultare CIC. orat. 232 Att. 5, 15, 2. IVV. 6, 225 (*restit.* ANTH. 467, 6), permittere CIC. Att. 12, 27, 2 STAT. Theb. 6, 329 QVINT. inst. 8, 6, 5. *al.* (*e coni. olim* PLAVT. Persa 680).]

fere i. q. (penitus) mutare (*plus valet quam* mutare *fortasse p. 1577, 8, quam* alterare BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 86, 17 [*cf. ibid.* l. 15 integre -are]; *sed plerumque vis praeverbii parum manifesta est [cf. p. 1579, 37], imprimis sub I; sub II quodammodo illustrari vid. notio substituendi vel actio mutua dandi et sumendi; actio saepius iterata respici vid. p. 1578, 29. 63. al.*): **I** *-atur potius status* (*in peius e. g. l. 71 sq. p. 1577, 4 sq. 7, in melius e. g. p. 1577, l. 19 et plerumque sub A2* [*cf.* AVG. in Iob p. 536, 10 -at in bonum]; *color tollendi fortasse sublucet l. 55. p. 1577, 21 et* BOETH. mus. 1, 10 p. 196, 27): **A** *quolibet respectu*: **1** *-antur res*: **a** *dicta, scripta sim.*: PLAVT. Cas. 972 opinor -bo ego illuc nunc verbum vetus (*i. proverbium immutabo*). LVCR. 1, 827 tantum elementa (*i. litterae*) queunt -to ordine solo (QVINT. inst. 2, 13, 5 *narrationis* o. -to. 9, 4, 24. NOT. Suet. gramm. VII 535, 18 [*inde* ISID. orig. 1, 21, 11] *versuum.* PELAG. in I Cor. 12, 6 p. 196, 5 [de- *Ps. Primas. p. 535^{C}*]). QVINT. inst. 8, 6, 5 *metaphora* copiam ... sermonis auget -ando (permittendo *var. l.*). decl. 341, 2 leges. NOT. Suet. gramm. VII 535, 17 (*inde* ISID. orig. 1, 21, 15) quae Zenodotus ... *in Homeri operibus* non recte adiecerat aut detraxerat aut -verat. RVFIN. hist. 3, 10, 5 *in scripturis sacris* neque addere ... neque auferre aut -are quid ([*gr. μεταθεῖναι. nisi ad B*]. *cf.* 4, 29, 6 nonnulla ex sermonibus apostoli [*gr. μεταφράσαι*]). MACR. exc. gramm. V 612, 39 nihil ... -atur (*opp. e. g. 613, 1 sq. ω* in *ου* dipthongum mutantes). BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 5 p. 151, 2 sin ... id (*sc.* 'utile') ad 'necesse' -etur *eqs.* COD. Iust. 1, 2, 19 veterum scita. *locutio* in vocabulum *aliquod* -are *spectat ad mutationem nominis*: AMM. 23, 6, 27 *Assyriorum* pagos *postea* in Agropatenae vocabulum -tos. **b** *variae*: CIC. har. resp. 45 quod anno ante ... senatus ... excluserat ..., id ... ita perturbatum itaque -tum est, ut *eqs.* leg. 3, 20 omnem rei publicae statum -vit *tribunatus* (perturbavit *unus e recc.*). LVCR. 2, 1022 ipsis in rebus ... materiai ... concursus motus ordo positura figurae cum -antur, mutari res quoque debent (5, 185 quid ... inter se⟨se⟩ -to o. possent *principia* [*nisi ad II*]. PELAG. in Rom. 1, 19 p. 14, 8

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

BOETH. arithm. 2, 37, 4). MANIL. 5, 692 pelagi ... venenum ... vitali sale -ant redduntque salubre. 5, 724 cum ... signa ... transgressus ⌞-at⌟ tempora Phoebus (⌞ ⌟ *Housman,* mutat per *trad.; cf.* PLIN. nat. 18, 290 posse ea [*sc. tempora sim.*] -ari ... locorum ... natura). VITR. 8, 2, 8 *fontes locis sulphurosis* -antur. LABEO dig. 19, 2, 60, 3 redemptor ... quaedam in opere -verat (*cf. ibid.* quoniam ex voluntate locatoris -tum esset *opus*). SEN. Oed. 324 *in arae foco* libata Bacchi dona -at cruor. PETRON. 102, 13 *atramento* mutemus colores a capillis usque ad ungues; ita ... -to colore imponemus inimicis ([*i. penitus mutato?*]. PLIN. nat. 9, 135 *lanae color* -atur in bucino. *sim. mutatur color*: MARCELL. med. 7, 11 ad -andos capillos. BOETH. categ. 4a31 [*gr. μετέβαλεν*]. *al.*). 107, 8 vultum ... qui -at, fraudem parat. PLIN. nat. 2, 127 -ant et duo *venti* naturam cum situ (BOETH. arithm. 2, 31, 2 quae *natura* propriae ... semper habitudinis est nec ullo modo -atur. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 86, 10 naturam ... speciei substantiamque. *al.*). 19, 106. 28, 14 magnarum rerum fata et ostenta verbis -ari. 34, 65 nova ... ratione ... veterum *sculptorum* staturas -ando. PLIN. epist. 9, 40, 1 requiris, quid ex hoc (*sc. modo otii agendi*) ... hieme -em (-et *var. l.*). FRONTO p. 65, 12 quantum mihi -tus est pavor, nec -tus modo, verum etiam ... sublevatus. VLP. dig. 48, 19, 9, 11 ut ... poena aut -etur aut liberaretur. PAVL. dig. 50, 1, 22, 1 (= sent. 1, 1ª, 3) vidua ... mariti domicilium retinet *sicut clarissimatum* ...; sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis -atur. Ps. CENS. frg. 3, 9 signa tropica ... in consiliis subinde variant adque -ant. *al.* (*saepius e. g.* BOETH. c. Eut. 6, 52 sqq.).

2 *-antur animantes eorumve coetus* (*sive animo sive corpore; partes, qualitates animantium v. sub 1b*): RVFIN. Adamant. 2, 7 p. 32, 4 quod *deus* ... -v⟨er⟩it eos *homines* ad bonum ([*gr. μεταβεβληκέναι. cf. 2, 6 p. 32, 1* immutavit]. COMM. instr. 1, 12, 16 vino -ti [permotati *pars edd.*]. PETRON. BONON. serm. l. 62 ad salutem [*v. postea*: transformare]. BOETH. categ. 8b38 *affectionibus homo* cito ... -atur, ut ex calido frigidus fiat [*gr. μεταβάλλει*]). Orig. in num. 18, 1 p. 168, 3 *is* qui posset sacrificiis et muneribus -ari (*cf. p. 168, 4* commutatio. *p. 168, 5* mutari). CONC.ˢ II 5 p. 91, 20 Paulus *non* erat suis dogmatibus -andus. BOETH. categ. 13a26 quoniam ... perfectissime -etur *improbus* (*gr. μεταβάλοι*). *adde* CASSIOD. *et* GREG. M. *sub C4.*

B *praevalente respectu loci* (*de notione*: FEST. p. 214 '-atur' id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur; at 'commutatur', cum aliud pro alio substituitur; sed ea iam confuse in usu sunt. *cf. e. g. p. 1576, 57. 73 et IIC*): CIC. orat. 232 'eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt': verba -a sic, ut sit 'vicerunt eunuchi e Syria Aegyptoque' (*cf. antea*: si ... collocationem dissolvas permutatione verborum). VARRO rust. 1, 4, 5 immisso fenestris novis aquilone et obstructis pestilentibus ianuaque *domus* -ta. PLIN. nat. 2, 81 bis -tis spatiis *solis,* in auctum diei bruma *eqs.* 16, 210 *in cardinibus portarum ulmus est* -anda ... sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine *eqs.* 17, 84. 18, 327 circumagi ... melius est ...; ergo -tis lateribus, ut *eqs.* 28, 100 palato *hyaenae* ... ter in ore -to (*i. circumverso*). QVINT. inst. 7 prooem. 2 si quam in corporibus ... animalium partem -es et transferas. TAC. Germ. 28, 1 quo minus *gens quaeque* ... occuparet -retque sedes (*nisi ad IIC*). PAPIN. dig. 10, 1, 11 fines additis vel detractis agris ... -tos (*sim. mutantur fines*: COD. Iust. 3, 39, 2 [*a. 294*] determinationis veteris monumenta. CIL V 2546 caput limitis Lontriconis -tum ex d(ecreto) d(ecurionum)). BOETH. arithm. 2, 50, 1 ut *musici* medium *calami* foramen -antes atque alios aperientes, alios digitis occludentes diversos emittant sonos (*cf. gr. 2, 27, 1 μεταλαμβανούσης*). *ibid.* quod *medietatis nomen* manentibus extremitatibus huc atque illuc ferri -arique videatur.

C *appendix structurarum notabiliorum* (*cf. IIE*): **1** *indicatur, quo mutatio fiat, quid mutatione efficiatur: per praepos.*: in *c. acc. l. 41. p. 1576, 69* (*adde* PLIN. nat. 17, 84 in contrarium [PELAG. in I Cor. 12, 26 p. 200, 10]. BOETH. c. Eut. 6, 52 corporea ... in incorporea. 6, 60 in se [6, 66. *al.*]. *al.*), ad *l. 26. 28. p. 1576, 67. al. per abl. result. l. 1, subi. l. 7, adv.* BOETH. arithm. 2, 50, 1 huc atque illuc ferri -arique. **2** *indicatur, unde mutatio fiat: l. 66. 68, adde* BOETH. top. Arist. 125b38 si ... ex specie omnino -tum sit (*gr. μεταβάλῃ*). **3** *-at is, qui mutationem subit: supra l. 12; addatur* MACER dig. 48,19,10,1 *damnati* condicionem suam -ant (*nisi ad II*). PELAG. in Rom. 1, 19 p. 14, 8. **4** *exempla obiecto carentia*: *absolute vel obi. subaudiendo: l. 22. p. 1576, 60* (*gerund. ut* AMM. 14,11,26), *adde* PLIN. nat. 17, 84 BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 86, 15. 17. *fort. mediopassive*: CASSIOD. hist. 7, 18, 4 Cyziceni ... non ... a propria heresi -ti sunt (*Socrat. 4, 6, 8 μετατιθέμενοι*). GREG. M. moral. 4, 19 *ecclesia* a peccatorum ... tenebris ad lucem iustitiae -atur (*postea*: sese ... convertit). *potius intrans.* (*cf.* mutare *vol. VIII 1728, 50 sqq.*): VEN. FORT. epist. (carm. 10, 3) 1 delectabilis escae dulcedine -ante ... austeritas epuli non invitat *ad convivium.*

II *ponitur potius aliud pro alio* (*ratio -andi fere mutua est, sed non ubique explicite illustratur, v. e. g. p. 1578, 28. 42. 49 et hic illic sub D1b et cβ. mutatio casu vel errore fit e. g. p. 1578, 22. 26 et hic illic sub B*): **A** *usu vario*: **1** *-antur incorporea* (*adiectis generalibus quibusdam et ambiguis*): PLAVT. Capt. 677 nomina inter vos -astis (PLIN. nat. 5, 50 aliqua n. -ant et substituunt alios nomos. 16, 48 *arbores* in Macedonia ... -ant n. *cf.* BOETH. arithm. 1, 9, 7 *termini numerorum* donant sibi mutua nomina ... vocabulumque -ant [*cf. gr. 1, 8, 11 ἀντιποιρινεῖται*]). LIV. 26, 29, 6 ut de -andis provinciis senatum consulerent *consules* ([*cf. e. g. 26, 29, 9* permutatio. 26, 30, 1 -tis provinciis]. 35, 20, 9). VAL. MAX. 4, 6, 1 coniugis tuae fata pro tuis -ari (*cf.* AVSON. 189, 7 p. 47 tibi ⟨si⟩ fatum sic -are dedisset, viveret *maritus* ... adhuc). 6, 1, 1 imperium consulare pro regio. 9, 14, 1 -to statu *nobilis et libertini* (*sim.* QVINT. decl. 332, 10 -ta, ut sic dixerim, translataque invicem fortuna. IVST. 1, 4, 13 -ta sorte parvulorum. *cf.* SEN. Thy. 598 ima -at levis hora summis). CELS. 7, 26, 3ᴬ *calculos* leniter -tis subinde digitorum vicibus ... adducere (CVRT. 8, 6, 11 in -andis stationum v. PETRON. frg. 26 vers. 10 *natura* -tas gaudet habere v. PANEG. 3, 31, 5). SEN. dial. 4, 31, 6 cum animalibus -asse mores. PETRON. frg. 27 vers. 6 -tis distinctus mensibus annus (*v. app. crit.*). MART. 6, 93, 7 virus ... hoc alio ... odore. APVL. apol. 29, 3 opera cuiusque artis. *al.* **2** *-antur corporea*: LIV. 23, 31, 8 ad -andos exercitus (*cf.* 27, 38, 9 supplendi, unde vellent, et eligendi de omnibus exercitibus, quos vellent, -andique ⟨et⟩ ... traducendi [*v. app. crit.*]). VAL. MAX. 6, 8, 6 conmutata cum eo veste, -to etiam anulo (PARIS: veste cum eo -ta [CLAVD. DON. Aen. 7, 415 p. 62, 14]. *cf.* CVRT. 4, 1, 22 habitus [QVINT. inst. 2, 17, 20. *al.*]. VAL. FL. 5, 423 Sarmaticis ... carbasa bracis. VLP. dig. 19, 2, 13, 6 si pallium fullo -verit. AVIEN. orb. terr. 1367 nebridis usum -ant clypeis [permotant *trad.; gr. 1154 ἠλλάσσοντο*]). PLIN. nat. 1, 2, 92 quae terrae in totum mari -tae *sint.* 35, 4 statuarum capita. 36, 43 cum *in aedes Iovis et Iunonis* inferrentur signa, -asse geruli traduntur. STAT. Theb. 6, 329 Castor ... remo -at habenas. Ach. 1, 166 -at plectra pharetris *Apollo.* MART. 8, 75, 13. PALLAD. 12, 20, 2 *in oleo male olenti hordeaceos panes* mergunt et novos subinde -ant. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 392 *aqua non est* -tis (permot- *Iuretus*) sulcata ... palmis *natantium.* *al.*

B *in dicendo, scribendo sim.*: VARRO ling. 6, 75 canere ... ex Camena -to pro ⌞M N⌟ (N M *trad.; cf.* QVINT. inst. 1, 4, 16 quid O atque V -ta invicem?). 9, 90 casus perperam -ant quidam. PAVL. FEST. p. 20 D littera cum L -ta (p. 86 I cum V. SEN. dial. 10, 13, 5 vulgo -ante l. PLIN. nat. 4, 114 l. -tis. *al.*). PLIN. nat. praef. 1 -tis prioribus syllabis ([*v. antea*: 'nugas ... meas' *et Catull. 1, 4* meas ... nugas]. QVINT. inst. 1, 6, 32. *al.*). 16, 111 aliqui hoc -ant et ... *contrarium* tradunt. QVINT. inst. 1, 5, 49 *in soloecismis* genere -to. 9, 3, 78. 9, 4, 144 nullum aptum ... verbum -emus gratia levitatis (COD. Iust. de cod. confirm. 3 detractis vel additis vel -tis certis v.). NOT. Suet. gramm. VII 535, 10 quod ... epitheta *Homerus non* -et. VLP. dig. 2, 15, 8, 24 *in transactionibus quidam* neque diem neque modum -vit, sed tantum genus (*cf. postea*: com-). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 69, 9 amoris nomen caritatis vocabulo -tum est (DRAC. mens. 2 *Ianuarius* nova fastorum -at nomina libris). *al.*

C *praevalente respectu loci* (*cf. e. g. supra l. 17. 20. 24, quaedam sub D1b et IB; saepe commutatur animantium domicilium, locus commorandi consuetus sim.*): CELS. 7, 16, 5 -andae acus inter manus sunt, ut ea sit in dextra, quae *eqs.* (*ibid. iterum* [*postea*: traiectis]). SEN. Oed. 605 Strymonis fugiens minas -at hiemes ales et ... Nilo pensat ... nives (*cf.* CLAVD. 15, 476 *grues* -ant Strymona Nilo). nat. 3, 17, 1 *nos homines cum piscibus* -bimus sedes. PETRON. 120 vers. 89 -ta rerum statione (*cf. 88* expelluntur aquae saxis, mare nascitur arvis). PLIN. nat. 5, 22 Numidae ... *a Graecis appellati* Nomades a -andis pabulis. 11, 204 cum quo *iecore lien* locum aliquando -at ([*cf. Arist. hist. anim. 496b18 μετηλλαχότα*]. COD. Iust. 11, 52, 1, 1 [*ca. a. 390*] recedendi ... aut -andi loca ... facultatem. BOETH. top. Arist. 122b34 quae involuntarie locum ex loco -ant [-antur *var. l.; gr. μεταβαλλόντων*]. COD. Iust. 2, 7, 26, 1 [*a. 524*]). SIL. 1, 660 -are ... Acrisioneis Tirynthia culmina muris. IVV. 6, 225 regna *viri femina* relinquit -atque domos (TAC. hist. 4, 11, 1 d. hortosque. CLAVD. 18, 60 d. varias). SVET. Vesp. 6, 4 -are hiberna legionum et Germanicas transferre in Orientem. APVL. apol. 16, 3 ubi et cur laeva cum dexteris -entur *in speculis.* PAVL. dig. 1, 9, 11 AVIEN. Arat. 1255. EPIST. pontif. 937 (Conc.ˢ IV 2) p. 152, 25 viginti aut amplius carceres -asse (*cf. p. 147, 11* mutavi, *Mansi 7, 205ᴬ ἤμειψα*).

D *in commutanda rerum possessione, dominio:* **1** *strictius in commercio vel rebus pecuniariis*: **a** *-antur merces cum pecunia*: **α** *exempla quaelibet*: CIC. Rab. Post. 40 -ta aliquando pecunia est ..., auditae visaeque merces (*cf. Klodt, 1992, 164 ad l.*). PLIN. nat. 31, 94 singulis milibus nummum -antibus congios fere binos *gari.* IVLIAN. dig. 23, 4,21 ut dos, quae in pecunia numerata esset, -retur et transferatur in corpora (MOD. dig. 23, 3, 26 ex pecunia in rem ⌞aut ex re in pecuniam⌟ [*compilatoribus tribuit Mommsen coll. l. 69*]). PAPIN. dig. 31, 71 quod inde comparatum est, vice -ti dominii restitueretur. **β** *c. abl. vel gen.* (*fere indicatur pretium dandum, sed certe sumendum p. 1579, 3. 4; abl.* modiis *potius res emptas significat l. 75*): VAL. MAX. 7, 6, 6 tanta ... commeatus penuria incessit, uti VI milibus denariis singula vasa olei frumentique modiis toti-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dem mancipia -rentur (PLIN. nat. 12, 99 *serichatum* -atur in libras ℥ VI [*sim.* 12, 110. 12, 126]. 19, 20 quaternis d. scripula eius *lini* -ta quondam ut auri. 33, 79). PLIN. nat. 6, 198. 9, 171 *Hirrius murenas* -are ... pretio noluit aliave merce (35, 62 *artifex opera sua* nullo p. satis digno -ari posse *dixit. cf.* HOR. epist. *sub 2*). 13, 92. 14, 57 Viennenses soli picata *vina* ... pluris -are creduntur.

b *-atur pecunia ipsa*: **α** *cum syngrapha sim.*: CIC. Att. 5, 15, 2 illud, quod tecum -vi (-multavi *vel* -multa vi *codd. plerique; cf. 5, 13, 2* permutationis eius, quam tecum feci). 11, 24, 3. 12, 24, 1 quaero, quod illi opus erit Athenis, -arine possit an ipsi ferendum sit ([*si ita interpungendum*]. *item Cic. filio pecunia suppeditatur Athenas*: 12, 27, 2. 15, 15, 4 ut -etur ⌞Athenas⌟, quod *eqs.* [⌞ ⌟ *cf. Shackleton Bailey, 1967, 263 ad l.*]. 16, 1, 5 quo plus -asti quam *eqs.*). **β** *cum pecunia*: CIC. fam. 2, 17, 7 ut cum quaestu populi pecunia -retur (*sc. cum nummis peregrinis, v. Shackleton Bailey ad l.*; com- *var. l.*). PLIN. nat. 33, 45 *nummorum pondere mutato* denarium XVI assibus -ari *eqs.*

b *de rebus* (*cf. IIB1*): **α** *variis* (*incorp. praeter l. 74. p. 1588, 8*): Catvll. 27, 6 hinc abite, lymphae, vini -s. Cic. off. 3, 62 illa -s, quod alios bonos, alios sapientes existimant (Amm. 26, 6, 8 *cuiusdam* intolerantiae haec ... -s accedebat, q. *eqs.*). Ps. Sall. rep. 1, 7, 3 *pecunia* maxuma omnium -s est (Epist. Syner. [Pap. Oxyrh. XLIV 3208] 5 nimia bonitas -s homin⟨i⟩bus est vel m. *cf.* Calp. decl. 11 divitiae inconstantium animorum [in] summa -s). Sen. benef. 5, 12, 6 animus scaevus, quidquid illi commiseris, id onus suum et -em ... facit. Adnot. Fronto p. 166, 24 virtutibus ceteris iracundia venenum ac -s fuit. Apvl. met. 8, 3, 2 *Thrasyllus impellitur* ad hoc ipsum, quod non potest, contentiosa -e (*i. contentione perniciosa*). Marcell. chron. II p. 62, 389, 2 grando ... cecidit, pecudum arborumque -s. *al.* **β** *morbis, venenis sim.* (*cf.* Gloss.^{L} III Abol. pe 78 morbus. *in imagine l. 11. 17*): Catvll. 76, 20 *di*, eripite hanc pestem -emque mihi (*i. amorem, cf. 25* morbum). Colvm. 1, 5, 3 *aqua caelestis* etiam venenati liquoris eluit -em. 6, 17, 6 *malagma morsui* impositum -em commovet. *al.* Plin. nat. 18, 3 flumina inficimus ... ipsumque, quo vivitur, in -em vertimus (Arnob. nat. 7, 42 *Iuppiter pestilentia* venenatam in -em aëris haustus vertit). Apvl. met. 10, 26, 6 -em caecam *potionis* ... medullae penitus adtraxerant. Chiron 175 humor amarus, morborum -s (*in imag.*: Aster. ad Renat. l. 456 [*de avaritia*] huius ... morbi gravis et molesta -s vitiis omnibus subiacet). Consvlt. Zacch. 1, 13, 5 *si* ferro -s occulta resecatur. Ps. Diosc. herb. fem. 12 l. 18 eadem *herba* etiam -em dentium et gingivarum purgat. *al.*

2 *de statu periculoso*: Plavt. Bacch. 827 quanto in periclo et quanta in -e siet *filius tuus.*

II *cum colore christiano*: **A** *spectat ad actionem perdendi vel eventum pereundi* (*pleraque pertinent ad salutem peccando amissam, damnationem aeternam*): Iren. 2, 31, 2 *magici* facientes ea, quae faciunt, ... in -em et in errorem *hominum* (*-s infertur a falsis doctoribus sim. ut*: Cypr. epist. 43, 2, 2 se et ad lapsorum -em ... deceptione verterunt *presbyteri quidam.* Optat. 1, 12 p. 14, 13 *haeretici* in -em miserorum ... venena mortifera vomuerunt. Avg. epist. 173, 1 cum tam multos nostros ad -em traxeritis. *al.*). 4, 33, 7 schismatis -s (gr. *βλάβη. sim. respicitur disciplina vel unitas ecclesiae corrupta*: Cypr. laps. 15 malum fallens et blanda -s [*sc. communicatio lapsorum*]. Conc. Carth. a. 397 p. 34 l. 21 *causae ecclesiasticae* ad -em plebium saepe veterescunt. *al.*). Nicet. vigil. 3 l. 10 in bono ... opere confundi peccatum est, sicut in male faciendo non confundi -s est. Avg. civ. 14, 20 p. 44, 20 id, quod ... in communem -em perpetratum est (*sc. peccato originali; cf.* Boeth. c. Eut. 8, 52 *in hoc statu sunt* mors et peccatum ... omniaque in -em prona). epist. 204, 1 *cum haeretici* sua -e terrendos nos putant, non dubitant nos timere, ne pereant. *al.*

B *metonymice de perniciosis*: **1** *rebus* (*sc. haeresibus, peccatis sim.; accedit gen. explic. l. 41 sqq.*): Cypr. unit. eccl. 16 surgere ac pullulare plus coepit haereticae perversitatis et schismatum venenata -s (Capreol. epist. 2, 1 Nestorianae haereseos novam infandamque -em). Avg. epist. 105, 10 *Donatistae* a -e furoris et animositatis suae non recesserunt. in psalm. 96, 11 l. 38 *daemonibus est* insita malevolentia quaedam et -s nocendi. Edict. Hunir. Vict. Vit. 3, 10 *ut* si qui forte in hac -e permanerent, ... exilio multarentur (*cf. 11* in eadem superstitione). Evgipp. Sev. 36, 1 *tres monachos* superbiae foeditate respersos ... increpatos durare in -e (-em *var. l.*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 50, 2 nihil a[d] -e[m] deterius in peccatis (*gr. I 1, 5 p. 133, 14 ἀπονοίας, quod respondet etiam* Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 147, 34 *Iudaeorum* -ae et vesaniae aemulatores [*vers. Tur.* arrogationis et sceleris]. *al.; ceterum cf.* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 8, 18 cum fiducia docent atque -e). *al.* **2** *animantibus*: Prvd. ham. 151 ipse suam ... -em veneratur homo, colit ipse cruentum carnificem (*i. diabolum, cf. 155* qui mala ... genuit, deus esse putatur). c. Symm. 1 praef. 73 (*Symmachus comparatur serpenti sec. act. 28, 3*) palpavit nimius -em tepor, seps insueta subit ... vibrare sagax eloquii caput.

appendicula syntactica et stilistica: **1** *accedunt additamenta indicantia*: **a** *cui -s inferatur: gen. passim inde a* Plavto, *pron. poss. e. g. p. 1585, 7. 73. adi.*: Plavt. Most. 3 erilis. Ter. Ad. 188 communis (Cic. inv. 1, 5 Avg. civ. 14, 20 p. 44, 20). Sen. clem. 1, 1, 1 alienam (epist. 81, 22 Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 171, 21). 1, 25, 3 privata (Arnob. nat. 1, 65). benef. 7, 19, 7 publicam (7, 20, 1 Tac. ann. 12, 41, 3. *al.*). nat. 6, 32, 7 mutuam (Qvint. inst. 12, 1, 2 Tac. hist. 3, 33, 1. *al.*). *al.* **b** *unde -s oriatur: gen. l. 30. p. 1585, 39. 1586, 7 (cf. p. 1587, 56. 1588, 40), praepos.* ex *p. 1585, 20 (cf.* Cod. Theod. 16, 5, 4 eadem erit ex utroque -s, *sc. confiscatio), adi. l. 7. 14.*

2 *epitheta selecta* (*v. etiam sub 1*): Svlla hist. 20 summam (Mela 3, 62. *al.*). Cic. off. 2, 9 maior (3, 72 Liv. 21, 35, 1. 24, 9, 6 magna. Sen. Med. 670. *al.*). Sen. clem. 1, 7, 1 ultima (Evtr. 2, 21, 4). epist. 103, 2 subita (*cf.* Tac. hist. 3, 39, 1 maturam. Apvl. met. 10, 5, 2 repentina. Amm. 24, 4, 30 abruptam [26, 10, 10]). Colvm. 6, 14, 1 gravis (7, 5, 19 Aster. ad Renat. l. 456). 7, 5, 18 non minima (Plin. nat. 8, 27 haud minore. *al.*).

3 *iuncturae verbales potiores* (*c. praepos. v. supra sub IA2*): **a** *cum* esse: -s est: *c. inf. l. 34 et* Evseb. Emes. serm. 18, 11 *scitis* quanta -s sit consuetudinis sustinere recessum. *c. enunt. secund. p. 1585, 30, cf.*

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod *explic. iuxta subst. p. 1587, 74. c. praepos.* in *c. abl. p. 1585, 8 sq. 29.* -ei est: NEP. Thras. 2, 2 Chabr. 4, 2. **b** *-em parare sim.*: ENN. scaen. 271 dabo (ARNOB. nat. 1, 4). SISENNA hist. 128 *inferre* (*al., v. vol. VII 1, 1384, 69 sqq. 1386, 37. cf.* CIC. off. 2, 9 afferri [COLVM. 1, 5, 8. *al.* PLIN. nat. 28, 120 TAC. ann. 1, 79, 1. *al.*]. HOR. sat. 1, 4, 130 ferunt [LIV. 23, 9, 5 TAC. hist. 3, 39, 1 BOETH. cons. 1, 4, 6]). CIC. Catil. 1, 5 *moliri* (*al., v. vol. VIII 1358, 84*). 2, 1 comparabitur (AVSON. 463, 2 p. 402. *cf.* PHAEDR. 2, 4, 6 paratur).

deriv.: perniciabilis, pernicialis, perniciosus; *cf.* pernicio.

perniciō, -ōnis *f., vox a* pernicies *sec.* internecio *formata (ita Bulhart, Arch. Lat. Med. Aevi 24, 1959, 9) potius scribis medii aevi quam ipsis auctoribus tribuenda est; falso trad.* AMM. 29, 5, 41 (*cod. V,* pernicies *fere tricies in eodem cod.*); *in var. l. vix probanda* IVL. VAL. 3, 4 CASSIOD. hist. 12, 5, 6, *ceterum saepius in codd. pro* pernio, *v. sub illa voce.*

perniciōsus (permitiosus), -a, -um. *a* pernicies (permities). *de origine v. sub* pernitor. *traditur* -mit- TAC. ann. 4, 18, 1. 12, 22, 2 (*cf. sub* pernicies), *ceterum codd. saepius praebent* -nit-, *e. g. cod. S* COLVM. *ubique.* NOT. Tir. 53, 19 -us. *compar. et superl. saepius inde a* CIC., *cf.* LACT. inst. 1, 9, 5 magis ... -a. PETR. CHRYS. serm. 27, 1 -issimus nimis. ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 918 magis -issimae. *de notione*: SYNON. Cic. p. 429, 27 inpulsor ... malus civis. -us. 430, 9 inmane ... periculosum. exitiosum. pestiferum. -um. ominosum. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 946 subdolus. 947 invidus et nequa⟨m⟩. II Abav. PE 82a malitiosus, temerarius. III Abstr. PE 59 qui dat operam, ut perdat aliquem. 75 -um: valde nocivum. GLOSS. *ὀλέθριος.* -a: nimis copiosa (*?*). *legitur in oratione prosa inde a* RHET. Her., *frequentant* CIC., CELS. (*vicies, subst. ter tantum*), SEN. *philos., aetate posteriore* AMM., AVG.; *in poesi singulis locis apud* HOR., MART., IVV., SER. med. *al., bis apud* OV. [*e coni.*: LIV. 2, 30, 1 utique Larci ⟨-am⟩ putabant sententiam, quae *eqs.* (*Luterbacher in schedis, Watt, Class. Quart. 39, 1989, 416; alii locum aliter emendant*). SEN. dial. 1, 4, 10 -issima felicitatis intemperantia est (*Wölfflin*, pericul- *trad.*).]

i. q. plenus perniciei, perniciem adferens, damnosus (*plus valet quam* periculosus *p. 1590, 58 et* AVG. serm. 23, 5 [*iuxta pos. p. 1590, 28. 69 et* AVG. civ. 22, 24 p. 612, 23. *al.*], *minus quam* exitiabilis *p. 1590, 44* [*iuxta pos. l. 52, cf.* GLOSS.^{L} Corp. P 279]. *iuxta pos. e. g.* exitiosus AVG. serm. 23, 5, noxius AVG. gen. c. Manich. 1, 16, 25 in psalm. 9, 10. *al.; opp.* salutaris CIC. Phil. 2, 15 leg. 1, 44. *et saepius,* saluber CYPR. laps. 34 AVG. civ. 11, 22 p. 490, 29 Ps. AVG. quaest. test. 99, 1, bonus EVSEB. EMES. serm. 6, 14. 7, 16, utilis RHET. Her. 2, 14, 22 CIC. de orat. 3, 224. *al.*): **I** *de rebus*: **A** *quae perniciem inferunt*: **1** *usu vario*: **a** *iuxta subst. vel pron.*: **α** *nude ponitur*: Ⓘ *de quibuslibet rebus*: RHET. Her. 2, 14, 22 rem -am utili praeponi (CIC. prov. 45 -issimae ⌞res⌟ ... iure latae videbuntur [leges *Lambinus*]. nat. deor. 3, 63. off. 1, 85 [*de seditione sim., cf.* AMM. 28, 3, 4 ad res -as ... et novas]. LIV. 2, 28, 2 SEN. benef. 1, 4, 6 DECL. in Catil. 9. HIL. in Matth. 33, 3 [*i. peccata*]. AMM. 15, 5, 38. *al.*). CIC. Cluent. 4 in hac calamitosa fama quasi in aliqua -issima flamma. leg. agr. 1, 19. 1, 26 nefariorum civium -a consilia (LIV. 6, 19, 3 M. Manlii. VELL. 2, 3, 2 SEN. benef. 6, 8, 1 APVL. met. 5, 6, 6). Flacc. 25 ne quod -um exemplum prodatur (LIV. 25, 4, 7 AMM. 14, 1, 9). Pis. 10 -is legibus ... rem publicam *vexare* (Phil. 2, 72. or. frg. A 7, 17 [*opp.* egregiam]. ad Q. fr. 2, 5, 3 CAES. civ. 1, 7, 5 LIV. perioch. 79, 1. VELL. 2, 18, 6 -as et exitiabiles. *al.*). ad Q. fr. 3, 7, 1 exitum iudicii foedum et -um (TAC. hist. 1, 83, 2. *cf.* Ps. AVR. VICT. orig. 23, 5 contentionis ... exitium). *et saepius.* BRVT. Cic. ad Brut. 24, 1 commendas nostram salutem illi, quae morte qua non -ior? LIV. 2, 27, 13 quod multo -ius erat (QVINT. inst. 12, 6, 2 ubique -issimum. FLOR. epit. 4, 3, 2. *al.*). FEST. p. 372 *Romanos* vincere -um arbitrium Sabinis. SEN. nat. 6, 21, 2 longe -ior est inclinatio *terrae* concussione (*cf.* epist. 91, 1 terrarum ... motus). *al.* CVRT. 8, 5, 6 -a adulatio (TERT. apol. 34, 3 CYPR. testim. 3, 115 tit.). QVINT. inst. 5, 9, 13 -issimae mentis multisque malo futurae. *al.* SVET. rhet. 25, 8 *quaedam* vitae instituta ... tum utilia ..., tum -a ... ostendere. DECL. in Catil. 110 facinus. GELL. 12, 1, 18 *infantem* -o contagio infici et spiritum ducere ... ex ... *nutricis* animo deterrimo. APVL. met. 5, 24, 5 tam -i magisterii dabunt ... poenas. SOL. 2, 53 *Marius* -am ... Rodani navigationem temperavit. FILASTR. 29, 2 haereseos institutorem -ae (HIER. epist. 134, 1, 3). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 185, 30 falsae scientiae dogmata -a (AVG. catech. rud. 8, 8). AVG. serm. 164, 4 (*ad Gal. 6, 5*) -as sarcinas vestris umeris alligatis (*i. peccata*). *al.* (*saepius apud* AVG.). Ⓘⓘ *de vitiis, virtutibus nec non de statu hominum, civitatum* (*daemonum* TERT., *stellarum p. 1590, 9*): CIC. S. Rosc. 36 hominum eius modi -am atque intolerandam potentiam. rep. 1, 44 quae genera *rerum publicarum* ... habent -a alia vitia (SEN. dial. 3, 5, 3 ferum ac -um. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 129. *al.*). 2, 43 *haec forma civitatis* in -issimam partem facillime decidit (*sc. in regnum ut* 2, 47 rei publicae genus ... pronum ad -issimum statum [*antea*: in deterrimum conversum]). 2, 65 genera civitatum tria probabilia, -a autem tribus illis totidem contraria. Lael. 83 in iis -us est error, qui existimant libidinum ... patere in amicitia licentiam (AVG. c. Cresc. 1, 4, 6 in -issimo errore persistens. *al.*). SALL. Iug. 1, 4 -a lubidine paulisper usus (3, 4. DECL. in Catil. 74 ambitionis. PAVL. sent. 5, 4, 5 -ae libidines. AVR. VICT. Caes. 24, 11). SEN. dial. 3, 9, 3 *ira* (5, 30, 3). epist. 56, 10 avaritiam ... et ambitionem et cetera mala mentis humanae tunc -issima ... esse, cum *eqs.* (FRONTO p. 54, 8 invidia -um inter homines malum. CYPR. zel. 3 m. tam -um, *sc. zelus. al.*). *al.* TAC. hist. 1, 21, 2 ubi -ior sit quies quam temeritas (AVG. gen. ad litt. 12, 14 p. 399, 8). APVL. flor. 10, 2 *potestas* -a Saturni (FIRM. math. 2, 13, 6 *stellarum* malitiosa vel -a p.). Plat. 2, 27 p. 261 mores -os et disciplinas corrumpentes. TERT. anim. 1, 5 vim ... -issimam *daemonum.* FILASTR. 73, 3 (*de haeresi*) vitiorum -a damnatio. CLAVD. DON. Aen. 4, 310 p. 397, 10 obstinatione. PRVD. ham. 386 voluptas (AVG. serm. 275, 1 [*opp.* fructuosissimam]. *al.*). *al.* Ⓘⓘⓘ *de bello, discordia sim.* (*de ipsis armis* SEN., *v. etiam l. 29. 30. p. 1589, 44*): CIC. har. resp. 50 *Clodium* iacentem -is optimatium discordiis excitari. Phil. 2, 53 causam -issimi belli (Att. 8, 11^{d}, 6 AVR. VICT. Caes. 39, 37 EVTR. 5, 3, 1). div. 1, 97 quibus portentis magna populo Romano bella -aeque seditiones denuntiabantur (BELL. Alex. 65, 1. LIV. 40, 35, 7 *milites* in -am ... s. exarsuri. VAL. MAX. 4, 4, 2 -a seditione dividua civitas. FRONTIN. strat. 1, 9, 2. 2, 5, 18). HIRT. Gall. 8, 11, 1 oppugnari castra ... sine dimicatione -a *non posse.* LIV. 2, 40, 13 haud minus -o quam pertinaci certamine *exercitus confecti.* PAVL. FEST. p. 33 -a dissensio (CYPR. epist. 44, 3, 2 -a d. et concertatione deposita). SEN. nat. 5, 18, 14 -a gentium arma (gerentibus *Schultess, ut spectet ad β*). VEG. mil. 3, 25, 5 -a clades. *al.*

β *accedunt determinationes indicantes*: Ⓘ *cui quid -um sit* (*sc. dat., raro praepos. [v. l. 41, cf. l. 7. p. 1591, 37]. cf. similia sub b et IIB1*): CIC. Verr. I 1 opinio -a rei publicae vobisque periculosa (dom. 114 consilia. Phil. 2, 19 arma. or. frg. A 7, 18 exemplum. 7, 21 legem [VAL. MAX. 9, 5, 1 AMPEL. 18, 14]. VELL. 1, 9, 3 pugnam. QVINT. inst. 2, 16, 4 -a non singulis tantum, sed rebus etiam publicis usi eloquentia. *cf. p. 1591, 1*). Catil. 1, 24 quam *aquilam legionis* tibi ac tuis omnibus confido -am ac funestam futuram. rep. 2, 8 ad luxuriam invitamenta -a civitatibus (SEN. contr. 1, 5, 8 morem -issimum civitati introduci, ut *eqs.* QVINT. decl. 264, 8). *al.* HOR. sat. 2, 7, 104 obsequium ventris mihi -ius est cur? OV. trist. 5, 1, 68 *nulli* scripta fuerunt nostra nisi auctori -a suo. LIV. 7, 16, 8 *si leges in castris ferre liceret, quidlibet* quamvis -um populo ... ferri posse. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 *Alcibiadis* nescio utrum bona an vitia patriae -iora fuerint. SEN. epist. 74, 4 invidia, -um optimis telum. *al.* TAC. ann. 4, 18, 1 amicitia Germanici -a utrique (*i. Silio et Sabino*). 12, 22, 2 -a in rem publicam consilia (*item accedit* in *c. acc.*: FRG. Vat. 36 a quo *tutore* aliquid in fortunas suas -issimum proficisci minime *decebat.* AVG. serm. 216, 6 furor *diaboli* ... et in se -us ostenditur). EVTR. 9, 7 *Licinii Gallienique* imperium Romano nomini -um et paene exitiabile fuit. *al.* Ⓘⓘ *quo pernicies spectet* (*cf. IIB2*): CIC. de orat. 3, 224 ad vocem optinendam nihil est utilius quam crebra mutatio, nihil -ius quam effusa sine intermissione contentio. CYPR. epist. 9, 1, 2 -a res est ad sequentium lapsum ruina praepositi. 52, 1, 1 Novati novas et -as ad impugnandam Christi ecclesiam machinas.

b -um (est) *cum struct. verbalibus* (*additur dat. l. 52. 61. al.*): **α** (*acc. c.*) *inf.* (*v. etiam p. 1591, 34. 40. al.*): CIC. inv. 2, 36 iniquum esse et optimo cuique -issimum non vitam honeste actam ... prodesse. Verr. II 3, 225. ad Brut. 23, 10 sceleris poenam praetermittere ... in hoc bello -um puto. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 2 si -um sciret esse loqui de hac re. VAL. MAX. 9, 1 ext. 1 ut nescias ab hostibusne ⟨an⟩ ab illis *vitiis* capi -ius habendum sit. QVINT. decl. 313, 7 interpretari legem et ad ingenia utriusque converti. AVG. civ. 3, 24 p. 136, 3 vetustam iniquitatem audere convellere periculosissimum, immo vero ... -issimum fuit. PROSP. carm. de ingrat. 194 leges contemnere. *al.* **β** *enunt. secund.*: CIC. S. Rosc. 120 necesse est sciant *servi* aliquid, quod si dixerint, -um vobis futurum sit (div. 1, 100 si lacus *Albanus*... ad mare profluxisset, -um populo Romano *fore.* Att. 11, 9, 2. NEP. Ages. 6, 2 -issimum fore ..., si *eqs.*). CYPR. epist. 19, 2, 3 inreligiosum est et ipsis quoque festinantibus -um, ut ... quidam de lapsis confessores ipsos praevenire ... festinent (COD. Iust. 4, 19, 7 [*a. 262*] exemplo -um est, ut ... credatur *eqs.*).

c *neutr. pro subst.* (*saepius plur. quam sing.; v. etiam l. 42. p. 1591, 26; acc. int. vergit in vim adv. imprimis l. 68. p. 1591, 6 sq.*): CIC. Att. 11, 6, 6 *Fannius* -a loquebatur de mansione tua. PLANC. Cic. fam. 10, 8, 2 quicquam ... -um concupiscere. SALL. Iug. 1, 5 *homines* multa ... periculosa ⌞ac -a⌟ petunt ([*trad.* Aug. epist. 153, 22, *om. codd. Sall.*]. IVV. 10, 54 supervacua aut -a). VELL. 2, 7, 7 in legibus Gracchi inter -issima numeraverim, quod *eqs.* 2, 125, 4 *Drusus* ancipitia sibi ⟨maluit⟩ timere quam exemplo -a. SEN. dial. 3, 7, 2 facilius est excludere -a quam regere. epist. 85, 12. 121, 20 aequalis est illis *animalibus* a -o fuga. *ibid.* quomodo omne animal -a intellegere conatur? CYPR. idol. 6 magis inde est ad -a vel ludicra potentatus *dae-*

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

monum. AVR. VICT. Caes. 32, 4 prudentes -um rei publicae cecinere. AMM. 28, 6, 26. AMBR. hex. 3, 9, 38 cum utilibus etiam letalia et -a generantur (*sim.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 4, 2 [*gr. τὰ δηλητήρια*]). AVG. conf. 1, 18, 29 quasi *quisquam* ... quemlibet inimicum hominem -ius sentiat quam ipsum odium (nupt. et concup. 2, 23, 38 *Pelagiani* de nuptiarum fructu ipsis Manicheis convincuntur -iora sentire). BOETH. cons. 2, 1, 12 *fortunam* -a ludentem. *al.*

2 *de eis quae valetudinem afficiunt* (*sc. hominum vel animalium, plantarum l. 11 et* PLIN. nat. 17, 222): **a** *de morbis, vitiis sim.*: CIC. Tusc. 3, 5 morbi -iores pluresque sunt animi quam corporis (PLIN. nat. 17, 216 *m. arborum* silvestrium ... -os negant esse [*gr. Theophr. hist. plant. 4, 14, 1 νοσήματα ..., ὑφ' ὧν ἀναιροῦνται*]. 28, 101. VEG. mil. 3, 2, 12). LIV. 4, 52, 3 pestilentia coorta, minacior tamen quam -ior. 25, 31, 15 victoribus victisque pariter -a fames instabat. CELS. 3, 23, 7 -us umor (COLVM. 7, 7, 3). 7, 7, 8[B] *palpebrae* -i pili. 8, 2, 6 longe -issimum est *vitium*, quod in osse pectoris est (PLIN. nat. 20, 251 intestinorum ... -a vitia). *al.* SEN. dial. 12, 2, 2 quaecumque usque eo -a sunt, ut contra remedium convaluerint. COLVM. 6, 13, 3. 11, 3, 38 ulcera (MARCELL. med. 34, 6). SCRIB. LARG. capp. 116 inflatio intestinorum -a. PLIN. nat. 20, 229 eadem *folia* ... quamlibet -ae tussi ... medentur (CHIRON 833). APVL. apol. 50, 4 -a ... dulcedo. SER. med. 737 sunt alii ... tumores non minus horrendi, sed non ita -i. AMM. 25, 1, 13 vulnera -a. *al.* *?fem. pro subst.* (*sc. passio, aegritudo*): CHIRON 156 ex quo -a oritur a febribus veteribus causis ex errore veterinariorum (*si sic legendum; aliter Niedermann, 1910*). **b** *de aliis rebus*: SALL. Iug. 89, 5 natura serpentium ... -a (PLIN. nat. 17, 222 pruinae). CELS. 1 prooem. 35 *medicinam* aliorum salute, aliorum interitu -a discernentem a salutaribus. 1, 3, 6 ex labore sudanti frigida potio -issima est. 1, 3, 17 sunt eae *purgationes* -ae, si *eqs.* 1, 3, 34 venus tum, *i. hieme*, non aeque -a est. 5, 26, 6 -issimus autumnus est. SEN. dial. 12, 1, 2 in morbis ... nihil est -ius quam immatura medicina. PLIN. nat. 11, 282 acervatio saporum pestifera et condimento -ior. 18, 335 tanto -ior sepentrio⟨ne⟩ est *aquilo* (*item de ventis*: HIPPOCR. vict. 2 l. 28 [*gr. 2, 37, 3 νοσεροί*]. 29 [*gr. 2, 37, 4 νούσους ποιέουσιν*]. 81 [*gr. 2, 38, 5 βλάπτει*]). 28, 247 *talem hominem parturienti* supervenire -um est. *al.* VEG. mil. 3, 2, 5 nec -is vel palustribus aquis utatur exercitus. CONSVLT. Zacch. 1, 25, 14 aerem -ior halitus saepe corrumpit et ... efficit pestilentem. HIPPOCR. vict. 2 l. 33 regio (*gr. 2, 37, 4 νοσερόν*). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 216 est ... hoc -issimum in cardiacis, ... ventris fluorem commovere. *al.*

B *quae perniciem indicant*: **1** *de signis morborum* (*sc. indicatur periculum mortis*): CELS. 2, 8, 34 durum fieri iecur -issimum est (*Hippocr. aphor. 6, 42 πονηρόν*). 2, 8, 43 alvus nigra ... -a est (*Hippocr. aphor. 4, 21 κάκιστα*). CAEL. AVR. acut. 2, 32, 169 -um ... signum est involuntaria lacrimatio. 2, 36, 189 in statu *passionis* ... criticus magis sudor ostenditur, in initio ... -us (2, 36, 190). 3, 17, 142 ventum per podicem redditum sine odore taetro -um fore, at si fuerit odoris taetri, salutem promittere. chron. 4, 8, 113 *lumbricos emissos* mortuos ... esse melius ac salutare, vivos vero ... -um. ORIBAS. syn. 6, 4, 6 La p. 98 *urina* talis (*gr. ὀλέθριον, Aa p. 7, 24* pessimam). **2** *de aliis*: PHYSIOGN. 37 quanto ... oculi magis arridere videbuntur, sicci dumtaxat, tanto erunt magis -i; si vero ... sint humidi, innocentem ... animum ... addicunt.

II *de animantibus* (*de deis p. 1592, 2, animalibus l. 56. 64. 67 sq. al.; addidimus res pro personas positas l. 60 sq. 72, prosopop. l. 54. 66*):
A *nude ponitur* (*pro subst. l. 69. 71 et* DIFF. ed. Beck p. 85, 4 [ed. Brugnoli 221]): CIC. inv. 1, 2 dominatrix animi cupiditas ... viribus corporis abutebatur, -issimis satellitibus (FILASTR. 49, 5). Cluent. 41 omnes *Oppianicum* ut aliquam immanem ac -am bestiam ... fugiebant. Catil. 1, 3 acrioribus suppliciis civem -um quam acerbissimum hostem *coercere* (1, 28. Sest. 139 audaces et malos et -os. Mil. 82 [*iuxta pos.* sceleratum, *ut* Phil. 8, 16 *de Clodio*]. Phil. 1, 22 turbulenti, ... seditiosi, ... -i. PLIN. nat. 18, 18 FLOR. epit. 1, 26, 6. *cf. p. 1592, l. 4*). 1, 12 tuorum comitum magna et -a sentina rei publicae. dom. 133 (*ad Clodium*) o nefanda et -a labes civitatis. *al.* SALL. Iug. 46, 8 *Iugurtha* pacem an bellum gerens -ior esset, in incerto *erat* (*cf.* LIV. perioch. 80, 9 utrum *Marius* bello melior an pace -ior fuerit). CELS. 5, 27, 10 *serpentes* -issimae sunt, cum incubant. CIL XI 4170 (*a. 32*) sublato hoste -issimo (SEN. nat. 2, 59, 5. QVINT. inst. 2, 2, 10 *licentia laudandi est* studiorum -issima h. PETR. CHRYS. serm. 27, 1). SEN. dial. 5, 3, 2 non sine pernicie sua -us. *al.* COLVM. 7, 6, 4 cornuti *capri* fere -i sunt. PLIN. nat. 29, 136 (*de milipeda*). MART. 7, 87, 5 -us ichneumon. QVINT. inst. 6, 1, 12 si contra impotentem ..., -um suscepta causa est. 8, 3, 75. APVL. apol. 85, 9 *puer* cum venia -us est. FILASTR. 84, 1 Gnosticorum ... particulam -issimam. AMM. 29, 5, 3 ut -us et contumax condemnatus. BOETH. cons. 2, 5, 18 *famuli vitiosi* -a domus sarcina. *al.*

B *accedunt determinationes indicantes*: **1** *cui quis -us sit* (*sc. dat., raro praepos.* [*v.* SEN. dial., HERM., AVG.]; *cf. p. 1590, 26*): CIC. inv. 1, 1 *qui omissis ceteris* studiis ... consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is ... -us patriae civis alitur (prov. 24 *de Clodio*). OV. trist. 2, 14 (*de Musis*) numina cultori -a suo. SEN. contr. 1, 7, 13 non debere ali hominem -um rei publicae (VELL. 2, 47, 5 quo *Clodio* nemo -ior r. p. ... vixerat. QVINT. inst. 10, 5, 13 civem. COD. Theod. 12, 14, 1 genus *irenarcharum*). SEN. dial. 2, 7, 2 mali tam bonis -i quam inter se. *al.* PLIN. nat. 28, 114 *chamaeleonem* salutarem esse parturientibus, si sit domi; si vero inferatur, -issimum. QVINT. inst. 3, 7, 21 -am ceteris gentem. HERM. Pal. mand. 2, 2 eris ... contra fratrem tuum -us (*cf. gr. ἔξεις κατά κτλ.*). AVG. serm. 23 A, 2 in nos -i erimus. *al.* **2** *quo pernicies spectet* (*cf. p. 1590, 44 sqq.*): LACT. opif. 20, 2 *philosophi* sunt ad turbandam veritatem -i et graves. AVG. conf. 13, 21, 31 *estote* serpentes boni, non -i ad nocendum, sed astuti ad cavendum.

adv. ※**perniciōsē.** *compar.* -ius *apud* CIC., ARNOB. *al., superl.* -issime *inde ab* AVG. (*decies*), *cf.* AVG. in psalm. 50, 24 valde -e. [*e coni. dubia* FRG. Vat. 280 (*trad.* pernicie).] *fere i. q. modo pernicioso, periculose, male* (*syn. l. 38. 40, iuxta pos. l. 27; respicitur status periculosus maxime l. 28. 34 et sub 2, alibi fere describitur modus actionis eiusve effectus vel eventus; ad indicationem gradus vergit maxime l. 30. 32. 34. 35*): **1** *pertinet ad verba*: CIC. leg. 2,13 multa -e, multa pestifere sciscuntur in populis. 3, 32 -ius de re publica merentur vitiosi principes. PLIN. nat. 17, 178 *vitis non putata* -e luxuriat nec ampliat se, sed egerit. VLP. dig. 26, 10, 3, 5 si ... aut sordide egit vel -e pupillo *tutor.* PAVL. dig. 45, 1, 91, 3 (*e Celso*) in quo genere ... -e ... erratur (AVG. in psalm. 147, 16 l. 7 [*disting.* multum]. *al.; cf.* AVG. doctr. christ. 1, 86 *qui e sacris scripturis* talem ... sententiam duxerit, ut ... aedificandae caritati sit utilis, nec tamen *recte intellexerit* ..., non -e fallitur [nat. et grat. 34, 39 spir. et litt. 2, 3]). CYPR. epist. 2, 2, 2 *homines* male ac -e in saeculo saginatos. ARNOB. nat. 1, 49 scimus ... -ius alios *aegrotos* sese habere coepisse, postquam *eqs.* (AVG. c. Parm. 2, 13, 28 aliud est non h., aliud -e h., aliud salubriter h. *al.*). PS. AVR. VICT. epit. 13, 12 eo tempore multo -ius quam sub Nerva Tiberis inundavit. EVTR. 9, 8, 1 imperium primum feliciter ..., ad ultimum -e gessit. AMM. 19, 6, 11 quidam -e, pars leviter vulnerati. AVG. in Gal. 25, 1 *Iudaei* merita sua ... ceteris gentibus tanto -ius quanto arrogantius praeferebant. in psalm. 68, serm. 2, 5 l. 42 -e febrientes phrenetici. trin. 1, 1, 2 unde -ius et inanius evanescunt, qui *eqs.* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 6 nullo -ius malo ... laboramus *quam falsa iustitia.* MACR. Sat. 7, 12, 22 *cur cibis calidis* alvus non -e uritur? MARCELL. med. 27, 128 intestina quamvis -e rupta (28, 49). SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 438 'ut male urat': ut -e lacerat. *al.* (*saepe apud* AVG.). *verbo subaudiendo*: CIC. off. 2, 73 -e ... Philippus in tribunatu (*sc. egit sim.; postea*: male). Att. 14, 13, 6 quam ... -e (*sc. scripsit*).
2 *pertinet ad adi.*: CIC. leg. 3, 26 causam nec perniciosam et ... valde popularem ... -e populari civi non relinquere. AMM. 19, 2, 9 saucii -e cadebant (31, 13, 12). AVG. bapt. 1, 2, 3 *qui in schismate baptizari mavult,* perversus et iniquus est et tanto -ius quanto scientius.

compos.: perperniciosus. *Delhey.*

※**pernīcitās,** -ātis *f.* *a* pernix. NOT. Tir. 83, 71. *de notione*: ISID. orig. 10, 211 -s pedum est ..., sicut celeritas pinnarum est (*cf. l. 61 sqq.*). SYNON. Cic. p. 449, 8 velocitas. -s. celeritas. levitas. facilitas. agilitas. GLOSS. velocitas. temeritas, velocitas. conatio vel malitia (*ad illud interpretamentum cf. p. 1596, 38, huic subest confusio c.* pernicies, *v. p. 1584, 48*). *al.* *legitur in versibus apud* PLAVT. *et* PHAEDR., *in oratione soluta inde a* CIC. [*confunditur in codd. c.* pertinacitas VAL. MAX. 2, 4, 4 CONSTANTIVS vita Germ. 18 ISID. orig. 12, 1, 29, perennitas PS. QVINT. decl. 10, 17, perniciositas CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 14, 2.]

i. q. pernicis qualitas, natura (*respicitur imprimis velocitas [cf. iuxta pos. l. 64 sq. 71. al.], potius agilitas, mobilitas e. g. l. 65 sq. 68. p. 1593, 22. 37; -s plerumque cursu apparet, saltu l. 73, volatu p. 1593, 24. 28, natatu l. 72; accedit praepos.* ad *l. 73*): **1** *animantium eorumve partium*: **a** *hominum (interdum fabulosorum) vel deorum*: **α** *-s tribuitur corpori*: PLAVT. Men. 756 -s deserit: consitus sum senectute. frg. inc. 56, 4 quantum valet tuorum pedum -s (LIV. 9, 16, 13 *Papirio Cursori* praecipua p. -s inerat, quae cognomen etiam dedit. 22, 59, 10. TAC. Germ. 46, 2 *Veneti* ped[it]um usu ac -e gaudent [*si gen. ἀπὸ κοινοῦ*]. CONSTANTIVS vita Germ. 18. *cf. p. 1593, 16. 28*). CIC. Tusc. 5, 45 (*inter virtutes corporis*) -em et velocitatem. CAES. civ. 3, 84, 3 electis ad -em armis (*cf.* AMM. 31, 2, 8 *Hunni* ad -em sunt leves et repentini). LIV. 33, 32, 1 *Isthmiis* certamina ... artium viriumque et -is visuntur (*cf.* IVST. 43, 2, 8 certamina et vires et -em auxere). VAL. MAX. 2, 4, 4 *ludii Tusci* decora -s ... Romanorum oculos permulsit. SEN. epist. 85, 4 (*de laude Camillae Aen. 7, 808 sqq.*) haec est -s per se aestimata, non, quae tardissimorum conlatione laudatur. CVRT. 7, 7, 33 *in equitatu Bactriano* equorum velocitati par est hominum -s. 9, 1, 18 paucis -s saluti fuit: qui ⟨ubi⟩ ... paludem transnavere *eqs.* PLIN. nat. 6, 200 -e evasisse. 7, 23 hominum genus ... singulis cruribus, mirae -is ad saltum (*de Monocolis ut*: GELL. 9, 4, 9 *homines* vivacissimae -is). 7, 30 homines ... -is eximiae. 8, 26 *Trogodyta elephantum capit* cuncta praeceleri -e

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peragens. FRONTO p. 139, 9 Achillei ... -em (*cf. Hom. A 58 al. πόδας ὠκύς*). APVL. met. 4, 13, 4 (*in apparatu ludorum*) venatores ... probatae -is. flor. 16, 24 vos mihi ... non tantum clauditatem dempsistis, verum etiam -em addidistis. SOL. 1, 96 (*de cursoribus; syn.* velocitatis). 56, 9 Trogodytae tanta -e pollent, ut feras ... cursu pedum adsequantur (*Plin. nat. 6, 176* mirae velocitatis). IVST. 44, 4, 8 conversatione *cervae* nutricis eximia puero *exposito* -s fuit (*postea*: velocitate). *al.* **β** *-s tribuitur animo*: Ps. QVINT. decl. 10, 17 animam ... flammei vigoris impetum -emque non ex nostro igne sumentem, sed *eqs.* APVL. mund. praef. p. 287 cogitationum nostrarum ... -s. POTAM. subst. 1 circumeundi -e deposita, qua vibratu animi per ambitum prophetiae ... velocitate pendenti rapidus exercebar. IVLIAN. in Am. 9, 9 non effusa -e grassabitur *indignatio dei*, sed quasi cauta manu. SALV. eccl. 1, 45 si fieri ... -e paenitudinis potest, tam velox sit remedium resurgentis *peccatoris*, ut *eqs.*

b *animalium*: PLAVT. Men. 867 agite, equi, ... cursu celeri facite inflexa sit pedum -s (*cf.* SEN. dial. 10, 18, 4 quorum *equorum nobilium* generosam -em quis umquam gravi sarcina pressit? [TAC. hist. 1, 79, 2. *al.* FRONTO p. 19, 13. *al.*]. APVL. flor. 21, 4 equum ... vivacis -is, id est ... ire rapidum. CLAVD. DON. Aen. 5, 675 p. 501, 20). PHAEDR. 1, 9, 4 ubi -s nota ... illa est? (*sc. leporis, cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 7, 1 p. 354^{D} -s lepori *est* [*Migne gr. 44, 141*^{A} *τὸ τάχος*]). PLIN. nat. 7, 4 alia *animalia* -em usurpare, alia praepetes volatus, alia nare. 8, 214 sunt ibices -is mirandae. 11, 111 *formicis Indicis* tanta -s feritasque est. Ps. QVINT. decl. 13, 12 nescimus, qua -e ... vix contactis floribus revolet *apis*? APVL. met. 8, 16, 3 (*loq. asinus*) illa -s non erat alacritatis meae, sed formidinis indicium. SOL. 20, 4 visontes ... ultra tauros -e. LACT. opif. 2, 3 ut ... inbecilliora *animalia* subtrahant se periculis -e fugiendi. SERV. auct. Aen. 4, 180 supervacuum ... est alas habenti pedum -s. EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 16 *volatilium* -em (*gr. τοῦ τάχους*). *al.*

2 *rerum; spectat ad*: **a** *motum localem earum*: **α** *quae ab homine moventur vel efficiuntur*: PLIN. nat. 13, 29 *palmae quaedam* faciles ad scandendum orientis se populis praebent, vitilem sibi arborique indutis circulum mira -e cum homine subeuntem. TAC. ann. 3, 20, 1 *dux Numidarum* bellum ... renovat ... populationibus ... ob -em inultis. **β** *quae natura veloces sunt*: APVL. mund. 9 p. 309 grandinare ... dicimus, cum aqua ... ad -em incitata ... humum verberat (*gr. 394b3 ταχυτέραν*). 15 p. 322 ignes -e sui claricantes (*cf. gr. 395a19 τὸ ... τάχιστον*). Plat. 1, 7 p. 196 *aer* levitate et -e post ignem secundus *est* (*antea*: celeritas, velocitatis). Socr. 2 p. 120 *stellae vagae* una semper et aequabili -e tunc progressus, tunc vero regressus ... adsimulant.

*?***b** *incrementum actionis*: GREG. TVR. Franc. 4, 47 ut bellum civili (civile *var. l.*) in maiore -e (-em *var. l.*) crescerit (cresceret *var. l.*), eos *episcopos* audire peccatis facientibus *noluerunt reges* (*an intellegas 'perniciem', sc. simili confusione ac p. 1592, 50?*).

pernīciter *v.* pernix.

[pernifer *falso trad.* ANTH. 176, 6 *pro* pennifer.] *Dubielzig.*

perniger, -a, -um. *a* per *et* niger. *i. q. valde niger*: PLAVT. Poen. 1113 (*de muliere Punica*) *est* ore atque oculis -is.

pernigro, -āre. *a* per *et* nigrare. *i. q. funditus nigrare*: PETR. CHRYS. serm. 155bis, 2 (*de idolorum pompa Kalendis Ianuariis producta*) talium deorum facies ut -ari possint, carbo deficit. *Arias.*

pernimius, -a, -um. *a* per *et* nimius. [TER. Andr. 455 *v. sub* perparce.] *i. q. admodum nimius: acc. sing. neutr.* -um *pro adv.* (*auget compar.* OPTAT.): TER. Ad. 393 nimium inter vos ... ac ... -um interest; tu ... nihil nisi sapientia es, ille somnium. PAPIN. dig. 48, 3, 2, 1 haec interpretatio perdura, -um severa est (*iuxta adi. ut*: OPTAT. app. 1 p. 187, 24 codicem ... -um maiorem). *usu vario*: VAL. CEM. hom. 7, 1 unum est sane et -um ..., in quo sibi ... possit ... homo gloriari, hoc est refectio pauperum *eqs.* PAVL. PETRIC. Mart. 5, 827 *Martinus sensit* durae, iam laeso iudice, causae -um ... onus. *Breimeier.*

⁂**pernio,** -ōnis *m.* *a* perna. *de origine*: CASS. FEL. 10 p. 18, 1 Latini -es a pernicie patientium locorum partium nomen accepisse dixerunt *eqs.* *scribitur in codd. med. aevi* perin- GALEN. alfab. 149 (de lenticula; cod. Paris. *ut* 230 [de rapa] *bis*). ORIBAS. syn. 7, 45 tit. La p. 187; perl- PLIN. nat. 35, 189; permo- DIOSC. 2, 157 p. 240, 12. 4, 84 p. 47, 9 GLOSS. III 207, 31; pernicio-, pernitio- PLIN. nat. 22, 71. 28, 137. 35, 189 GARG. MART. med. 7. 10; perniobus GARG. MART. 10; pren- PLIN. nat. 20, 18; pregmo- THEOD. PRISC. eup. faen. 87 tit. 87 Ps. THEOD. PRISC. add. p. 294, 8. *al.*; pregn(i)o- THEOD. PRISC. eup. faen. 87. DIOSC. 1, 73 p. 39, 20. GALEN. alfab. 230 (de rapa) cod. Lucc. (*bis*); pr(a)egnatio- THEOD. PRISC. eup. faen. ind. capp. XXXII. *sing. non nisi* GALEN. alfab. 230 (de rapa) cod. Lucc. ad -em. GLOSS. II 477, 13. 589, 36 *et in falsis var. ll., e. g.* PLAC. med. 3, 3 rec. *β*. *plur.* -es *excipitur per pron.* quae *p. 1594, 15.* GLOSS. *χίμετλον. χιμέτλαι.* chimeda (*lege* -cla [*pro* -t(h)la]). articulorum dolor vel digitorum. GLOSS.^{L} II Philox. PE 194 -es: *χε⟨ί⟩μετλα.* 198 -o: *σάρκι-*

vov ὑποίδημα (*restit. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 18 adn. 1*; perna: ... *ὑπόδεμα trad.*). *legitur inde a* SCRIB. LARGO, PLIN. nat. *apud medicos.* [*it. vet.* pernione, *lig.* brignún; *sard.* pirindzone; *var. francog.; var. cat. cf. M.-L. 6420. Wagner II 275. Wartburg VIII 256 sq. St.*]

vitium vel ulcus cutis effectum frigore (*cf.* SCRIB. LARG. ind. capp. 219 emplastrum ... ad combusta et exulcerata ex frigore, quae -es vocantur. *-es afferuntur saepius iuxta alia vitia cutis variarum partium, e. g. ambusta, ignem sacrum* [*c. quo confunditur* GLOSS. II 589, 36], *rimas [nota l. 35]; afficiuntur pedes l. 17. 22 [cf. l. 14. 19], manus vel digiti l. 15. p. 1593, 75; gr. respondet χ(ε)ίμετλα, sed falso redditur gr. ῥαγάς l. 35*): **1** *in capitulorum titulis sim.: c. praepos.* ad (*cf. l. 18. 24 sqq.; pendet e nomine* SCRIB. LARG.): SCRIB. LARG. 219 emplastrum ... ad combusta et -es (ind. capp. 220 ad -es, ad combusta et ulcera [*220* ad ulcera ex frigore vel per se facta]). PLAC. med. 3, 3 rec. *α* ad -es vel si pedes laesi fuerint. 29, 21 rec. *β* ad -es (quae in pedibus vel in manibus nascuntur *add. cod. unus*). Ps. APVL. herb. tit. morb. l. 191. ORIBAS. syn. 7, 45 tit. Aa p. 187 ⌞ad cymethlas, id est -es⌟, quod in calcaneo fiunt (*sim.* La p. 187). *al.* *dat.* (*pendet e nomine* MARCELL.): PLIN. med. 2, 25 tit. -bus et vitiis pedum (ad -es vel vitia *var. l.*). MARCELL. med. 34 cap. -bus et ruptis pedibus ... remedia physica *eqs.* de: THEOD. PRISC. eup. faen. 87 tit. de -bus prurientibus. eup. faen. ind. capp. XXXII. **2** *vario usu*: PLIN. nat. 20, 18 -es fervens impositum sanat *rapum* (22, 153 fovendo. 32, 65 -es pedum. *al.* MARCELL. med. 34, 25). 22, 35 *urticam* utilissimam ... parotidibus, -bus (23, 74). 22, 71 *medicus quidam* ad -es decocta ex oleo *radice asphodeli usus est* (PLAC. med. 6, 4 rec. *α* hoc et ad -es facit [29, 21 rec. *β* stercus ad -es ... f. inpositum]. GALEN. alfab. 149 [de lenticula] ad ignem sacrum et -es ... imponito. 230 [de rapa] ad -es optimum fomentum est). 22, 143 *lens imponitur* -bus, ulceribus difficile cicatricem trahentibus (*al.* GARG. MART. med. 7 MARCELL. med. 34, 14 Ps. APVL. herb. app. 43 l. 2. *al., cf.* MARCELL. med. 34, 84 *medicamentum* superpones -bus iam erumpentibus). 23, 123 *fici siccae prosunt* -bus cum cera *eqs.* (MARCELL. med. 34, 15 THEOD. PRISC. eup. faen. 87. DIOSC. 2, 93 p. 216, 24 podagricis et -bus). 26, 100 -bus *medetur aliquid* (28, 137 sincera axungia m. ambustis vel nive, -bus autem cum hordei cinere *eqs.* MARCELL. med. 34, 16. DIOSC. 2, 157 p. 240, 12 [*gr. 2, 171 πρὸς δὲ ῥαγάδας*]. *al.*). *al.* GARG. MART. med. 7 qui *-es* adhuc aestuant. 45 -bus ex ea *planta* ... praesidium est. MARCELL. med. 34, 20 dentes caballini tunsi ulceribus -um, si sunt tumidi, utiliter curant (Ps. THEOD. PRISC. add. p. 294, 8 DIOSC. 4, 84 p. 47, 9. GALEN. alfab. 230 [de rapa] cod. Lucc.). 34, 23 *hoc medicamento* dolores -um peruncti mitiscunt (*cf.* 34, 25 peruncti -es sanantur). DIOSC. 2, 150 p. 236, 13 elixatura *plantae* ... fomento adhibita -bus salutare est. CASS. FEL. 10 p. 18, 15 ulceratis -bus. *al.*

deriv.: perniunculus; *cf.* pernium.

perniteo, -ēre. *a* per *et* nitere. *i. q. magnopere nitere*: MELA 3, 88 *in Aethiopia* est lacus, quo perfusa corpora quasi uncta -ent (*cf. Herodot. 3, 23, 2 λιπαρώτεροι ἐγίνοντο. Sol. 30, 11* nitescunt).

pernitidus, -a, -um. *a* per *et* nitidus. *i. q. valde nitidus*: GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 20 *Britannia irrigua est* fontibus lucidis ... -isque rivis (*explicat* GLOSS.^{L} Corp. P 373 -is: valde nitidis).

pernītor, -nītī. *a* per *et* niti. *non nisi in veriloquiis*: **1** *i. q. perseverando niti: v. p. 1596, 36 sqq.* **2** *i. q. ad perdendum niti*: GLOSS.^{L} V Abba PE 113 perniciosus: dictus ⌞a -endo⌟ (a perdendo *var. l.*), qui dat operam ad perdendum aliquem; ideo et pernicies dicitur.

pernium, (-ī) *n.* *a* perna, *cf.* pernio. *i. q. pernio*: GLOSS. II 476, 15 *χείμεθλον*: -um. 477, 13 *χίμετλον*: -um, pernio.

perniunculus, -ī *m.* *a* pernio *deminutive.* *i. q. parvus pernio*: PLIN. nat. 26, 106 cyclaminos decocta in aqua -os curat omniaque alia frigoris vitia, -os et cotydelon cum axungia, *eqs.* *Mueller.*

⁂**pernīx,** -īcis *adi.* [*inter vocabula latina potissimum c.* perna *conferendum, ut* PLAVT. *p. 1593, 16 spectet ad usum originarium, p. 1596, 47 ad recentiorem. sed ratio formarum intercedens inter* pernix *et* perna *nondum explicata est. alias opiniones v. apud Walde-Hofmann II 290. Fo.*] *de origine v. infra sub II.* *fort. scribitur* pernis *p. 1595, 1.* NOT. Tir. 83, 70. *de formis: abl. sing.* -e LVCR. 2, 635 (*sed* -i 5, 559. *al.*). *compar.* -ior *inde a* GERM.; *cf.* magis -x MELA 3, 40. *superl.* -issimus *inde a* LIV.; *cf.* maxime -x PLIN. nat. 8, 66. *de mensura*: -e- *brevem testatur* SACERD. gramm. VI 451, 5, -i- *longam* PRISC. gramm. II 323, 8. *de notione: v. infra sub II, adde* SYNON. Cic. p. 431, 18 impiger. agilis. velox. navus. vegetus. sollers. celer. -x. citus. festinans. properans. p. 438, 19 praeceps. praecupidus. praerapidus. praecox. -x. praematurus *eqs.* GLOSS. *ὠκύπους, ἀκρότονος. ὀξὺς ὁ ταχύς. γοργός.* agilis, velox, celer. velox vel percitus. -bus: celerissimis, velocibus. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ACC., LVCIL., LVCR., *in oratione soluta inde a* LIV.; *frequentant* GERM., SIL., ENNOD. [*confunditur in codd. c.* pernox VERG. *p. 1600, 14*, pernicies MAX. TAVR. 67, 2 (*restit.* DRAC. Orest. 838; *cf.* APVL. met. 5, 21, 2). *in tit. dubiae lectio-*

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nis CIL IV 10093c (*graphio scriptum*) Drusus pernis est (Brutus canis est *temptat Solin, Gnomon 45, 1973, 275 sq.*).]

I *notione sollemni fere i. q. celer, velox* (*iuxta* velox *l. 44. 50. p. 1596, 16 [cf. etiam l. 34. 66. p. 1596, 2. al.]. praeter l. 40 sq. dicitur in bonam vel neutram partem; saepius ponitur c. colore agilitatis, e. g. l. 34 sqq. 51 sq. 70, cf.* SCHOL. Hor. epod. 2, 42 agilis, ut: ... [*affert* VERG. *infra l. 63*]; *alios colores v. sub A1b. opp.* tardus *p. 1596, 4*, gravis *l. 55* [*cf. etiam l. 50*], segnis *p. 1596, 21. indicatur finis per inf. l. 41, praepos.* ad *c. gerund. l. 59, cf. enunt. secund. l. 30 [breviloquentia quadam]; accedit abl. respectus l. 13. 24. 30. 34*): **A** *de animantibus eorumve partibus vel coetibus* (*praedicative ponitur cum respectu singularum actionum e. g. l. 18. 24. 25. 31*): **1** *de hominibus, animo, deis*: **a** *proprie respicitur motus corporis*: **α** *de quibuslibet*: PLAVT. Mil. 630 (*loq. senex*) -x sum ⌞manibus, pedibus⌟ mobilis (pedibus, manibus *Guyet*). Pseud. 1175 strenue ... iisti. :: quamvis -x hic est homo: ubi suram aspicias *eqs.* LVCIL. 296 gracila est, -x, ... puero similis (*de puella ut*: CATVLL. 2a, 2 *Atalantae* puellae -i [MART. CAP. 9, 916 (vers.) *Syrinx* -x ... p. Panos]). 740 fuimus -es. VERG. georg. 3, 93 coniugis adventu -x Saturnus *in equi formam mutatus* (SERV. -x ... ad equum refertur; nam Saturni stella tardissima est). CVLEX 119 *Diana* -x ... diva. HOR. epod. 2, 42 -is ... Apuli ([SCHOL. celeris, velocis, impigri. *cf. autem p. 1596, 36*]. *item de populis*: GRATT. 120 -x Lucania [*i. Lucani*]. PLIN. nat. 7, 29 *Pandas* esse -es. SIL. 4, 375 Maurus. 8, 605 Ligus [*item* AVIEN. ora 196 *e coni.*]. 15, 413 volucri Mauro -ior Astur. AVIEN. orb. terr. 324 trux Garamas, pedibus -x. 946). VAL. FL. 1, 92 -x ... ad carum Tritonia devolat Argum. 1, 489 -x venator *insidens equo*. SIL. 1, 167 famulus ... -x ... irrumpit in aulam. STAT. Theb. 4, 312 fugit silvas -ior alite vento (*de Atalanta ut* CATVLL. *supra et* SIDON. carm. 5, 170 -x ... virago. *cf. l. 67 infra*). TAC. hist. 2, 13, 1 *a militibus* capi *non* poterant *agrestes*, -x genus. APVL. Socr. 23 p. 175 (*inter laudes ineptas*) -x est. ITIN. Alex. 6 *Alexander erat* -x cursu, quo vellet. CLAVD. DON. Aen. 7, 805 p. 108, 14 (*de Camilla*) tantum -x, ut cursu praeverteret ventos. PRVD. perist. 5, 211 *martyr* ipsos ... -x gaudio poenae ministros praevenit. *al.* *in tesseris lusoriis*: INSCR. Dessau 8625, 17 XVII: -x (*v. adn.*). **β** *de militibus, pugnantibus* (*cf. infra l. 69*): VELL. 2, 34, 1 *tot* milibus iuvenum ... velocitate -bus (*cf.* CVRT. 7, 11, 7 *tot* -issimos iuvenes *montem ascensuros* [*postea*: praestantes et levitate corporum et ardore animorum]). SIL. 3, 545 Alpina ... manus ... -x. 12, 524 *Poeni* legunt -bus arva maniplis. AMM. 18, 5, 3 virorum -ium (19, 5, 2 v. fortium et -ium). *al.*

b *transfertur ad qualitatem animi*: **α** *de eis, qui prompti sunt ad actionem* (*huc vergunt supra l. 18. 20*): HOR. ars 165 iuvenis ... amata relinquere -x. **β** *de eis, qui alacriter, acriter agunt*: ENNOD. epist. 1, 1, 5 p. 3, 1 vicinis calcibus -x insecutor adurges *Olybrium oratorem*. 1, 16, 6 p. 28, 15 si desideriis meis ... -x te scrutator interseris *eqs.* MVTIAN. Chrysost. hom. 22 p. 375 *gratia spiritus sancti mens nostra* efficitur velox et -x (*gr. p. 159 ὀξύς. cf.* GREG. M. moral. 2, 78 *animus* -x summa penetrabat [pernixum, pertinax *var. ll.*]).

2 *de animalibus* (*cf. etiam sub B3*): SEN. Herc. f. 222 Maenali -x fera (*sc. cerva Arcas*) ... deprensa cursu *est* (PLIN. nat. 8, 72 leucrocotam, -issimam feram ..., clunibus cervinis). dial. 6, 18, 7 *maritima* animalia, quaedam gravia et alieno se magisterio moventia, quaedam velocia et concitatis -iora remigiis (PLIN. nat. 7, 24 satyri, ... -issimum a., iam quadripedes, iam recte currentes ...; propter velocitatem ... non capiuntur. *subst. subaud.*: CLAVD. 24, 321 non volucri fugiunt -ia cursu). COLVM. 3, 9, 5 -issimarum quadrigarum (SYMM. or. 1, 4). 7, 12, 8 pecuarius canis neque tam ... -x debet esse quam *venaticus* ..., nec tam ... gravis quam *eqs.* (*cf.* SIL. 3, 294 -x ... venator ... Lacon). MELA 3, 43 tigres ..., genus ... usque eo -x, ut illis longe ... praegressum equitem consequi ... facile sit. PLIN. nat. 8, 66 equo quam maxime -i (FLOR. epit. 1, 3, 8. HIER. in Hab. 1, 6 l. 175 equi ... et equites ... tam -es ad persequendum ..., ut pardos superent. *al.; cf. l. 18. p. 1596, 10*). 11, 249 genua et cubita contraria ... ursis et simiarum generi, ob id minime -bus. SOL. 49, 9. *al.*

3 *de corpore vel membris* (*v. etiam sub B3; hic illic in imagine*): VERG. Aen. 4, 180 Terra *Famam* ... progenuit pedibus celerem et -bus alis (STAT. Theb. 3, 471 *avium auspicia praebentium*. FRONTO p. 129, 10 columbae. APVL. met. 6, 22, 1 *Cupidinis*. PETRON. BONON. serm. l. 26 *virtutis. al.*). 11, 718 *Camilla* -bus ignea plantis transit equum cursu ([SERV. velocibus]. PS. SIL. 8, 189. CE 343, 1 [*saec. III*] *Atalante* -bus ignea p. ZENO 1, 44, 1 stabilis cursor ... -bus p. sua recalcans ... vestigia dies salutaris *paschae* advenit). LIV. 28, 20, 3 *Afri* levium corporum homines et multa exercitatione -ium ... *rupem* scandunt (44, 34, 3 corpus ut quam validissimum et -issimum habeat *miles*). DARES 12 Hectorem ... -bus membris *fuisse*. *al.*

B *de rebus*: **1** *de variis* (*maxime incorporeis*): ACC. trag. 421 -i orbificor liberorum leto. SEN. epist. 108, 27 temporis -issimi celeritatem. MELA 3, 40 Araxes ... quanto angustior, tanto magis -x (*opp.* placidus. *item de flumine*: CLAVD. 5, 113 retro -ior unda Garunnae). PLIN. nat. 19, 69 *cucurbitarum crescentium* velocitas -x (IVST. 44, 2, 5 *Hispanorum*). SIL. 15, 401 -x victoria. STAT. Theb. 9, 33 fama ..., solito -ior index, cum lugenda refert. TAC. hist. 2, 6, 1 -bus (precibus *trad.*) ... nuntiis et tarda mole ... belli (3, 40, 1. SYMM. or. 1, 17 [*nisi de hominibus*]. ENNOD. opusc. 1, 64 p. 278, 19. *cf.* PROSP. in psalm. 103, 3 l. 78 *ventis* pernic[ios]ior est annuntiatio veritatis [*cf. Aug. in psalm. 103, serm. 1, 12 l. 20* velocius]). APVL. flor. 10, 2 *planetarum* potestates: ... Veneris voluptifica, -x Mercuri (*an notione causativa?*). CYPR. GALL. deut. 174 -x supplicium. ENNOD. carm. 1, 9, 104 celer ignis Olympi, ... -x cursus imitatus equorum. epist. 2, 13, 4 p. 53, 18 -x ... arundo (*i. sagitta*). opusc. 2, 33 p. 298, 2 -x decisio. **2** *de eis, quae motum localem vel temporalem describunt*: LVCR. 2, 635 -e chorea *Curetum puerorum*. 5, 559 saltu -i tollere corpus (GERM. 580 aliis *sideribus* -x s., maiore trahuntur mole alia. PLIN. nat. 9, 154 cauponarum ... aestiva animalia, -i molesta s. ENNOD. epist. 8, 5, 6 p. 204, 20 -bus sum verborum s. elocutus). SIL. 2, 248 *custos* -i velox cursu rapit incita membra (15, 209. ZENO 1, 16, 1 anni. 1, 33, 1 *diei. cf.* PS. CYPR. Iud. incred. 9 documentum repentini ac -is occursus [perenni(ci)s *trad.*]). APVL. met. 5, 21, 2 *sorores Psyches* ilico -i se fuga propiunt (7, 24, 5). Socr. 10 p. 143 *nubes* umectiores humilius meant ... tractu segniore; sudis vero sublimior cursus e⟨s⟩t ... volatu -iore (EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 3 *avium* [*gr. πτερὸν ὀξύ*]. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 150, 15 acriore ... nisu et v. -iore transcende ... in tertium caelum). ENNOD. dict. 18, 7 p. 477, 22 *parricida* -i ictu eripuit vitam lucis auctori.

3 *de sideribus* (*cf. l. 8. 14; ad rem cf. Le Bœuffle, Astronomie – Astrologie, 1987, 27*): GERM. 227 quanto graviore ... axem actu torquet *Vrsa*, tanto -ior ... properat *Aries* ([*cf. gr. 225 θοώτατοι ... κέλευθοι*]. 703). 332 *Orion* -i ... pede lucet. 392 Sagittiferi ... -ia crura (675 *Orionis*). 610 -x Lepus. AVIEN. Arat. 286 *Virgo* -bus alis ... vestigia *vertit* (*eiusdem sideris* 349 caelum -bus intrat ... alis).

II *notione deflexa fere i. q. pertinax, perseverans* (*non nisi apud gramm. hanc notionem propter lectionem codd.* VERG. *p. 1600, 15 postulantes*): NON. p. 368, 16 sqq. -x significat celer (*affert* LVCIL. *p. 1595, 17,* VERG. *p. 1595, 18*) ...; -x, perseverans (*affert p. 1600, 14*). SERV. auct. georg. 3, 230 legunt et 'pernox', sed '-x' melius, id est pertinax. SERV. *ibid.* -x modo perseverans (*affert* HOR. *p. 1595, 20*) ...; ⌞-x autem perseverans a pernitendo tractum est⌟ (*sim.* SCHOL. Hor. epod. 17, 15. ISID. orig. 10, 211, *qui addit*: id est in conatibus perseverando; alii -em velocem intellegunt pedibus). Aen. 11, 718 -x interdum velox, interdum perseverans significat.

adv. ***pernīciter.** *compar.* -ius *inde a* PLIN.nat., *superl. deest.* GLOSS. -r: velociter. -ius: velocius. [*confunditur in codd. c.* pervicaciter AVG. gen. ad litt. 9, 8 p. 276, 15. *de* SERM. Corp. Vind. 21 p. 322, 15 = CAES. AREL. serm. 235, 6 *v. vol. VII 2, 1573, 44, de* SIDON. epist. 1, 7, 6 *p. 1472, 59 sqq.*]

1 *pertinet ad verba, fere i. q. celeriter, velociter, agiliter*: **a** *ad verba varia*: PLAVT. Amph. 1116 *Hercules infans* alterum *anguem* altera prehendit ... manu -r. APVL. met. 10, 35, 3 sex ... passuum milibus -r confectis. CYPR. ad Donat. 3 (*de regeneratione*) tanta conversio, ut repente ac -r exuatur, quod ... inolevit. RVFIN. hist. 10, 11 p. 975, 22 elevato iam -r murorum ambitu. CLAVD. 10, 131 (*Venus ad Amores*) -ius ... quaerite *Tritona*. AVG. anim. 4, 18, 27 p. 407, 5 *ut*, si plaga inruerit ignoranti *animae*, qua caro feriatur, se illa providenter -rque subducat. serm. 277A, 2 coll. Morin p. 244, 9 oret ... simpliciter, qui ... vult ... superare -r. SIDON. epist. 1, 3, 3 privilegio ... praefecturae ... antiquati honoris -r sarcire dispendium. 3, 7, 4 mandate -r, ... ut *eqs.* PASS. Fabii 8 carnifex ... -r ministerium crudelitatis exercuit. **b** *ad verba currendi, saliendi, volandi sim.* (*hic illic translate adhibita; cf.* APVL. *sub a*): CATVLL. 62, 8 *iuvenes* -r exsiluere (*cf.* LIV. 26, 4, 5 *de equo* desilire -r. PLIN. nat. 8, 214 *ibex* recussu -ius, quo libuit, exultat. *sim.* PAVL. PETRIC. Mart. 4, 206 -ius ... praecipiti cogunt iumenta erumpere saltu). MELA 1, 99 supervolantes ... aves, quamvis alte et -r ferantur (*sim.* PLIN. nat. 8, 36). APVL. met. 2, 6, 3 ad ... hospitium -r evolo (*cf.* MIRAC. Steph. 2, 2, 2 mater ... -r advolavit. VITA Caes. Arel. 1, 40 -r advolans adcurrit). 6, 10, 7 *formicae confecto opere* e conspectu -r abeunt. Socr. 21 p. 168 si velis -r currere, pedes curandi sunt (AVG. gen. ad litt. 9, 8 p. 276, 15 dum ... homines vitia devitant, ... in eorum contraria -r *currunt. cf.* SYMM. epist. 3, 23, 3 accurre -r). *al.*

*?***2** *pertinet ad adi.*: PASS. Montan. 22, 3 ut *imber* gentiles -r curiosos interventu pluviae refrenaret (*fort. sec. doctrinam gramm. supra l. 31 sqq. allatam pro* pertinaciter *positum, nisi aut cum Petitmengin hanc ipsam vocem conicere aut adv. ad verbum referre malis*).

deriv.: pernicitas.

pernōbilis, -e. *a* per *et* nobilis. *i. q. valde nobilis*: CIC. Verr. II 4, 127 epigramma graecum -e incisum est in basi *statuae*. AVR. VICT. Caes. 19, 2 genus ei -e (*sc. Didio Iuliano*; nobile *var. l.*). HIST. AVG. Alex. 41, 2 *imitatae sunt* uxorem eius matronae -es. *c. abl. causae*:

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MELA 2, 26 Sestos *oppidum* Leandri amore -e. HIST. AVG. Car. 20, 5 *vestes* tenuitate perlucidas, ... plumandi difficultate -es. *Dubielzig.*

pernoctanter *v. sub* pernocto.

pernoctātio, -ōnis *f.* *a* pernoctare. SYNON. Cic. p. 445, 18 vigiliae. excubiae. stationes. insomnium. inquietudo. -o. GLOSS. *παννυχισμός. διανυκτέρευσις.* vigiliae. *i. q. actio pernoctandi, quae peragitur: vigiliis quibuslibet*: PETR. CHRYS. serm. 24, 1 in castris miles ... supervenientes nocturnos impetus cauta -e propellit. *orationibus, ritibus sacris*: Ps. AMBR. epist. 1, 16 dum *parentes* sanctae Agnae assiduis -bus vigilarent ad sepulcrum eius. HIER. in Dan. 4, 10 l. 876 nos crebris -bus imitamur angelorum officia. epist. 107, 9, 2 vigiliarum dies et sollemnes -es. c. Vigil. 9 de vigiliis et -bus in basilicis martyrum saepe celebrandis (RVFIN. hist. 11, 33 *Theodosius* praeparatur ad bellum ... *non* tam excubiarum v. quam obsecrationum -e munitus. NICET. vigil. 9 l. 18 tunc erunt acceptabiles nostrae v., tunc -o salutaris, si *eqs.* CASSIAN. conl. 2, 16, 2). APON. 4, 40 (*inter aditus,* per quos intratur ad patrem) -o in oratione.

[*]pernocto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* nox; *ad formationem cf. e. g.* peragrare. *de origine*: PRISC. gramm. II 433, 22 a nocte '-o' (*sim.* EVTYCH. gramm. V 459, 4). *scribitur* -nuct- AMM. 14, 6, 25 (*cod. V*). NOT. Tir. 69, 6 (pr(a)e- *trad.*). *legitur inde a* PLAVTO (*v. sub II*), TER., CIC. [*it.* pernottare; *raet. occ.* pernotter; *cat.* pernuytar; *hisp. vet.* pernochar; *port.* pernoitar. *cf. M.-L. 6421. Battisti-Alessio IV 2861. Corominas*[2] *IV 234. Machado*[3] *IV 350. St.*] [*confunditur in codd. c.* pernot- CIC. dom. 80 NEP. Alc. 2, 2 HOMER. 703 POMPON. dig. 50, 16, 166, 1. *al., et c.* pernox (*cf. p. 1600, 9*).]

i. q. διανυκτερεύειν, παννυχίζειν (*item* GLOSS.): **I** *sine obi. fere i. q. totam per noctem morari alicubi, aliqua condicione* (*dicitur plerumque de eis, qui noctem agunt loco alieno [cf. l. 38 sq.] vel more non consueto, sive dormiunt sive vigilant [ita maxime sub A1d et A2]. indicatur locus saepe per praepos. vel adv., per abl. l. 59. 72, modus passim sub A2, ceterum e. g. l. 36. 41 sq. 51 sq. 59. 73*): **A** *de hominibus* (*de daemoniis l. 43, animalibus l. 62, re pro persona posita l. 73 et p. 1598, 2. 24*): **1** *usu vario; -ant*: **a** *quilibet, sc. varia vel indefinita ratione*: TER. Ad. 531 si hic, *non apud patrem*, -o, causae quid dicam *ei*? NEP. Alc. 2, 2 *commemoravit* se -asse cum Socrate (*cf. Plato symp. 219*[C] *κατεκείμην τὴν νύκτα ὅλην*). LIV. 27, 38, 5 iuniores iure iurando adacti supra dies triginta non -turos se extra moenia coloniae. POMPON. dig. 50, 16, 166, 1 '-are extra urbem' intellegendus est, qui nulla parte noctis in urbe est. AMM. 22, 8, 35 aiunt ... non sine discrimine vitae illic, *sc. in quadam insula sacra,* quemquam -are. 23, 3, 7 *Iulianus* sacrorum sollemnitate ... completa, somno per otium capto, exsultans -vit et laetus. CASSIAN. conl. 7, 32, 1 quosdam *spiritus* ... innocuis incubationibus hominum -are, alios *vexare homines.* PETR. CHRYS. serm. 82, 2 *Christo sepulto* mulieres -ant, vigilant, insomnes agunt. **b** *voluptati, licentiae dediti* (*huc vergunt* TER. *et* NEP. *sub a*): TER. Hec. 539 qui *coniux* meretricem amaret, qui -ret foris ([SCHOL. p. 146, 8 nocte foris cum meretrice esset]. COD. Iust. 5, 17, 8, 3 [*a. 449*] *licebit viro* repudiare iugalem ... adulteram ... aut ipso invito sine iusta ... causa f. scilicet -antem). CIC. Cluent. 37 cum esset adulescens apud mulierculam quandam atque ⌞ubi -rat,⌟ ibi diem posterum commoraretur (⌞ ⌟ ibi -ret et *legunt alii*). Tusc. 5, 100 *Platoni displicuit mos Syracusanus non* umquam -are solum (*sec. epist. 7, 326*[b] *κοιμώμενον μόνον νύκτωρ*). IVV. 14, 46 *a liberis arceantur* puellae lenonum et cantus -antis parasiti. FRONTO p. 232, 20 Venerem ... et Liberum multo maxime -antibus favere. HIST. AVG. trig. tyr. 23, 2 dissolutionem Gallieni -antis in publico. AVG. c. Petil. 2, 88, 195 p. 120, 19. **c** *necessitate quadam vel egestate coacti*: CIC. Verr. II 4, 25 senator ... in vestro oppido iacuit et -vit in publico. dom. 80 ⟨qui⟩ propter inopiam tecti in foro -asset. HIRT. Gall. 8, 15, 4 *cum non* -are aut diutius permanere sine periculo eodem loco possent (*in re militari ut*: SEN. dial. 1, 5, 3 in castris -are. TAC. ann. 1, 70, 4 sine utensilibus, sine igni. SVET. Aug. 17, 2 ut in nave victor -verit. Tib. 18, 2 saepe sine tentorio). VARRO rust. 2, 3, 6 foris cum est -andum *capris.* PETRON. 79, 6 in limine. SVET. Claud. 10, 3 inter excubias militum. Dom. 1, 2 ardente templo apud aedituum clam -vit. AMM. 14, 6, 25 in tabernis aliqui *pauperes urbis* -ant vinariis. COD. Theod. 9, 45, 4 pr. ne in ipso dei templo ... confugientem quemquam ... -are liceat (*gr. παννυχίζειν*). **d** *officio quodam fungentes, actionem peragere studentes*: CIC. Verr. II 5, 118 matres ... miserae -bant ad ostium carceris, quae ... orabant ..., ut filiorum suorum postremum spiritum ore *exciperent* (*inde p. 1600, 17 et* Ps. QVINT. decl. 6, 9 -bant ante ostium *eqs.*). Tusc. 2, 40 -ant venatores in nive in montibus (*cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 1, 25 studio venandi ... in silvis -are. IVST. 37, 2, 8 *Mithridates venandi studium fingens* diversis montium regionibus -bat). 5, 69 sapientis animum cum his habitantem -antemque curis. VARRO rust. 2, 10, 2 *pastores oportet* -are ad suum quemque gregem (*cf.* VET. LAT. Luc. 2, 8 [cod. 2] pastores ... erant in regione illa -antes [*gr. ἀγραυλοῦντες, cod. 4. al. et Vulg.* vigilantes]. *in imag.*: MAX. epist. p. 93 *in monasterii ovile* diligentium custodum vigiliae -antes nec feram sinant intrare nec furem). TAC. dial. 36, 3 *re publica perturbata* contiones magistratuum paene -antium in rostris. SVET. Cal. 14, 2 -antibus cunctis circa Palatium (*sc. principe aegroto sollicitis. cf.* AVG. serm. 309, 4 *cum* apud custodes esset *Cyprianus* atque ... *fidelium* multitudo ... pro foribus -ret). MARCELL. chron. II p. 98, 514, 2 *dux Scytha* -ans astu ingressus est *civitatem Moesiae.*

2 *in religione christiana -ant, qui in oratione, psallendo sim. pervigilant*: **a** *-at Iesus*: VET. LAT. Luc. 6, 12 (cod. 2, *sim. al. et* VVLG.) *in monte* erat -ans in oratione dei (*gr. διανυκτερεύων*). *huc spectant*: TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 456, 25 -at in oratione (AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 22 non ut sibi prodesset, sed ut nos doceret. NICET. vigil. 6 l. 22 [*v. p. 1600, 26*]. *al.; cf.* in orando: AVG. epist. 130, 19. in psalm. 85, 1 [*iungitur c. Luc. 22, 44*]). HIL. in psalm. 53, 6 p. 139, 9 qui solus potest orare -ans *eqs.* AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 18, 1 pro te rogans -bat, ut tu disceres *eqs. al.* **b** *-ant alii*: AMM. 28, 6, 27 qui festo die christiani ritus in ecclesia -bant. RVFIN. hist. 2, 17, 21 cum ⌞in ieiuniis -are⌟ ... consuevimus (*gr. ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν*). 7, 28 p. 954, 16 *Gregorius* fide plenus -asse in oratione dicitur (SVLP. SEV. epist. 3, 14 in orationibus et vigiliis. GREG. TVR. glor. mart. 15. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 30 in monte oliveti stans ... psallendo et orando -are consueverat [*gr. p. 130, 13 διετέλει*]). PETR. CHRYS. serm. 39, 3 (*de media nocte*) hoc tempus est, quod devotum et iuge -antis demonstrat indicium. *addendum vid. frg. hexametri* INSCR. christ. Diehl 1688, 3 -ans hymnis (*pro subi. suppletur* vita beata. *an subaudias* sanctorum chorus*?*).

B *de rebus*: **1** *quae ipsae quodammodo agunt*: CIC. Arch. 16 *haec* studia ... delectant domi, non impediunt foris, -ant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. OV. epist. 18, 217 (*Leander ad Hero*) interea pro me -et epistula tecum. AMM. 14, 1, 9 in urbe, ubi -antium luminum claritudo dierum solet imitari fulgorem. **2** *quae alicubi depositae sunt*: PLIN. nat. 28, 8 ubi homo occisus esset ..., siliginem, quae -asset, suum morbis *remedium dant.* VET. LAT. deut. 21, 23 (Hier. in Gal. 3, 14 p. 361[B]) non -bit cadaver ipsius *crucifixi* super lignum (*sec. Symm., cf. LXX ἐπικοιμηθήσεται, Vulg.* permanebit). PALLAD. 11, 10, 1 *olivam* in ... canistris esse patieris, ut -et cum salibus. VVLG. deut. 24, 12 non -bit apud te pignus, sed statim reddas ei *pauperi* ante solis occasum. DIOSC. 2, 57 p. 200, 24 (*additam. ed. princ.*) cum vino coquunt odorato *vitulinum adipem* et tunc detrahentes -are sinunt (pernatare *trad., corrigitur Arch. Lat. Med. Aevi 21, 1951, 247*).

II *cum obi., quod indicat: tempus transactum* (*in figura etym.*): PLAVT. Truc. 278 me ruri amplexari mavelim patulam bovem cumque ea noctem in stramentis -are perpetim (*cf. Aristoph. Nub. 1069 τὴν νύκτα παννυχίζειν*). *locum vigilando custoditum*: HOMER. 703 *Vlixes et Diomedes* iter horrendum loca -ta paventes carpebant (pernotata, per non nota *al. var. ll.*). *munus vigilando peractum*: RVFIN. Basil. hom. 2, 4 p. 1737[C] *post peccatum magnum opus est* intentis -tisque vigiliis (*Migne gr. 31, 205*[A] *συντόνου τῆς ἀγρυπνίας*).

part. praes. pro subst.: l. 23. p. 1597, 54.

adv. **pernoctanter.** *i. q. per totam noctem*: ARNOB. IVN. in psalm. 131 l. 44 (*angelus ad pastores*) custoditis gregem vigilanter, -r, ne ovem ... feritas luporum invadat. MAX. TAVR. 40, 1 ieiunavimus, sabbato *paschae* vigilias celebravimus, orationibus -r institimus.

deriv.: pernoctatio; *cf.* pernox. *Mueller.*

pernōmen, -inis *n.* *sec.* prae-, pronomen *fictum a* per *et* nomen. NOT. Tir. 21, 77 -n (*v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 61*).

pernōmino, -āvī, -āre. *a* per *et* nominare. *i. q. nominando percurrere*: EPIST. Austras. 8, 8 si -vero (*sc. patrem, filium, spiritum sanctum*), gradi esse videntur; cum patrem audis, nomine autem maior esse videtur.

pernōnida (-dēs*?*), -ae (*m.*). *vox more patronymicorum graecorum e* perna *iocose ficta adhibetur tamquam adi., ut sit i. q. e perna natus, effectus*: PLAVT. Men. 210 *ad prandium iube obsonari* glandionidam suillam, laridum -am, aut sincipitamenta porcina *eqs.* (-em *P; v. e. g. Gratwick, 1993, ad l.*). *Breimeier.*

pernōsco, -nōvī, -nōtum (*v. p. 1599, 39*), -nōscere. [*a* per *et* noscere; *cf. ind. vet.* pari-jñā *'penitus noscere'. Fo.*] *scribitur* per[co]gn- PLAVT. Truc. 152. *formae perf. breviores*: -oram PLAVT. Bacch. 276, -osti TER. Andr. 503 VERVS Fronto p. 113, 22, -osse SEV. MALAC. euang. 9, 129 (-osce *cod.*). GLOSS. *ἐπιγιγνώσκω. διαγινώσκω.* -imus: peragnoscimus. GLOSS.[L] I Ansil. PE 967 -emus: cognoscemus. *legitur inde a* PLAVTO (*septies, quos omnes locos spurios putat Zwierlein*), TER., CIC. [*confunditur in codd. c.* praenoscere *e. g.* COLVM. 6 praef. 3. PLIN. nat. 2, 44 (*etiam c.* pro-).]

i. q. penitus, perfecte noscere (*in stirpe perf. i. q. perfecte scire; spectat ad rem auditoribus lectoribusve penitus cognoscendam e. g. p. 1599, 6. 10. 13 sq. 20. 28 sqq., cf. explicationes p. 1599, 28 sq.; hic illic autem vis prae-*

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verbii parum elucet; accedunt adv. augentia e. g. l. 3. 8): **1** *intellegendo vel sensibus percipiendo*: **a** *c. obi. acc.*: PLAVT. Aul. 503 matronarum hic facta -vit probe. Bacch. 276 ingenium avidi haud -oram hospitis (Trin. 665 -vi ... i. tuom ingenuom admodum). Rud. 1181 *mater* magis ... signa -vit tua. Truc. 152 utrosque, *sc. pueros et meretrices,* -vi probe. Vid. 10 credo argumentum velle vos ⟨pern⟩os⟨cer⟩e. TER. Andr. 503 te noram ... :: non satis me -osti ..., qualis sim. CIC. Arat. 225 mundi -ere motum (de orat. 1, 17 omnes animorum motus ... penitus -endi *sunt*). fat. 10 hominum mores naturasque ex corpore ... -ere (HOR. sat. 2, 4, 63 duplicis -ere iuris naturam. PLIN. nat. 19, 189 vera ... cuiusque *herbae* n. non nisi medico effectu -i potest. 22, 109 n. rerum). LVCR. 1, 1114 haec sic -es (*cf. 1117* pervideas). COLVM. 1 praef. 11 agricolationem (*cf.* 6 praef. 3 tam pecorum quam agrorum cultum). 24 varias dissimillimasque terrarum species. 8, 5, 6 oportebit ... mores *gallinarum excudentium* ... maxime -i (*adde* CIC. fat. *supra*). PLIN. nat. 2, 44 quae in caelo -i potuerunt. SER. med. 224 medicam -ere curam. ARNOB. nat. 5, 32 rationes ... altas nec quas facile quivis possit ingenii vivacitate -ere. SYMM. epist. 7, 21 tantundem -ere rerum tuarum *cupio*. rel. 28, 2 ad -endum possessionis statum (*sc. inquirendo*). RVFIN. hist. 3, 6, 1 ex quo *libro* omnis ... luctuosa tragoedia *Iudaeorum* -atur. MACR. Sat. 1, 2, 6 (*loq. advocatus*) amicorum complures mihi causae ... -endae *erant*. BOETH. mus. 4, 7 p. 324, 12. *-it disciplina artis sim.*: BOETH. arithm. 1, 1, 4 illam *multitudinem* (*sc. duplum, sesqualterum sim.*) ... musici modulaminis temperamenta -unt. SEV. MALAC. euang. 9, 129 medicus ... -osse praetemptat membrorum positus.

b *c. struct. verbalibus*: α *enunt. interrog.* (*cf. l. 7*): PLAVT. Merc. 839 qui amici, qui infideles sint, ... -ere. TER. Andr. 25 rem cognoscite, ut -atis, ecquid spei sit relicuom (SCHOL. p. 79, 19 perspicue cognoscatis). Eun. 45 ut -atis, quid sibi Eunuchus velit (SCHOL. Bemb. plene noscatis). Ad. 12 -ite, furtumne factum existumetis an *eqs.* (*huc fort.* GLOSS.^{L} V Abba PE 117 -ite: tractate). BOETH. in herm. comm. sec. 5, 11 p. 371, 11 *Aristoteles* dat regulam, qua -amus, an, quae conposita dicuntur, eadem singillatim dici possint an minime. β *acc. c. inf.* (*cf. l. 42*): LVCR. 3, 181 id ita esse hinc ... -ere *potes*. DON. gramm. mai. 2, 12 p. 633, 15 quae *verba* inchoativa non esse temporum consideratione -imus (*item* DIOM. gramm. I 344, 15).

2 *patiendo, perferendo*: VERVS Fronto p. 113, 22 -osti ... graviora mala, quam ut magistrum doctis dictis consolari audeam.

p. p. p. pro adi. **pernōtus,** -a, -um (*nisi est compos. e* per *et* notus). *i. q. valde, bene notus*: CVRT. 9, 7, 16 pugil nobilis et ob eximiam virtutem ... regi -us et gratus. MELA 2, 45 Marathon ... Persica maxime clade -us. -um est *c. acc. c. inf.*: MIN. FEL. 14, 4 id accidere -um est.

pernōtēsco, -uī, -ere. *a* per *et* notescere. *non reperitur nisi in formis perf. act. i. q. penitus vel passim notum fieri* (*plerumque accedit notio celeritatis*): **1** *usu pers.*: TAC. ann. 12, 67, 1 adeo ... cuncta mox -uere, ut *eqs.* PS. QVINT. decl. 3, 1 in exemplum ... nova culpa -uit. **2** *usu impers.* (*c. acc. c. inf.*): TAC. ann. 1, 23, 2 ni propere neque corpus ullum reperiri et servos ... abnuere caedem ... -uisset *eqs.* 13, 25, 2 ubi Caesarem esse, qui grassaretur, -uit. 14, 8, 1.

⁂pernoto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* notare. *legitur apud* BOETH. (*saepe*) *et* LVX. (*semel*). [*falsa var. l. pro* praenotare AVG. c. Faust. 22, 91.]

i. q. (penitus vel diligenter) notare, notando percurrere: **1** *-at is, qui notam praebet legenti*: **a** *signo apposito*: BOETH. mus. 4, 8 p. 325, 16 paranete ... ·CC· litteris -ta. *sim. al. ibid.* **b** *enuntiato, disserendo*: BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 339, 9 *Aristoteles* postquam ... de infinitis nominibus, quod non essent negationes, breviter -vit, nunc redit ad *eqs.*

2 *-at is, qui aliquid per se percipit, intellegit*: **a** *mente cognoscendo* (*accedunt adv. augentia l. 61. 63*): BOETH. anal. pr. 50a40 quos *syllogismos* perspicere oportet et -are aperte (*gr.* διασημῆναι). arithm. 1, 12, 1 idem ... in ceteris numeris -bis. 1, 30, 1 *multiplicium superparticularium* exempla integre planeque ... -are. 2, 9 ad superioris descriptionis exemplar cunctos triangulos numeros ... -bis. mus. 1, 22 p. 215, 17 in quibus *chordarum generibus* et similitudinem nominum et differentiam -bis. 4, 17 p. 344, 23 *si qua* vox eiusdem loci voce *altero in ordine posita* gravior -etur *eqs. al. accedit acc. vel nom. c. inf.*: BOETH. mus. 2, 4 p. 230, 10 si unum *numerum* ... intermiseris, superbipartientem effici -bis. 3, 14 p. 294, 20 ab eo ..., quod est ·B·, usque ad id, quod est ·F·, minus esse semitonium -atur. **b** *oculis perlustrando*: LVX. anth. 288, 10 (*poeta ad lectorem*) *paginam meam* libenter inchoas (*sc. -are*), velut iocosa si theatra -es (-voles *Baehrens*).

pernōtus *v.* pernosco. *Dubielzig.*

pernox, -noctis *adi.* [*fortasse a* pernoctare, *sc. formatione retrograda; de vocibus similiter formatis, e. g.* exheres *ab* exheredare, *v. Leumann, Gramm. 1977, 268. 388 sq. Fo.*] *de formis: occurrit nom. sing. passim, plur.* MANIL. 5, 623, *ceterum non nisi abl. sing.* -e OV. met. 7, 268, -i IVLIAN. in Os. 9, 13, *gen. sing.* -is PRISC. gramm. II 280, 8. *de notione*: ISID. orig. 10, 212 -x pervigilans nocte. GLOSS. *πάννυχος, ἄγρυπνος.* pervigil. pervigilans (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 273). pernoctans, pervigilans. pervigil aut pervigilans. *legitur inde a* VERG. (*v. l. 14*), LIV. (*in libris quae tempore antecedunt* OV. met.). [*confunditur c.* pernix *l. 15. 40* (*qua confusione explicantur* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 969 velox. 972 pertinax [*cf. p. 1596, 31*]), per noctem LIV. 32, 11, 9 IVLIAN. in Os. 9, 13, pernoctent MANIL. 5, 623.]

i. q. per totam noctem, πάννυχος: **1** *de animantibus, qui in actione quadam perseverant tota nocte* (*de civitate l. 21; de dea luna v. sub 2a; vi durativa minus manifesta l. 18. 23; ubique ponitur praedicative; accedit praepos.* in *indicans locum l. 30, actionem l. 31*): **a** *exempla varia*: VERG. georg. 3, 230 inter dura iacet *taurus* -x instrato saxa cubili (-x *testantur* SERV. auct. [*iuxta* pernix] *et* SCHOL. Iuv. 8, 10, pernix *codd. Verg. [def. e. g. Capponi, Encicl. Virg. IV 30]; v. p. 1596, 31*). MANIL. 5, 623 *ut* iaceant ... in limine *carceris* matres -esque patres cupiant extrema suorum *filiorum* oscula (*sec. Cic. p. 1597, 68*). VAL. FL. 3, 117 linquit ... infecta ... -x sacra Medon. 3, 414 (*loq. vates lustrationem instituens*) lustralia -x vota fero (*ritus q. d. παννυχίδες respici putat Boyancé, Étud. sur la relig. rom., 1972, 329. sim. de civitate nocturna Cereris sacra celebrante*: STAT. Theb. 7, 411 [*inter mala omina*] non adsuetis -x ululavit Eleusin mensibus). STAT. Theb. 12, 46 circum funera -x turba sedet. ITIN. Alex. 14 -x aciem suo voto composuit *Alexander.* 41 -x rex ⟨īn⟩ convivio perdurarat. HIL. in psalm. 139, 9 calicem bibiturus -x orat *Christus* (*cf. l. 46 et* HIER. vita Pauli 9 -x secundas in oratione exegit tenebras. NICET. vigil. 6 l. 25 pernoctabat dominus ..., ut scirent servi ..., quid agere deberent, quando dominus ... -x in oratione duraret. *sim.* PRVD. cath. 7, 42 flendo -x ... *humum* ore pressit cernuo *Moses ieiunans.* VEN. FORT. vita Sev. 1 in vigilantia psallens -x). PRVD. apoth. 617 *sidere Christi apparente* diriguit trepidans Chaldaeo in vertice -x astrologus. GREG. TVR. Franc. 3, 18 p. 120, 2 regina ... assidua in elymosinis, -x in vigiliis (-e *var. l.*). **b** *iuxta opp.* perdius: *inde a* GELL., *v. supra p. 1259, 15 sqq.*

2 *de rebus*: **a** *de luna, sc. plena*: luna -x: LIV. 5, 28, 10 proelium ... ante lucem – sed l. -x erat – commissum est. 21, 49, 9. 32, 11, 9. OV. met. 7, 268 *Medea veneno addit* exceptas l. -e pruinas (pernota, de nocte *fere codd., sed cf.* GLOSS. luna -e: quae lucet tota nocte. *ad rem v.* AMBR. hex. 4, 7, 29 cum serenior nox est et l. -x, tunc largior ros fertur arva perfundere). GERM. 194 *Cassiepia est* clara, etiam -x caelo cum l. refulsit (pernix *vel* nox *codd. plerique; gr. 188 sq. νυκτὶ ... παμμήνιδι*). PLIN. nat. 2, 42 *luna est* alias -x, alias sera. *de dea luna*: SEN. Med. 789 quos *currus* pleno lucida vultu -x agitat *Trivia.* Phaedr. 746 cum ... -x exerit vultus rubicunda Phoebe. **b** *de rebus variis*: IVV. 8, 10 luditur alea -x ante *imagines maiorum.* FRONTO p. 128, 17 alea in castris frequens, somnus -x aut in vino vigilia. HIL. in psalm. 63, 5 quibus *malis* omnibus pervigil cura, -x oratio et aeterna ad deum confessio repugnabit. AVSON. 362, 39 p. 89 -x est cura disertis (PRVD. perist. 5, 311 *custodem* c. -x manserat servare *carcerem*). FVLG. aet. mund. 129, 9 solius colligendae pecuniae commodo -x compotus (*i.* -put-) ducitur. IVLIAN. in Os. 9, 13 tota urbs *Tyrus carminibus* -i luxuria concrepabat. CASSIAN. conl. 13, 3, 2 -x sollicitudo *agricolarum laborantium.* *Mueller.*

pernoxius, -a, -um. *a* per *et* noxius. *i. q. valde noxius, nocentissimus*: MELA 1, 106 *Mossyni sunt* asperi, inculti, -i adpulsis.

pernūbilo, -āre. *a* per *et* nubilare. *i. q. penitus vel ubique nubilare*: PS. AMBR. paenit. 10 p. 984^{B} *si* oculos tuos scelerum caligo -et.

pernula, -ae *f., demin. a* perna, *non nisi e coni. v. p. 1580, 31.*

pernumero, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* numerare. NOT. Tir. 43, 82 -at.

i. q. (plene, perfecte) numerare (vi praeverbii saepius parum manifesta; sub 2 fortasse indicat rem -tam ad accipientem pervenire); -atur aliquid: **1** *computando, enumerando*: **a** *ut eius summa constituatur: -antur varia*: PLAVT. Epid. 632 (*danista ad adulescentem*) *debitum* argentum numera ... :: -tumst (*sc. summa parata est, cf. 633; fortasse luditur c. usu sub 2 descripto*). VLP. dig. 37, 9, 1, 24 (*e Sulp. Ruf.*) res hereditarias heredem ... obsignare non debere, sed tantum -are. SIDON. epist. 3, 3, 5 hebetatorum caede gladiorum latera dentata -ant *ducem admirantes. -antur ea, quae numerari non possunt*: CATVLL. 7, 11 basia multa ..., quae ... -are curiosi *non* possint. PS. PAVL. NOL. carm. app. 3, 16 innumeras qui res temptet numerare ..., virtutes possit -are tuas (*sc dei*). RVT. NAM. 1, 94 stellas (*antea*: percensere). **b** *ut id recenseatur, enarretur*: HYG. astr. praef. 2 duo et XL signa nominatim -vimus (*cf. 2 praef. 1* singillatim nominabimus).

2 *solvendo, tribuendo*: **a** *usu strictiore -atur pecunia* (*sc. debita praeter* R. GEST.): LIV. 6, 15, 10 de capite deducite, quod usuris -tum est (*sim.* 6, 35, 4. *cf.* EPIST. Secundi [CIL XII 4393] 2, 10 usuras totius anni

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

computatas ⟨ass⟩e octono -bo). 28, 34, 12 dum imperatam pecuniam Ilergetes -rent. R. Gest. div. Aug. 15 HS quadringenos congiari viritim -vi (*antea*: numeravi, *gr. bis ἠρίθμησα*). **b** *usu laxiore -antur varia*: Mart. 12, 62, 12 cernis ..., quae, Saturne, tibi -entur opes? (*sc. Saturnalibus sortiendae hospitibus*). Sidon. epist. 2, 10, 2 *ut versiculos* hos tibi pro quadam morarum mercede -rem. *Foucher.*

pernunculus, -ī *m.* *a* perna *deminutive* (*genere mutato, cf.* rana, ranunculus). Not. Tir. 103, 72 -us (perniunculus *Kopp, sed v. 103, 73* perna).

pernuntio, -āre. *a* per *et* nuntiare. Not. Tir. 25, 93 -at.

pernuo, -ere. *a* per *et* nuere. Not. Tir. 78, 7[a] -it.

pernūtrio, -ītum, -īre. *a* per *et* nutrire. *i. q. (usque ad finem) nutrire*: Cael. Avr. gyn. 1, 124 infans fortior et habilior fiet, cum ex alia genitus ab alia fuerit -tus (*gr. p. 66, 2 τρεφόμενον*). *Breimeier.*

pērō, -ōnis *m.* [*orig. inc.; Leumann, Gramm. 1977, 363 suspicatur vocem e gr. mutuatam, ut sit *πηρών* (*deriv. a πήρα, cf.* 1. pera). *Fo.*] *de notione* (*cf. l. 21. 33*): Gloss. *ὠμοβύρσινον.* rusticum calciamentum. calciamenti species. calciamenta pilosa. Gloss.[L] Corp. P 306 -o: himming (*anglosax.*).

1 *calceamenti genus* (*fere c. colore rustico, barbaro, cf.* Isid. orig. 19, 34, 13 -es ... rustica calciamenta sunt. *sed v. l. 29*): **a** *plur.* (*sc. in prosa oratione, adde l. 21*): Cato orig. 111 qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos ..., ceteri -es (per(o)nei *trad.*). Apvl. met. 7, 18, 1 *puer agrestis* -bus suis ab aquae madore consulens *asinum conscendit* (*cf. Ὄνος 29, 5 ὑποδημάτων*). Tert. cult. fem. 1, 7 l. 12 in -bus *Parthorum* uniones emergere de luto cupiunt (perionibus *al. var. ll.*). 2, 10 l. 11 quae *grana pretiosa* ... Parthi ⌞-bus quoque suis⌟ bullarum vice inserunt (⌞ ⌟ per omnia quaeque sua *var. l.*). pall. 5, 2 (*antea*: calceos) magnum incessu (*dat.*) munimentum sutrinae Venetiae prospexere ⌞-es effeminatos. Ivl. Val. 3, 17 *milites contra serpentes* -bus ... crura ... pedesque muniri et femoralibus uti pellinis oportebat (*gr. p. 108, 7 ὑποδέσεσι καὶ κνημῖσι*).
b *sing.* (*fere in versibus*): Verg. Aen. 7, 690 *Hernici* vestigia nuda sinistri instituere pedis, crudus tegit altera -o (Serv. -o ... est rusticum calciamentum; et *poeta* traxit hoc a Graeciae more ..., ubi hoc armorum fuerat genus. *explicat Macr. Sat. 5, 18, 14* uno ... pede calceato [*idem confert Eur. frg. 534 ἐν πεδίλοις*]). Ivv. 14, 186 Marsus dicebat *olim* ... senex, 'panem quaeramus aratro; ... nil vetitum fecisse volet, quem non pudet alto per glaciem -e tegi, qui summovet euros pellibus inversis.' Sidon. carm. 7, 457 *Getis non* tangere possunt altatae suram pelles, ac poplite nudo -em pauper nodus suspendit equinum. epist. 4, 20, 2 regulorum *Francorum quorundam* ... pedes primi -e saetoso talos adusque vinciebantur; genua, crura suraeque sine tegmine. *cf. etiam* 2. perio.

2 *fere i. q. magna pera*: Hier. quaest. hebr. in gen. p. 62, 8 (*ad gen. 44, 1 sq.* אַמְתַּחַת) pro 'sacculo' '-em' vel 'follem' in hebraeo habet.

deriv.: peronatus.

perobligo, -āre. *a* per *et* obligare. *legitur in defixionibus Carthagine inventis, quibus invocantur daemones, ut -ent, i. penitus obligent, obstringant* (*antecedit semper* obligare [*cf. vol. IX 2, 90, 38 sqq.*]; *de iteratione cf. infra sub* perperversus): Tab. devot. Audollent 250[A], 2 (*saec. III*) qui es in Egipto magnu⟨s⟩ demon, obliges, -es Maurussum venatorem. *ibid. l.* 22 perducatis, obligetis, -etis, ... consumatis cor membra *eqs.* Année Épigr. 1933 n. 234 obligate, -ate Falernaru(m) balineu(m) ab hac die, ne quis homo illoc accedat (*sim.* n. 235).

perobrigēsco, -uī, -ere. *a* per *et* obrigescere. *i. q. penitus rigidum fieri* (*sc. morte*): Vet. Lat. act. 5, 10 (cod. 5) *Saphira* cecidit ... confestim ad pedes *Petri* ... et -uit (*gr. ἐξέψυξεν* [*idem redditur 5, 5* obriguit], *Vulg.* expiravit).

perobscaenus, -a, -um. *a* per *et* obsc(a)enus. *i. q. valde obscenus*: Ambr. Hel. 18, 66 *terra* -is saltatibus *feminarum* verberatur (obs- *vel* pro obs- *var. ll.*).

perobscūrus, -a, -um. *a* per *et* obscurus. *i. q. valde obscurus; dicitur de eo, quod* (*qui* Cassian.) *est: difficile intellectu*: Cic. nat. deor. 1, 1 -a quaestio est (*v. p. 1252, 17; cf.* 1, 17 [*Academicus loq.*] quae *natura deorum* cum mihi videretur -a, ut semper videri solet *eqs.*). Hier. hom. Orig. in Ier. 14 p. 687[A] lectionis sermonem, qui -us est, debemus excutere *eqs.* (*Migne gr. 13, 283[C] ἔχει τι ἀσαφές*). Boeth. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 264, 14 quod ... *hic ab Aristotele* dicitur, -um est. *clandestinum, occultum*: Liv. 1, 16, 4 (*agitur de Romulo ablato*) manavit ... haec quoque, ⌞sed -a⌟ fama (sed obscura *vel* subobscura *var. ll.*, -a *Bayet*); illam alteram admiratio viri ... nobilitavit. *ignobilis, humilis*: Cassian. conl. 24, 26, 17 *Iohannes abbas* -is maioribus natus ... *omnibus* admirabilis factus est.

perobtūnsē *adv.* *a* per *et* obtunse. *i. q. valde obtunse, stupide*: Iulian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 24 p. 1460 -e naturam reprobans connubia laudasti; cum irrefutabiliter constet *eqs.*

peroccīdo, -cīdī, -ere. *a* per *et* 1. occidere. *fere i. q. penitus occidere*: Tab. devot. Audollent 140, 17 (*saec. IV ex./V in.? ad daemonem*) vince, -e ... Praesetecium pristinar⟨iu⟩m. Lex Sal. Merov. 41, 11 si quis ... hominem invenerit in quadruvio sine manibus et sine pedibus, quem inimici sui ibidem demiserunt, et eum -erit *eqs.* *hyperbolice de summa vexatione*: Regvla mag. 1, 50 *vapulando asinus* miser -itur et manibus lassus inpingitur, quia festinatur *prandii causa.*

peroccultus, -a, -um. *a* per *et* occultus. [*apud* Isid. praef. test. 35 *legendum est*: per occultum sacramenti mysterium (*v. De Bruyne, Préfaces p. 67, 17*).] *i. q. valde occultus*: Avr. Vict. Caes. 16, 9 ne *M. Aurelius* ... pugnae se prius committeret, quam sectarum (*sc. philosophiae*) ardua ⌞ac -a⌟ explanavisset (et occulta *cod. alter*).

pere † **perocenes**: de adiectione Gloss. V 379, 42 (*obscurum*; *'περὶ προσθήκης?' Goetz, Gloss. VI 305*). *Spoth.*

perōdī, -isse (-īre). *a* per *et* odisse (odire); *cf.* perōsus. *i. q. (magnopere) odisse*: Manil. 5, 414 quisquis verove favet culpamve -it. *gerundivum* perodiendus (*si recte restit.*): Hist. Avg. Aurelian. 21, 8 timeri coepit princeps non amari, cum alii dicerent per[f]odiendum talem principem, non optandum, alii *eqs.*

perodiātus Not. Tir. 46, 91 (perodiosus *var. l.*). *a* per *et* odium *formatum (an fictum?) vid. sec.* inodiatus *ibid. 46, 89*, exodiatus *46, 89[b]*.

*?***perōdiendus,** -a, -um *v.* perodi.

perodiōsus, -a, -um. *a* per *et* odiosus. [*in var. l.* Not. Tir. *l. 20.*] *i. q. valde odiosus, permolestus*: Cic. Att. 10, 17, 2 lippitudo, non illa quidem -a, sed tamen quae impediat scriptionem meam. Don. Ter. Eun. 1070, 2 rem non odiosam ⌞pro -a⌟ supposuit (prope odiosam *codd.*). -um (*sc. est*): Cic. Att. 13, 22, 4 de Bruto nostro -um, sed vita fert. *Keulen.*

*?***perodites:** opertorium oculorum Gloss. I 163. *obscurum.*

perofficiōsē *adv.* *a* per *et* officiose. *i. q. valde officiose*: Cic. fam. 9, 20, 3 (*a. 46*) mane salutamus domi et bonos viros ... et hos laetos victores, qui me quidem -e et peramanter observant.

perofonon *v.* theriophonon.

peroleo, -ēvī (*et* -uī*?*), -ēre. *a* per *et* olere. *de formis perf. v.* Prisc. gramm. II 488, 25 sq. -esse ... pro -visse (*affert* Lvcil. *infra; antea*: oleo *facit* et olui et olevi). Gloss.[L] III Abol. IN 240 in⟨h⟩alantes; -entes (*fort. rectius I Ansil. IN 19* in⟨h⟩alantes: redolentes). *fere i. q. valde olere*: Lvcil. 1067 quis totum scis corpus iam -esse ⌞bisulcis⌟ (*abl. obscene de vetulis? an acc. de porcis sim.?*). Lvcr. 6, 1155 rancida quo -ent proiecta cadavera ritu.

[perolēsco, -ere *sec.* adolescere *olim colligebatur ex perf.* perolesse *l. 38.*]

perona, -ae *f.*, *περόνη.* Ps. Soran. quaest. med. 52 sub genibus ... crura sunt usque ad suras; quibus quae sunt in exteriori parte, dicuntur -ae; hae autem partes, quae inante sunt, tibiae vocantur.

*?***peronātis,** (-idis) *f.*, *περονητίς. restituere temptavit Stowasser, Arch. Lat. Lex. 1, 1884, 443 locis corr.* Varro Non. p. 542, 28. 543, 1 (*cf. supra p. 412, 21 sqq.*).

pērōnātus, -a, -um. *a* pero. *i. q. peronibus indutus*: Pers. 5, 102 navem si poscat sibi -us arator *eqs.* (*imitari videtur Hor. sat. 2, 3, 234* ocreatus).

perōneus *v.* pero.

peropācus, -a, -um. *a* per *et* opacus. *i. q. valde opacus*: Lact. inst. 1, 22, 2 erat spelunca quaedam -a in nemore Aricino *eqs.*

*?***peropertum,** -ī *n.* *a* per *et* opertum, *ut sit i. q. res omnino operta, occulta; sunt qui hoc compos. agnoscant* Ven. Fort. Mart. 4, 511 (*quaeritur, cur Martinus inclusus foris gesta intellexerit*) an *angelus* clausi volitavit ad ora ... ac -um aperit et in invia nuntius intrat (per opertum *edd., sc. verbo* aperit *absolute posito et subst.* opertum *pro operimento accipiendo?*).

peropion *v.* theriophonon. *Spoth.*

peropportūnus, -a, -um. *a* per *et* opportunus. *scribitur* -opo- *hic illic in codd. med. aevi. et adi. et adv. leguntur maxime apud* Liv. [*olim legebatur* Oros. hist. 1, 5, 7.]

i. q. valde opportunus, utilis sim. (*quem ad finem indicat dat. l. 70. p. 1603, 1 sq. vel* ad *c. acc. l. 71 et 72*): **1** *de eis, quae idoneo tempore, bona occasione accidunt, offeruntur*: Cic. de orat. 2, 234 defessus ... itinere disputationis meae requiescam in Caesaris sermone quasi in aliquo -o devorsorio (*ita codd.*, opportuno *Non. p. 61, 2*). fam. 6, 6, 6 -am et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant (Liv. 10, 45, 2 populo Romano. 28, 2, 13). Liv. 21, 2, 3 mors Hamilcaris -a ... bellum *distulit* (40, 57, 2 -a m. Philippi fuit ad dilationem et ad vires bello subtrahendas). 21, 31, 7 disceptatio. 24, 29, 1 legatio -a visa ad multitudinem ... tumultuosam exonerandam *eqs.* Sidon. epist. 3, 1, 2 ecclesiam ... -a oblatione locupletando. **2** *de quibuslibet rebus utilibus, idoneis*: Liv. 33, 18, 4 *dux castellum*, locum -um, ... occupavit. Macr.

[Cohee]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sat. 4, 5, 1 *quidam rhetorici* loci ... movendis affectibus -i sunt. SIDON. epist. 1, 5, 6 hic cum -a cuncta mercatui, tum praecipue quod esui competeret deferebatur. BOETH. divis. p. 892[A] -a utilitas visa est ... *has divisiones* disgregare.

adv. **peropportūnē.** -opo- *hic illic in codd. med. aevi.* *i. q. valde opportune, perquam idonee sim.* (*quem ad finem indicat* ad *c. acc. [gerund.] l. 11. 12. 13*): **1** *spectat ad actiones, eventus*: CIC. Verr. II 5, 39 *ad bellum servorum* cum te -e fortuna attulisset *eqs.* (LIV. 44, 7, 12 -e litterae *praetoris* ... allatae sunt). de orat. 2, 15 hoc ... cecidit mihi -e, quod ... venistis. nat. deor. 1, 15 '-e' inquit 'venis, oritur enim ... altercatio' ([*postea*: opportune]. LIV. 36, 12, 9 ad confirmandos Acarnanum animos. *cf.* MACR. Sat. 1, 2, 16 advenisse). LIV. 1, 42, 2 -e ad praesentis quietem status bellum ... sumptum (*cf.* 21, 39, 1 -e ad principia rerum ... motum bellum erat). 2, 35, 2 *in Coriolanum* impetus factus esset, ni -e tribuni diem dixissent. 6, 18, 2 et patribus et plebi -e externa pax data (*cf.* PLIN. epist. 1, 8, 1 -e mihi redditae sunt litterae). 30, 4, 8. 39, 56, 2. MACR. Sat. 1, 6, 5 '-e adfuistis' inquit 'adsertorem quaerenti'. **2** *spectat ad situm rerum locorumve*: LIV. 22, 46, 8 sol ... -e utrique parti obliquus erat. 29, 34, 9 *tumuli* -e ... oppositi erant (opportune *var. l.*). 31, 46, 7 promunturium ... -e obiectum. *Cohee.*

peroptātus, -a, -um. *a* per *et* optatus (*cf.* peropto *infra*). [*vix recte trad.* PS. AMBR. paenit. 32 p. 1003[C] quem *serpentem paradisi* inauditum sententiae fulmen excussit et non -um absoluta severitas status sui possessione deiecit. *lexica quaedam afferunt* FIRM. math. *ex cap. spurio edd. vet.*] *i. q. valde optatus* (*item* GLOSS.): CIC. Pis. frg. 1 hic inluxit dies mihi quidem ... -us, ut hoc portentum ... viderem. SIDON. epist. 9, 9, 1 id ... votivum mihi granditer fuit ac -um, ut epistula ... *non* subderetur lecta censurae.

adv. **peroptātō.** *i. q. valde optato*: CIC. de orat. 2, 20 *otii tempus* et raro datur et nunc -o nobis datum est.

peroptimus, -a, -um. *a* per *et* optimus *potius quam superl. ad* perbonus. *usum vituperat* CHAR. gramm., *v. supra p. 1129, 65 sqq.* *i. q. (longe) optimus* (*nota abundantiam apud* VIRG.): *attributive*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 532 p. 764 monumenta ... -o marmore liberaliter fabricata (*gr. πάνυ καλῆς, cf. Heges. 4, 23, 2* pulcherrime). -um est *c. struct. verb.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 2, 2 -um est, ut neque peccando quis neque positus in suspicione peccati ... offendiculum fratribus ponat (*Migne gr. 35, 409[A] καλόν*). VIRG. gramm. epist. 5, 1, 2 obtimum ... est et valde -um omnem discipulum in fine omnium scriptorum ... praeceptoris sui indeffessam facere mentionem.

peropto, -āre. *a* per *et* optare (peroptatus *iam apud* CIC., *v. supra*). [*in falsa var. l. pro* perpotare PETR. CHRYS. serm. 153, 2, *pro* praeoptare IORD. Get. 181.] *i. q. valde optare*: VEREC. in cant. 8, 8 *ad Christum* omnes precum postulationes nostrarum ascendere -amus.

peropus *indecl.* *a* per *et* opus. -s est *i. q. valde opus est* (*item* GLOSS.; *pendet acc. c. inf.*): TER. Andr. 265 nunc -st (-s est *pars edd.*) ... hunc *Pamphilum* cum ipsa *Glycera* ... loqui (SCHOL. valde opus).

[peroram nomen pernem ovem perovem GLOSS. V 319, 42 sq. *respici vid. Verg. Aen. 1, 245* per ora novem; *cf. (sec. Lindsay in exemplari nostro) Gloss.[L] Corp. P 281* per [h]ora[m] novem: per novem ⟨ora⟩. *v. et Gloss.[L] I Ansil. PE 982.*] *Spoth.*

perōrātio, -ōnis *f.* *a* perorare. GLOSS. *v. l. 63. 70.* *legitur inde a* CIC. (*nota* quasi *primo loco l. 57*), *praecipue apud rhetoras.*

1 *sensu strictiore, sc. rhetorico* (*cf. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 431 sqq.*): **a** *i. q. ultima pars orationis, conclusio, epilogus*: CIC. de orat. 2, 80 *argumentis contrariis refutatis quidam* conclusionem orationis et quasi -em conlocant (*sim.* QVINT. inst. 6, 1, 1 -o ..., quam cumulum quidam, c. alii vocant. SVLP. VICT. rhet. 17 p. 322, 5 PRISC. rhet. 2, 7 p. 552, 33 PS. CASSIOD. rhet. 20). Brut. 127 exstat eius *Sulpicii Galbae* -o, qui epilogus dicitur (*sim.* QVINT. inst. 6, 1, 55 sunt, qui hos *epilogos μερικοὺς ἐπιλόγους* vocent, quo partitam -em significant; ... et epilogi et -is nomina ipsa ... ostendunt hanc esse consummationem orationis. SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324, 21 -o est, quae graece *ἐπίλογος* appellatur. GLOSS. *ἐπίλογος*). 209 omnium ... causarum unum est naturale principium, una -o. orat. 122 -em inflammantem restinguentemve. part. 4 orationis ... partes: ... -o (*sim. inter partes orationis*: QVINT. inst. 3, 9, 1. *al.* FORTVN. rhet. 2, 12 SVLP. VICT. rhet. 14 p. 320, 15. 17 p. 322, 7 MART. CAP. 5, 544). 15 -es ... ad misericordiam conferendae *sunt* (*sim. de affectibus -e commovendis e. g.* 27 QVINT. inst. 4, 2, 75. 6, 1, 14. *al.*). 52 explicatio -is: ... est divisa in duas partis, amplificationem et enumerationem (*cf.* GLOSS. recapitulatio). *al.* (*in rhet.*). PLIN. nat. 27, 4 *M. Caelii* atrox -o ... in digitum *Calpurnii Bestiae venefici.* QVINT. inst. 6, 1, 36 utrumque ... -is genus: *enumeratio et commiseratio. al.* PRISC. rhet. 11, 33 p. 559, 35 in -e ... hortationibus uteris. SCHOL. Cic. Bob. p. 107, 23. **b** *i. q. ultima orationum ordine insequentium*: CIC. orat. 130 etiam si plures dicebamus, -em mihi tamen omnes relinquebant. **c** *i. q. cuiuslibet partis orationis pars ultima*: QVINT. inst. 4, 3, 11 res eadem et post quaestionem -is vice fungitur. FORTVN. rhet. 2, 31 -e in fine tantum orationis utemur? immo ubicumque materia permiserit *eqs.* (*sim.* MART. CAP. 5, 565).

2 *sensu laxiore i. q. conclusio, argumentum pervincens*: FIRM. math. 1, 2, 5 illa ... *adversariorum* inter ea potentissima et vehementer contra nos posita -o est.

perōrdino, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* ordinare. *i. q. penitus, perfecte disponere*: CANON. Hippol. 72, 29 deus, qui omnia creasti et verbo -asti. GLOSS. Paul. l. 1377 *διατάσσει*: -at (*ad Gal. 3, 19 spectare vid.*).

perōrdio(r), -sum (-dītum), -īrī (-īre). *a* per *et* ordiri (-ire). *non nisi part. perf., sc.*: -ditus *notione pass. i. q. inceptus, institutus*: VIRG. gramm. epist. 4, 1, 1 historica expossitio si recte ac ratabunde fuerit -ta. -sus *notione act.*: GLOSS. V 320, 43 -sus: perlocutus.

[perōrīga *olim legebatur pro* per origam (*i. aurigam*) VARRO rust. 2, 7, 8, *alibi pro* proriga, *e. g.* PLIN. nat. 8, 156.]

perōrno, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* ornare, *sed prius* (*sc. apud* CIC.) -tus *tamquam adi. a* per *et* ornatus *formatum vid., formae finitae fortasse apud* TAC., *certe inde a* RVFINO, PAVL. NOL. [*dub. trad.* GLOSS. V 641, 11 exornare: -are (pro ornare *susp. Goetz coll. Non. p. 105, 22*).]

i. q. penitus, perfecte ornare: **1** *incorporaliter*: **a** *respicitur ornatus orationis*: -tus *pro adi. de oratore*: CIC. Brut. 158 *Crassus in dicendo* et -tus et perbrevis. *-antur verba*: ISID. orig. 1, 37, 5 *metaphora utimur,* ut oratio -ētur. sent. 2, 29, 12 horret ... sapientia ... fucum mundialis eloquentiae inflatis sermonibus -tum. **b** *cetera exempla, sc. -antur homines eorumve coetus*: TAC. ann. 16, 26, 2 quem *senatum Thrasea* -visset (*sunt qui vim temporalem praeverbii intellegant*; ⟨sem⟩per ornavisset *Lipsius, alii alia*). INSCR. christ. urb. Rom. 17600 (*a. 493/534*) ⟨p⟩er-ornata (*ad elogium feminae sepultae spectare vid.*). PRIMAS. in apoc. 21, 20 unusquisque sanctorum spiritaliter -atur *virtutibus tamquam lapidibus pretiosis.* COLLECT. ad psalm. H 92 domum ecclesiae ... sanctificatio ... -et. ISID. eccl. off. 2, 11, 2 *lector* erit ... sensuum ... ac verborum scientia -tus.

2 *corporaliter, ponitur c. notione*: **a** *exornandi, decorandi* (*actione hominum excepto* CORIPPO): IVL. VAL. 3, 35 lucebant omnia ... gemmis admixta ... et -ta. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 5, 1 *ne initio anni* plateas et conpita -emus *sicut pagani* (*Migne gr. 36, 316[B] κοσμήσωμεν*). VEN. FORT. carm. 10, 6, 91 lucidius fabricam *ecclesiae cuiusdam renovatae* picturae pompa -at (*cf.* ISID. praef. test. 84 *sub Nehemia templum* multis ... opibus gentium principumque Persarum muneribus -tum *esse*). CORIPP. Iust. 2, 289 *astra Veneris*, quae caelum flamma meliore -ant. **b** *efficiendi, perficiendi*: RVFIN. Adamant. 4, 8 p. 66, 15 ex qua *conversione qualitatum* videtur huius mundi a deo machina -ta (*gr. τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν ... γεγονέναι*). PAVL. NOL. carm. 23, 304 *Iesus caecum sanans* (*Ioh. 9, 1*) defecta in parte -at semiperactum hominem.

adv. **perōrnātē.** *fere i. q. summa cum diligentia ac reverentia*: PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 5, 4 (= LEO M. serm. app. 15, 2 p. 509[D]; *ad Luc. 1, 38*) *Maria angelo* respondit continuo, in sacratissimo sūo pectore -e componens affuturum cubiculare secretum.

perōro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* orare (*cf.* VARRO ling. 6, 76 'oro' ab ore et '-at'). NOT. Tir. 64, 29 -at (*v. vol. X 2, 748, 78 sq.*). *de genere et formis: inter verba act. primae coniug. affert* CHAR. gramm. p. 474, 8 (*vix de depon. cogites* GLOSS. -atur: *διχαιολογεῖται*). *de notione*: ISID. orig. 10, 195 orator ... a -ando nominatus, id est dicendo. SYNON. Cic. p. 423, 2 dixit. ... sermonem habuit. orationem habuit. declamavit. -vit. GLOSS. *καταρητορεύω.* -at: *διχαιολογεῖται.* -vit: persecutus est, praeclare adseruit vel declaravit. praeclara adseruit. *adde p. 1605, 27. 57.* *legitur in* LEGE XII tab. (*v. l. 75*) *et inde a* CIC. (*saepe*), NEP., LIV., *in poesi non nisi* PROP. 4, 11, 99 PHAEDR. 1, 10, 7 LVCAN. 10, 105 IVV. 2, 67. *al.* [*confunditur in codd. c.* imperare CIC. orat. 127, operari SVET. rhet. 30, 4, orare TERT. adv. Iud. 13, 27 AMBROSIAST. in I Cor. 14, 14 RVFIN. Clement. 1, 60, 7 QVEROL. p. 33, 9, praerogare COD. Theod. 11, 35, periurare IVLIAN. in psalm. 16, 6, portare ADNOT. Lucan. 7, 65; *falsa var. l. pro* perarare OV. ars 1, 455, probare TERT. spect. 24 p. 24, 9.]

I *usu sollemni spectat ad actionem oratoris* (*subi. est plerumque orator vel is, qui eius partes agit, sed scriptor e. g. p. 1605, 30. 1606, 66. 68; -ant res p. 1605, 19. 1606, 19 sq. 55; tropice adhibetur p. 1606, 8 sqq. 74 sqq.*):
A *intransitive*: **1** *vi praeverbii durativa vel complexiva fere i. q. habere orationem totam* (*saepe indicare videtur rem ab initio usque ad finem, penitus vel accurate tractari; alibi fortasse cogites de colore perferendi vel proferendi in publicum, ad iudices sim. [cf. p. 1283, 22 sqq. 44 sqq. 1441, 46]; multa enim ad res forenses pertinent [cf. B 1a]; ceterum vis praeverbii facile evanescere potuit, postquam in verbo simplici notio dicendi abolevit. disting.* orare *notione prisca p. 1605, 1, notione sollemni p. 1605, 16; lusu verborum c.* exorare *p. 1605, 9 sq. 1606, 17. 1607, 1*): **a** *absolute*: LEX XII tab. (Gell. 17, 2, 10) causam coniciunt⟨o⟩; ⌞tum -ant⟨o⟩⌟ ambo praesentes (*pro* cum -ant *coni.*

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Mommsen, comperoranto *Crawford; antea in eadem tabula* orato). Cic. inv. 1, 90 quia veram causam habebam, brevi -vi. fin. 4, 1 (*Cato ad Ciceronem*) te hac nova lege ... eodem die accusatori respondere et tribus horis -are *video* (*sim.* Ascon. Mil. p. 34, 6. *cf.* Tac. dial. 38, 1 intra paucissimas horas). Nep. Phoc. 4, 2 ne -andi quidem ei data est facultas ⌞et dicendi causam⌟ (⌞ ⌟ *interpretamentum esse vid.*). Sen. contr. 10, 1, 2 reum ... me perage! -a! Val. Max. 4, 2, 5 hostili voce. Tac. ann. 3, 17, 3 cum accusatores ac testes certatim -rent respondente nullo *eqs.* 4, 28, 1 Svet. Cal. 53, 2 Flor. epit. 1, 18, 20. Apvl. apol. 101, 2 qui potuit -are, *sc. in iudicio,* poterit exorare, *sc. matrem* (*simili distinctione* Vitae patr. Iurens. 119). Min. Fel. 14, 2 prius exsultare te dignum *non* est ..., quam utrimque plenius fuerit -tum (*vix ad 2aβ*). Paneg. 5, 3, 3 *Diviciacus in senatu* cum ... oblato consessu minus sibi vindicasset, quam dabatur, scuto innixus -vit. Qverol. p. 17, 17 *ad Ligerim* etiam rustici -ant et privati iudicant. Adnot. Lucan. 7, 65 *Cicero* cum ... -are vellet in pace, *bello* ... tacere compulsus est. Prvd. perist. 10, 399. Victric. 12 l. 43 nunc nobis ... orandum est, non -andum (*sim.* Sidon. epist. 8, 10, 4). Petr. Chrys. serm. 111, 1 *Paulus* non ad -andum nos, sed ad flendum ... conpellit. Sidon. epist. 4, 3, 10. Chrysost. hom. V 751^{B} opinio, quae omnem paene ⟨per⟩ orbem terrae -at et adstruit dicens *eqs.* (*supplevit Bulhart in schedis, cf. Migne gr. 52, 461 κατὰ τὴν οἰκουμένην ... ῥητορεύει*). Cassiod. var. 5, 22, 3. *al.*

b *c. praepos.*: α pro (*v. etiam p. 1606, 69 et sub II*): Cic. Brut. 217 cum ego pro Titinia Cottae -vissem (*nisi ad 2a vel 2b*). Val. Max. 5, 3, 4 *Cicero* pro capite *cuiusdam* ... -verat. Serv. Aen. 11, 100 'oratores' legati a -ando pro republica nominati. Rvfin. hist. 2, 5, 1 *Philo* -ans apud Gaium pro patriis legibus (*gr. καταστὰς ὑπέρ. huc spectat* Gloss.^{L} Corp. p 302 -ans: adloquens). Cassiod. Ios. antiq. 16, 29 p. 456 *rex Iudaeis* quendam ... dedit, qui pro eis -ret (*gr. εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ δίκαια*).

β de (*v. etiam p. 1606, 67*): Nep. Epam. 6, 3 cum de ceteris -asset, ... dixit *eqs.* Tert. apol. 12, 6 Senecam ... pluribus et amarioribus de ... superstitione -antem. Ps. Svlp. Sev. epist. 2, 3. Schol. Cic. Bob. p. 126, 9 *Cicero* illa noluit, de quibus alii -asse iam videbantur, iterare. Rvfin. Clement. 1, 57, 4.

γ in *c. acc. indicante*: Ⓘ *personam vel rem accusatam, vituperatam*: Sen. epist. 108, 13 Attalum ... in vitia, in errores, in mala vitae -antem (Qvint. inst. 2, 4, 22). frg. 18. Petron. 96, 5 *procurator insulae* rabiosa barbaraque voce in ebrios fugitivosque *rixantes* diu -vit. Plin. nat. 29, 9 in ... medicos. Qvint. inst. 11, 1, 61 Ps. Qvint. decl. 6, 7 Ivv. 2, 67. Tac. ann. 2, 30, 1 *accusatores* certabant ..., cui ius -andi in reum daretur ([*an ad 2b?*]. Flor. epit. 4, 1, 7). Svet. Cal. 53, 1. Nero 46, 3 *oratio,* qua (quam *var. l.*). in Vindicem -bat. Tert. fug. 11, 3 in quos *pastores iniquos* et Ezechiel et Hieremias ... minis -ant. Avell. 2, 24. *al.* (*apud* Tert.). Ⓘⓘ *finem, quo tendit oratio*: Tert. adv. Iud. 13, 27 (= adv. Marc. 3, 23 p. 418, 3) *Christus* per Esaiam in exustionem eorum *Iudaeorum* -ans '...' inquit '...' (*affert Is. 50, 11*). Hier. epist. 121, 1, 5 *Iesus* in illius (*sc. Iohannis Baptistae*) laudes -at ([*seq. Matth. 11, 7 sq.*]. in psalm. 68, 34. *v. etiam p. 1606, 65*). Prosp. chron. I p. 412, 434 Paulus ... apud Felicem procuratorem ... in defensionem sui -at (*sc. act. 24, 10/sqq.*).

δ *aliis*: Tert. apol. 18, 6 ex ipsis *Iudaeis* ... et ad ipsos ... prophetae -verant (*cf. p. 1606, 68*). Lact. inst. 5, 2, 8 contra quam *religionem* -bat *obtrectator* (Avell. 2, 56 c. fidem. *cf. p. 1606, 32*). Cod. Iust. 2, 7, 13 pr. (*a. 468*) decernimus ... ceteros *advocatos* ... apud alios iudices ... -are (Cassiod. Ios. antiq. 19, 166 p. 559 *senator* stans in medio senatus ... a. liberos ... viros -vit [*gr. ποιεῖται παραίνεσιν*]. *adde l. 25. 48 et cf. p. 1606, 38*).

2 *vi praeverbii perfectiva i. q. dicendi finem facere* (*vim praeverbii testatur* Prisc. gramm. III 38, 11. *cf. et* Gloss. *ἀπαρτίζω λόγον.* -are: *τελειῶσαι, περαιῶσαι nec non vol. V 1, 559, 1. exempla certiora, v. etiam p. 1606, 24*): **a** *-at, qui concludit orationem suam* (*respicitur fere ultima pars orationis, epilogus [quasi paenultima l. 62. p. 1602, 2]; hic illic usu laxiore de eo, qui omnino desinit loqui, conticescit*): α *in doctrina rhetorica* (*cf. p. 1603, 54*): Cic. inv. 1, 33 *ut* omnibus explicatis -tum sit ⌞hoc modo⌟ (*del. Kayser*), ut ne quid posterius praeter conclusionem inferatur. *ibid.* quemadmodum *senex* ... omnibus absolutis finem dicendi fecit (*Ter. Andr. 168 sqq.*), sic nobis placet ... omnibus absolutis -are. de orat. 2, 80 *argumentis contrariis refutatis* alii ... perorationem conlocant, alii iubent, antequam -etur, ... degredi, deinde concludere ac -are. 2, 184 vel in principiis vel in re narranda vel in -ando (*sim.* 2, 329). 2, 307 ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus, post ut eam probemus ..., deinde ut concludamus atque ita -emus, hoc dicendi natura ipsa praescribit (*sim.* Qvint. inst. 4 prooem. 6). Prisc. rhet. 6, 19 p. 556, 8 post omnia -es in exhortationem desinens (*gr. Hermog. progymn. 6, 34 p. 14, 12 τελεύτα*).

β *vario usu*: Ⓘ *proprie*: Cic. S. Rosc. 59 *accusator* -vit aliquando, adsedit; surrexi ego (*sim.* ad Q. fr. 2, 3, 2 Lact. inst. 3, 3, 10). Cluent. 6 cum -aro, tum, si quid erit praeteritum, ... requiratis. 145 quod si nihil aliud esset actum ..., lege recitata -assem. p. red. ad Quir. 16 *Pompeius* primum vos docuit ..., tum in -ando posuit vos rogari ..., deinde ipse ad extremum ... vos ... rogavit. de orat. 1, 160. Brut. 292 iam ad -andum spectare videtur sermo tuus. ac. 2, 147. nat. deor. 3, 4. *al.* Liv. 21, 11, 1 cum Hanno -asset *eqs.* (*sim.* Tac. ann. 6, 40, 1 Min. Fel. 39). Svet. rhet. 30, 3 Apvl. apol. 101, 4. *al.* Lact. ira 22, 2 more Ciceronis utamur epilogo ad -andum *al.* Ⓘⓘ *tropice respicitur: finis cuiuslibet actionis* (*cf. infra l. 75*): Cic. Att. 10, 1, 2 iam ... illum emptum pacificatorem -asse puto. *epilogus sine verbis factus* (*cf.* Salv. *sub B2b*): Lvcan. 10, 105 *Cleopatra conticuit*: vultus adest precibus faciesque incesta -at.

b *-at, qui ultimus dicit in serie oratorum* (*sunt qui huc trahant p. 1605, 23. 39*): Cic. Quinct. 34 *Hortensius* queritur priore patrono causam defendente numquam -ari potuisse. Balb. 4. Brut. 190 *Hortensius* cum partiretur tecum causas ..., -andi locum ... tibi relinquebat. Svet. rhet. 30, 4. Sidon. epist. 9, 3, 5 (*ad Faustum episcopum*) cum in ... festis hebdomadalibus collegarum ... rogatu exorareris, ut -res (*si huc pertinet*). *inde transfertur ad res, quae praebent argumentum ultimum, concludens*: Tert. idol. 7, 1 ad hanc partem zelus fidei -bit. Petr. Chrys. serm. 8, 5 stabat ... pro causa ieiunium ...; sed non valuit removere sententiam *dei,* nisi -ans misericordia subvenisset.

B *transitive fere i. q. oratione ab initio usque ad finem tractare, pronuntiare aliquid* (*vis praeverbii saepe eadem est ac sub A1 [nota attributa obiecti l. 35. 46 sq.], hic illic etiam vis perfectiva intellegi potest [e. g. l. 36. 46 sq.], apud posteriores interdum evanescit*): **1** *obi. est subst.*: **a** *iuncturae ad iudicium vel artem oratoris spectantes*: α causam -are (*partes causae l. 42; cf.* causam orare *vol. III 694, 16 sqq. IX 2, 1037, 24 sqq.; respicitur sive res, de qua agitur, e. g. l. 30, sive lis, e. g. l. 34*): Cic. inv. 2, 48 quo loco *communi* nisi -ta causa non est utendum (*item abl. absol.*: Font. 37 prope c. duabus actionibus -ta. Brut. 198 c. -ta si quaereretur, uter praestaret orator *eqs.* ad Q. fr. 2, 1, 1. *al.* Liv. 25, 3, 15. Val. Max. 4, 1, 7 ⟨c. ab⟩ utraque parte -ta. Sent. centur. [Chart. lat. ant. V 280] 9 ex utraque parte. *al.*). Quinct. 77 perdifficile esse contra tales oratores non modo tantam causam -are, sed omnino verbum facere conari. Cluent. 199 totam hanc c. vetere instituto solus -vi (*inde* Plin. epist. 1, 20, 8). de orat. 2, 124 Brut. 208. *al.* Prop. 4, 11, 99 (*sub finem elegiae*) c. -ta est *apud Aeacum iudicem*; flentes me surgite, testes. Phaedr. 1, 10, 7. Gaivs inst. 4, 15 antequam apud eum *iudicem* c. -rent, solebant breviter ... rem exponere. Vlp. dig. 38, 2, 14, 8 qui ... c. -ari usque ad sententiam effecit. Lact. inst. 1, 1, 10 c. veritatis. Cod. Theod. 11, 30, 21 appellandi causas intra diem. Amm. 30, 4, 5. Ivl. Sev. rhet. 8 p. 359, 15 in potestate sua habere debet orator, ut ... c. maximam breviter -et. *al.; addas*: Cic. Cael. 23 illam partem causae ... graviter et ornate a M. Crasso -tam. β *cetera exempla*: Rhet. Her. 1, 10, 17 ⌞-ta narratione⌟ debemus aperire *eqs.* (per narrationem *codd. mutili, probant Marx, Calboli*). Verr. II 2, 70 res illo die non -atur. 3, 154 de qua *epistula* cum dixero, totum hoc crimen ... -aro. leg. 2, 69 omnem ... orationem eius *Platonis* de legibus -tam esse uno ... die (*cf. var. l. p. 1605, 41*). Val. Max. 6, 4 ext. 2 ut eam *defensionem* ... -rem. Cod. Theod. 11, 35 intra dies reliquos etiam incognitum negotium -are (Const. Sirmond. 1. *al. in* Cod. Theod., Iust., Novell.; *ceterum*: Zeno 2, 1, 6 *deus* paucissimis verbis [*sc. Ier. 9, 23 sq.*] omne hoc mundi ... n. -vit). Maxim. eleg. 1, 13 -ta ... lite.

b *aliae iuncturae; obi. indicat*: α *rem tractandam*: Tert. carn. 4 l. 4 ab ipsa iam exorsus ... nativitate -a ... spurcitias genitalium in utero elementorum (*cf.* adv. Marc. 4, 21 p. 490, 22 haereticorum conviciis ... omnem nativitatis et educationis foeditatem ... -antibus). patient. 1, 5 patientiae sanitatem et suspirem et invocem et -em. resurr. 20, 8 *prophetae* Israelis plagas aut venias, captivitates ... *et* exitum -ant. Schol. Cic. Bob. p. 77, 22 illud ... superius *tempus* Hortensio patrocinante ... dilucide -tum *esse.* β *personam, quae est thema declamationis* (*vergit in notionem q. e. partes alicuius agere*): Tert. adv. Val. 8, 3 *rhetor* cum virum fortem -ret, '...' inquit '...'.

2 *obi. est pron., adi., part. generale*: **a** *proprie*: Cic. Cluent. 59 ut reliqua posset -are. Fronto p. 191, 5 quae cum longissimis temporibus forent -ta (Hier. in Gal. 2, 11 p. 340^{B} cetera, q. in eius *Petri* laudes -at *Paulus* [*sc. Gal. 2, 8 sqq.*]. *al.*). Tert. anim. 32, 6 ne singulis -andis immoremur. spect. 12 p. 15, 8 quid ego de horrendo loco -em? Lact. opif. 20, 1 haec ad te ... paucis ... -vi (Amm. 15, 8, 4. *al.*). Rvfin. hist. 11, 11 p. 1018, 14 *Ambrosius* cum ... multa ... pro quiete et tranquillitate -asset *eqs.* Prosp. carm. de ingrat. 196 eadem ... -ent, quae *eqs.* (582 e. sapiunt e.que -ant ... magistri). Petr. Chrys. serm. 15, 3 *centurio* talia et tanta ... -at *apud Christum iudicem* (*Matth. 8, 5 sqq.*). Ven. Fort. vita Albin. 3, 5 talis vir ..., qui *nuntius* iniuncta sibi tam strenue -ret. Sev. Malac. euang. 9, 343 vera magis quam grata -as, *Christe. al.* **b** *tropice*: Cic. Att. 5, 10, 2 haec, *sc. proconsulatum meum,* tum laudemus, cum erunt -ta. Salv.

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 4, 15 ut, qui superiora causae verbis iam exoraverant, posteriora rebus ipsis -rent (*i. infantes in iudicium producerent*).

3 *pro obi. est struct. verbalis* (*apud antiquiores iunctura laxiore; v. etiam infra l. 23*): CIC. nat. deor. 2, 154 restat, ut doceam – atque aliquando -em – omnia ... hominum causa facta esse (*nisi ad A2a*). LIV. 34, 31, 19 breviter -tum esse potuit: nihil me ... commisisse. PRVD. c. Symm. 1, 626 restituendos Vulcani ... dolos ... -as. CASSIOD. hist. 8, 12 in quo *libro Themistius* -verat, quia eum *Valentem* esse non oporteret infestum *catholicis* (*Sozom. 6, 36, 6 παρῆνει*).

II *spectat ad actionem precantis, ut usus religiosus verbi simplicis immisceri videatur* (*accedit* pro *l. 15. 21. 23*): **A** *sine obi.*: VET. LAT. II Macc. 15, 24 (rec. V) *Macchabeus* dixit ... invocans hoc modo '...'; et hic quidem ita -vit (*gr. ἔληξεν, aliae recc. aliter. sim. -at, qui preces finit*: VEN. FORT. vita Germ. 6 languidus surgit ... ante currente medella quam -et, qui supplicat). QVEROL. p. 32, 7 *anseres* sunt, qui pro hominibus -ant ante aras (*imaginem causae iudicialis intellegit Jacquemard, 1994, ad l. hic et* p. 33, 9 ut adeas *ad templum*, tantum dabis *pecuniae*; ut -are liceat, multo plus dabis). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 14 ('si oravero lingua') spiritus ... scit, quid oret animus, dum loquitur aut -at linguā sibi ignotā. VEN. FORT. vita Radeg. 36 dum ... sancta duabus testibus -asset diutius. **B** *c. obi. personae invocatae*: PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 29 l. 13 pro quibus patrem saepius -asset *Iesus* (*postea Ioh. 17, 20* rogo ... pro his). l. 22 *Iesus*, dum eum caeci pro obscuritate sui luminis -assent, ut visum reciperent, ... curam *non* distulit.

deriv.: peroratio. *Dubielzig.*

perōrsus *v. sub* perordior.

perōsculor, -ārī. *a* per *et* osculari. *i. q. vehementer osculari* (*nisi vi praeverbii locali, cf.* perbasiare): MART. 8, 81, 5 *Gellia uniones* amplectitur, hos -atur, hos fratres vocat *eqs.*

*?***perossēsco,** -ere. *a* per *et* 2. os, *siquidem recte traditur; cf.* ossefacere. *i. q. penitus osseum fieri, rigescere* (*translate, sc. e timore*): PLAC. med. 29, 6 rec. *β* (cod. Va) *femina difficile pariens medicamentum* timet; nescienti dabis bibere, ne -at (*fortasse latet* perhorrescat; *vix verbum a* perosus *derivandum videtur*).

***perōsus,** -a, -um *part. et adi.* *a* per *et* osus (odisse); *cf.* perodi. *de usu et origine*: FEST. p. 201 'osi sunt' ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus ...; quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, quando dicimus [semper] -i (*sim.* SERV. gramm. IV 441, 1 POMP. gramm. V 262, 2 PRISC. gramm. II 560, 16). CHAR. gramm. p. 338, 15 *verbi q. e.* odi *sunt infinitivi* perfecti et plusquamperfecti odisse, passivo modo -um esse (*sed cf. e. g. p. 338, 3* passivo modo osus eram et fueram). DIOM. gramm. I 387, 12 odi ... accipitur ... pro instanti et perfecto ...; nonnulli distinguendi temporis gratia perfecto declinant 'exosus sum' et '-us sum' illum (*sim.* -us *pertinet ad praeteritum verbi q. e.* odi: PHOC. gramm. V 438, 2 exosus et -us). POMP. gramm. V 262, 3 (*usum transit. testatur, item* DIOM. *supra.* FRG. Bob. gramm. VII 542, 18. *aliter* SERV. *sub IA2*). *scribitur* -oss- INSCR. suppl. Ital. n. s. 11 n. 2 p. 142, *in codd. vet.* VERG. Aen. 9, 141 HIL. trin. 11, 19 *et hic illic in codd. medii aevi.* NOT. Tir. 46, 90. *de formis: compar. et superl. non nisi apud* TERT. *sub II, cf.* magis -us TERT. paenit. 5, 9. *de mensura*: CLEDON. gramm. V 32, 24 amphibrachus pes est *eqs. sim.* Ps. PRISC. gramm. III 521, 23. *de notione: act.*: SERV. auct. Aen. 6, 435 sane '-us' et 'exosus' de eo tantum, qui odit dicitur. GLOSS. -us: qui odit. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 985 -i: odio habentes. *pass.* (*cf. l. 41*): GLOSS. -us: *ἀηδής*. odibilis. -um: odibile. odiosum. odio habitum. multum odio habitum. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 989 -um: perquam odiosus. *al.* *legitur notione act. inde a* VERG. (*bis; v. Norden ad Aen. 6, 435*), LIV. (*ter in libro tertio*), OV. (*undecies*), AVGVSTO, *notione pass. inde a* TERT.; *et act. et pass. exhibent* SERV. *et* CLAVD. DON., *in* VET. LAT. *iidem loci partim act., partim pass. redduntur, v. p. 1608, 39 sqq. et 68 sqq.; in hexametri fine ponunt poetae praeter* OV. [*confunditur in codd. usus pass. c.* operosus *p. 1608, 54. 63. 68* (*restit. p. 1608, 49. 65; cf. sub* perose).]

I *sensu activo, i. q. (valde) osus, (magno) odio habens, abhorrens, indignans* (*odit homo, animal, deus, sed res praeter p. 1608, 13. 23 non nisi p. 1608, 37*): **A** *vi partic. praes.* (*quod praedicative ad nom. subi. [in acc. c. inf. p. 1608, 17] pertinet praeter l. 72. 74. p. 1608, 5. 14. 21. 27; accedit* quamquam STAT. silv. 2, 1, 144): **1** *pendet acc. obi. (quod etiam e verbo finito pendet e. g. l. 75. p. 1608, 2. 23); odio habentur*: **a** *res*: VERG. Aen. 6, 435 qui sibi letum insontes peperere manu lucemque -i proiecere animas ([*v. p. 1608, 25. 42*]. OV. met. 4, 414 lucem ... -ae nocte volant *vespertiliones*). OV. met. 2, 379. 8, 183 Creten longumque -us exilium. 11, 146 *Midas* -us opes (*128* odit). 14, 693 pectora dura -am *Venerem* ... time. fast. 3, 577 rex *Battus* arma. trist. 4, 4, 81 deae *Dianae* ... *Taurorum* crudelia sacra -ae. LIV. 3, 58, 1 (*syn.* infestus). VAL. MAX. 3, 3, 1 *Mucius* -us ... dexteram suam ... iniectam foculo exuri passus est. SEN. dial. 10, 6, 3 -i omnem actum annorum suorum. CVRT. 5, 12, 10 solitudinem. COLVM. 8, 8, 6 *columba* tam fastidiosa est, ut saepe sedes suas -a ... relinquat (8, 11, 16 *gallinae pullos* relinquunt, -ae videlicet, quod *eqs.*). LVCAN. 6, 699 caelum matremque -a Persephone (8, 336 terrarum totos tractus c.que). *al.* VAL. FL. 6, 289 fata -o tarda tibi turpesque moras (*cf.* TAC. ann. 16, 14, 3 hausto veneno tarditatem eius -us intercisis venis mortem adproperavit). STAT. Theb. 3, 231 *Argei* cuncta -i te *Martem* cupiant. silv. 2, 1, 144. MART. 4, 30, 12. TAC. hist. 2, 16, 2 laborem *militiae. al.* INSCR. suppl. Ital. n. s. 11 n. 2 p. 142 (*saec. I ex./II in.*) litis rixasque. PANEG. 3, 13, 3 *quidam ab inferis revocati* vitam -i ... redire properabunt (NOVELL. Maior. 6, 5 *si* saecularem v. et coniugales taedas -a damnaverit *vidua, eqs.*). CLAVD. 24, 262 thalami ... iura ([*cf. l. 11*]. 28, 150). SIDON. epist. 1, 9, 7. BOETH. cons. 4 carm. 1, 4 quas *pennas* cum velox mens induit, terras -a despicit. *al.* *? m. pl. pro subst.*: COLVM. 1 praef. 8 an bellum -is maris et negotiationis alea sit optabilior (*vulgo*; per obsessa *trad., quod tuetur Lundström* [*inde vol. IX 2, 224, 34 sq.*]). **b** *homines* (*deus* LVCAN., PRVD.): VERG. Aen. 9, 141 genus omne -os femineum *Teucros* ([*passive interpretatur* CLAVD. DON. *l. 57*]. OV. met. 7, 745 g. o. -a virorum *Procris*). OV. met. 12, 582 *Neptunus* saevum ... -us Achillem. SEN. Phaedr. 124 stirpem -a Solis invisi Venus. LVCAN. 6, 699 (*v. sub a*). STAT. Theb. 10, 816 *maerentem* -am solantes. PLIN. epist. 8, 18, 4. IVST. 17, 1, 4 *Lysimachus filium* ultra humanum morem -us ... interfecit (-um *var. l.; pendet* OROS. hist. 3, 23, 56). PRVD. cath. 11, 90 negat patrum prosapia -a praesentem deum. CYPR. GALL. iud. 571.

2 *pendent alia: gen. obi.* (*cf.* SERV. Aen. 6, 435 [*cf. p. 1607, 69*] figurate dixit: nam '-us illius' dicimus): SVET. Vesp. 4, 2 Agrippinam ... defuncti ... Narcissi amici -am (amicos *codd. recc.*). *inf.*: PRVD. perist. 3, 41 illa *Eulalia* -a quietis opem degeneri tolerare mora.

B *coniungitur c.* esse (*suppleas* fuisse *l. 34*; *adhibetur* -us sum *cum vi praeteriti* QVINT., VET. LAT., IVLIAN.): **1** *c. acc.*: EPIST. imp. Aug. Suet. Tib. 21, 7 deos obsecro, ut te nobis conservent ..., si non populum Romanum -i sunt. LIV. 3, 34, 8 *plebs* consulum nomen haud secus quam regum -a erat *eqs.* (-um *var. l.*). 3, 39, 4 *Romanos* superbiam ... tum -os regis, *sc. fuisse* (*antea*: pertaesum esse). OV. trist. 1, 7, 21 imposui *carmina* ... rogis, ... quod eram Musas, ut crimina nostra, -us. Pont. 4, 14, 24 Tomitae, quos ego, cum loca sim vestra -us, amo. COLVM. 9, 5, 2 ea *cura apium non* curatorum fraudulentum tantum, sed etiam segnitiae immundae -a est; aeque enim dedignatur *eqs.* QVINT. inst. 1, 10, 30 qui ... disciplinam non sint -i. VET. LAT. Hebr. 3, 10 (cod. 89. *al.*) propter quod -us sum, *sc. deus*, generationem hanc (*gr. προσώχθισα τῇ γενεᾷ, cod. 78. al. et Vulg.* infensus. *sim.* 3, 17 [cod. 89. *al., cod. 61* odivit, *ceterum v. sub 2*]). CLAVD. DON. Aen. 6, 435 p. 564, 5 quaerebant lucem rursum videre, quam ⌞fuerant -i⌟, *eqs.* (*Georgii*, fuerant *vel* maluerant *codd.*). IVLIAN. in Am. 5, 10 monitores ... estis -i. **2** *c. dat.*: VET. LAT. Hebr. 3, 17 (cod. 75) quibus ... *deus* -us fuit quadraginta annis? (*gr. τίσιν δὲ προσώχθισεν, cod. 81 et Vulg.* infensus, *Mutian. Chrysost. hom. 6 p. 279* iratus).

II *sensu passivo, i. q. (magno) odio habitus, (plane) invisus* (*saepe accedit dat. personae, praepos.* ab *l. 59*): **A** *usu vario* (*vi verbali vigente maxime l. 54. 59 sqq.*): TERT. nat. 1, 4, 5 veritatem saeculo [o]perosissimam philosophi ... affectant ([*restit. Borleffs*^{2}, *lectio trad. praefertur vol. IX 2, 699, 23*]. anim. 1, 6 veritatis tanto ... -ioris quanto plenioris). IVVENC. 3, 481 (*spectat ad Matth. 19, 10*) ut melius fuerit thalamis caruisse -is. HIL. trin. 4, 35 (*spectat ad psalm. 44, 8*) ob meritum dilectae iustitiae et -ae iniquitatis (*item* 11, 19 [operosae *var. l.*]). LVCIF. Athan. 2, 7 l. 70 deo -ae meditationes tuae ... revelatae *sunt* (GLOSS. II 327, 40 *θεοστυγής*: deo -us. 576, 25 deo -us: deo odibilis). CLAVD. DON. Aen. 9, 140 p. 206, 20 in apertam iniuriam ruit dicendo -os et femineum genus (*sc. Teucros; cf. l. 17*). Ps. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 3 Cercopes propter fraudem scelusque ... -i ab Iove ... in simias conversi sunt. AVG. trin. 13, 13, 17 homines ... neglecta vel etiam -a iustitia potentiae student. ALC. AVIT. carm. 3, 30 (*sec. gen. 3, 8*) tristi ... luce -a expavere diem *Adam et Eva.* ARATOR act. 1, 90 caelo terraeque -us inter utrumque perit *Iudas.* **B** *c.* esse: TERT. paenit. 5, 9 *qui post paenitentiam peccat*, erit ... tanto magis -us (operosus *var. l.*) deo quanto ... *diabolo* acceptus (*cum eodem opp.*: virg. vel. 16, 3 nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius modestia, nihil [o]perosius ... studio hominibus placendi [*si recte restit. Rhenanus*]). VET. LAT. Luc. 16, 15 (Tert. adv. Marc. 4, 33 p. 531, 20) quod elatum est apud homines, -um est deo (*gr. βδέλυγμα, Vulg.* abominatio. *cf.* Hebr. 3, 10 [cod. 75. *al.*] [o]perosa est mihi gens [*cf. l. 39*]. 3, 17 [Lucif. non conv. 10 l. 38] qui autem -i ei *deo* fuerunt quadraginta annis [*cf. l. 41. 45 sq.*]). HIL. in psalm. 118 gimel 20 p. 389, 13 omnem prophetiae fidem mundi huius -am esse principibus. CLAVD. DON. Aen. 12, 145 p. 570, 9. RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 8 iuste ... odio habeor, si -us fuero propter inhonestos actus meos. **C** *in iunctura* -um habere *aliquem vel aliquid* (*quae substituitur formis inusitatis verbi q. e.* odisse, *v. vol. V 2, 1596, 9 sqq.*): ZENO 1, 13, 2 *conceptum* forni-

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cariae habent -um ac semper vitant. LVCIF. Athan. 1, 29 l. 45 Athanasium -um habitum a patre tuo non fugit te *Constantium.* SERV. auct. ecl. 6, 41 Iuppiter cum -um haberet ... genus humanum ..., diluvio inundavit terras. CLAVD. DON. Aen. 12, 515 p. 613, 6 Menoetes ... -a habens bella (*Verg.* exosum). PELAG. in Rom. 12, 20 p. 100, 19 (*opp.* diligat). *al.* (LVCIF., CLAVD. DON.).

[*adv.* **perōsē** *falso trad.* APVL. apol. 38, 4 (operose *nunc legitur*).]

perovem GLOSS. V 319, 43 *v. sub* peroram. *Keulen.*

perpāco, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* 2. pacare. *i. q. penitus vel ubique pacare*: LIV. 36, 21, 3 omnibus -tis sine ullius noxa urbis (36, 42, 3 *nondum* omnia in Graecia -ta erant. FLOR. epit. 4, 12, 4 *Augustus* omnes ... *Alpium* populos ... -vit [pacavit *var. l.*]. AMPEL. 18, 21 -tis o. provinciis. *cf.* 47, 7 *populus Romanus* per ... Augustum ... totum ... orbem -vit exceptis Indis). VIR. ill. 33, 1 *Dentatus Samnites* usque ad mare superum -vit.

?**perpalaestricōs** *adv. e coni. dub.* AFRAN. com. 154 (*v. supra p. 101, 13 sqq.*).

?**perpalam** *adv.* *a* per *et* palam. *i. q. admodum palam*: VLP. reg. 11, 3 *legitimi tutores* ex lege duodecim tabularum introducuntur seu -m (palam *Vahlen,* propalam *edd. vet.*), quales sunt agnati, seu per consequentiam *eqs.*

perpallidus, -a, -um. *a* per *et* pallidus. *i. q. valde pallidus*: CELS. 2, 6, 2 *cutis* color aut niger aut -us (*cf. Hippocr. progn. 2 χλωρόν*). PHYSIOGN. 27 guttulae ... -ae *in pupillis oculorum* (pallide *var. l.; gr. p. 319, 6. 13 ὠχραί*).

perpālor, -ārī. *a* per *et* palari. *i. q. per loci spatium palari*: IVL. VAL. 3, 45 p. 152, 27 *Amazones in amnis insula vivunt, mares earum* ultra amnem extrinsecus -antur (-pelan-, propalan- *var. ll.; gr. p. 125, 2 κατοικοῦσι τὴν χώραν νεμόμενοι*).

perpalpo, -āvī, -āre. *a* per *et* palpare. *i. q. palpando pertractare*: PASS. Serap. (BHL 7586) 9 non adimplebat *Serapia* artem maleficii sui, nisi eos manibus -asset (*cf. 8* tetigit iuvenes *defectos* ... dicens *eqs.*).

perparcē *adv.* *potius a* per *et* parce *quam a* perparcus. *i. q. admodum parce*: TER. Andr. 455 tu quoque -e nimium *sumptum facis*; non laudo (*cf. 450* nimium parce [n. -e *falsa var. l.*]. DON. *ad l.* 2 et '-e' et 'nimium' *ponitur,* cum sufficeret 'per-' *eqs.* SCHOL. Ter. p. 55, 21 valde parce. *mire vocativum adi.* perparcus *intellegit* EVGRAPH. 449 [*add.* rec. *α*]. *sunt qui vocem* pernimium *accipiant, sc. per tmesin; cf. textum huius versus apud* Prisc. gramm. III 156, 6 [*aliter* 85, 27]. *alii intellegunt*: tu quoque -e, nimium [*sc.* parce]). CHAR. gramm. p. 180, 28 (*ex Romano*) ruri agere vitam, -e ac duriter sese habere (*est Ter. Ad. 45 sq. una syllaba decurt.,* semper parce *codd. Ter. et Char. p. 257, 4*).

perparcus, -a, -um. *a* per *et* parcus. *i. q. valde parcus*: GLOSS. II 470, 28 *φειδωλότατος*: -us, parcissimus, tenacissimus (*cf. l. 36*).

perparum *adv.* *a* per *et* parum. GLOSS.^{L} V Aa P 494 -m: satis parum. III Abol. PA 32 pausillulum: -m (*cf. 31* paululum: parum). 33 parumper: -m (V Abba PA 70 p.: -m, valde parum. I Ansil. PA 647 GLOSS. IV 138, 29).

i. q. valde parum (*color nimietatis accedit maxime l. 52. 55. 56. 60*): **1** *pro adv.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 31, 1 studentes ... doctrinis saecularibus -m somno indulgent. PS. AMBR. act. Seb. 6, 20 p. 1030^{A} *si martyres a martyrio revocatis,* ut -m rideant, aeternis fletibus *eos mancipatis.* RVFIN. hist. praef. p. 952, 5 *decimus liber Eusebii* -m erat in rebus gestis *occupatus.* AVG. epist. 102, 38 *qui omnia scire studet,* -m cogitat ... condicionem humanam (vel parum *var. l.*). CASSIAN. conl. 10, 14, 2 -m ... orat, quisquis illo tantum tempore, quo genua flectuntur, orare consuevit. *? iuxta* esse: AVG. mag. 14, 46, 4 *didici* -m esse, quod per locutionem aliquanta cogitatio loquentis apparet ((per)parvum, parum *codd. plerique,* perrarum *Weigel*). **2** *pro subst.*: VEG. mulom. 4, 4, 9 *bovi* potestas bibendi nisi -m concedenda *non* est (*cf. Colum. 6, 7, 3* quam parcissime). AVG. in Iob p. 538, 17 exigitur ... de illo *homine mortali,* quod potest, quamvis -m possit (parumper *var. l.*). c. Petil. 2, 38, 91 graecae linguae -m assecutus sum et prope nihil (*c. gen. part. ut*: QVODV. prom. 2, 29, 63 modicum ... farris ... et -m olei [(per)parvum *codd. plerique; respicitur III reg. 17, 12* paululum]). serm. 339, 3 (*inde* CAES. AREL. serm. 231, 3; *agitur de pane*) si ego multum ponerem, -m ad singulos perveniret. GREG. TVR. glor. conf. 1 perscrutans ... qualitatem quantitatemque potus, -m repperit (parumper *var. l.*). *Breimeier.*

perparvulus, -a, -um. *a* per *et* parvulus, *cf. e. g.* perpusillus. -vol- *scribunt edd. multi apud* CIC. *i. q. admodum parvulus: spectat ad magnitudinem*: CIC. Verr. II 4, 95 *famuli Verris magnum signum frustra amovere temptantes* duo tamen sigilla -a tollunt (*in re simili* 4, 96 *nihil* praeter unum -um signum). SOL. 53, 25 (*de margaritis tempestate conceptis*) -i fiunt scrupuli aut inanes. *spectat ad aetatem*: AVRELIAN. reg. mon. 22 absque ... nimis senibus et -is infantibus *omnes ministerium praebeant.*

perparvus, -a, -um. *a* per *et* parvus. *superl.* perminimus IVVENC. 3, 583 (*nisi est vox sui iuris, sc. e* per *et* minimus *compos.*); *cf.* satis -us *l. 37 infra.* *de notione*: PAVL. FEST. *v. supra p. 545, 63.* GLOSS.^{L} III Abstr. EX 74 exigua: modica, -a (*inde* I Ansil. EX 546). *legitur inde a* PLAVTO, CIC. (*sexies*), LVCR., *postea perraro excepto* AVG. (*sexies*). [*olim legebatur* CIC. leg. 1, 54 -am ... controversiam (parvam *codd. et edd. rec.*).]

i. q. valde parvus, minimus (*saepe opp. aliquod magnum; neutr. sing. ponitur fere pro subst. vel adv. sub 1aβ, 1bα, 2b*): **1** *proprie*: **a** *pertinet ad spatium*: *α adi.*: PLAVT. Truc. 1 -am partem postulat Plautus loci de vestris magnis ... moenibus (AVG. un. eccl. 1, 1 epistulae [*postea*: particulae]). CIC. Verr. II 3, 86 a Tissensibus, -a ac tenui civitate, sed aratoribus laboriosissimis *eqs.* Sest. 50 divinum illum virum (*sc. Marium*) ... navigio -o ... pervenisse *in Africam.* LVCR. 3, 216 animam totam -is esse ... seminibus (*cf. e. g.* parvissima corpora). PLIN. nat. 5, 41. SVET. Tit. 1 natus est ... sordidis aedibus, cubiculo vero -o et obscuro. HIER. epist. 124, 2, 1 (*ex Orig.*) Christum conlatione patris, *luminis incomprehensibilis,* splendorem esse -um. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 493, 2 oriri -am nubeculam (*sec. III reg. 18, 44 νεφέλη μικρά*). in Matth. 8 *animalium* minutissimorum, quibus etiam -i passeres aluntur (*cf.* Ps. AVG. serm. 54, 2 passer ... -a avis est). in psalm. 16, 8 *oculi pupilla* apparet -a et exigua. HESYCH. in lev. praef. p. 789^{B} ex hoc uno -o, quantum ad cunctum ... libri contextum ..., capitulo. CASSIAN. inst. 1, 3. PASCASIN. epist. 3 -a atque vili opere constructa ecclesia. CAES. AREL. serm. 24, 1 -um locum tenet *spina* in pede (*cf. Aug. in psalm. 130, 6* exiguo loco). *β acc. int.* -um *fere pro adv.*: LVCR. 5, 588 *ignes, quos videmus,* -um quiddam interdum mutare videntur *formam* (*cf. 594* perquam pauxillo).

b *pertinet ad quantitatem*: *α ad copiam rerum*: CIC. Verr. II 3, 130 loquebantur ... decumani ... -um ex illis magnis lucris ad se pervenire. EVAGR. vita Anton. 7 p. 851 sumebat ... panem et sal potumque aquae -um (*gr. τὸ ποτὸν ὕδωρ μόνον, Vita Anton. 7 p. 23, 9* potus sola aqua). AMBROSIAST. in II Cor. 9, 6 rec. *γ* (*in imag.*) parco -a messis est (parva *rec. α*). *β ad numerum hominum*: IVVENC. 3, 583 multos homines ... vocavit, e quis -minimam dignum est secernere partem (*sec. Matth. 20, 16* pauci ... electi). HIST. AVG. Avid. 4, 6 quod -a manu *auxiliarium* tantum hostium ... occidissent.

c *pertinet ad vim* (*huc vergit l. 16*): ORIBAS. syn. 6, 26, 8 Aa p. 19, 10 si pulsus in eis satis -us fuerit et inbecilles (*sim.* Ab p. 113, *gr. brevius. cf. e. g. Aa p. 19, 29* parvi et rari).

2 *translate de eis, quae sunt minimi momenti, pretii, effectus sim.*: **a** *adi.*: CIC. Deiot. 10 cum maximis eum rebus liberares, -am amicitiae culpam relinquebas. leg. 1, 52 pecuniamne ... an honores an formam an valetudinem *virtute meliores esse dicamus*? quae ... -a sunt *eqs.* 2, 47 cur ... haec (*sc. sacra, vota, ferias, sepulcra*) tanta facimus, cum cetera -a sint, de sacris autem, qui locus patet latius *eqs.*? OPT. PORF. epist. ad Constant. 5 quid ego faciam tenui pauper ingenio, meriti ... -i? (perpravi, parvi *var. ll.*). AVG. c. adv. leg. 1, 16, 32 -um est ... quod in eleemosynis datur (perparum *var. l.; opp.* aeternum ... meritum). c. Cresc. 3, 49, 54 *molestias* patimini -as et prope nullas. **b** *neutr. pro subst. vel adv.*: *gen. pretii*: SALV. eccl. 4, 27 tu salvatorem -i pendis et te salvator nihil. *acc. int.*: CASSIOD. Ios. antiq. 14, 399 p. 420 Antigonus ... nihil aut -um hostes laedebat (*gr. μικρὰ παντάπασιν*). *Erwin.*

perpāsco, -pāstum, -ere *et* **perpāscor,** -ī. *a* per *et* pascere, pasci. **1** *vi praeverbii non prorsus perspicua*: *? act.*: VARRO ling. 5, 95 pecus ab eo *dictum est,* quod perpascebant (-bat, pascebant *var. ll. dett.; edd. rec. fere malunt* pascebant *coll. Serv. auct. Aen. 1, 435 Schol. Verg. Bern. georg. 4, 168. al.*). *depon. c. obi.*: AETNA 492 *lapidum ferventium amnis* inaequalis volvens -itur agros (*si sic legendum, est fortasse i. q. pascendo, comburendo pervagari, cf. supra p. 601, 71 sqq.*). **2** *vi praeverbii perfectiva i. q. penitus, bene pascere (pasci): p. p. p.*: PHAEDR. 3, 7, 2 cani -to macie confectus lupus forte occucurrit (*cf. Babr. 100, 1 πιμελὴς ... λίην*). *mediopass.*: VET. LAT. Iudith 5, 10 (cod. 151) *filii Israel fame adducti* commorati sunt *in Aegypto* ..., usque dum -rentur, et facti sunt ibi multitudo magna (*gr. διετράφησαν, cod. 130* percrescerent, *Vulg. aliter*).

[**perpastino,** -āre *falsa var. l. pro* repastinare TERT. cult. fem. 2, 9 l. 23.]

perpateo, -patuī, -ēre. *a* per *et* patere. [*var. l. pro* perpatescere *p. 1611, 6*] *i. q. penitus patere* (*fort. huc trahas p. 1611, 8. 9*): PETR. CHRYS. serm. 85bis qui *sancti ianitores ianuam civitatis* ... obserarent hostibus, malis clauderent, aperirent bonis, civibus facerent -ere. 141, 3 si ad haec (*i. mysteria intellegenda*) tibi liber non -uerit accessus (*cf. 141, 1* pateat). MONTAN. epist. 2, 1 ita claritudinis tuae vita -uit, ut *eqs.*

perpatēsco, -patuī, -ere. *a* per *et* patescere. *scribitur* -tisc- *p. 1611, 17.* *i. q. penitus patescere* (*fere translate de eis, quae animo patescunt, sed quae oculis p. 1611, 1. 6; vi ingressiva fort. evanescente p. 1611, 6. 8. 9*): **1** *pro subi. est subst.*: PS. HIER. epist. 34 (Corp. Christ. 69, 281)

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11 (*de lepra*) *florente mundialis vitae voluptate* vitiorum contagium grassatur in corpore; nam aut avaritiae aut libidinis maculae -unt. CASSIAN. conl. 10, 11, 5 tunc ... scripturae divinae nobis clarius -unt ..., quando *eqs.* PRAEDEST. praef. p. 586[A] ut in primo libro veterata haereseos superstitio -at (*syn.* non lateant). ARNOB. IVN. confl. 2, 5 l. 183 (*agitur de natura angelorum*) solis divinis oculis -it (perpatens *var. l.; opp.* nostris oculis serviens). GREG. TVR. glor. mart. 33 p. 508, 37 manifestato nocente virtus beati -uit (Mart. 3, 23 v. ... clarificata -uit). Mart. 3, 21 haec fama ... pene in toto mundo vulgata -uit. CONC. Tolet. a. 589 Migne 84, 350[C] (= Vives, Conc. visig., 1963, 124) sacerdotum ... fides ... sanctitati vestrae -uit (praepatuit *Mansi 9, 990[A]*). ISID. epist. 4, 1 *in litteris vestris* agnitio salutis vestrae nihilominus -uit maxime per ... portitorem (praepatuit, apparuit *var. ll.*). **2** *pro subi. sunt structurae verbales*: PS. PACIAN. sim. carn. p. 117, 26 ut ..., an debuerit *caro domini* peccati similitudine signari, liquido -at. CASSIAN. conl. 2, 9 exemplis ... satis abundeque -uit discretionem fontem ... esse virtutum (*item accedit [acc. c.] inf.*: GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 219, 14 ut ... iniustum te esse ... -iscat [-esc- *codd. plerique*]. CONC. Aurel. a. 538 p. 123 l. 230 ut ... actum fuisse -uit [*cf. postea*: patuerit]. Aspas. a. 551 p. 163 l. 9 *quosdam* propositae paenitentiae modum excessisse -uit). *Breimeier.*

perpauculus, -a, -um. *a* perpaucus *demin., nisi a* per *et* pauculus. [*dub.* AVR. Fronto p. 5, 22 accipe nunc ⌞-a⌟ contra somnum (*ita legit Studemund,* tu paucula *Hauler*).] *i. q. admodum paucus*: CIC. leg. 1, 54 *Antiochus* me ex nostris paene convellit hortulis deduxitque in Academiam -is passibus.

perpaucus, -a, -um. *a* per *et* paucus. *superl.* COLVM. 3, 20, 6. *legitur in poesi singulis locis apud* TER., LVCR., HOR. sat., *in oratione soluta saepe apud* CIC., CAES., LIV., *ceterum perraro.* [*confunditur in codd. cum* paucus *l. 41. 64. al.* (*falsa var. l.* NEP. Pel. 1, 2, *e coni. dub.* AMM. 30, 4, 4).]

i. q. valde paucus (*item* GLOSS.; *saepe occurrit iuxta alias voces quantitatem indicantes*): **1** *vox indicat, quot sint* (*ubique plur. praeter l. 45; accedunt locutiones partitivae c. praepos.* ex *l. 40. 42. 53 sq. 74. al.,* de *l. 55*): **a** *adi.*: α *de animantibus*: TER. Eun. 409 (*miles ad parasitum*) *rex est* -orum hominum. :: immo nullorum *eqs.* ([EVGRAPH. ut cum paucis esse velit]. CIC. Verr. II 2, 14. nat. deor. 3, 70 *homines bona ratione donatos,* quos videmus, si modo ulli sint, esse -os. 3, 75. ad Q. fr. 1, 1, 16 [*opp.* permulti]). CIC. Verr. II 3, 13 -ae Siciliae civitates sunt bello ... subactae. Caecin. 26 Aebutium cum armatis ... fuisse compluribus, ... cum advocatis -is eo venisse Caecinam. CAES. Gall. 5, 5, 4 ex quibus *principibus* -os (paucos *var. l.*) ... relinquere in Gallia, reliquos *eqs.* civ. 2, 42, 5 equites ex proelio -i se recipiunt (LIV. 34, 44, 5. 41, 3, 4. 44, 43, 3. *cf.* 28, 22, 12 -ae equitum turmae). LIV. 25, 15, 9 militum, quos -os habebat. COLVM. 3, 20, 6 cum *id* ... -issimis agricolis contigerit. VET. LAT. Sirach 48, 17 relicta est gens -a (*gr. ὀλιγοστός*). AVG. serm. 46, 9 sanae atque crassae oves -ae sunt. SALV. gub. 7, 14 exceptis ... -is ferme sanctis ... viris. IORD. Get. 115 -i Vandali (pauci *var. l.*). β *de rebus*: CIC. Verr. I 31 aut nulli aut -i dies ad agendum futuri sunt (Brut. 324 -is ante mortem d. [Lael. 14]. *al.* LIV. 44, 19, 3 intra -os d.). Cluent. 117 -a mihi de meo officio verba faciunda sunt (SVET. Iul. 84, 2). Mur. 28 -is et minime obscuris litteris continetur *scientia iuris.* orat. 132 Crassi -a *exempla* sunt ..., nihil Antoni (LVCR. 2, 540 tanta ferarum vis est, quarum nos -a e. videmus). *al.* CAES. Gall. 3, 15, 5 ut -ae *naves* ex omni numero ... ad terram pervenirent (5, 23, 4 ex iis. LIV. 26, 39, 19 ex onerariis. 37, 11, 3). VARRO ling. 9, 59 de his *vocabulis* -a sunt, quae *eqs.* LIV. 4, 52, 4 defuncta civitate plurimorum morbis, -is funeribus. 41, 8, 7 -is lustris. 43, 19, 6. COLVM. 3, 9, 2 *vites* numero quidem -as, verum ita fertiles, ut *eqs.* GRAN. LIC. 28, 4 perpauc⟨is bo⟩nis magna misce⟨bat mal⟩a. VLP. dig. 46, 5, 1, 5. RVFIN. hist. 3, 3, 1 Petrus ... praedicationis suae monumenta nobis -a dereliquit.

b *pro subst.*: α *masc. plur.*: CIC. Verr. II 5, 87 *Verris avaritia in praesidiis* erant -i reliqui, ceteri dimissi. Planc. 74 cum -is nominatim egissem gratias, quod omnes enumerari ... *non* possent. de orat. 1, 31 ex infinita multitudine hominum existere unum, qui id ... vel solus vel cum -is facere possit (paucis *var. l.*). orat. 20 in singulis *generibus dicendi* quidam floruerunt, peraeque autem ... -i in omnibus. Att. 6, 3, 3 offensus contumelia nemo, decreto iusto et severo -i. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 14, 1 -i ... officium praestiterunt. CAES. Gall. 1, 6, 1 mons ... altissimus inpendebat, ut facile -i prohibere possent. 1, 53, 2 -i aut viribus confisi tranare *Rhenum* contenderunt aut lintribus inventis sibi salutem reppererunt (*inde suppletur* civ. 3, 38, 4). 4, 15, 3 omnes incolumes -is vulneratis. 7, 11, 8. BELL. Alex. 16, 2 miserum videbatur, -os ... de salute omnium decertare. LIV. 9, 31, 16 -is effugium patuit (*cf.* 35, 27, 8 -i ... perfugerunt. 35, 51, 4 effugerunt. 38, 2, 14. 42, 7, 8). 31, 43, 3 occisi -i sunt, plures volnerati, captus nemo. *al.* RVFIN. hist. 5, 16, 9 -i erant ex Frygibus, qui *eqs.* (*gr. ὀλίγοι*). AVG. civ. 17, 24 p. 255, 5 in magna multitudine prophetarum -i ea scripserunt, quae auctoritatem canonis obtinerent. SIDON. epist. 4, 11, 7 -os esse ..., qui mortuos ament. *al.* β *neutr. plur.* (*sc. acc. praeter l. 16, maxime iuxta verba dicendi, scribendi, ut sit fere i. q. -a verba* [*cf. p. 1611, 50*]): CIC. Verr. II 2, 45 ex ista reperietis hereditate ita istum praedatum ut -a occulte fecerit. 3, 105 de Aetnensibus -a dicam; dixerunt enim ipsi priore actione publice (leg. 1, 34 -a dixero. *ibid. verbo subaudiendo*: tu vero iam -a scilicet). Cluent. 160 quibus de rebus ... satis dixisse videor; reliqua -a sunt. de orat. 2, 234 -a mihi ... restant. rep. 1, 18 cum essent -a inter se ... conlocuti (*cf.* loqui -a: Att. 10, 16, 1. HOR. sat. 1, 4, 18 raro et -a. PELAG. in I Cor. 14, 19 p. 209, 5 ['quinque verba ... decem milia'] malo -a ... ad profectum l. quam multa *eqs.* AVG. in euang. Ioh. 36, 5). fin. 1, 17 Democritea dicit *Epicurus* -a mutans (ac. 2, 132). 5, 13. ac. 2, 137 *Antiochus* noster est plane, ..., Stoicus -a balbutiens (-a ⟨Academica⟩ *Vahlen*). DECL. in Catil. 61 -a satis attigisse fuerit. GELL. 5, 21, 4 reprehensor audaculus verborum, qui -a eademque a volgo protrita legerat. VET. LAT. Hebr. 13, 22 (cod. 78. *al.* = VVLG.) -is scripsi vobis (cod. 61 -a; *gr. διὰ βραχέων*).

2 *vox indicat, quantum sit, sc. sing. de tempore perbrevi*: RVFIN. hist. 3, 29, 1 et alia haeresis ... -o tempore tenuit (*gr. ἐπὶ σμικρότατον ... χρόνον*).

deriv.: cf. perpauculus. *Marchionni.*

perpavefacio, -ere. *a* per *et* pavefacere, *nisi a* per *et* pavere *et* facere (*cf. p. 806, 27 sq. 1405, 41*). *i. q. penitus pavefacere*: PLAVT. Stich. 85 perplexabiliter earum *filiarum* hodie -am pectora.

[perpaululus, -a, -um *v. sub* perpaulus.**]**

perpaulus, -a, -um. *a* per *et* paulus. *non nisi neutr. sing.* -um *pro subst., i. q. admodum paulum*: CIC. de orat. 2, 150 inter ingenium ... et diligentiam -um loci reliquum est arti *oratoris* (perpaululum *pars edd. vet.*). 2, 234 te in viam, simulac -um gustaris, *sc. hospitii mei,* extrudam (perpaululum *var. l.*). fin. 1, 19 *Epicurus* declinare dixit atomum -um, quo nihil posset fieri minus (*cf. e. g. nat. deor. 1, 69* paululum. *fat. 22* intervallo minimo – id appellat *ἐλάχιστον*).

perpauper, -is *adi.* *a* per *et* pauper. *i. q. valde pauper*: AFRAN. com. 160 dat rustico nescio cui, vicino suo -i, cui dicat dotis paulum. CIC. Att. 6, 3, 5 erat ... rex *Cappadociae* -r.

perpauxillus, -a, -um. *a* per *et* pauxillus. *neutr. sing. pro subst., i. q. admodum pauxillum*: PLAVT. Capt. 177 *te ad cenam voco,* si ⌞pauxillo⌟ potes contentus esse. :: ne ⌞-o⌟ modo (⌞ ⌟ pauxillum *et* -um *fere trad.; cf. supra p. 863, 6 sq.*).

perpecco, -āvī, -āre. *a* per *et* peccare. *i. q. gravissime vel perpetuo peccare*: PS. PHILO antiq. 28, 5 numquid in vano perdet pastor gregem suum, nisi -verit ei? (peccav(er)it *var. ll.*).

[perpedio, -īre *falsa var. l. pro* praepedio, -īre ACC. trag. 279.**]**

?**perpediōsum** lignum, in quo domestica pendunt superlectilia GLOSS. II 589, 20. *obscurum*; 'perpendiclum?' *Goetz in indice.*

Breimeier.

perpello, -pulī, -pulsum, -ere. *a* per *et* pellere. *scribitur* perspulserunt LIV. 45, 10, 6 (*cod. V*), pelpulsi PLIN. nat. 11, 173 (*var. l.*). *legitur inde a* PLAVTO, TER., NIGID., SALL., *sed raro exceptis* LIV. (*33[ies]*) *et* TAC. (*18[ies]*). [*confunditur in codd. (maxime in formis perf.) cum* pellere PLAVT. Epid. 541 Trin. 308 CIC. Cael. 36 orat. 177 PLIN. nat. 11, 173 FRONTIN. strat. 4, 6, 2. *al.* (*restit.* CVRT. 5, 3, 9), percellere LIV. 5, 51, 2. 24, 13, 2. FRONTIN. strat. 2, 4, 1 (*restit. p. 1199, 66 sq., cf. ibid. l. 62 sqq.*), perferre (*v. p. 1355, 33 sq.*), propellere FRONTIN. strat. 2, 4, 1 DECL. in Catil. 100, repellere FLOR. epit. 4, 12, 19.]

I *vi praeverbii sollemni i. q. impellere, compellere aliquem usque ad finem, sc. ad actionem vel condicionem quandam* (*in notionem impetrandi, perficiendi vergit haud raro sub A2; -untur fere homines [res pro hominibus positae l. 74. p. 1613, 68], haud raro cunctantes, resistentes, cf. p. 1613, 3 et adv. temporalia l. 69. 70. p. 1613, 17. 36. 40*): **A** *agunt animantes verbis aliisve modis persuadentes, cogentes* (*cf.* PAVL. FEST. p. 216 -ulit: persuasit, impulit. GLOSS. V 538, 27 -ulit: coegit, suasit. *v. et p. 1613, 36*): **1** *c. acc. personae*: **a** *accedunt structurae indicantes, quem ad finem aliquis -atur*: α *enunt. secund. c.* ut (*vel* ne, *coni. nudo p. 1613, 5; ceterum cf. 2bα, B1a et p. 1613, 72*): PLAVT. Bacch. 644 senem ... dolis compuli et -uli, mi omnia ut crederet. Epid. 87 -uli meis dolis senem, ut censeret suam sese emere filiam. TER. Andr. 828 -isti me, ut homini adulescentulo ..., filiam ut darem ... in incertas nuptias. SALL. Catil. 26, 4 *Cicero* conlegam ... pactione provinciae -erat, ne contra rem publicam sentiret. Iug. 38,2 *Iugurtha* denique Aulum spe pactionis -ulit, uti ... sese ... insequeretur. LIV. 4, 12, 8 *tribuni plebis* postremo -ulere plebem, ... ut L. Minucius ... crearetur. 7, 36, 10 *Decius* -ulit consulem, ut hostes ... adgrederetur (8, 16, 9. 25, 28, 5). 32, 32, 4 arcem regium tenebat praesidium neque ut decederent inde ... -i potuerunt. *al.* FRONTIN. strat. 4, 6, 2. AVR. VICT. Caes. 4, 12 *liberti* eo ... herilem stultitiam *Claudii* -ulere, uti senex fratris filiam in nuptias concupisceret. *ad obi. accedunt participia vel adi. describentia*

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

animum eorum, quibus aliquid persuadeatur (*v. etiam infra l. 62 sqq.*): Liv. 1, 59, 11 *Brutus* his ... memoratis incensam multitudinem -ulit, ut imperium regi abrogaret. 25, 18, 11 diu cunctantem Crispinum -ulere turmales, ne impune ... pateretur *eqs.* (25, 40, 13. Tac. hist. 4, 20, 2 c. legatum milites -erant, fortunam proelii experiretur [*si recte trad.; cf. Wellesley ad l.*]. Svlp. Sev. chron. 1, 28, 2 *Dalila Samson* diu eludentem et multa c. -ulit, ut indicaret *eqs.*). 25, 27, 8 timentem. 45, 10, 6 diu negantes. Cvrt. 8, 6, 8 iuvenem sua sponte iam motum data fide acceptaque -ulit, ut *eqs.* Tac. ann. 1, 40, 3 aspernantem uxorem ... ut abiret -ulit *Germanicus.* 2, 67, 1 per ingentia promissa *regem* quamvis ambiguum et scelera sua reputantem -ulit, ut *eqs.* 11, 36, 2 commotum his et pronum ad misericordiam Caesarem -ulere liberti, ne ... histrioni consuleretur. Decl. in Catil. 100. **β** *praepos.*: ad: Liv. 4, 21, 8 Falisci -i ad instaurandum bellum neque clade Romanorum neque sociorum precibus potuere (*item c. gerund.*: Vlp. dig. 11, 3, 1, 4 servum -ulit ad delinquendum [pep- *var. l.*]). 27, 15, 11 blanditiis muliebribus -ulit eum ad proditionem. 32, 14, 2 *dux* tuentes urbem ... dem⟨um⟩ metu -ulit ad deditionem. Tac. hist. 3, 48, 1 *Anicetus regem* pecunia donisque ad societatem -erat (Ivst. 32, 3, 5 ad belli s.). ann. 6, 49, 1 *mater* luxu -isset iuvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret. Avr. Fronto p. 31, 7 me ... ad graecam scripturam -erunt *quidam.* Ivst. 8, 6, 6 *Philippus uxoris fratrem* simulato amore ad stupri consuetudinem -ulit. in *c. acc.* (*cf. infra l. 70*): Avr. Vict. Caes. 19, 1 *Didius Iulianus praetorianos* in societatem promissis ... -erat. Cod. Theod. 13, 4, 3 *fabros quosdam* in par studium docendi adque discendi nostro sermone -imus (-pendimus *cod.*, comp- *Cod. Iust. 10, 66, 2*). **γ** *inf.* (*cf. p. 1016, 71 et infra l. 66 sq. 73 sqq.*): Tac. ann. 6, 33, 1 Mithridates Pharasmanen -ulit dolo et vi conatus suos iuvare. 11, 29, 3 (*v. p. 1199, 66*). 13, 54, 2 *legatus Germaniae* minitando ... -ulit Verritum ... preces suscipere. Ps. Prosp. carm. de prov. 285 *Satan hominem* -ulit ... pomum decerpere.

b *finis subauditur e contextu* (*cf. l. 68. p. 1614, 3*): Liv. 9, 30, 7 *tibicines* -i nequibant (*antea*: hortati sunt, uti reverterentur Romam). Avr. Vict. Caes. 8, 3 *milites* Vespasianum -ulere (*sc. ut imperium caperet*).

2 *non indicatur, quis -atur* (*saepe facile intellegitur e contextu, aliter maxime l. 43 sqq.; ceterum cf. l. 72 infra*): **a** *finis -endi intellegitur e contextu*: Ter. Andr. 662 *servus* numquam destitit instare, ut dicerem me ducturum patri; suadere, orare usque adeo donec -ulit (Evgraph. persuasit). Clavd. Mam. anim. 2, 8 p. 129, 19 -ente copia tepentium naeniarum stolido laudatore *philosophi quidam inania proferunt.*

b *finis -endi indicatur certis structuris*: **α** *enunt. secund. c.* ut (*rarius* ne): Liv. 1, 45, 2 *Servius Tullius* saepe iterando eadem -ulit tandem, ut Romae fanum Dianae populi Latini ... facerent. 2, 31, 5 *milites* -ulere, ut ... in adversos montes agmen erigeret *consul.* 3, 50, 11 *nuntii insecuti* -erunt, ut ad arma conclamaretur (*sim. c. verbo pass.*: 7, 41, 7. 9, 24, 4 *transfuga* visus ... haud vana adferre -ulit, ... castra ut ... removerentur. 9, 31, 7. 24, 35, 5 *Himilco* facile -erat, ut ... copiae in Siciliam traicerentur. Tac. hist. 3, 54, 2 *centurio* -ulit, ut ... ipse mitteretur). 25, 27, 3 Bomilcar ... exposita fortuna sociorum ... -ulit, ut onerarias naves ... secum mitterent. *al.* Cvrt. 4, 1, 32 *dux hostes* incautos ostentans -ulit (*sc. suos*), ne dubitarent ex urbe erumpere. 5, 3, 9 *milites,* ut decederet *Alexander,* ⟨per⟩pellere nequierant. Tac. hist. 1, 66, 1 *Lugdunenses* his et pluribus ... -erant, ut ne legati quidem ... arbitrarentur *eqs.* 2, 33, 2 consilii auctores -ulere, ut Brixellum concederet *Otho.* 4, 14, 2. Gell. 11, 8, 4 quis -ulit, ut id committeres? (*cf. Plut. Cato 12, 6 ἀναγκασθείς*). **β** *acc. neutr. pron.*: Tac. hist. 2, 62, 2 priores ⌊id⌋ principes pecunia et saepius vi -erant (*sc. ut ludis vel in arena agerent equites Romani; cf. ann. 14, 14, 4 Nero* subegit).

B *agunt res, quae homines stimulant*: **1** *variae* (*cf. p. 1019, 26. 29*): **a** *sequitur* ut: Liv. 2, 61, 5 *Ap. Claudium reum* non minae plebis, non senatus preces -ere unquam potuere, ... ut vestem mutaret. 5, 51, 2 (*loq. Camillus*) me, ut redirem, *non* mea voluntas mutata, sed vestra fortuna -ulit. 6, 42, 4 fama repens ... allata -ulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur. 33, 8, 2 laetior res ... invitum et cunctabundum *Philippum* ... -ulit, ut *eqs.* (*item ad obi. accedunt adi. vel part.*: Tac. ann. 1, 24, 1 haec audita quamquam abstrusum et ... *multa* occultantem Tiberium -ulere, ut *eqs.* 4, 42, 1 habita ... cognitio cunctantem iam Tiberium -ulit, ut vitandos crederet patrum coetus). **b** *cetera exempla*: Tac. ann. 12, 50, 2 *v. p. 1199, 67* (*c. inf. ut*: Clavd. Mam. anim. 1, 25 p. 87, 17 quae *causa* temet ignarum -ulit animam referre corpoream [pep- *var. l.*]). Paneg. 4, 28, 1 *non eduxisset exercitum,* nisi animum iam metu devium infestior deus et pereundi maturitas -isset. Orient. comm. 1, 364 (*ad II reg. 13*) Thamar (*gen.*) forma duos ... fratres incesti et ferri -ulit in facinus.

2 *affectiones, cogitationes sim.* (*addatur* voluntas *l. 59*): Cvrt. 6, 5, 32 acrior ad venerem feminae cupido quam regis *Alexandri,* ut paucos dies subsisteret, -ulit. Tac. hist. 5, 2, 2 quos *Aethiopas* rege Cepheo metus atque odium mutare sedes -erit (*item c. inf.*: Symm. epist. 1, 1, 1 haec [*sc. consilia sim.*] me ... oppido -erunt scribendi munus insuper non habere. Prosp. epigr. in obtrect. Aug. 2, 4 [*in imagine*] *livor* caput ... tollere humo miserum -ulit anguiculum). Avg. civ. 2, 7 p. 61, 15 mox ut eos *cultores deorum* libido -erit.

II *vi praeverbii parum manifesta* (*si recte trad.; vis verbi simplicis augeri vid. imprimis apud* Plin., *cetera fort. notione re- vel expellendi accipienda sunt*): Nigid. Non. p. 144, 20 nixurit, qui niti vult et in conatu saepius aliqua re -itur (repellitur *Madvig,* praepeditur *Müller*; in conatu⟨s⟩ ... -itur *Massaro in plagulis*). Plin. nat. 11, 173 *ranae coaxantis* oculi flagrant labore -lsi (pulsi *var. l.; 'agitati' intellegit Mayhoff; cf. Arist. hist. anim. 536a18 ἐκ τῆς ἐπιτάσεως*). Flor. epit. 4, 12, 19 *Augustus Dacos* ultra ulteriorem -ulit ripam *Danuvii* (repp- *var. l.*). Canon. Turner II p. 29 *si presbyter* fornicatus fuerit aut adulterium fecerit, -i eum a communione ... censemus (pelli *var. l.; gr. ἐξωθεῖσθαι*). *Oshiba.*

?**perpendeo,** -ēre. *a* per *et* pendēre. *forma heteroclit. indic. praes.* -it Vindic. *si vox recte traditur, l. 20. 22 est fere i. q. pendēre, l. 18 cogitari possit de vi praeverbii temp., ut sit i. q. perseveranter pendere*: Chiron 731 (*curatio veretri prolapsi*) si sanum non fuerit *post primam curationem* et -ens veretrum habebit, *eqs.* (*i. quod revocari non potest*; pro*coni. Oder,* prae- *Heraeus in schedis*). Vindic. gyn. rec. D p. 437 quo⟨d⟩ ... superpendit illis *tonsillis,* uva est; -it autem super duos canalis, *sc. oesophagum et arteriam asperam* (*recc. L, P, Li praebent verbum simplex*). Ven. Fort. vita Radeg. 72 dum glomus, quem sancta filaverat, -ret de camera, *eqs.* (penderet *var. l.*).

perpendiculāris, -e. *a* perpendiculum. [*formas verbi* perpendiculare *falso praebet cod. E* Nips. grom. p. 297, 2. 6. 10. 299, 16.]

t. t. artis geometricae, quo significatur linea recto angulo stans in altera linea, κάθετος (*ubique f. pro subst. [vix agnoscas n. l. 38. 39]; accedit gen. l. 32. 41*): **1** *definitur* (*sc. sec. Euclid. 1 def. 10, quod vertitur* Evclid. elem. vers. M l. 14 quae superstat linea super eam, quam insistit, -is vocatur): Balb. grom. p. 100, 13 quotiens ... recta super recta linea stans ex ordine angulos pares fecerit, et singuli anguli recti sunt et stans -is eius lineae, super quam insistit, est. Mart. Cap. 6, 710 illa superstans *linea* -is dicitur, sed graece *κάθετος.* **2** *exempla cetera* (*respicitur fere linea a latere trigoni per angulum oppositum ducta*): Balb. grom. p. 101, 1 ⟨a⟩ cuius *-is* sede (*i. basi*) si subtendens linea -i fuerit iniuncta, efficit triangulum recto angulo (*cf.* Grom. Bubnov p. 522, 4 trigoni orthogoni linearum nomina: cathetus, id est -is, basis, id est sedes, hypotenusa, id est obliqua). p. 101, 4 -em (-e *var. l.*) extra finitimas lineas *habet triangulus amblygonius* (*in eodem triangulo* Nips. grom. p. 297, 2. 6. 10. 12 -em [-e *var. l.*]. 15). p. 101, 9 -em intra tres lineas habebit *triangulus oxygonius* (*in eodem triangulo*: Nips. p. 299, 6 dicere -em ... oxygoni et praecisuras singulas. p. 299, 14 [*suppl. Lachmann*]. 16). p. 301, 8 a recto angulo *trigoni orthogonii* missa super hypotenusam -is et singulae praecisurae desiderabuntur (*cf.* p. 301, 13).

perpendiculātor, -is *m.* *a* perpendiculum, *cf. e. g.* malleator, fundibulator. *significatur opifex, qui perpendiculo utitur, fortasse caementarius, lapidarius vel mensor*: Ps. Avr. Vict. epit. 14, 5 ad specimen legionum militarium fabros, -es, architectos genusque cunctum exstruendorum moenium ... in cohortes centuriaverat *Hadrianus.*

perpendiculātus, -a, -um. *a* perpendiculum, *cf. e. g.* orbiculatus, quadrangulatus. *i. q. ita collocatus supra aliquid, ut perpendiculum demissum quasi eo caderet*: Mart. Cap. 6, 593 *stellae quaedam* antarcticis terris conspicuae ac praenitentes et velut -ae capitibus *suspiciuntur.* *M. H.*

perperus, -a, -um. [*qui Romanos vocem e gr. πέρπερος 'gloriosus, vaniloquus' (vox fortasse onomatopoetica, v. Skoda, Le redoublement expressif, 1982, 87) mutuatos esse putant, discrepantiam notionum haud facile explicare possunt (neque e contrario licet vocem gr. e latina derivare, v. Timpanaro, Giorn. Ital. Filol. 44, 1992, 249 sqq.; Blanc, Rev. Et. Gr. 110, 1997, 68 sqq.). v. etiam sub* perperam. *Fo.*] *gen. plur.* -um IREN. 1, 20, 1 (*sec. tertiam decl.? an pro* -arum?). *superl. v. l. 74.* *de notione: v. l. 72.* GLOSS. *πέρπερος, προπετής.* violentus. -um: perversum. -a: erratica. mala. maligna seu fallens. graece malum (*cf.* GLOSS.^{L} Corp. P 328 -a: malum). mala, prava, perversa. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1003 -a: non propria. *cf.* perperperam. *legitur apud* ACC. (*cf.* perperitudo), *fortasse apud* ASELL. (*v. p. 1621, 35*) *et inde a* VET. LAT.; *et adi. et adv. exstant medio aevo, cf. e. g. Norberg, In reg. Greg. M. stud. crit. II, 1939, 143 sq. 205.* [*falso trad.* PLAVT. Truc. 654 (propere *Itali*). *legebatur olim* HIST. AVG. Tac. 6, 2 (prae⟨pro⟩perum *edd. rec.*).]

fere i. q. pravus, falsus: **1** *de hominibus*: ACC. carm. frg. 23 describere in theatro -os popularis (*explicant*: NON. p. 150, 11 indoctos, stultos, rudis, insulsos, mendaces. GLOSS. V 645, 24 perversos). PHILO quaest. in gen. 4, 183 ⟨vi⟩ce ⟨per⟩perissimi ⟨et ma⟩li agitatoris (*sc. nimia velocitate currentis. sec. vers. armen. suppl. Petit*). -us est *de eo qui doctrina, opinione errat* (*cf. vol. VI 1, 192, 68 sqq.*): PALLAD. c. Ambr. fol. 343^{r}, 40 cum ... *disputatione* confutareris et perpe⟨rum⟩ te cerneres esse. **2** *de rebus:* *de affectu, actione*: VET. LAT. I Cor. 13, 4 (cod. 75. *al.*) caritas non est -a (*gr. et alias vers. v. p. 1622, 3 sq.*). GREG. M. epist. 11, 7 l. 6 ut ... malos ab actione -a corrigatis. *de libris spuriis*: IREN. 1, 20, 1 multitudinem apocryphorum et perperum scripturarum (*gr. νόθων*).

adv. **perperē.** GLOSS. contra rationem. erratice (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1005 -e: erratici [*nisi pertinet ad adi.*]). *i. q. perperam*: HIL. coll. antiar. p. 45, 14 quae ... -e gesta sunt (ANON. Vales. 12, 60 nihil etiam -e gessit *Theodericus* [-am *var. l., v. Adams, Text and Language, 1976, 34*]). CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 21, 7 in ... -e praesumptis opinionibus (*cod. opt.,* -am *ceteri*). CONC. Matisc. a. 585 p. 243 l. 186 contumaciter ac -e agens. GREG. M. epist. 1, 59 l. 5 -e committi.

deriv.: cf. perperitudo, perpero; *v. etiam p. 1623, 52.* *Keulen.*

perpes, -etis *adi.* [*in sermone poetarum breviatum esse vid. e* perpetuus (*v. illic*), *quocum notione congruit; cf. vol. VII 1, 1719, 36 sqq. et Benedetti, I composti radicali lat., 1988, 138. Fo.*] *scribitur* perpis GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1033. *formae occurrunt hae: sing. imprimis acc.* (*m./f.* -em *inde a* PLAVTO, *n.* -s MART. CAP. 1, 33. 9, 912) *et abl.* (-i *inde ab* APVL., TER. MAVRO *passim,* -e OPT. PORF. carm. 6, 8. *al.* IVVENC. 2, 508. 3, 510. *et saepius*), *ceterum nom.* -s IVL. VAL. 1, 31 vers. 5 AVIEN. Arat. 8. *et saepius, gen.* -is ZENO 1, 16, 1 PRVD. cath. 1, 26. *al., dat.* -i HYMN. Walpole 51, 15 COD. Theod. 16, 5, 40, 7; *plur. non nisi nom./acc.* -es CALP. decl. 48 LACT. inst. 7, 26, 4 epit. 66, 7. *al.* *compar. et superl. desunt.* *de notione*: FEST. p. 217 -em pro perpetuo dixerunt poetae (*affert* PACVV. trag. 208). GLOSS. -s (est) perpetuus. -em: perpetuum. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1007 -s: iugis, perennis. *legitur apud* PLAVT. (*ter*) *et* PACVV. (*bis*), *cf.* FEST. *supra; denuo inde a saec. II et in versibus et in oratione soluta.* [*confunditur in codd. c.* perpetim *saepe* (*v. l. 66. 71. p. 1625, 42 sqq., restit.* PLAVT. Truc. 278), *c.* praepes AVIEN. Arat. 8 orb. terr. 262 DRAC. laud. dei 2, 63. *al.* (*v. l. 48 et vol. X 2, 763, 66; falso trad.* GLOSS.^{L} II Abav. PE 92 = V Abba PE 116).]

i. q. perpetuus (*usus praedicativos notabiliores v. l. 46. 50; iuxta adi. quasi pro adv. l. 69, abl. fortasse pro adv. p. 1625, 36. 48*): **1** *plena vi temporali*: **a** *respicitur tempus definitum, quod actu vel statu quodam impletur ab initio usque ad finem, ut sit fere i. q. totus*: **α** *de partibus sollemnibus temporis* (*per enallagen de animantibus, qui agunt aliquid tota die, apud* IVST.): PLAVT. Amph. 280 verberatus quam *noctem* pependi -em (732 quievi in navi n. -em. Truc. 278 n. in stramentis pernoctare -em [-im *trad.*]. CALP. decl. 48 liberas et -es n. *coniugum* [*opp.* furtiva commercia *amantium*]. APVL. met. 2, 22, 2 -em n. eximie vigilandum est. 3, 3, 7. *al.*). APVL. apol. 73, 7 Pudentillam ... anno -i adsiduo convictu *spectare* (CIL III 4121 *Constantinus* nundinas die Solis -i a. constituit. LACT. inst. 7, 26, 4 per a. septem -es intactae erunt silvae. mort. pers. 33, 11 ZENO 1, 16, 1. *al.*). SOL. 52, 25 *gymnosophistae* -em diem alternis pedibus insistunt (*sec. Plin. nat. 7, 22* toto die). IVST. 12, 16, 5 ea die, qua *Alexander* natus est, duae aquilae ⌞tota die⌟ -es supra culmen domus ... sederunt (⌞ ⌟ *del. Ruhnken*). **β** *de vita hominum vel de tempore urbis*: AVSON. 22, 1 (147 S.), 3 digessi fastos et nomina -is aevi (*var. l.* praepetis *praetulerunt Peiper al.* [*inde vol. X 2, 764, 73*]). AMBR. exc. Sat. 2, 20 *etiamsi* maneat ... immunis a doloribus, -s in voluptatibus vitae cursus humanae (expers *var. l.*). CYPR. GALL. lev. 240 *si* ⌞in⌟ -e vita indigus extiterit (⌞ ⌟ *nisi legendum* ⟨s⟩in).

b *respicitur tempus quodlibet, cuius fines non determinantur, negleguntur* (*spectat fere ad actus vel status continuos, sed potius ad eventus saepe iteratos l. 71. 73*): **α** *de hominum actionibus, affectibus, qualitatibus sim.* (*nonnumquam fortasse respicitur tempus vitae*): Ⓘ *exempla varia*: PACVV. trag. 188 concorditatem hospitio adiunctam -em probitate conservetis (*cf.* HIER. in Matth. 18, 23 l. 688 *si* -es habeamus discordias). 208 hanc operam mihi des -em. APVL. flor. 17, 6 vox cohibita silentio -i (*cf.* HIER. in Os. 14, 2 l. 78 dei laudes -i voce canituros). PANEG. 10, 3, 4 noctes omnes diesque -i sollicitudine pro omnium salute transigere (SYMM. epist. 9, 86, 1 GILD. Brit. chron. III p. 67, 28). 11, 3, 4 -i cura ... gubernat imperium (IVVENC. 3, 510 SYMM. rel. 34, 7. PAVL. NOL. epist. 19, 3 -i c. et adsidua prece. *al.*). IVL. VAL. 3, 43 longum maerorem ... et -em. 3, 47 -i labore. LACT. epit. 66, 7 erunt lacrimae iuges et gemitus -es. ZENO 1, 38, 1 -i diligentia custodite. AMBR. in Luc. 1, 8 cum *Petrus* multa apostolica virtute -e peregisset (-i, -im *var. ll.*). HYMN. Walpole 50, 32 sit inlibata castitas credulitate -i. HIER. epist. 107, 10, 2 ut longo itineri *ieiunantium* vires -es supparentur. COD. Theod. 16, 5, 40, 7 *actor* -[u]i metallorum operi deputetur. *al.* *iuxta adi. quasi pro adv.*: DRAC. laud. dei 3, 747 sit bona vel -s felix ... propago *mea.* Ⓘⓘ *afficitur corpus*: HIER. in Matth. 15, 17 l. 1514 qui vitio stomachi -em sustineant vomitum post cenas (-im *var. l.*). PRVD. cath. 9, 42 (*sec. Matth. 9, 20*) *aegrotae* sistitur rivus cruore qui fluebat -i. PAVL. NOL. carm. 21, 309 ut maneat gratia -s ei *puero* (*nisi ad cα*). LEX Burg. Rom. 36, 6 si morbo -i et insanabili teneatur.

β *de rebus variis* (*plerumque institutis ab hominibus, ut diu valeant; ali-*

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ter l. 9 sqq.): AVIEN. orb. terr. 262 in his *carminibus meis est* ... meritum grave, gratia -s (praepes *var. l.*). CIL III 4180 (*a. 346/49*) *horrea* in securitatem -em rei annonariae dedicavit. COD. Theod. 3, 5, 8 largitas -i firmitate s⟨ubsistat⟩ (13, 3, 15 archiatrorum privilegia ... inlibata volumus permanere ac tenere -em f. PAP. Tjäder 12, 2, 5 [*a. 491*] ob iuris ecclesiae -em f. *al.*). 5, 13, 1 *possessiones tradi* dominii -is durabilit⟨ate⟩ (*Cod. Iust. 11, 66, 1* perpetui). 14, 15, 6 *has poenas* -i auctoritate sancimus (*Cod. Iust. 11, 23, 3* perpetua). 16, 8, 3 privilegio -i. ZENO 1, 26 *dies paschae redit* duodenis mensum -i cursu mutationibus dives. AMBR. obit. Theod. 1 *Theodosio moriente maerebat* aer -i horrens caligine. PAVL. NOL. carm. 27, 328 dives vena riget rivo mihi -e sensus. MART. CAP. 1, 33 (vers.) -s ... vinclum *Mercurii et Philologiae* caelitum signet decor. LEO M. epist. 144 Conc.^{S} II 4 p. 138, 30 ad -em ecclesiae tranquillitatem. PAP. Tjäder 20, 34 (*ca. a. 600*) -em ... habeant potestatem *huius fundi* (*cf. 33* in perpetuo). *al.*

c *respicitur tempus aeternum*: α *de eis, quae contingunt homini, sed transcendunt vitam terrestrem* (*usu christ. praeter* CE): CE 97, 14 (*saec. II*^{1}) *portus* nos excipiat ad quiet⟨em perpet⟩em. TERT. apol. 18, 3 qui ... iudicaturus sit suos cultores in vitae aeternae retributionem, profanos in ignem aeque -em et iugem. MIN. FEL. 11, 5 sibi ... -em vitam mortui pollicerentur (IVVENC. 2, 508 gaudebit -e v. PAVL. NOL. carm. 24, 843. AVG. civ. 21, 8 p. 504, 3 ut -em v. tenere non possit *caro post peccatum. al., cf.* Ps. PROSP. carm. de prov. 744 -is aevi spem). OPT. PORF. carm. 24, 12 (*spurium?*) poena -e frangi ... homines (DRAC. laud. dei 3, 76). HYMN. Ambros. 13, 25 F. verae piorum -es inopes profecto sunt opes. PRVD. cath. 1, 26 somnus ... est forma mortis -is. 11, 111 *Christus* rependet ... his lucis usum -is (PETR. CHRYS. serm. 82, 2. 103, 1. *al.*). PS. PAVL. NOL. carm. 33, 132 in caelis ... gloria -s erit *univirae* (ORIENT. comm. 1, 256. *al.*). AVG. serm. 223 G, 1 coll. Morin p. 690, 4 *Christi membra* cum illo ... vigilia -i regnatura. DVLC. Aug. quaest. Dulc. 1, 1 tam -em vindictam manere quam praemium. SIDON. carm. 16, 53 *Eva* culpa nos -e vinxit (DRAC. laud. dei 2, 508). *al.*

β *de rebus divinis, caelestibus, naturalibus* (*de ipso deo l. 44, de angelis l. 45*): Ⓘ *usu pagano*: APVL. Socr. 1 p. 117 *luna pollens* proprio ⌊nec⌋ -i candore (⌊ ⌋ *Donini-Gianotti,* seu *trad.*). IVL. VAL. 1, 31 vers. 5 *hominum fata mutat* -s aeviternitas (aevi aeternitas *var. l.*). AVIEN. Arat. 8 *in caelo est* -s substantia lucis. CARM. Aug. doctr. christ. 3, 7 cui *Neptuno* -e mento profluit oceanus et flumina crinibus errant (*per enallagen aut vim adverbialem intellegit Dahlmann, Abh. Mainz. Ak. 1984, 12 p. 28*). MART. CAP. 9, 912 (vers.) -s ament ⌊dissita⌋ vinculum (⌊ ⌋ *i. elementa disiuncta*). DRAC. Romul. 6, 45 Cupido, ignea progenies et rerum -s origo. Ⓘⓘ *usu christiano*: HYMN. Ambros. 2, 6 F. (*de Christo*) verus ... sol ... micans nitore -i (-im *var. l.; cf.* HYMN. Walpole 46, 4 lux ipse totus ... noctem nec ullam sentiens natura lucis -i [-e, -im *var. ll.*]). 5, 28 *Christus* infirma nostri corporis virtute firmans -i (-im *var. l.*). HYMN. Walpole 51, 15 divinitati -i (-im *var. l.*). PAVL. NOL. carm. 24, 941 aevum perenne -es ut angeli ... vivatis. CYPR. GALL. exod. 752 tum -e fatu mansura dat iussa deus. RVST. HELP. benef. 50 dominus, tu verus honos ac gloria -s. SEDVL. carm. pasch. 5, 36 *dominus* cibum potumque dedit, quo -e numquam esuriant sitiantque animae (*cf. op. pasch. 5, 3* caelestibus epulis). *al.*

2 *cum respectu cuiuslibet continuationis*: **a** *de metro aequabili, non variato*: TER. MAVR. 2450 libros poeta ... usus dimetro -i conscribit. OPT. PORF. carm. 6, 8 dissona componi ... grata nimis flexu docili de -e metro (*de versibus, quorum metrum vocibus inversis non turbatur*). **b** *vi locali de ligno non interrupto*: PAVL. NOL. carm. 19, 460 (*describitur candelabrum formam crucis praebens*) ⌊-e virga directum⌋ ... transverso limite gestans cantharulos (⌊ ⌋ *pars erecta candelabri significari videtur*). *Pade.*

adv. **perpetim.** GLOSS. V 622, 15 -m: perpetualiter. GLOSS.^{L} V Abba PE 96 -m: ⌊prolixe, continue⌋ (prolixum, continuum *var. l.*). [*vox in scriptis medii aevi haud rara saepe est falsa var. l. pro* perpes (*v. p. 1624, 28, cf. etiam infra l. 68 sq.; edebatur olim* APVL. apol. 73, 7 PETR. CHRYS. serm. 44, 1), *ceterum pro* perpetuus COD. Theod. 16, 5, 55 ISID. diff. 1, 8 = 496 (*in edd. vet.* PLIN. nat. 20, 44 APVL. met. 2, 5, 8; *cf. p. 1626, 11*). *edebatur quondam pro inf.* perpeti ARNOB. nat. 1, 50 p. 46, 8.]

i. q. sine intermissione, continuo, in perpetuum: **1** *respicitur tempus quodlibet* (*usu adiectivo propiore* HIL., GREG. TVR.): HIL. in psalm. 118 zain 7 p. 422, 21 per exquisitionem *quandam* ... memoriam dei nos (nobis *Zingerle*) -m continemus in Christo Iesu (perpetem *var. l.*). NOVELL. Maior. 9 l. 8 *sententiae* ⌊forma -m⌋ mansura (⌊ ⌋ formam perpeti *trad.; cf. p. 1626, 5*). PASS. Luxor. (BHL 5092) 6 *martyr* securus ... inter verbera *militum* stabat, ut diceretur alius quam ipse -m caedi. GREG. TVR. stell. 36 si vigiliam -m celebrare volueris. LEANDER reg. 15 p. 111, 6 sic alternes -m haec duo bona (*i. lectionem et orationem*), ut ab iisdem nullo sis tempore otiosa. HYMN. Walpole 69, 11 accincti ut sint *lumbi* -m luxu remoto. ISID. epist. 5, 2 *sacerdos lapsus* -m flagitia perpetrata ... deploret. orig. 13, 13, 11 in multis locis aquae manant -m ferventes. 13, 21, 1 fluvius est perennis aquarum decursus, a fluendo -m dictus. reg. monach. 20, 4 ibi ..., si culpa caret *monachus senior,* convenit eum -m perdurare. **2** *respicitur tempus aeternum* (*transit in notionem q. e. in regno dei, in aeternitate l. 11*): PASS. Fabii 4 p. 127, 17 hic regalis tiro aliquamdiu famulatus sum; illic mansuris (mansurus *var. l.*) -m stipendiis promovebor. PETR. CHRYS. serm. 82, 5 *caeli habitatores* vestes, quas semel dederit resurrectio ad lumen, -m vestiuntur (perpetem *cod. optimus et Olivar, acc. pro adv. intellegens; sed exspectaveris neutr., cf.* perpetuum). HYMN. Walpole 92, 17 illic regis honor ... iocunda reboat carmina -m alleluia perenne. 94, 32 (*fort. auctore Greg. M.*) placere quo ... tibi *deo* possimus ⌊hic et -m⌋ (in perpetuum *var. l.*).

perpessīcius, -a, -um. *a* perpeti (perpessus). NOT. Tir. 32, 49 -us. GLOSS. *ὑπομενητικός.* qui frequenter ⌊aliquid patitur⌋ (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 367. ⌊ ⌋ *trad. etiam* aliud pandet). qui semper (per)passus est. qui ferre potest. [*vox saepe vario modo depravata invenitur, e. g.* perpes(s)itius, persiccius, persicus; *v. infra et codd. Gloss.*] *i. qui ad perpetiendum aptus, idoneus est vel multa perpetitur sim.*: SEN. epist. 104, 27 *aequi animi exemplum* accipite Socraten, -um senem, per omnia aspera iactatum, invictum tamen *eqs.* *masc. pro subst.*: SEN. epist. 53, 6 cum ... vera febris exarsit, etiam duro et -o confessionem *dolorum* excipit (perpes scio *var. l.*).

perpessio, -ōnis *f.* *a* perpeti (perpessus). *legitur apud* RHET. Her., CIC., SEN. *et inde a* LACT., *maxime in serm. philos. et theol.*

i. q. actio vel status perpetiendi (*vis praeverbii saepe evanescit similiter ac in verbo, cf. e. g. l. 44. 58; in neutram partem dicitur l. 44 et sub 2; accedit gen. obi. sub 1a et 1bα, gen. subi. l. 50. 56. 57*): **1** *pertinet ad animantes*: **a** *adhibetur in definitionibus vocum*: RHET. Her. 3, 2, 3 fortitudo est ... laboris cum utilitatis ratione -o (CIC. inv. 2, 163 f. est considerata periculorum susceptio et laborum -o [*inde* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 156, 10 AVG. divers. quaest. 31, 1 l. 37. CASSIOD. anim. 7 l. 8 firma -o. in psalm. 42, 2 l. 55 periculorum]). 4, 25, 35 temeritas est cum inconsiderata dolorum -e (-pensi- *var. l.*) gladiatoria periculorum susceptio. CIC. inv. 2, 163 patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna -o (*inde* AVG. divers. quaest. 31, 1 l. 43 CASSIOD. in psalm. 70, 5 l. 110). LACT. inst. 2, 12, 9 *secunda* mors est aeterni doloris -o. HIL. syn. 49 (*v. supra p. 610, 12*).

b *usu vario*: α *accedit gen. obi.*: CIC. Rab. perd. 16 carnifex ... et obductio capitis et nomen ... crucis absit ...; harum enim omnium rerum ... eventus atque -o ... indigna ... homine libero est (AVG. beat. vit. 25 l. 51 [*agitur de morte ac dolore*] earum r. -e. *cf. l. 33*). fin. 1, 49 neque laborum perfunctio neque -o dolorum per se ipsa allicit (Tusc. 2, 35. SEN. epist. 66, 47 malae valetudinis et d. gravissimorum -em. *v. l. 32. 36*). SEN. epist. 66, 12 fortis atque obstinata tormentorum -o. CHALC. comm. 135 patibile *animal est daemon* ...; neque enim dilectus haberi potest sine affectus -e. AVG. catech. rud. 11, 8 molestiarum. epist. 44, 7 persecutionis. c. mend. 9, 22 p. 496, 22 libidinis alienae. in psalm. 109, 5 l. 17 (*inter transitoria domini*) passionum -o, mors, resurrectio. POMER. 2, 19, 2 mali poenalis iusta -o (CHRYSOST. hom. III 816^{D} malorum -o mercedem sperat et sufferentiae suae praemium caelorum meruit regnum [*Migne gr. 49, 374* τὸ *κακῶς παθεῖν*]). β *exempla cetera*: CIC. Tusc. 3, 58 -o ceterorum facit, ut *lugentibus* ea, quae acciderint, ... minora ... videantur. SEN. epist. 67, 10 patientia et -o et tolerantia rami sunt *fortitudinis.* AVSON. app. A 6 Od. 12 (456 S.), 6 quibus malis (*sc. Sirenibus, Scylla et Charybdi*) non sine gravi -e *ab Vlixe* superatis. AVG. in psalm. 41, 15.

2 *pertinet ad res*: CHALC. transl. p. 48^{B} *si consideremus* antiquas ... ipsorum elementorum -es (*gr. τὰ ... πάθη. cf. comm. 272 p. 275, 21* passionem). comm. 7 p. 60, 21 de primis materiis silvestribus et -bus earum. 319 p. 315, 18 passionem ... adimimus *silvae* ideo, quod ... aliis, id est corporibus, intra eam perpetientibus illa concors -is putetur (*cf.* 351 *silva* ipsa ex natura sua impetibilis est nec ullam fert -em).

perpessior *v. p. 1619, 62.*

perpesso, -āre. *a* perpeti (*cf.* 1. passare). GLOSS. II 467, 3 *ὑπομένω*: tolero, fero, passo, sustineo, patior, -o, perfero.

perpessor, -ōris *m.* *a* perpeti. *i. qui perpetitur vel perpessus est*: AVG. serm. 60, 4 Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 39, 79 thesaurizas ... forte praedoni; nolo amplius dicere, ne commemorem ⌊et refricem -um dolores⌋ (*nisi est gen. part. perf.* perpessus; ⌊ ⌋ -em dolorum *var. l.*). 313, 2 Cyprianus tantae illius persecutionis pro veritate -r. *Breimeier.*

1. perpessus, -a, -um *v.* perpetior.

*?***2. perpessus,** -ūs *m. (a* perpeti *ut sit i. q. perpessio) non nisi e coni. dub.* ARNOB. nat. 2, 77 ⌊in -u⌋ quaestionum (*Meiser, Sitz. Ber. Ak. Münch. 1908, 5 p. 26*; inegressum *trad., v. vol. VII 1, 1290, 20*).

perpetim *v.* perpes.

perpetior, -pessus sum, -petī. *a* per *et* pati (-a- *in* -e- *mutatam notat* PRISC. gramm. II 438, 23 [-a- *in var. l.* APVL. Plat. 2, 21 p. 249]; *cf.*

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Leumann, Gramm. 1977, 83 sq.). NOT. Tir. 32, 46 -itur. 32, 48 -sus. *part. perf. sensu pass.*: Ps. CYPR. laud. mart. 10 HIL. coll. antiar. p. 140, 16. 27. NOVELL. Maior. 11 (*n. pl. pro subst.*). *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 74, 1 inter pati et -i: pati brevis est, -i longioris morae est. GLOSS. -or: sustineo. -itur: *ὑπομένει, καρτερεῖ.* patitur vel tolerat. -imur: patimur. sustinemus ⌞vel conligamur⌟ (⌞ ⌟ *explicari vid.* *perplectimur, *cf. p. 1650, 28*). -i: *καρτερῆσαι.* -sus: *ὑπενεγκών. παθών.* passus. passus (*sc. est?*) aut sustinuit. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1020 -itor: tolerato[r]. *sim. al. legitur inde a scaenicis veteribus et* CATONE, *sed multo rarius quam verbum simplex; propter frequentiam notandi sunt* PLAVT. (*15 locis*), TER. (*6*), CIC. (*45*), CAES. (*7*), PROP. (*4*), OV. (*8*), SEN. *min.* (*16*), CVRT. (*8*), VAL. FL. (*7*), TAC. (*12*), PLIN. *min.* (*8*), *aetate posteriore* ARNOB., AMM., AVG., GREG. M.; *non invenimus apud medicos.* **[***confunditur in codd. c.* perfici CIC. dom. 98 (*dub. trad.* Rab. Post. 25 [perficienda *Olechowska, sed v. Giardina, Gnomon 69, 1997, 362*]), percipi SEN. epist. 66, 40 AVG. nupt. et concup. 1, 6, 7 p. 218, 20, repeti CYPR. Demetr. 19, perpetuus AMBR. paenit. 1, 8, 37 (*restit.* MART. CAP. 4, 423); -sus *c.* repressus HIER. epist. 120, 11, 8, professus CYPR. epist. 27, 1, 2 (*cf. falsam var. l.* CIC. Sull. 65), perpensus CATO orig. 95b AMM. 26, 10, 5 NOVELL. Maior. 11 (*e coni. dub.* DRAC. Orest. 562). *falso trad. pro* pert(a)esus GLOSS.^{L} Corp. P 191.**]**

i. q. (constanter, usque ad finem vel penitus) pati (*ad continuationem spectare videntur e. g. l. 31 sq. 61. p. 1628, 9. 1629, 12, sed saepe a verbo simplici vix distingui potest, cf. p. 1630, 34. notiones sub I distinctae iuxta ponuntur p. 1629, 14 et* AMBR. Iob 2, 1, 2 *amici Iob* ne viderentur iniustitiae deum arguere, qui poenis adfici innoxium -retur [*v. IC*], *dixerunt* ... omnia, quae patiatur homo gravia ..., propter peccata sua eum -i [*v. IB*]): **I** *exempla notionem illustrantia* (*iuncturas potiores v. sub IIB1*): **A** *praevalet notio sustinendi, tolerandi* (*sc. fortiter; c. negatione est fere i. q. succumbere*): **1** *c. obi. acc.; -untur*: **a** *homines* (*exempla selecta inde a* NEP.; *accedit acc. praedic. l. 48, fortasse etiam l. 44 sq. 46*): PLAVT. Capt. 88 colaphos (*v. sub 2a*). Men. 719 non ego istaec ⟨tua⟩ flagitia possum -i (*725* non, inquam, patiar praeterhac). 743 monstra, quod bibam, tuam qui possim -i petulantiam! Merc. 861 imbrem -ar, laborem sufferam ...: non concedam. Most. 621 (*loq. danista*) perfacile ego ictus -or argenteos. CIC. off. 3, 118 *philosophi* tradunt rationem ... -endi doloris. NEP. Epam. 3, 4 paupertatem ... facile -sus est. VAL. MAX. 6, 4, 1 nec ego mores vestros ferre nec vos meum imperium -i poteritis. SEN. dial. 2, 10, 4 nulla virtus est, quae non sentias, -i. 4, 25, 4 -etur hic famem et ... sitim, qui *eqs.* CVRT. 3, 6, 3 omnia ... facilius quam moram -i poterat. COLVM. 1, 9, 3 *servus* -endo labori sit idoneus. 12 praef. 4 viro calores et frigora -enda (*e* CIC., *qui vertit Xen. oec. 7, 23 δύνασθαι καρτερεῖν*). PLIN. nat. 26, 3 qui -i medicinam toleraverant, *sanati sunt.* FRONTIN. strat. 4, 6, 2 cuius facti ruborem ... -i miles non *potuit.* TAC. ann. 3, 15, 2 *Piso* redintegratam ... accusationem, infensas patrum voces, adversa et saeva cuncta -sus *est.* 6, 38, 2 ingruentes accusatores. PLIN. paneg. 49, 6 *Domitianus* aegre ... -sus *est* superbam illam convictus simulationem. 63, 8 coniectos in se oculos. SVET. Galba 21 *propter morbum pedum* calceum -i *non valuit.* GELL. 1, 17, 3 (*loq. Socrates*) cum illam *Xanthippen* ... talem -or, ... exerceor, ut ceterorum quoque ... iniuriam facilius feram. APVL. apol. 69, 1 *vidua cum* solitudinis taedium -i posset, tamen aegritudinem corporis ferre non poterat. met. 1, 6, 5 *non sum* -sus ... miserum ... spectaculum *mendicantis amici. al.* **b** *res*: LVCR. 2, 1148 *mundi senescentis* venae *non* -untur, quod satis est *alimentorum.* PLIN. nat. 36, 162 *cuidam lapidi est natura* -endi soles rigoresque. PRVD. perist. 10, 701 quae cautis illud -i spectaculum ... possit? COD. Theod. 8, 5, 8, 1 statuimus raedae mille pondo tantummodo superponi, birotae ducenta ...; non enim ampliora onera -i videntur.

2 *c. struct. verbali*: **a** *acc. c. inf.* (*deest copula l. 59*): PLAVT. Capt. 88 colaphos -i potes⟨t⟩ parasitus frangique aulas in caput. Men. 722 quid id ad me, tu te nuptam possis -i an *eqs.*? HEGES. 5, 53, 1 p. 415, 26 quis ... possit -i ... filios in conspectu parentum interfici? **b** *enunt. secund.*: TER. Eun. 218 censen posse me offirmare et -i, ne redeam? (*cf. vol. IX 2, 528, 42 sq.*). PHAEDR. 4, 5, 39 *heredum* nulla poterit -i, ut moribus quid teneat alienum suis. **c** *inf.*: OV. met. 14, 466 admonitu quamquam renovetur luctus amarus, -ar memorare tamen. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 74 p. 600 *Antigonum non* -i honorem solum ⌞ex regno⌟ habere (*Bulhart in schedis sec. gr.,* et regnum *ed.; gr. ἀνέχεσθαι*).

3 *obi. subaudiendo vel absolute*: **a** *formae variae*: PLAVT. Asin. 847 *v. sub C1a.* ENN. scaen. 392 animus aeger ... neque pati neque -i potest. COM. pall. inc. 61 egone illam *relinquam*? ... non -ar, non ... perferam (*si sic legendum*). NEP. Paus. 3, 2 epulabatur ... luxuriosius, quam, qui aderant, -i possent (*item in comparatione*: PLIN. epist. 2, 11, 15). SEN. Tro. 653 (*loq. Andromacha secum*) poteris ... videre *filiolum necari* ...? potero, -ar, feram, dum non *eqs.* PLIN. nat. 37, 31 *Graecos nunc reprehendam*: legentes modo aequo -antur animo. FRONTO p. 225, 1 *confer te* ad ... syllogismos, si -i potes, resolvendos! Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 606 p. 767 *non* -surum esse populum fame oppressum (*gr. ἀνέξεσθαι, an ad 2a, sc. structura manca?*). *al.* **b** *supin.*: CIC. fin. 4, 72 *dolorem* difficilem -su (Tusc. 2, 29). Tusc. 2, 20 (vers.) -su aspera (Ps. CATO monost. 32 AMM. 17, 9, 4).

B *praevalet notio subeundi, experiendi*: **1** *-untur quilibet*: **a** *qui malo graviore afficiuntur, ut doleant, laborent*: **α** *c. obi. acc.* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Rud. 252 sicine hic cum uvida veste grassabimur? :: hoc quod est, id necessarium est -i. PACVV. trag. 10 (*loq. Antiopa*) noctes, misera quas -sa sum. CIC. inv. 1, 107 (*locus misericordiae*) proferentur et indigna ..., quae passi -surive sint. Sest. 49 *exilii dolorem* -i quam illam *patriam* labefactari ... malui (*sim. mali vitandi causa aliud malum subitur e. g.* fin. 1, 48 dolorem saepe -untur, ne ... incidant in maiorem. LENT. Cic. fam. 12, 15, 3. CAES. Gall. 7, 10, 2 *praestat* omnes difficultates -i quam *eqs.* CVRT. 5, 11, 11. *al., v. etiam p. 1630, 5 sqq.*). fam. 1, 9, 10 mihi tam multa pro *re publica* ... -so atque perfuncto. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3 malum est liberos amittere; ... peius est haec sufferre et -i (*sc. rem publicam eversam*). CAES. civ. 2, 30, 2 *praestat* belli fortunam experiri quam ... gravissimum supplicium -i. SALL. Iug. 102, 8 ex populo Romano ... plura bona accepisses quam mala -sus es[ses] (AVG. civ. 1, 9 p. 14, 14 temporalia. *al.*). LIV. 1, 52, 3 *ne* vastationes ... agrorum, quas *antea* ... -si sint, semper ... patiantur. SEN. Tro. 937 (*Andromache ad Helenam*) *nos* paratas -i mortem vides. CVRT. 9, 9, 21 vix, quae -bantur, videre *se* ipsos credebant (*cf.* AMM. 28, 6, 16 quae viderint, quae ipsi -si sint). TERT. scorp. 9 p. 163, 23 persecutionem et traditionem et occisionem. VET. LAT. I Petr. 5, 9 (Lucif. non parc. 23 l. 49) *scitote* easdem passiones ... fraternitatem vestram -i (*gr. τῇ ... ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι, Vulg.* fraternitati fieri). HIER. epist. 121, 8, 16 *condicio humana* duorum hominum, interioris et exterioris, pugnantium inter se bella -itur. COD. Theod. 9, 42, 14 iacturam ... totiusque rei familiaris periculum. *al.* **β** *obi. subaudiendo vel absolute*: PLAVT. Persa 280 male dicis maiori. :: prior promeritus -are. CIC. fin. 2, 65 *casus Reguli* nobis miserabilis videtur audientibus, illi -enti erat voluptarius. Ps. SALL. in Tull. 6 profeceris, quidlibet: satis est *nos* -sos esse (*antecedit* 5 *Roma* proscriptionem ... -sa est). TERT. coron. 11, 4 -endum pro deo *est.* VVLG. deut. 22, 26 sicut latro ... occidit *fratrem* ..., ita et puella *in agro stuprata* -sa est; *itaque non est rea mortis.* AVG. civ. 10, 29 p. 448, 32 *Christus* -endo *nos* docuit contemnere, quod timemus. *al.*

b *qui quolibet modo afficiuntur* (*fort. huc spectat* GLOSS. biling. 4 W 57 ⌞*παρέχει χεῖρα*⌟, *ἀνέχεται*: perpet⟨it⟩ur [*quo gestu indicat victus se -surum, quidquid iusserit victor*]): **α** *-untur homines vel dei*: NIGID. diff. Suet. p. 289, 3 *natura hominis* -i accidentia potest (*opp.* sempiternitas *immortalium*). VAL. FL. 3, 380 mortalia membra sortitusque breves et parvi tempora fati -imur. APVL. Socr. 12 p. 147 debet deus nullam -i vel odii vel amoris temporalem perfunctionem (*item respiciuntur affectiones deorum*: ARNOB. nat. 1, 17. 2, 27 arbitramur, quod est ... immortale, ... *non* posse aliquid -i. AVG. civ. 8, 17 p. 346, 30 deos ... dicunt istas perturbationes non -i. *al.*). TERT. anim. 47, 3 *anima* etiam in ecstasi res suas -i *potest.* HIST. AVG. Pert. 2, 8 vel quae fecit vel quae -sus est (*cf.* Alex. 1, 4 id et senatus coactus est facere et ille -i). AVG. pecc. mer. 2, 29, 48 p. 119, 13 *Christus* mutationes aetatum -i voluit ab ipsa exorsus infantia. CONSVLT. Zacch. 1, 1, 7 *sapiens creditur* occulta atque ignorata non -i. EPIST. pontif. 321 Aug. epist. 181, 7 *homo* liberum ... arbitrium olim ... -sus dum suis inconsultius utitur bonis *eqs. al.* **β** *-untur res*: COLVM. 10, 12 *natura soli umidi* -itur ... semper convicia ranae. ARNOB. nat. 1, 50 p. 46, 8 ulcera ... recusantia -i sanitatem. AMM. 15, 4, 4 *Rhenus nulla* contagia ... -ens ... intimatur *oceano.* AVG. civ. 21, 10 p. 510, 27 *aer* si nihil igne -i posset *eqs. al.*

2 *-untur, qui contumeliae, iniuriae non resistunt, adversis vel molestis obsequuntur* (*vergit saepius ad C*): **a** *usu vario*: **α** *-untur aliquid* (*exempla selecta inde a* SALL.): TER. Eun. 48 ita me comparem, non -i meretricum contumelias? CATO orig. 95b si quis advorsus rem suam quid fieri arbitrantur, ... contra nititur, ne ... fiat: quod illi *Rhodienses* tamen -si *sunt.* CIC. Verr. II 3, 64 Sicilia tot hominum antea ... iniquitates ... -sa hoc non *potuit* ... novum ... genus iniuriarum ... perferre. Phil. 3, 29 multa, quae in libera civitate ferenda non essent, tulimus et -si sumus, alii spe forsitan recuperandae libertatis, alii *eqs.* SALL. Catil. 19, 5 Hispanos *nunc rebelles* ... imperia saeva multa antea -sos. CVRT. 6, 11, 23 actum est de nobis, si ista -i possumus (*sc. superbiam Alexandri*). VAL. FL. 5, 489 (*loq. Iason*) *Peliae* aspera ... -imur iuga, nec melior parere recuso. FLOR. epit. 1, 7, 10 superbiam regis populus R. -sus est, donec aberat libido: hanc ... inportunitatem tolerare non potuit. *al.* *pro obi. est inf.*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 192 solos Iudaeos hoc (*sc. laborem sordidum*) facere non fuisse -sos (*gr. προσσχεῖν*). **β** *-untur aliquem*: TER. Eun. 488 nemo posset ... hunc *servum* -i, *si alium parare posset.* CIC. de orat. 1, 118 *non debemus* sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos -i (*item spectat ad oratores*: TAC. dial. 23, 3). 2, 77 facile omnes *Graecos* -or et perfero. PLIN. epist. 9, 17, 3 *aegre* ista ... ⌞prodigia⌟ -sus es (*sc. scurras, cinaedos, moriones*). SVET. Nero 40, 1 talem principem ... *diu* -sus terrarum orbis tandem desti-

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuit (*cf.* Hist. Avg. Alex. 6, 4 impurum tyrannum). γ *obi. subaudiendo*: Cic. Verr. II 1, 81 Lampsaceni moriendum sibi potius quam -endum *putabant.* Plin. epist. 3, 18, 6 *laudes Domitiani* in senatu quoque, ubi -i necesse erat, *gravabamur.*

b *sensu obsceno*: Cic. har. resp. 42 *Clodius* piratarum contumelias -sus etiam ... libidines barbarorum ... satiavit ([*si huc pertinet*]. Cvrt. 4, 10, 29). Avson. 13, 43 (119 S.), 1 tris uno in lecto; stuprum duo -untur et duo committunt (*4* bis numera medium, qui facit et patitur). *absolute*: Cic. Mil. 9 facere ... periculose quam -i turpiter maluit.

C *praevalet notio sinendi, concedendi, non curandi* (*c. negatione fere i. q. prohibere; cf. B2*): **1** *c. struct. verbali*: **a** *acc. c. inf.* (*part.; acc. praedic.* Sil.): Plavt. Amph. 887 me *non* -ar probri falso insimulatam. Asin. 845 (*filius ad patrem*) istam amo; aliam tecum esse ... facile possum -i. :: at ego hanc volo. :: ... :: (847) ⌞unum hunc diem⌟ -ere! (*acc. temp.*). Capt. 132 *si hoc prodest,* vel carnificinam hunc facere possum -i. Trin. 1165 meum corrumpi ... -su's filium. *al.* Ter. Eun. 551 interfici ... -i me possum, ne *eqs.* Catvll. 68, 6 quem ... Venus ... requiescere ... *non* -itur. Lvcr. 6, 398 cur *ceteri dei* telum *Iovis* -untur optundi? Verg. Aen. 12, 644 exscindine domos ... -ar? Prop. 1, 22, 7 pulvis Etrusca, ... tu proiecta mei -sa es membra propinqui. Ov. met. 3, 622. Sil. 3, 139 (*loq. Hannibal*) an Romana iuga et famulas Carthaginis arces -ar? Stat. Theb. 8, 53 (*loq. Dis pater*) anne profanatum ... Chaos hospite vivo -ar? Fronto p. 66, 23 alios de te sequius quid dicere -i *nolui.* Arnob. nat. 2, 55 p. 128, 18 cur ... mala deus ... esse -itur? Amm. 16, 12, 13 '...'; nec *sunt* finiri -si *milites,* quae dicebantur. Ambr. Iob 2, 1, 2 (*v. p. 1627, 24*). Heges. 2, 12, 2 p. 164, 26 *Iohannes Baptista* -i nequivit ab Herode fraterni violata conubii iura. Avg. civ. 3, 15 p. 118, 11. Cod. Theod. 9, 44 eos, qui ad *asylum* ... confugerint, ... auferri ab aliquo ... *non* -imur. *al.* *tali structura subaudienda*: Ter. Andr. 564 non posse arbitror neque illum hanc (*sc. filium tuum filiam meam*) perpetuo habere neque me -i. **b** *enunt. secund. c.* ut: Cic. Verr. II 3, 129 (*v. sub 2*). Hist. Avg. Tac. 2, 1 senatus populusque Romanus -sus est, ut imperatorem ... res publica non haberet. Evseb. Emes. serm. 6, 23 quam *corruptelam* ut perficerent *viri, mulieres* non sunt -sae. **c** *inf.*: Amm. 20, 9, 2 *Constantius legatos* egredi iussit nihil ... audire -sus.

2 *c. obi. acc.*: Cic. Verr. II 3, 129 haec tu, tametsi ... crudelissimus ... *es,* tamen numquam -rere, ...; non, inquam, -rere, ut homines iniuriae tuae remedium morte ... quaererent, nisi *eqs.* (*cf.* 130 quid? illud -rere? 131 id ... *potuisti* -i et perferre. 132 hoc ... innocens homo -i potuisset?). Ps. Sall. rep. 1, 6, 5 *si* delicta -sus praesens gaudium quom (*praepos.*) mox futuro malo concesseris (Svet. Aug. 66, 1 *amicorum* vitia ... et d., dum taxat modica, -sus *est*). Tac. dial. 20, 1 quis *hodie* ... -etur illa inmensa volumina *Ciceronis*? (*sim. respicitur patientia auditoris*: Plin. paneg. 63, 2 longum illud carmen comitiorum). Heges. 1, 1, 2 ⌞quod factum⌟ Matthathias sacerdos -i nequivit (*sc. sacra profanata*). *al.*

II *syntactica et stilistica*: **A** *de subi.*: *-untur passim animantes (animalia* Verg. Aen. 9, 60 Sen. Oed. 343. *al.), res v. imprimis p. 1627, 51 sqq. 1628, 51 sqq. nec non l. 19; ceterum nimirum res pro hominibus positae* (*e. g.* animus Enn. scaen. 392 Sen. epist. 66, 40, Sicilia Cic. Verr. II 3, 64, carinae Ov. met. 12, 38).

B *de obi.*: **1** *pro obi. est acc.* (*cf. abl. sub C3*): **a** *subst. indicans*: α *rem* (*pauca selecta post* Sall.): Plavt. Capt. 88 colaphos (*cf.* Most. 621 ictus [Sen. Oed. 343]. Val. Max. 7, 4, 2 verbera [Ivst. 3, 5, 2]). Men. 719 flagitia (*cf.* Ps. Sall. rep. 1, 6, 5 delicta [Svet. Aug. 66, 1]). Merc. 861 imbrem (Verg. Aen. 9, 60 ventos ... et imbris. Ov. met. 14, 472). Ter. Eun. 48 contumelias (Cic. har. resp. 42 Rvt. Lvp. 1, 2 Sen. epist. 29, 7. *al.*). Pacvv. trag. 10 noctes (Ov. met. 14, 472). Cic. inv. 2, 171 famem (Sen. dial. 4, 25, 4 f. et ... sitim [epist. 66, 37]. Prvd. c. Symm. 2, 957). Verr. II 3, 64 furta, rapinas, iniquitates ignominiasque. Sest. 49 *dolorem* (fin. 1, 48 off. 3, 118 Phaedr. app. 16, 4 Sen. epist. 24, 14 Plin. nat. 23, 58. *al.*). Phil. 8, 32 servitutem (Tac. ann. 2, 2, 2). fin. 2, 113 *labores* (Liv. 26, 13, 8 Sen. Phoen. 465 dial. 8, 5, 2 Colvm. 1, 9, 3. *al.*). *al.* Lent. Cic. fam. 12, 15, 3 iniurias (Colvm. 1, 8, 17 Arnob. nat. 1, 6. *al.*). Caes. Gall. 7, 10, 2 difficultates (Fronto p. 40, 21 molestias ac d.). civ. 1, 84, 4 inopiam (3, 47, 5 Sen. epist. 17, 7. *al.*). 2, 30, 2 supplicium (Val. Max. 2, 7, 12. 3, 2 ext. 6 Tac. ann. 15, 68, 1. *al.; cf.* Val. Fl. 4, 431 poenas [Arnob. nat. 1, 40. *al.*]). Sall. Catil. 19, 5 imperia (Val. Max. 6, 4, 1 Stat. Theb. 7, 776). Iug. 102, 8 mala (Lygd. 2, 8 Tac. hist. 4, 17, 2 Hyg. astr. 2, 14, 3 Ivst. 3, 5, 2. *al.*). Prop. 2, 3, 51 vincla (Cod. Iust. 6, 6, 6 [*a. 242*]. Ivst. 3, 5, 2). Liv. 40, 55, 7 tormenta (Cypr. epist. 10, 5, 1. 27, 1, 2 Rvfin. symb. 43. *al.*). Rvt. Lvp. 1, 2 vim (Sen. dial. 2, 9, 5. Cvrt. 7, 11, 8 v. frigoris. Arnob. nat. 2, 65 p. 142, 7. *al.*). Sen. Tro. 937 mortem (Tert. adv. Marc. 5, 5 p. 587, 6 Arnob. nat. 1, 62 Fav. Evl. 9, 1. *al.*). Cvrt. 3, 6, 3 moram (Stat. Ach. 1, 127 Tac. ann. 2, 55, 4 Amm. 29, 5, 9). *et alia multa.* β *animans: v. p. 1627, 45. 48. 1628, 70 sqq., adde* Val. Fl. 4, 431 *Phineus* prodigia (*i. Harpyias*). Tac. ann. 12, 59, 2 falsum accusatorem. *al.*

b *pron. neutr. vel adi. generale*: α *exempla varia* (*specimina paucissima*): Plavt. Rud. 252 id (Cic. Verr. II 3, 131 Planc. 99. *al.*). Cic. Phil. 3, 29 multa (Tusc. 3, 67. fam. 1, 9, 10 tam m. Ov. met. 7, 5. *al.*). Ov. trist. 2, 187 ultima (Sil. 2, 620. *cf.* Amm. 22, 8, 19 extrema [26, 6, 12. *al.*]). *et saepius.* β omnia *sim.* (*multa dicuntur de eis, qui mali vitandi causa malunt quidvis subire*): quidvis: Ter. Eun. 177 si istuc crederem sincere dici, q. possem -i. Cic. inv. 2, 100 q. -i ... satius *est* ... quam *eqs.* (Verr. II 1, 68. *al.*). Verr. II 3, 45 *malebant* homines q. -i quam *eqs.* (fam. 2, 17, 6). off. 1, 109 *sunt,* qui q. -antur ..., dum, quod velint, consequantur. Att. 9, 7, 4 fam. 2, 16, 3. omnia: Cic. leg. agr. 2, 6 o. potius -enda esse duco quam *eqs.* (*sim. in comparatione malorum*: Phil. 10, 20 *dolore* ut careant, o. -i possunt. fin. 5, 48 Tusc. 2, 52. Prop. 2, 26, 35 o. -ar ...; illa meis tantum non ... desit ocellis. Ov. am. 1, 13, 25 o. -rer; sed ... quis ... ferat *eqs.*? Plin. nat. 36, 21 o. -i maluere). Caes. civ. 3, 9, 5 *milites* o. -i parati (Apvl. Plat. 2, 21 p. 249). Hor. carm. 1, 3, 25 audax o. -i gens humana. Ov. epist. 20, 83 o. -ar: tantum ... timebo, ... ne *eqs. al.*

2 *pro obi. est struct. verbalis: v. supra sub IA2 et C1 et* Cassiod. *p. 1628, 69.*

3 *obi. deest: v. p. 1627, 67 sqq. 1628, 28 sqq. 1629, 1 sqq. 9.*

C *accedunt varia additamenta*: **1** *adverbia sim.* (*notabiliora*): Plavt. Asin. 845 facile (Cic. de orat. 2, 77. *al.; cf.* Plavt. Most. 621 perfacile). Plin. nat. 37, 31 aequo ... animo (Avr. Fronto p. 2, 5. *al.; cf.* Greg. M. moral. 16, 15 aequanimiter [*al.*]). Plin. paneg. 49, 6 aegre (Amm. 29, 5, 9). Greg. M. moral. 23, 21 fortiter. **2** *praepos. indicantes: cuius causa quis -atur*: Cic. fam. 1, 9, 10 pro *re publica* (Rvfin. hist. 5 praef. 4 pro animae salute. *al.*). *auctorem vel originem passionis*: Sall. *p. 1628, 18.* Val. Fl. 4, 431 pro crimine poenas. Tert. nat. 1, 10, 39 *Iuppiter* a caelitum plebe (*item* ab: Vet. Lat. Marc. 5, 26 [cod. 10. *al. et* Vvlg.] a ... medicis. Cod. Theod. 4, 12, 1 pr. Inscr. Année Épigr. 1934 n. 209, 7. *al.*). Rvfin. apol. Orig. epil. 6 *Origenes* de librorum suorum ... corruptionibus. *?***3** *abl.* (*pro quo exspectaveris acc. obi., cf. p. 735, 32 sqq.*): Vvlg. Tob. 7, 20 *taedium,* quo -sa es (quod *var. l.*). Greg. Tvr. Franc. 6, 29 p. 296, 11 tale damno -si sumus (talem *et* damnum *var. ll.*).

D *iuxtapos. vel syn.*: pati: Plavt. Men. 719 *et* 722 (*v. 721. 725. sim. sequitur simplex*: Nvx 123 Liv. 1, 52, 3 Sen. Tro. 411 epist. 17, 7. *al.*). Enn. scaen. 392 (*distincte ut* Arnob. nat. 2, 76). Cic. inv. 1, 107 (*simplex antecedit ut* Sall. Catil. 19, 5. *al.*). sufferre: Plavt. Merc. 861 Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 5, 3 (*cf.* perferre: Com. pall. inc. 61 Cic. Verr. II 3, 64. *al.* Sen. epist. 24, 14 Boeth. cons. 4, 4, 35. Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 192 [*distincte*]; ferre: Cic. Tusc. 2, 58. *al.* Val. Max. 6, 4, 1 Sen. Tro. 653. *al.*). subire: Cic. Planc. 99 Arnob. nat. 2, 76. sustinere: Val. Max. 7, 3, 8. Cypr. Demetr. 19 (*distincte ut* Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 192). Cod. Theod. 13, 5, 9. *al.* tolerare (*nota p. 1627, 42*): Flor. epit. 1, 7, 10 Avg. epist. 167, 8. Svlp. Sev. epist. 1, 7 (*distincte*).

deriv.: perpessicius, perpessio, perpesso, perpessor, *?*2. perpessus (-ūs). *cf. Onom.* (Perpessus). *Dubielzig.*

[perpetitor *v. p. 1627, 8.*]

***?*perpeto,** -ītum, -ere. *a* per *et* petere. [perpetis *edebatur olim* Lvcr. 4, 1152 *pro* praepetis, *v. Löfstedt, Komm. Peregr. Aeth., 1911, 125 adn. 3.*] **1** *p. p. p. fortasse i. q. perpetuatus* (*si recte explicavit Schweighäuser*): Sen. epist. 90, 28 *declarat sapientia,* quid lares ... *sint,* quid in secundam numinum formam animae -tae (perpetuae *var. l., coniecerunt alii alia*). **2** *i. q. postulare*: Tract. Pelag. 6, 13, 7 p. 154 ut ... eius *mundi* finem non -as, pro cuius statu anxius es (petas *var. l.* [*v. Journ. Theol. Stud. 38, 1987, 127*], expetas *ed. princ.*; *syn. postea*: postulas). *Breimeier.*

perpetrābilis, -e. *a* perpetrare. *vi passiva significatur id quod perpetrari potest*: Tert. uxor. 2, 1 l. 21 nubere in domino -e est, uti nostrae potestatis. Physiogn. 27 quicquid infandum cogitari vel non cogitari potest, huiusmodi oculis -e est (*cf. 36* omnia perpetrantes indicabunt *oculi cavi*).

***perpetrātio,** -ōnis *f.* *a* perpetrare. Gloss.^{L} II Philox. pe 214 *κατόρθωσις καὶ δρασματοπ⟨οι⟩ία.* 256 *κατόρθωμα.* *inde a* Tert. *in litteris christ. praeter l. 71 et* Lex Visig. 3, 4, 7; *frequentat* Greg. M.; *plur. p. 1631, 12.* [*falso trad.* Mart. Brac. ira 5 dum ... ⌞perpetrantur⌟ (inpetrantur *cod.*) *sermones malignorum,* ad hoc perducuntur, ut videantur iniuriae; sed in ⌞ea -e⌟ alia defendenda sunt *eqs.* (interpretantur ... interpretatione *emendat Fontán, Emérita 18, 1950, 380 coll. Sen. dial. 5, 11, 1*).]

i. q. actio perpetrandi (*ubique in malam partem ponitur; disting.* consensio *p. 1631, 8. 13*): **1** *c. gen. obi.* (*simul accedit* in *p. 1631, 2*): Tert. paenit. 3, 12 *voluntas culpa non* liberatur, cum aliqua difficultas -em eius intercipit. Clavd. Don. Aen. 8, 325 p. 161, 30 -o sceleris sine avaritia esse non potest (Avg. civ. 3, 15 p. 118, 15). Ps. Ambr. paenit. 8 p. 981^{B} pellexerat principem *David* in facinoris -em regni licentia. Tract. Pelag. 4, 24, 2 p. 112 mala omnia quaecumque sive mentis cogitatione sive operis -e commisimus (Greg. M. epist. 10, 20 l. 34 pravi o.). Avg. civ. 13, 23

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 589, 9 -e peccati (haer. 54 -o ac perseverantia p. quaest. hept. 4, 9 hic, *sc. num. 5, 6-8,* ea peccata intellegenda sunt, quorum in his rebus -o est, quae pecunia restitui possunt. POMER. 2, 18, 2 -o pudenda p. FVLG. RVSP. epist. 18, 4 in concupiscentia vel -e p. *al.*). quaest. hept. 3, 20, 2 fortasse ... peccatum est -o mali, delictum autem desertio boni (trin. 13, 6, 9 de ullius m. -e vel adeptione. GREG. M. in Ezech. 1, 11, 21 in -e malorum [*antea*: cum m. committimus]). serm. 352, 8 post suggestionem facti et delectationem et consensionem et -em. HESYCH. in lev. 5, 17 p. 843^{B} delicti. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 215, 8 fratricidii. *al.* **2** *cetera exempla*: GREG. M. epist. 12, 3 l. 9 insons ab huiusmodi -e (*sc. a peccato corporali*). moral. 4, 52 inverecundiam publicae -is, *sc. peccati.* 4, 57 *luxuriosus* schemata turpium -um fingit (ISID. diff. 2, 111). ISID. sent. 2, 39, 10 qui usque ad consensionem, etsi non usque ad -em tentatur.

perpetrātor, -ōris *m.* *a* perpetrare. *i. qui perpetrat aut perpetravit actionem* (*sc. malam; ubique accedit gen. obi.*): LVCIF. Athan. 1, 38 l. 25 cum ... tu conpellas facere iniustitiam, quem te alium velis habeam, nisi et iniustitiae amatorem et -em? (*antea: te* omne iniquum fabricantem opus). PASS. Macc. 11, 4 cuius -es facinoris tanta crudelitate persequeris? ([*gr. τί δράσαντας ἡμᾶς*]. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 129 p. 491 [*gr. ἐγχειρηταί*]). AVG. civ. 20, 1 p. 406, 7 *deus* a ligno vitae separans primos homines peccati magni -es. epist. 138, 18 tot stuprorum auctor et -r *Iuppiter* (GREG. TVR. Franc. 2, 29 Iovis omnium s. spurcissimus -or [-ur *var. l.*]). fid. et op. 6, 8 apertissimi adulterii -es et eius perseverantiae professores. serm. 218 B, 1 coll. Morin p. 450, 19 impietatis. SIDON. epist. 8, 6, 15 (*de Saxonibus*) caedis infaustae -es. EPIST. Austras. 3, 4 Claudius *presbyter,* sacrilegii -r.

perpetrātum *v.* perpetro.

perpetrātus, -ūs *m.* *a* perpetrare. *i. q. actus perpetrandi, perpetratio*: GAVDENT. serm. 16, 11 Iudas ... *non* ante diri facinoris -um iusti iudicis poterat sententia praedamnari (perpetrationem *edd. vet.*).

perpetro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* patrare. NOT. Tir. 96, 63 -at. *depon.*: LVCIF. Athan. 1, 19 l. 50 -tus fueris (*item in stirpe perf.*: 2, 4 l. 85. 2, 17 l. 19. 2, 28 l. 26 non parc. 1 l. 29. 19 l. 27 GREG. TVR. Franc. 4, 16 p. 150, 12). *ibid.* l. 51 -eris. 2, 15 l. 50 -ari (*sed* -are moriend. 10 l. 3). *de notione*: FEST. p. 217 -⟨r⟩at: peragit, perficit (*affert* PACVV. *p. 1632, 5*). PAVL. FEST. p. 227 impetrare est exorare et -are perficere. GLOSS. -o: *περιέρχομαι.* -at: *κατορθοῖ.* peragit, committit. -re: *πεπλημμεληκέναι.* *legitur apud* PLAVT. (*ter vel quater*), PACVV. (*bis*), VARRONEM (*semel*), TIRONEM (*semel*), LIV. (*24*^{ies}), (PAVL.) FEST. (*bis, v. supra*), CVRT. (*ter*), FRONTIN. strat. (*ter*), TAC. (*12*^{ies}); *aetate posteriore increbrescit, cum simplex evanescat, v. e. g.* HIER. epist. (*14/*patro *1*), VVLG. (*17/4*), AVG. (*ad 200/4*), GREG. M. (*ad 300/1*), COD. Theod. (*24/2*), Iust. (*33/–*); *ceterum nota usum variantem rerum scriptorum*: SALL. (perpetro – /patro *10*), LIV. (*24/5*), VELL. (*–/10*), TAC. (*12/24*), AVR. VICT. Caes. (*–/8*), AMM. (*8/10*). [*confunditur in codd. c.* penetrare CONC.^{S} II 3, 2 p. 37, 14 PASS. Petr. Paul. brev. 13. *al.* (*adde p. 1633, 36 et cf. p. 1070, 68 sqq.; e coni. dub.* SEN. contr. 1, 2, 22); *de* MART. BRAC. ira 5 *v. sub* perpetratio.]

I *usu strictiore, sc. manifesta vi finiendi, est fere i. q. inceptum aliquid ad finem perducere* (*exempla certiora; huc pertinent fortasse p. 1632, 4. 8 sq. 11. 1633, 18*): **A** *-antur varia*: PLAVT. Cas. 701 nam quor non ego id (*sc. fraudem nuptiarum*) -em quod coepi, ut nubat mihi? VARRO ling. 7, 110 *operis de lingua latina* prima parte -ta. LIV. 27, 43, 7 audendum ... aliquid ... inopinatum, quod coeptum ... terrorem faceret, -tum in magnam laetitiam ... verteret. FLOR. epit. 3, 14, 6 cum *Tib. Gracchus* ad -anda coepta ... prorogari sibi vellet imperium. TERT. adv. Val. 14, 4 *Enthymesis maeruit,* quod non -asset inceptum (*cf. 14, 3* prosiluit ... lumen eius *Christi* inquirere). MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 1 qui sibi manus intulit et non -vit. HIST. AVG. trig. tyr. 30, 11 ut ..., quae instituerat, -ret. BOETH. cons. 1, 4, 10 quotiens ... regiae praepositum domus ab incepta, -ta iam prorsus iniuria deieci. **B** *-atur bellum*: LIV. 24, 45, 8 *placuit transfugam* servari per belli tempus; -to bello tum consultandum, utrum *eqs.* (28, 41, 3. 44, 32, 5 b. prius -tum quam coeptum Romae auditum est. *al.* SVET. Cal. 46 IVST. 12, 3, 2). TAC. hist. 4, 51, 2 *Vespasianus* exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli -anda (ann. 14, 38, 1).

II *usu laxiore est fere i. q. peragere, exsequi. vim praeverbii intensivam agnoscere possis, sed saepius est parum manifesta, ut sit fere i. q. patrare, sed aliter ac illud multo saepius in malam quam in bonam vel neutram partem adhibetur, unde poni potest pro gr. τολμάω p. 1633, 48 sq. 60* (*item* CONC.^{S} II 3, 2 p. 30, 27. 39, 2. 23). *syn. vel iuxta pos. potiora*: admittere TIRO Gell. 6, 3, 42 LVCIF. Athan. 2, 15 l. 50 LEO M. serm. 67, 5. *al.,* committere RVFIN. symb. 38. COD. Iust. 1, 11, 8 pr. (*a. 472?*). *al.,* facere PONT. vita Cypr. 2, 8 HIER. in Ier. 3, 63, 4 POMER. 2, 5, 2 GREG. M. moral. 5, 79. *opp. vel distinguuntur cogitationes, mente concepta passim sub D2, ceterum e. g. p. 1632, 32. 45. 1633, 40; ea, quae quis vult, p. 1632, 4. 15. 35. 39. 1633, 7. al.*

fere i. q. continuo vel aeterne (*respicitur effectus* FVLG.): *pertinet ad verbum*: PLAVT. Epid. 17 quid agis? -en valuisti? :: varie. RHET. Her. 4, 56, 69 *his praeceptis usi* firme et -e meminerimus. CIL XI 3303, 6 (*a. 18*) natali Ti. Caesaris -e acturi decuriones ... cenarent. HYG. astr. 4, 16 *Mercurius* nonnumquam etiam -e signis quattuor est cum sole. FVLG. Virg. cont. p. 101, 19 *praecepta* memoriae ..., sicut *ramus* in postibus, -e infigenda. LEO M. epist. 145, 2 (Conc.^{S} II 4 p. 96, 11) incommutabiliter -eque praestare *eqs.* CASSIOD. inst. 1, 16, 2 in qua *patria* es -e mansurus ([-o *var. l.*]. NOVELL. Iust. 6, 5 [*gr. διηνεκῶς*]). in psalm. 62, 4 l. 92 *martyres* norunt pro isto interitu temporali -e se esse victuros. 145, 2 l. 45 ut illic, *sc. post mortem,* -e, hic psallatur assidue. ORIG. in Matth. 12, 20 p. 115, 33 *personae trinitatis* sunt tres dies simul instantes -e *filiis lucis* (*gr. ἀϊωνίως*). *al. pertinet ad adi.*: POMER. 3, 1, 1 *animae* vita -e beata ac beate perpetua. CASSIOD. var. 7, 6, 3 aerem -e serenum (-o *var. l.*).

adv. **perpetuiter.** *i. q. in aeternum* (*v. etiam l. 16*): FVLG. aet. mund. p. 174, 13 licet semel saepiusque figuraliter resurrexerit *Simon magus,* vero mortis occursu ultra iam -r perit.

deriv.: perpes, perpetualis, *?*perpetuanum, perpetuarius, perpetuitas, 1. perpetuo; *cf.* perpetuabilis.

compos.: com-, imperpetuus. *cf. Onom.* *Wild.*

[perpexam barbam *affertur ex cap. spurio edd. vet.* FIRM. math.**]**

perpinguis, -e. *a* per *et* pinguis. *i. q. valde pinguis* (*cf.* GLOSS.^{L} V Abba PRAE 30 praeopimus: -s [*an* praepinguis *coll. vol. X 2, 766, 14?*]): ITIN. Alex. 19 *Gaza* harenis ... circa -bus et umectis satis subsidiis *vallatur.*

*?***perpino,** -āre *v.* pipio, -are.

perplaceo, -ēre. *a* per *et* placere. *in tmesi* AVG. *i. q. valde placere* (*iuxta* placere PLAVT., CIC.): PLAVT. Merc. 348 *haesito,* dum servi mei -et mihi consilium, dum rursum haud placet (CIC. Att. 3, 23, 4 ea *lex* mihi -et; nam Sesti ... mihi non placet. AVG. quant. anim. 27, 53 per mihi haec distinctio placet). Most. 907 ecquid placeant *aedes,* me rogas? immo hercle vero -ent. TER. Haut. 1066 habeo ... *puellam,* quam volo. :: nunc laudo, gnate. :: Archonidi huius filiam. :: -et (satis placet *A et pars edd.*). FAVST. Aug. c. Faust. 16, 4 (*inde* AVG. *ibid.* 16, 5) *Moyses* offenso deo suo occiditur in monte, ... *Christus* patri -ens patitur propria voluntate. -et *c. inf.*: NEBRID. Aug. epist. 6, 1 p. 11, 21 epistulas tuas -et ... servare.

*?***perplanto,** -ātum, -āre. *a* per *et* plantare. *fortasse i. q. transplantare, transponere*: EPHR. de die iudic. fol. 35^{v} mens nostra infirmissima *similis est* ... ligno -to, quod semper indiget firmitate ... gratiae tuae (*fortasse sec. psalm. 1, 3, ubi Aquila vertit*: *ξύλον ... μεταπεφυτευμένον*).

perplānus, -a, -um. *a* per *et* planus. *fere i. q. valde planus* (*sc. ad intellegendum; aliter* GLOSS. pervium: -um): VICTORIN. gramm. VI 188, 17 discretio quid est? confusarum significationum -a significatio (*item* AVDAX gramm. VII 322, 14, *sim.* DIOM. gramm. I 436, 24). BOETH. in categ. comm. 3 p. 250^{B} -a distantia est *qualitatum quarundam.* *Spoth.*

*?***1. perplecto** *v.* perplector.

2. perplecto, -ere. *a* per *et* 2. plectere. [*vix huc p. p. p.* -xus *p. 1652, 61.*] *i. q. plectendo tractare, percutere*: OPT. PORF. carm. 19, 14 bellis totum Myseum -ere civem.

perplector, -ī. *verbum finitum a* perplexus *fictum in serie compos.* NOT. Tir. 65, 52 -itur (*49* plectitur, *50* amplectitur, *51* con-; prae- *codd. plerique; cf. p. 1651, 24*). [*act. e suppl. dub.* GLOSS.^{L} II Abav. PE 93a ⟨-imus⟩: conligamus (conligamur *var. l., v.* GLOSS. IV 376, 22).] *Delhey.*

perplexābilis, -e. *a* perplexari. *dicitur de verbis ambiguis, quibus quis perplexatur* (*sc. dissimulando vel turbando*): PLAVT. Asin. 792 neque ullum verbum *amica* faciat -e (perp(l)exibile *codd.*, perpexabile NON. p. 151, 29 sqq., *qui explicat*: perp⟨l⟩exabile figuratum, quod aliud audiatur, aliud sentiatur [*inde* GLOSS. V 645, 35 perp⟨l⟩exabile: perplexum]).

adv. **perplexābiliter.** *i. q. modo perplexo* (*sc. per simulationem*): PLAVT. Stich. 85 -r earum *filiarum* hodie perpavefaciam pectora; post id ..., ut animus meus erit, faciam palam ([*cf. 76* perplexim]. *inde* GLOSS. Plaut. gramm. III 59, 7 [-plexi- *var. l.*]).

perplexē, perplexim *v.* perplexus.

perplexio, -ōnis *f.* *a* perplexus. *plur.* RVFIN., CASSIOD., SCHOL. Ter. [*var. l. dubia* DECL. in Catil. 106, *v. l. 67.*]

significatur status perplexus vel ipsa compages perplexa (*actus perplectendi maxime l. 45; accedit fere gen. indicans inter se coniuncta, potius adiuncta l. 44 sq.*): **1** *animantium: quibus aliquid permiscetur*: IREN. 1, 7, 4 -em peiorum (*sc. ad Demiurgum, ut vid.; gr. προσπλοκήν*). 2, 12, 3 *non* poterat Sophia sine coniugis -e ... aliquid ... generare (*antea*: sine permixtione coniugis). *qui se coniungunt*: CONC.^{S} II 5 p. 80, 14 *iniqui* sibimet copulantur et velut funes sua -e roborantur. **2** *rerum corporearum* (*cf.* CONC. *sub 1*): HIER. c. Ioh. 25 p. 376^{C} crassitudo nervorum venarumque -o (*cf. p. 1651, 12*). 26 p. 377^{B} *ubi est in semine parvo* propaginum tortuosa -o? RVFIN. apol. Orig. 5 p. 586^{B} *esca* per ... corporis ... compages ac membrorum -es diffundebatur. **3** *rerum serie temporali conexarum*: HIER. in Ezech. 7, 5 l. 666 omnis ordo miseriarum atque -o (*cf. l. 650 sq. πλοκήν,* id est ordinem contextumque malorum). BOETH. in top. Cic. 5 p. 367, 39 fatum ... dicunt *Stoici* esse praecedentium causarum subsequentiumque rerum -em quandam atque catenae more continentiam (*ad Cic. top. 59* nectitur). **4** *dictorum, cogitationum obscurorum, intricatorum*: AVG. dialect. 10 p. 17, 13 in quibus *aequivocis* ambiguitatum -o prope infinita silvescit (*cf. p. 1651, 17*). CASSIOD. hist. 5, 13, 11 *non* intellegere -es syllogismorum *Arii* (*Socrat. 2, 35 τὸ περισκελές*). SCHOL. Ter. p. 117, 26 ambages: -es.

※**perplexitās,** -ātis *f.* *a* perplexus. *legitur inde a* DECL. in Catil. (*dub.*), *vicies apud* AVG., *plur. e. g. l. 67. p. 1651, 5.*

significatur status perplexus vel ipsa compages perplexa (*dicitur in malam partem praeter l. 68. 71. p. 1651, 12; saepe accedit gen. indicans, quae in se perplexa vel inter se conexa sint*): **1** *respiciuntur varia incorporea*: DECL. in Catil. 106 (*agitur de moribus Catilinae ambiguis*) me ... persaepe deliravisse miris -bus illius (perplex(ion)ibus *var. ll.*). POTAM. subst. 3 per quam *vocem substantiae* fidei -s redditur et trinitatis unitas catenatur. AVG. epist. 118, 32 p. 695, 21 *evadere* ab his -bus in auras ... veritatis (*cf.* in psalm. 6, 5 *inhaerere* -bus huius saeculi. 24, 20 erue me a -e, qua mihi miscentur *inimici*). ISID. sent. 1, 13, 7 quia grandis eius, *sc. memoriae,* -s est. **2** *respiciuntur dicta, scripta, quaestiones sim.* (*fere obscura; cf. p. 1651, 14 sqq.*): DON. Ter. Phorm. 7, 2 *dictionis* ambiguitas ... perseverans ..., ut etiam ipsa -s odiosa sit (*inde item* SCHOL. Ter. Bemb.). GAVDENT. serm. 15, 20 *Iudaei* -e multiplicium mandatorum onerari potius quam instrui vide-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bantur. AMM. 17, 8, 3 *Iulianus legatos* opposita ... condicionum -e *dimisit.* 18, 6, 19 his, *sc. litteris obscuris,* ob -em nimiam aegerrime lectis. 31, 2, 12 geographica -e monstrata (*i. opinionibus confusis scriptorum geogr.; opp.* veritatis interna). AVG. bon. viduit. 15, 19 p. 326, 9 multi sunt ... *harum* quaestionum sinus, multae -es (trin. 2, 7, 13 IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 17. *cf.* AVG. lib. arb. 3, 200 nondum ista quaestio ... pro merito suae obscuritatis et -is evoluta *est*). c. Iulian. op. imperf. 3, 34 l. 36 tanta prolixitate et -e disputationis (*cf.* ALC. AVIT. epist. 23 p. 55, 13 disceptationis prolixitas -sque). 5, 43 -e ... aperta implicare. *et saepius apud eundem.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 5 l. 3 *sententiam* elocutionum -e *velare.* 2, 215 l. 8 omnis est soluta -s. **3** *respiciuntur corporea*: AVG. civ. 22, 24 p. 614, 16 (*laudatur harmonia corporis*) est tanta -s venarum atque nervorum et viscerum ([*antea*: conexa ... et coaptata]. GREG. M. moral. 32, 28 allegationum implicatio, quasi n. -s [*in imag. de dictis sim. ut* 32, 39]. *cf. p. 1650, 49*). epist. 118,1 p. 665, 8 (*in imag.*) *quaestionum nodi* tanta sunt ... -e involuti *eqs.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 486, 7 *ne tiro* tamquam immensae silvae -em ingrediens ... perhorresceret (*cf. p. 1650, 58*).

perplexor, -ārī (-ārier). *a* perplexus. *fere i. q. agere modo perplexo* (*sc. sive dissimulando sive turbando*): PLAVT. Aul. 259 (*Euclio ad Megadorum*) scio, quo vos soleatis pacto -arier: pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet.

deriv.: perplexabilis. *Spoth.*

perplexus, -a, -um. *a* per *et p. p. p.* plexus (1. plectere; *cf.* FEST. p. 230). NOT. Tir. 65, 55 (prae- *codd. plerique falso, cf. vol. X 2, 766, 53 sqq.*). *compar.* LIV. 25, 12, 8 PLIN. nat. 2, 62. *al., cf.* magis -us *l. 55. p. 1652, 5. 30* (*si ἀπὸ κοινοῦ*). *al.; superl.* FRONTIN. grom. p. 34, 3 IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 26 p. 1464, *cf.* valde -us *p. 1652, 61 et* POMER. 3, 2, 1. GLOSS. *σκολιός.* involutus. -a: perligata. conligata. multis conligata modis (-flexa *trad.*). GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1038 -um: inplicatum, obligatum. V Abba PE 98 -us: colligatus, involutus, tumidus (timidus *var. l.*). *al.* *legitur raro, sc. singulis vel binis locis, nisi aliud indicamus, apud* PLAVT., LVCR. (*quinquies*), VERG., LIV. (*octies*), FEST., VAL. MAX., SEN. *min.* (*septies*), MELAM, PLIN. nat., SIL., STAT., QVINT. (*octies*). *al.* [*codd. haud raro praebent* perflexus, *e. g. l. 29. 65. p. 1652, 17. 38 (cf. p. 1394, 27 sqq.), vix recte trad.* LVCR. 4, 621 -a foramina linguae (per flexa *duo recc., cf. 4, 599 et Bailey ad l.*). *falsa var. l. pro* praefixus EPIST. pontif. 620 Schwartz p. 53, 1.]

significatur id quod non simplex, non directum vel rectum est (*ponitur saepe vi adiectivi; vis verbalis apparet maxime, ubi accedunt structurae, sc. dat. p. 1652, 34. 41. 43* [*iuxta* invicem *et praepos.* in]. *55 sqq. 66, abl. infra l. 49. 50. 60. 70. al., praepos.* in *c. abl. p. 1652, 59; neutr. pro subst. ponitur l. 59. 63. p. 1652, 3. 13. 20. al.*): **I** *de rebus, quae -ae esse dicuntur*: **A** *quod per se sunt naturae implicatae, contortae itaque fere difficiles*: **1** *de dictis, scriptis* (*sive contortis, falsis* [PLAVT.] *sive non sinceris, aliquid celantibus [e. g. l. 50. 52. 53] sive alio modo obscuris* [*ordo insolitus respicitur apud* ISID.]): PLAVT. Mil. 435 *ut* me perperam -o nomine appelles (*sc. 'Philocomasium', non 'Dicaeam'*). LIV. 25, 12, 8 alterum carmen *Marcianum* ... non eo tantum obscurius, quia incertiora futura praeteritis sunt, sed -ius etiam scripturae genere (SIL. 9, 60). 35, 14, 12 -um Punico astu responsum (36, 12, 8 haud -o r. 38, 32, 9). 40, 5, 3 *Perseus* singulos patris amicorum temptare sermonibus -is institit (AVG. gen. ad litt. 12, 7 p. 388, 13). SEN. Oed. 212 responsa dubia sorte -a iacent (OROS. hist. 6, 15, 11). Phaedr. 639 ambigua voce verba -a iacis. 858 -a magnum verba nescio quid tegunt (IVVENC. 2, 824 [*de parabolis Christi*] -is condita v. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 349). QVINT. inst. 4, 1, 79 longior ... ac -a magis expositio. HIER. c. Ioh. 41* *epistulae cuiusdam* -a oratio est (*aliter* ISID. orig. 1, 38, 1 quae non est -a numero, sed recta, prosa oratio dicitur [-flexa *var. l.; antea*: a lege metri soluta]). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91, 21 enodare -a, involuta dissolvere, parabolas ... explicare. Orig. in num. 13, 2 p. 109, 22 *liber* figuris -us est et aenigmatibus involutus. LICENT. carm. ad Aug. 5 compendia *Varronis.* EVCHER. instr. 1 p. 123, 15 obscurissimus atque -us in apostolo locus (*i. Rom. 3, 5 sqq.*). CLAVD. MAM. anim. 3, 10 p. 170, 25 proloquii huiusce -um *inspicere.* BOETH. in herm. comm. sec. 6, 13 p. 446, 9 ordo sermonum ... -us atque constrictus. MAXIM. eleg. 4, 47 murmura *somniantis* (-flexa *var. l.*). *al.*

2 *de itinere, labyrintho sim.* (*sive flexuoso sive impedito, laborioso; proprie vel in imag.*): VERG. Aen. 9, 391 -um iter omne revolvens fallacis silvae *Euryalum quaerendo* ([*cf. l. 73*]. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 118 p. 712 *stratores viarum* qui aggeris maligna corrigerent ..., ne -o itinere fatigaretur exercitus). MELA 1, 56 *labyrinthus* magno et explicabili tamen errore -us est (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 595 p. 490, 21 labyrinthi -as viarum formas). STAT. Theb. 1, 502 (*in imag.*) *explicationem oraculi* -is quaesitam erroribus. CLAVD. DON. Aen. 9, 390 p. 242, 7 viam -am, hoc est multis inpedimentis obsessam (*in imag.*: AMBR. obit. Valent. 13 lubricae ... et -ae viae sunt iuventutis). PRVD. c. Symm. 2, 904 infernae -a per avia noctis.

3 *de rebus variis*: **a** *incorporeis* (*quae haud facile intelleguntur, explicantur vel peraguntur*): LIV. 34, 57, 6 *legatus* ignorare se dixit, quidnam -i sua legatio haberet (*cf.* 36, 5, 8 legationi [*antea: legatio minime* simplicis animi]). 37, 54, 7 *disceptatio* vobis -am deliberationem praebitura. SEN. Oed. 641 *Oedipus* fratres sibi ipse genuit: implicitum malum magisque monstrum Sphinge -um sua. epist. 83, 8. 121, 10 hoc tam -um et subtile ... quomodo infans intellegit? MELA 1, 1 gentium locorumque ... -o satis ordine. PLIN. nat. 2, 62 luminum occultationumque *planetarum* ratio -ior motu. QVINT. inst. 1, 5, 17 arti culpa quorundam pervicacium *doctorum* -ae. 2, 10, 9 -ae magis et longioris ... actus controversiae (*cf.* 4, 1, 62 breve *prooemium* simplices, longius -ae *causae* ... desiderant [11, 1, 63 in c. difficili atque -a]. HIST. AVG. Pert. 7, 3 lite ... -a). 12, 2, 10 ambigua aperire et -a discernere. *al.* FRONTIN. aq. 77, 3 *aquae erogandae* comprehensionem ... -am videri posse. grom. p. 34, 3 *interdicti* executio -issima. DON. Ter. Phorm. 35, 1 -a argumenta *comoediarum.* HIL. coll. antiar. p. 101, 4 opus ... grave et multiplex, diabolica fraude -um. DIOM. gramm. I 473, 6 *metra* multarum quaestionum numerosa diversitate -a (-flexa *var. l.; sim.* 502, 22). AMM. 23, 5, 20 devicta est -o et diuturno Marte Carthago (*cf.* IORD. Get. 194 proelium ... multiplex atque -um). PRVD. cath. 6, 66 (*ad gen. 41, 1 sqq.*) regem -a somniantem. NOVELL. Valent. 14, 1 *fructuum* ratiocinium -um atque confusum. *al.* **b** *corporeis*: TERT. resurr. 60, 2 intestinorum -a proceritas. HIST. AVG. Pert. 8, 6 *vehicula* -is ⌞diversisque⌟ rotarum orbibus (divisisque *var. l.; fortasse pertinet ad B2*). AVG. civ. 22, 8 p. 567, 24 *fistulas* numerosas atque -as.

B *quod quodam modo conexae, colligatae sunt*: **1** *de elementis:* *in doctrina Epicuri* (*sec. t. t. περιπλέκειν, περιπλοκή, cf. Usener, Gloss. Epicur., 538 sq.*): LVCR. 2, 102 *primordia* indupedita suis -is ipsa figuris. 2, 459 (*de fumo, flamma sim.*) *ea* non esse ... -is indupedita. 2, 463 -is ... elementis. 5, 450 terrai corpora ..., quod erant gravia et -a ..., imas capiebant omnia sedes; (452) quae quanto magis inter se -a coibant, tam magis expressere ea, quae mare ... efficerent. *cetera exempla*: PLIN. nat. 9, 2 -is et in semet ... convolutis seminibus atque principiis *aquatilium.* HIER. epist. 64, 18, 3 *ornamenta vestimenti pontificis demonstrant* omnium elementorum inter se consonantiam et sic sibi universa -a, ut in singulis omnia repperiantur. **2** *de variis corporeis*: SEN. epist. 95, 29 (*de cibis luxuriosis*) quomodo ista -a sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur, sed inexplicabiles. VVLG. Iob 40, 12 nervi testiculorum eius *Behemot* -i sunt (-flexi *var. l.*). **3** *de incorporeis*: VAL. MAX. 3, 4, 3 servili cognomine et regia appellatione -is *in titulo Servi Tulli.* 6, 9 ext. 4 *fortuna Alcibiadi neque bona neque mala tribuit* universa, sed varie -a. IREN. 1, 16, 1 *numeros novem et undecim* -os sibimet ipsis XCVIIII numerum generare (*gr. ἐπιπλεκομένους*). NOVATIAN. trin. 4, 12 utroque (*sc. incorruptibili et immortali*) *in deo* invicem sibi et in se connexione mutua -o. AVG. civ. 1, 35 p. 51, 25 -ae ... sunt istae duae civitates, *sc. dei et huius mundi,* in hoc saeculo invicemque permixtae (*inde sim.* 10, 32 p. 460, 33. 11, 1 p. 462, 10). OROS. hist. 5, 19, 2 *tria bella* isdem gesta temporibus -is coacervata malis. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 21, 3 p. 381^{C} promiscuum, id est ex utroque (*sc. bono et malo*) -um interdicti ligni fructum (*gr. σύμμικτον*).

C *quod eis aliquid intextum est*: CASS. FEL. 71 p. 169, 5 stomachus multis nervis sensibilibus -us *est* (-flexus *var. l.*).

II *de animantibus (addidimus passionem gnosticorum l. 53. 56), qui sunt*: **A** *naturae permixtae, compositae*: TERT. adv. Val. 14, 4 *Achamoth* passioni illi suae intricata multiplici[a] atque -a⟨e⟩ (*cf. Iren. 1, 4, 1* variae, *gr. πολυποικίλου*). **B** *alicui coniuncti* (*accedit dat.*): IREN. 1, 30, 12 Christum -um Sophiae descendisse. 2, 20, 5 *Valentiniani* dicunt Iudam esse typum ... -ae ei *Aeoni* passionis (*opp.* separatae). HIER. epist. 53, 9, 2 *euangelistae,* quadriga domini, ... tenent se mutuo sibique -i sunt et quasi rota in rota volvuntur. **C** *aliqua re involuti, impediti* (*accedit abl. vel dat.*): RVFIN. epist. Clement. 5, 2 *ne* in ulla ... inveniaris mundialis negotii occasione -us (*gr. παρεμπεπλεγμένον*). CASSIOD. Ios. antiq. 7, 169 p. 197 *Amnon* robore eius passionis (*sc. amoris*) valde -us vim intulit ei *sorori* (*gr. μυωπιζόμενος, cf. II reg. 13, 1 sqq., vix ad* 2. perplecto). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in II Petr. 2, 11 p. 35, 25 *angeli non* gravibus ac passibilibus -i corporibus (*ed. princ.*, -flexi *codd.*). *in versione parum apta* (*cf. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 44*): CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 126, 19 *Christum* -um morti (*gr. I 1, 7 p. 93, 38 συμπλακῆναι, Rustic.* cum morte confligentem).

adv. **perplexē.** *compar. inde ab* AMM., *superl. deest.* GLOSS. *σπουδαίως, περιπεπλεγμένως. σκολιῶς.* varie, dubie. *cf.* perplexim. *obscurum*: GLOSS.^{L} III Abol. TE 24 ⌞tellicinatim⌟: involute et -e (alucin- *Heraeus,* relicin- *Lindsay*).

i. q. modo perplexo, cum ambagibus quibusdam, non simplici modo; de actione: **1** *qua aliquid non plane, parum perspicue profertur, tractatur:* *ut aliquid dissimuletur, celetur* (*c. negatione p. 1653, 4 sq. 7, opp.* aperte *p. 1653, 1. 7. 9*): TER. Eun. 817 (*Thais ad ancillam*) pergin, sceles-

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ta, mecum -e loqui? ([*opp. 819* aperte. Don. *ad l.* 2 ideo -e, quia statuerat *ancilla* vitium celare virginis. Schol. p. 109, 30 involute, obscure]. Serv. auct. Aen. 4, 436 an -e locuta est, ut solent l. mali aliquid molientes? Gloss. V 663, 58). Liv. 6, 13, 8 *captivi* defectionem ... haud -e indicavere. 30, 20, 2 *Hannibal*: 'iam non -e' inquit, 'sed palam revocant, qui ... iam pridem retrahebant.' 30, 42, 7 *respondere.* 33, 34, 3 *legatis* nihil iam -e ut ante ..., sed aperte denuntiatum, ut *eqs.* Curt. 8, 5, 13 haud -e in Callisthenen dirigebatur oratio. Petron. 134, 11 -e agere (*cf. l. 10 nec non l. 22*). Amm. 15, 5, 10 ut doceret aperte, quae vellet, non ita -e. *cetera exempla*: Liv. 8, 23, 8 *legatus Samnitium*: 'quid -e agimus?' inquit, 'nostra certamina ... non verba ..., sed campus ... decernet'. Iulian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 26 p. 1465 nihil in dictis tuis acutius, nihil in disserendo -ius attulisti (*nisi est neutr. pro subst.*). Avg. c. Iulian. op. imperf. 6, 27 p. 1574 quod tu obscurius -iusque dixisti (*opp.* planius et explicatius). Macr. Sat. 5, 20, 2 *sensus* obscurior pauloque -ius ... pronuntiatus. **2** *qua quis errore implicatur*: Prvd. c. Symm. 2, 848 multa ambago viarum ... -ius errat (*opp.* simplex via; *contra Symm. plura itinera religionis postulantem* [*rel. 3, 10*]). Avg. adv. Don. 19, 25 p. 123, 13 *Donatistae tali defensione* potius se multo -ius implicarunt. **3** *quae accuratissime, scrupulose fit*: Amm. 15, 1, 1 ea quae videre licuit ... vel -e interrogando versatos in medio scire, narravimus. 15, 6, 4 *scrutari* (21, 16, 18). 17, 3, 5 *Iulianus a Constantio monitus est* non agere ita -e (*antea*: scrupulose computando *capitationem*). 22, 6, 1 *Aegyptii* genus hominum ... adsuetudine -ius litigandi semper laetissimum. 25, 3, 23 *Iulianus* super animorum sublimitate -ius disputans.

adv. **perplexim.** *i. q. perplexe* (*cf.* Non. p. 515, 18 -m pro perplexe [*affert locos infra laudatos, qui fort. ad actionem dissimulandi spectant*]): Plavt. Stich. 76 ratiocinor, utrum ego -m lacessam *filias* oratione ..., quasi *eas non insimulem* (*afferunt* Char. gramm. p. 276, 19 *et* Gloss. Plaut. gramm. III 59, 7). Hemina hist. 10 prudens -m [*σκοτεινῶς*] scribit (*gloss. gr. del. Passeratius*).

deriv.: perplector, perplexio, perplexitas, perplexor. *Delhey.*

perplico, -uī, -ātum, -āre. *a* per *et* plicare. *inter compos. e* plicare *formata c. perf. in 'ui' affert* Char. gramm. p. 316, 15. *p. p. p.* perplicātus, -a, -um *fere i. q. perplexus, (penitus) nexus*: Lvcr. 2, 394 *oleum* est elementis ... magis hamatis inter se perque plicatis *quam vinum* (*in tmesi, fort. magis rei illustrandae quam metri causa [cf. vol. VII 1, 640, 14 sqq.]; ad rem v.* perplexus *p. 1652, 26*).

[perplōro, -āre *afferunt lexica quaedam ex tabula lusoria, ubi legendum videtur* per(dis), ploras; *v. Lamer, RE XIII 2004 sqq.*] *Spoth.*

perpluo, -uī, -ere. *a* per *et* pluere. *inf.* -overe *l. 47; perf.* -ūit Plavt. Most. 164 (*vix est praes.* -ŭit; *v. e. g. Sonnenschein, 1907, ad l.*).

praeverbio inest vis localis (*aliter* Gloss. -it: valde pluit), *sed vario modo adhibetur*: **1** *i. q. pluviam, liquorem transmittere*: **a** *proprie*: Plavt. Most. 111 venit imber, lavit parietes, -ont (*sim. spectat ad aedificium corruptum*: Qvint. inst. 6, 3, 64 cum cenaculum ... -ret). Fest. p. 250 'pateram -overe' in sacris cum dicitur, significat pertusam esse. **b** *in imagine*: Plavt. Trin. 323 benefacta benefactis aliis pertegito, ne -ant (*subest imago aedificii, cf. 317*).

2 *i. q. pluendo penetrare, invadere aliquo*: **a** *impersonaliter*: Cato agr. 155, 2 in villa, cum pluet, circumire oportet, sicubi -at, et signare carbone, *sc. rimas*; cum desierit pluere, uti tegula mutetur (*vix ad 1*). **b** *personaliter* (*in imag.* Plavt.): Plavt. Most. 164 mihi Amor et Cupido in pectus -it meum. Vitr. 2, 8, 18 cum ... in tecto tegulae fuerint fractae aut a ventis deiectae, qua possint aquae -ere (*cf. l. 65*).

3 *i. q. pluendo perfundere, madefacere aliquid*: Apvl. met. 10, 34, 2 *in scaena e fistula* prorumpit vino crocus diluta sparsimque defluens pascentis circa capellas odoro -it imbre, donec ... mutarent *colorem.* Pallad. 12, 15, 1 abies *Gallica* ..., nisi -atur, *est* levis, rigida et in operibus siccis perenne durabilis.

deriv.: perpluvium.

perpluvium, -ī *n.* *a* perpluere. *i. q. pluvia permeans, penetrans*: Pallad. 1, 11 in summitate *parietum* ... structura testacea cum coronis prominentibus fiat ..., ut, si corruptae tegulae ... fuerint, parietem non possint penetrare -a (per pluviam *var. l.; cf. l. 55*). *Vestergaard.*

?**perpoenālis,** -e. *a* per *et* poenalis. *i. q. valde poenalis, acerbissimus*: Petr. Chrys. serm. 84, 10 -es corporis passiones deum ... esse Christum Thoma vociferante manifestant (penales, per p(o)enales *sim. trad., cf. Olivar ad l.*).

[perpol *errore ortum vid. e Plaut. Cas. 370* per pol saepe peccas *vel Ter. Hec. 58* per pol quam paucis *eqs., cf.* Diom. gramm. I 404, 25 *adverbia quaedam significant* ius iurandum, ut ... ecastor, perpol, edepol. *quam doctrinam vituperant* Don. Ter. Hec. 58 'pol perquam ...'; nam 'perpol' non est Latinum *et Serv. Aen. I, 644.*] *Spoth.*

perpolio, -īvī (-iī), -ītum, -īre. *a* per *et* polire. *perf. formas brevi ores v. l. 21. 57; fut.* -bo *l. 45* (*si recte trad.*). *legitur bis in* Rhet. Her. (*cf. etiam p. 1655, 5. 10*), *18ies apud* Cic. (de orat. *octies*), *ceterum perraro.* [*falsa var. l.* -ta *pro* polita Cic. de orat. 1, 31, *falso trad.* Fest. p. 210 (pro molitum *corr. Scaliger*). *e suppl. dubio*: Inscr. Helv. Howald-Meyer 107 ⟨hoc monumentum per⟩fectum pe⟨rpolitumque s⟩umptu ⟨suo et⟩ sibi p⟨osuit⟩ *quidam* (*cf. vol. V 2, 1753, 53 sqq.*).]

i. q. diligenter vel perfecte polire: **1** *obi. indicat id, quod poliendo exornatur, excolitur, pulchrius vel melius redditur* (*accedit hic illic abl. instr., praepos.* in *cum abl. l. 34. 36,* ad *l. 22*): **a** *incorporaliter* (*in imagine manifesta l. 20. 22. 30*): α *-untur varia*: Rhet. Her. 4, 12, 18 conpositio est verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter -tas (*opp. varia vitia, e. g. allitteratio immoderata*). Cic. Sest. 92 hanc vitam -tam humanitate (*opp.* illam immanem, *sc. vi, non iure motam*). Balb. 17 *Pompeio Crassoque* placuit ... adhiberi hunc a me quasi -endi quendam operis extremum laborem. de orat. 2, 120 illa, *sc. argumentationes,* ... explicationem magis inlustrem -tamque desiderant. fin. 5, 88 haec, *quae Democritus de virtute egit,* etsi praeclare, nondum tamen -ta. Nep. frg. 58 Marsh. *Cicero,* qui oratoriam eloquentiam rudem a maioribus acceptam -verit. Qvint. inst. 2, 12, 8 confitendum est ... detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus, ... sed ... eo solo minus est quod litterae -ierunt, quo melius. Mar. Victorin. gramm. 4, 84 *quaedam nunc sine h scribenda,* cum asperitas vetus illa paulatim ad elegantioris vitae sermonisque limam -ta sit. β *-untur scripta emendanda quasi lima adhibita* (*fere ab auctore, sed probatores respicit* Ter. Mavr.): Cic. de orat. 2, 54 Coelius ... *non* verborum conlocatione et tractu orationis levi et aequabili -vit illud opus (*sc. historiam*), sed ... sicut potuit dolavit. Att. 14, 17, 6 librum ... *ἀνέκδοτον* nondum, ut volui, -vi (16, 11, 3). fam. 5, 12, 10 non cessabis et ea, quae habes instituta (*sc. historiam*), -es. Plin. epist. 2, 5, 1 adhuc ... pars eius *orationis* -itur; interim, quae absolutiora mihi videbantur, *tibi tradidi.* Ter. Mavr. 284 haec (*i. librum de syllabis*) ... -ite ... crebriore limula (*cf. 324* corrigenda siqua ... visa vobis hinc erunt). γ *-untur homines eorumve indoles, sc. eruditione*: Cic. Pis. 70 *Philodemus* est ... non philosophia solum, sed etiam ceteris studiis ... -tus. de orat. 1, 58 Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et -tos. 1, 72 *ut orator* sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, -tus (prae- *var. l.*). rep. 1, 13 *quidam fuerunt* in disputationibus -ti (*opp.* in disserendo rudes). Val. Max. 8, 9 ext. 2 Pericles ... felicissimis naturae incrementis sub Anaxagora praeceptore summo studio -tis instructus. Prvd. perist. 13, 19 *eligitur Cyprianus,* quo ... cruda hominum praecordia -ta nossent *scripturarum sensus.*

b *corporaliter* (*cf.* Gloss. pe⟨r⟩politae: per[c]limat(a)e): α *strictius et fere technice -itur aliquid ita, ut leve vel nitidum reddatur*: Ⓘ *pectendo -untur: vestes* (*cf. vol. V 2, 1753, 4 sqq.*): Cinc. Fest. p. 265 vestimentum rude, non -tum. *capilli*: Apvl. met. 6, 28, 5 (*puella ad asinum*) caudae ... setas incuria lavacri congestas et horridas compta diligentia -bo (*codd. rec. et fort. F ante corruptionem*; pectinabo *φ in lac.*). Ⓘⓘ *atterendo, levigando -untur metalla vel ligna*: Maecen. carm. frg. 2, 4 *non quaero* quos Thynica lima -vit anellos (anulos *var. l.*). Plin. nat. 33, 66 *nullum* absolutius aurum est *quam in fluminibus inventum,* ut cursu ipso attrituque -tum. Avg. gen. ad litt. 9, 17 p. 292, 5 (*inter miracula; sec. num. 17, 8*) ut ... lignum de terra excisum, aridum, -tum ... repente floreat. Boeth. mus. 4, 18 *semispheria q. d. magades* sint ... aequaliter undique -tae (*cf. Ptol. harm. 1, 8 πανταχόθεν ἴσαι τε καὶ ὅμοιαι*). Ⓘⓘⓘ *illinendo, inducendo -untur: tectoria* (*ad rem v. Blümner, Technologie III 178 sqq.*): Vell. 2, 22, 4 Q. Catulus ... cum ad mortem conquireretur, conclusit se loco nuper calce harenaque -to (*Val. Max. 9, 12, 4* calce inlito ... cubiculo). CIL VI 10332 *collegii curator columbarii* tectoria perfecit et ... trichiliniu(m) sociorum ... opere tectorio -it. *laminae ligneae* (*nisi fallimur*): Apvl. met. 11, 16, 8 (*de Isidis navigio*) omnis ... carina citro limpido -ta florebat.

β *laxius p. p. p. est fere i. q. splendidus, elegans*: Varro rust. 3, 2, 3 non haec ... villa *vetus* ... frugalior ac melior est quam tua illa -ta in Reatino?

2 *obi. indicat potius id, quod ita absolvitur, effingitur, ut politum, perfectum sit*: **a** *-unt homines excogitando, dicendo, scribendo*: Rhet. Her. 3, 8, 15 absoluta ... difficillima parte rhetoricae, hoc est inventione -ta ..., tempus est ad ceteras partes proficisci. Cic. Balb. 50 quae ego nunc percurro, suptilissime sunt omnia -ta *a Crasso in oratione antecedente* (perorata *Lehmann*). de orat. 2, 84 *qui genera vel definitiones quaerunt,* deducendi sunt ad eos, qui haec docent; omnia iam explicata et -ta adsequentur. 2, 121 partem superiorem ... non recusabo quominus -am atque conficiam. 2, 201 quae *partes orationis* (*sc. commendatio et concitatio*) minime praeceptis artium sunt -tae. 3, 95 *non despero* latine ea, de quibus disputavimus, tradi ac -iri. **b** *-it deus creando*: Cic. Tim. 46 *summus deus* dis ... iunioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent ... et quae consequentia essent -rent et absolverent (*gr. 42E ἀπεργασαμένους ἄρ-*

[Hays]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

χειν). CHALC. transl. p. 40A *opifex deus* divini ... generis ... speciem ignis serena claritudine -ibat (*gr. ἀπηρᾴζετο*).

p. p. p. ponitur saepius pro adi., v. e. g. p. 1654, 12. 16. 43. 61.

adv. **perpolītē** (*sc. non nisi superl.* -issime). *fere i. q. eleganter*: RHET. Her. 4, 32, 44 in quibus *figuris* (*sc. transgressionibus*) oportet verba sicuti ad poeticum quendam extruere numerum, ut perfecte et -issime possint esse absolutae.

deriv.: perpolitio.

perpolītio, -ōnis *f.* *a* perpolire. *i. q. actio perpoliendi, perfectio*: RHET. Her. 4, 13, 18 verborum exornatio est, quae ipsius sermonis insignita continetur -e.

perpolītus *v.* perpolio. *Hays.*

perpopulor, -ātus sum, -ārī. *a* per *et* populari. *praeter l. 21 non nisi perf.* -tus (est) *vi act. vel pass.* (*ita l. 17 sq.*). *i. q. penitus populari* (*an i. q. populando percurrere?*): **1** *loca*: LIV. 3, 66, 5 *Aequi* Latinum primum agrum -ti sunt (pop-, propop- *var. ll.*); deinde ... ad moenia ipsa Romae populabundi ... accessere (22, 9, 2 -to agro urbem oppugnare [*item abl. absol.*: 23, 36, 7. 26, 9, 11 infestius -to a. Fregellano]. 34, 56, 10 eum *agrum Placentinum* usque ad ... Padi ripas cum caedibus et incendiis [*v.* TAC. *infra*]. *cf.* 34, 28, 12 cum *Quinctius* -tus omnia circumiecta ... agri loca esset). 22, 3, 10 Hannibal ... -etur Italiam vastandoque et urendo omnia ad Romana moenia perveniat. 44, 27, 3 *Galli* -ti Threciam ... redierunt. **2** *hostes*: TAC. ann. 14, 26, 1 quos ... *Corbulo infensos* cognoverat, caedibus et incendiis -tus *eqs.*

perporto, -āre. *a* per *et* portare. [*in var. l. nunc spreta pro* portare LIV. 28, 46, 14.] **1** *i. q. nancisci, percipere* (*cf.* portare *vol. X 2, 50, 21 sqq.*): DECRET. patron. Amitern. (Suppl. Ital. n. s. 9 p. 88 n. 34; *a. 325*) 13 *Sofronium* patronum cohoptemus, si modo de eius dignatione testimonium -emus (*antea: ut* hunc (h)onorem nostrum conprobare dignetur). CHART. lat. ant. XXI 716, 35 (= PAP. Tjäder 37, 35; *a. 591*) suscipientes prefati venditores hac sibimet in integro omnem pretium -antes (*cf. supra p. 1208, 16 sq.*). **2** *i. q. perferre*: GLOSS. V 132, 4 perlata: -ta (*sc. epistula sim.?*).

[in **perpositione** manus CASSIOD. compl. in act. 8, 9 *pro* per impositionem m. (*v. Stangl, Blätter f. d. bayer. Gymn. 34, 1898, 566; cf. postea*: impositione manus *et vol. VII 1, 666, 60 sqq.; respicitur act. 8, 18 ἐπιθέσεως* [*Vulg.* inp-]).]

perpossideo, -ēre. *a* per *et* possidere. *scribitur in cod.* -posi- *l. 42.* *i. q. (penitus? usque?) possidere* (*pro gr. κατακληρονομεῖν, pro quo in eisdem codd. alibi et in Vulg. ponitur* possidere): VET. LAT. deut. 18, 14 (cod. 100; *deus ad Israel*) gentes ... istae, quas tu -bis eos (*i. eas, cf. gr.*). Abd. 17 (cod. 176) p(er)posi⟨debunt do⟩mus Iacob eos, qui possi⟨debant⟩ eos. 19 (*ibid.*) p(er)possidebunt campum Effrem. *Spoth.*

perpōtātio, -ōnis *f.* *a* perpotare. *scribitur* -put- CONC. Andec. GLOSS. *πρόποσις.* *i. q. actio perpotandi, potatio producta vel immodica* (*vituperatur excepto* CLAVD. DON.; *accedit praepos.* cum *apud* CIC.): CIC. Pis. 22 quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas -es praedicem? PLIN. nat. 14, 145 quod biduo duabusque noctibus -em continuasset. 29, 26 potus ... ieiunorum ac vomitiones et rursus -es. SCHOL. Iuv. 4, 138 aviditas cibi sequitur nimiam -em. CLAVD. DON. Aen. 1, 725 p. 140, 22 consummato iam -bus die. CONC. Andec. a. 453 p. 137 l. 17 ut a vi⟨n⟩olentia et crimine -is abstineantur *clerici.*

perpotior, -ītus sum, -īrī. *a* per *et* potiri. *i. q. (plene vel usque) potiri* (*vi praeverbii perfectiva fortasse l. 56, durativa fortasse l. 57 et 61*): **1** *eis, quae quis armis, potestate consequitur*: AMPEL. 18, 16 *Sulla* bello civili victoria -tus. DIG. de confirm. dig. 12 et bella feliciter agere et honesta pace -iri (potiri *var. l.; gr. εἰρήνην ἄγειν*). **2** *commodis, privilegiis sim., quibus quis fruitur* (*cf.* GLOSS. -iri: perfrui): COD. Iust. 12, 16, 3, 4 (*a. 432*) eos tunc demum -iri decernimus beneficiis supra scriptis, cum *eqs.* (12, 20, 6 [*a. 491/518*]. 7, 63, 5, 4. NOVELL. Iust. 62, 2, 3 hoc eum et in maxima curia beneficio -iri). 7, 37, 2 pr. (*a. 474/491*) privilegiis ... -iri (*syn.* perfrui). 12, 7, 2, 3 (*a. 474/491*) qui ... se repraesentare cessaverint, ... ordine *tribunorum* non -iri. 8, 14, 7 iusta praesumptione. NOVELL. Iust. 37, 4 praerogativa. 37, 10 confugas ... venerabilibus locis debita reverentia -iri. 115, 6 legum auxilio -iri (*gr. ἀπολαύειν*).

perpōto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* potare. [*confunditur in codd. c.* potare *apud* HIL. *et* PETR. CHRYS.]

1 *vi durativa fere i. q. assidue vel diu vel immodice potare* (*intransitive; saepe cum colore vituperandi*): **a** *indicatur quam diu*: PLAVT. Most. 976 *patre absente filium* -asse assiduo (*cf. 963* potare solitum). CIC. Verr. II 5, 87 totos dies ... -bat. 5, 100 praetore tot dies cum mulierculis -ante (*sim.* 5, 131). Phil. 2, 77 *Antonius in cauponula* se occultans -vit ad vesperum (*inde* GELL. 6, 11, 4). **b** *cetera exempla* (*indicatur quo instrumento apud* MELAM): PLAVT. Pseud. 1307 cum tuo filio -vi modo. CE 188, 1 (*aet. Aug.?*) ⟨eo⟩ cupidius -o in monumento meo, quod ... permanendum heic est mihi. CVRT. 6, 2, 2 -andi pervigilandique insana dulcedo. MELA 2, 13 in *epulis Taurorum* binis ... poculis, qui plurimos *interfectos* rettulere, -ant. QVINT. inst. 1, 6, 44 in balneis -are. CLAVD. DON. Aen. 1, 725 p. 140, 19 *clamores* multitudinis -antis *in convivio.*

2 *vi perfectiva fere i. q. aliquid totum bibere*: **a** *c. obi., quod indicat ipsum liquorem*: LVCR. 1, 940 (= 4, 15) ut puerorum aetas *melle decepta* ... -et amarum ... laticem *medicamenti.* **b** *c. obi., quod indicat, unde liquor hauriatur*: PETR. CHRYS. serm. 153, 2 *infantes ab Herode occisi* coeperunt ... fundere ante sanguinem quam lactis ubera -are. *sensu spiritali*: COLLECT. Arian. hom. 7, 2 (*mulier aegrota Marc. 5, 25 sqq. imago synagogae est*) *Pharisaeorum* falsa et inania doctrinae pocula -bat (*an ad 1?*). **c** *absolute vel obi. subaudiendo*: HIL. in Matth. 33, 6 postquam ⌞-verat⌟ dixit: 'consummatum est' (*Ioh. 19, 30*), quia omne vitium humanae correptionis hausisset (⌞ ⌟ potaverat *var. l., quae vox antea bis occurrit*).

deriv.: perpotatio. *Foucher.*

perpraesto, -ātum, -āre. *a* per *et* 2. praestare. *i. q. usque ad finem praestare*: RVSTIC. Conc.S II 3, 3 p. 91 (*in subscriptione*) requievi ab opere -to complens ... collationem *concilii* (*cf.* perconfero).

perprandeo, -diī, -ēre. *a* per *et* prandere. *i. q. usque ad finem prandere* (*cf.* GLOSS. III 413, 52 -dierunt: *ἀπηρίστησαν* [*ad perf. cf. vol. X 2, 1122, 45*]): VEN. FORT. vita Germ. 30 antequam -ret, se de mensa ... proripuit.

[perprehēnsus *olim pro* prehensus *legebatur* APVL. met. 6, 22, 2.**]**

perpremo *v.* perprimo.

perpressa, -ae *f.* *orig. inc., nisi a* per *et* pressus; *nomen herbae spectare potest ad colorem (cf. vol. X 2, 1183, 7 sqq.) aut ad sucum exprimendum (ita Alessio, Lexicon etymol., 1976, 310), sed fortasse ex alia voce veriloquio populari q. d. mutatum est.* *nomen herbarum duarum, quarum utraque et baccar vocatur*: **1** *i. q. asarum*: PLIN. nat. 26, 87 (*inde* 1, 26, 55) *vesicae medetur* -a, quae Arreti et in Illyrico nascitur. DIOSC. gr. Vind. 1, 10 *ἄσαρον· ... Ῥωμαῖοι περπρέσσαμ, οἱ δὲ βάκχαρ* (*περιτρεσ(σ)αμ trad.*). **2** *fort. i. q. helichrysum sanguineum Boiss.*: PLIN. nat. 21, 132 baccar in medicinae usu aliqui ex nostris -am vocant (perpensam *var. l.*).

perprimo, -pressī, -ere. *a* per *et* premere. -prem- SEN., *in var. l.* HOR. [*e coni. olim pro* perpessa CALP. decl. 51.]

1 *vi temporali i. q. premendo perseverare*: HOR. epod. 16, 38 *fugiamus! sed grex* mollis et exspes inominata -at cubilia (-prem- *var. l. et pars edd.*). **2** *vi perfectiva i. q. comprimere*: OV. ars 1, 394 -e temptatam *ancillam* nec nisi victor abi (*cf. 389* aut non *temptes* ... aut perfice. *ad sensum obscenum cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 182*). *addas fort.* SEN. epist. 99, 18 lacrimas ... *luctus* exprimit et spiritus ... *quatit* oculos, quibus adiacentem umorem -it et expellit (*i. 'premendo urget'? an c. vi exprimendi?* premit '*vetus lectio*' *sec. Pincia*). **3** *vi praeverbii parum perspicua*: GLOSS. III 381, 26 sinistram -ssi ad vestimentum: *ἀριστερὰν ὑπέστειλα πρὸς τὰ ἱμάτια.*

[perprius *et* **perprīma** *in falsis var. ll. pro* prius *et* prima ARNOB. IVN. confl. 1, 8 l. 355 *et* PELAG. in Rom. 1, 29 p. 17, 7.**]**

perprobābilis, -e. *a* per *et* probabilis. *i. q. valde probabilis*: AVG. epist. 10, 1 cum -is ratio demonstrare videatur *eqs.* (prob- *var. l. et edd. vet.*). -e est *c. acc. c. inf.*: AVG. mus. 1, 6, 12 -e est neminem esse histrionum, qui non *gloriam expetat.*

perprobo, -āvī, -āre. *a* per *et* probare. *fere i. q. penitus, perfecte probare:* *examinando, explorando*: PELAG. in I Cor. 1, 11 p. 131, 18 *Corinthiorum* conversationem *absens* in spiritu -bat (probabat, providebat *al. var. ll.*). *approbando*: PETR. CHRYS. serm. 133, 3 devotio -vit *apostolos,* quos metus inprobaverat ...; nam crucem, quam refugerant, postea ... ardenter invadunt.

perprōclīvis, -e *nec non* perprōclīvus, -a, -um. *a* per *et* proclivis (-us). GLOSS. -us (*vel* -clius): plus proclive (*vel* -cline). *i. q. valde proclivis, omnino pronus*: PETR. CHRYS. serm. 49, 3 l. 42 *Iudaeorum nequitia* ad idola -is.

perprofundus, -a, -um. *a* per *et* profundus. *i. q. valde profundus*: RVFIN. Orig. princ. 3, 4, 3 p. 267, 23 ⟨in⟩ disputationem incidimus -am, in qua necesse est *omnia* ... discutere.

*?***perproperē** *adv.* *a* per *et* propere (*si genuinum*). [*legebatur olim*: PLAVT. Mil. 363 peri -e (perire propera *A, edd. rec.*). VEN. FORT. Mart. 1, 146 (*pro* praepropere).] *i. q. valde propere*: IVLIAN. epit. in psalm. 105, 13b ut, non exspectatis dei nutibus, ⌞-e⌟ in illicita suspirarent (properare *var. l. ipsius scribae; an conicias* praepropere*?*).

perpropinquus, -a, -um. *a* per *et* propinquus. *i. q. valde propinquus:* *de eventu proxime imminente*: ACC. praetext. 36 *somnium* populo commutationem rerum portendit fore -a⟨m⟩. *de homine proxime cognato, necessario*: CIC. Cluent. 23 A. Aurius, vir fortis ... et M. illius Auri -us (-os *cod. rescr.*; prop- *var. l.*).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[perprosper *olim pro* prosper *legebatur* SVET. Claud. 31.]

perprūrīsco, -ere. *a* per *et* prurire. *i. q. per totum corpus in pruritum incidere* (*sc. libidine*): PLAVT. Stich. 761 *tibicen* cantionem ... occupito cinaedicam, ubi -amus usque ex unguiculis (*756* pruriam. *imitatur* APVL. met. 10, 22, 1 *mulier* ex u. -ens).

perpudēscit, -ere. *a* per *et* pudere. *i. q. penitus pudere incipit* (*accedit abl. c. gerund.*): CORNELIA epist. frg. 2 ecquando desinet familia nostra insanire? ... ecquando -et (*sc. nos*) ... perturbanda re publica? (*postea*: pude⟨bi⟩t).

perpūgnāx, -ācis *adi.* *a* per *et* pugnax. *i. q. valde pugnax* (*sc. verbis*): CIC. de orat. 1, 93 me ... perfacilem in audiendo, te -em in disputando esse visum (perpugnantem *var. l.*). AVG. c. acad. 3, 4, 8 ne me -em diutius putes, obsecraverim, ut hoc ... manifestius edisseras.

perpulcher, -chra, -chrum. *a* per *et* pulcher. *scribitur* -cer *l. 18* (*cf. l. 17*). [*falsa var. l.* IVVENC. 1, 427 *pro* prae-; CHIRON 651 *legendum vid.* per pyulcum.] *i. q. valde pulcher*: TER. Eun. 468 *liceat* dare huic, quae volumus ... :: -chra, credo, dona (*ironice*; -cra *var. l. in cit.* Prisc. gramm. III 34, 2. 115, 14). SORT. (CE 331) 5 est equos -cer, sed tu vehi non potes istoc. APVL. flor. 23, 3 tabulina -a. -um est *c. inf.*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 380 p. 726 sin mori placet, ab his occidi -um est, qui nos ceperint (*cf. 379* pulchrum est; *gr. bis καλόν*).

*?***perpulso,** -āre. *a* per *et* pulsare. *i. q. perseveranter pulsare*: HIL. trin. 1, 37 in *scripturis legendis* studium pervicax adferemus et omnes obseratae intellegentiae aditus -bimus (*cod. B saec. VI,* pulsabimus *ceteri et edd.; cf. Vet. Lat. Luc. 11, 8* [*cod. 3. al.*] perseveraverit pulsans).

perpungo, -pūnctum, -ere. *a* per *et* pungere. GLOSS. II 395, 9 *παρακεντῶ*: -o. **1** *i. q. (vehementer) pungere*: CAEL. AVR. acut. 2, 10, 71 *cataleptici* dulcia atque amara sentiunt ...; item -ti sentiunt. **2** *i. q. pungendo penetrare*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 128 ex qua *fistula* ... impressa vel -ta peritoneos membrana.

*?***perpūrgātor,** -ōris *m. v. l. 37.*

perpūrgo, -āvī, -ātum, -āre (perpurigo *v. l. 42*). *a* per *et* purgare. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, CIC. [perpurigavit *temptat Leo* PLAVT. Rud. 589 (prodi speravit *trad.*); *olim legebatur* -ta *pro* purgata PLIN. nat. 21, 69; *p. p. p. latet fort.* CIL VI 31390 (= 40765) ⟨Consta⟩ntino ... Romani ... ⟨...⟩rpurgato⟨...⟩ (*sc. orbe terrarum vel sim.? sunt qui suppleant* ⟨pe⟩rpurgato⟨ri⟩).]

i. q. (penitus) purgare (*pro obi. est fere id quod purum redditur [reflex. vel mediopassive l. 49. 58], sed id quod removetur l. 48. 64, sine obiecto l. 50. 57. 66; vis praeverbii apparet imprimis l. 69 et 74; p. p. p. vergit in vim adiectivi l. 70*): **1** *corporaliter*: **a** *generatim*: PLAVT. Mil. 774 perpur⟨i⟩gatis damus tibi ambo operam auribus (*v. Soubiran, Prosodie ... du Mil., 1995, ad l.*). VARRO rust. 3, 9, 20 *quidam* -arunt caput *gallinae,* ne quos habeat *pediculos.* SEN. epist. 94, 58 *in aurifodinis* per ... manus *opificum* ... terrae genus ...infernum -atur. CIL VI 773 (*a. 286/305*) -tis fontium rivis *eqs.* **b** *in arte medica sim.* (*magica* PLAC.): CATO agr. 115, 2 *vinum quoddam* alvum movebit et postridie -bit sine periculo (*item respicitur purgatio alvi*: 127, 1 idem vinum taenias -at et lumbricos. CIC. nat. deor. 2, 127 cervae ... ante partum -ant se quadam herbula. VARRO rust. 2, 11, 1 *lac,* quod ... maxime -et, est equinum. 2, 11, 2 *lac* ad -andum. *ibid.* quae *herbae* ... sumptae -are solent corpora nostra). CELS. 2, 10, 12 in biduum dividenda est *sanguinis detractio*: satius est enim in primo levare aegrum, deinde -are. 5, 26, 36[A] *inducitur cicatrix* -tis iam repletisque ulceribus. PLAC. med. 9, 16 rec. *β* canis fel ... -at domum et efficit, ne ullum malum medicamentum inferatur. ORIBAS. syn. 3, 132 Aa p. 876 *ista medicamenta* purgant et sanant neque ... inpinguant humores, sed effundent et -ant (*gr. 3, 131 ἐκκρίνοντα*). *respiciuntur menstrua*: HIPPOCR. mul. 1 l. 371 si -ta fuerit mulier ex matrice (*gr. 24 ἀποκαθαρθέωσιν*).

2 *incorporaliter* (*cf. l. 36*): **a** *-antur res: in oratione vel libris* (*sive tractando sive depellendo*): CIC. Mur. 54 locus ... orationis de ambitus criminibus -tus ab eis, qui ante me dixerunt, a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus (div. 2, 2 -tus est is locus [*sc. de finibus*] a nobis quinque libris, ut, quid a quoque ... diceretur, intellegi posset). Scaur. 14 non -ta sunt *haec crimina,* non refutata, non fracta? (*postea*: dedisti mihi ..., quod diluerem *eqs.*). *in negotiis*: CIC. Att. 12, 12, 1 de dote, tanto magis -a; ... quoquo modo confice; turpe est rem impeditam iacere. **b** *-atur anima, homo, ecclesia*: AVG. ord. 2, 2, 6 anima ... sapientis -ta virtutibus et iam cohaerens deo *eqs.* (quant. anim. 33, 73 p. 221, 15 *verum videre* non nisi -tae animae licet [*disting.* in ipso ... purgationis negotio]). quaest. euang. 2, 33, 7 l. 187 a perfectis et -tis ac iam immortalibus filiis *dei.* util. cred. 10, 24 p. 30, 4 nisi *quis* ... mentem ... vitae actione -et, non eum esse ... illa, quae pure vera sunt, adepturum. OP. imperf. in Matth. 3 p. 657 (*ad Matth. 3, 12* permundabit aream suam) necessaria est tentatio maior, ut omnes infideles plenius expellantur, ut -etur ecclesia.

[*adi.* **perpūrus** *olim legebatur* VARRO rust. 3, 16, 28 lanam -am (purpuram *trad.,* puram *Keil recte*).]

perpusillus, -a, -um. *a* per *et* pusillus. *i. q. valde pusillus: pro subst.* (*et masc. et neutr. per lusum verborum*): CIC. de orat. 2, 245 pusillus testis processit; 'licet' inquit 'rogare?' Philippus; tum quaesitor properans 'modo breviter'; hic ille '... -um rogabo'. *adi.*: PETR. CHRYS. serm. 160, 2 *deum* universo saeculo non capacem concludi corpore -o (*sc. Iesu infantis*).

perputātio *v.* perpotatio.

perputidus, -a, -um (*sc. syllaba* -put- *in versu correpta*). *a* per *et* putidus. *i. q. valde putidus*: SEV. MALAC. euang. 9, 314 *virum* -am vestem turpemque gerentem (*sec. Matth. 22, 11* non vestitum veste nuptiali).

perputo, -āre. *a* per *et* putare. *fere i. q. penitus exponere* (*cf.* disputo *vol. V 1, 1443, 69 sqq. 1444, 23 sq.*): PLAVT. Cist. 155 operam date, *spectatores,* ut ego argumentum hoc vobis plane -em.

perputrēsco, -putruī, -ere. *a* per *et* putrescere. *i. q. (penitus) putrem fieri*: PLIN. nat. 2, 147 *quondam* pluisse ... carne ... exque ea non -isse, quod non diripuissent aves (putr- *var. l.*). Ps. CHRYSOST. hom. I 924[A] remansit caro et post paululum -it, remansit sapientia et suavior redditur (*Migne gr. 55, 575 διεφθάρη* [*quae vox antea redditur per* deperit]).

perquadrātus, -a, -um. *a* per *et* quadratus. [*olim legebatur pro* per quadratos COLVM. 11, 2, 13.] *i. q. omnino quadratus*: VITR. 5 praef. 4 cybus ... est corpus ex lateribus aequali latitudine planitiarum -um (-us *trad.*).

perquaero *v.* perquiro. *Spoth.*

⁂perquam *adv.* [*a* per- *'valde' et* -quam *'aliquo modo' (cf.* quisquam *sim.), v. Leumann, Kl. Schr., 1959, 52; alii aliter explicant, e. g. Hofmann-Szantyr 164. Fo.*] *scribitur* perqua CE 562, 10 (*saec. II*), perqunm CIL IX 1724 (*lapis non exstat*). *in tmesi p. 1659, 14* (*sed Paul. Nol. carm. 27, 82 vix recte sic intellegit Hartel in indice ed. p. 441*). *de notione*: GLOSS.[L] II Philox. PE 254 -m: *λίαν.* III Abol. PE 28 -m: penitus. V Aa P 499 -m: satis ammodum, seu vehementer. GLOSS. *κομιδῆ ἀντὶ τοῦ πάνυ.* valde. *cf. p. 1659, 64. legitur (sc. singulis vel binis locis, nisi aliud indicatur) apud* PLAVT., TER., VARRONEM, CIC. (*novies*), CAEL., LVCR. (*septies*), BELL. Afr., LIV., VELL. (*quater*), VAL. MAX. (*octies*), CELS., CVRT., ASCON., PLIN. *mai.* (*36[ies]*), QVINT. (*septies*), TAC. (*ter*), PLIN. *min.* (*12[ies] ut* GELL.), APVL. (*ter*). *al.* [*confunditur in codd. cum* per quem, per que, per quae *e. g.* VELL. 2, 101, 2 PLIN. nat. 7, 54 (*restit.* IREN. 5, 16, 3), praequam *sim.* APVL. flor. 15, 5, praeterquam PLIN. nat. 20, 34, quam PLIN. nat. 18, 122 COD. Iust. 5, 31, 8 BOETH. mus. 2, 15; *falso trad. e. g.* OCTAVIA 927 CVRT. 4, 2, 6, *loco spurio* FRONTIN. strat. 1 praef. 4.]

i. q. admodum, valde. iuxta oppido *p. 1659, 15,* sane *l. 71. p. 1659, 5, cf.* multum *p. 1659, 52; coniungitur c. gradibus comparationis: superl.*: APVL. met. 2, 7, 2 POMPON. dig. 1, 2, 2, 44. VET. LAT. psalm. 22, 5 (Cypr. epist. 63, 11, 2). IREN. 3, 4, 2 AMM. 21, 16, 7. 24, 1, 3. SIDON. epist. 9, 11, 8 (-m *postponitur ut*: VEREC. in cant. 4, 11). CIL VI 35005 IX 1724. *al.; compar.*: APIC. 6, 8, 3 liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum -m minorem (Ps. VIGIL. THAPS. trin. 2, 9 rec. II maiorem, inferiorem et -m m.). INST. Iust. 2, 20, 36. *plerumque anteponitur nulla voce intercedente, sed intercedit vox una*: LVCR. 3, 187 -que. CIC. de orat. 2, 161 (*forma verbi* esse *ut*: QVINT. inst. 2, 17, 28. 8 prooem. 5. *al.*). GELL. 18, 1, 9 hercle. CYPR. epist. 9, 2, 2 etenim (*cf.* enim: LACT. inst. 2, 4, 19 PAVL. NOL. epist. 32, 1 CASSIAN. conl. 16, 6, 1). IREN. 2, 10, 1 itaque. *al.; intercedunt voces plures*: LVCR. 3, 204 GELL. 19, 13, 5 NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 5, 3 AMBR. fid. 5 prol. 15. *postponitur*: LVCR. 3, 180. 187 GELL. 12, 13, 17. 17, 7, 5 MIN. FEL. 3, 3 TER. MAVR. 1056. *al.* (*intercedunt voces plures p. 1659, 12. 58*).

1 *pertinet ad adi.* (*addidimus participia et gerund.*): **a** *quodlibet*: PLAVT. Rud. 672 sacerdotem anum praecipes reppulit propulit -m indignis modis (CALP. decl. 53). CIC. leg. agr. 2, 2 *merita mea* memet ipsum commemorare -m grave est (Planc. 16 CYPR. epist. 9, 2, 2). de orat. 2, 108 puerile. 2, 161 Carneadi ... vis incredibilis illa dicendi ... -m esset optanda nobis. Tusc. 1, 107 (*de Enn. scaen. 364 sq.*) illud vero -m inane *est* (*antea*: illa inania). LVCR. 3, 187 rotundis -m seminibus. VELL. 2, 96, 2 bellum Pannonicum ... magnum atroxque et -m vicinum (Ps. VIGIL. THAPS. trin. 1, 60 rec. II). 2, 101, 2 spectaculum ... -m clarum et memorabile *vidi.* 2, 113, 3 longo et -m laborioso itinere. VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 -m stultum esse (LACT. inst. 2, 4, 19 -m enim s. esse et ingratum *eqs.*). 7, 3 ext. 3 praeceptum ... -m utile (9, 1 ext. 1 PLIN. nat. 20, 34. *al.*). 9, 14 ext. 1 regi Antiocho unus ex aequalibus ... -m similis fuisse traditur (PLIN. nat. 9, 82 sane -m s. *al.* PLIN. paneg. 68, 7. *al.*). *al.* CELS. 1, 2, 6 nisi ... id *corpus* -m imbecillum est. CVRT. 10, 1, 2 caedis -m gratae regi ministerium (PLIN. nat. 18, 122 BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 85, 8). PLIN. nat. 28, 3 -m necessarium (VLP. dig. 3, 3, 1, 2 GARG. MART. med. 27. *al.*). *al.* QVINT. inst. 8, 3, 34 *verba* quaedam sunt in usu -m recentia. TAC. ann. 12, 49, 1

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cappadociae procurator ... Claudio -m familiaris (16, 20, 1). PLIN. epist. 2, 11, 13 erat ... -m onerosum *eqs.* (NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 5, 3). *al.* CALP. decl. 46. GELL. 1, 4, 1 rhetor *quidam* -m fuit honesti atque amoeni ingeni. 12, 6, 1 aenigma per hercle anticum, -m lepidum. 19, 13, 5 *homo* sane -m in noscendis veteribus scriptis exercitus (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 83, 25 -m exercitata respondendi facultate). *al.* APVL. met. 2, 7, 2 tuccetum -m sapidissimum. *al.* VLP. dig. 36, 3, 14, 1 -m iniquum esse (42, 4, 3 pr. TERT. anim. 56, 3). VET. LAT. psalm. 22, 5 (Cypr. epist. 63, 11, 2) calix tuus inebrians -m optimus (*gr.* ὡς *κράτιστον, cod. 300. al.* quam praeclarum est, *sim. Vulg.*). Ioel 2, 13 (CASSIAN. conl. 6, 6, 2) patiens et -m misericors (*gr.* πολυέλεος, *Vulg.* multae misericordiae). AVG. adult. coniug. 1, 6, 6 facile enim viris -m est (-m facile *var. l.*). *al.*

b *quo indicatur quantitas, amplitudo, frequentia sim.*: α *parva*: TER. Hec. 58 per pol quam paucos reperias meretricibus fidelis evenire amatores ([DON. *ad l.* 4 nimis]. BELL. Afr. 47, 5 oppido -m p. sub pellibus adquiescebant. LIV. 9, 30, 3 PLIN. nat. 10, 25. *al.*). CIC. de orat. 1, 129 vide ... in artificio -m (opera quam *trad.*) tenui et levi quanto plus adhibeatur diligentiae (QVINT. inst. 9, 1, 3). LVCR. 3, 180 *animum* esse aio persuptilem atque minutis -m corporibus factum constare (3, 187 -m ... m. [*de semine ut*: PLIN. nat. 21, 56. 25, 85]). 3, 204 *animum* -m constare ... corporibus parvis et levibus atque rutundis (PLIN. nat. 15, 15 GELL. 16, 10, 10. *al.*). 3, 229 pauxillis (5, 594 -m pauxillo ... minores). VAL. MAX. 6, 2, 10 materiam saeviendi -m exiguam (QVINT. inst. 2, 17, 28. PLIN. epist. 3, 6, 1 in hac *re* ... -m ⌞exiguum⌟ sapio. 7, 4, 5 [⌞ ⌟ *an acc. pro adv.?*]. *al.*). 6, 9 ext. 5 vultum ... -m brevi tristitiae salebra succussum (QVINT. inst. 11, 3, 137 TAC. dial. 16, 6. *al.*). PLIN. nat. praef. 12 quod *ingenium* ... in nobis -m mediocre erat. 10, 91 *nidi* ore -m angusto. 13, 130 -m modico *cytiso* pinguescente quadripede (16, 65 PLIN. paneg. 60, 6 VLP. dig. 37, 8, 1, 10). 35, 145 -m rarum ac memoria dignum (AVELL. 45, 7 VEREC. in cant. 4, 11). *al.* β *magna*: ASCON. Scaur. p. 28, 3 -m amplae magnitudinis. PLIN. nat. 23, 31 vini ... differentias ... -m multas exposuimus (QVINT. inst. 12, 10, 52 -m multa recidam ex orationibus ... Ciceronis. INST. Iust. 2, 20, 36 pluribus). PLIN. paneg. 35, 4 -m magna quaedam. VLP. dig. 48, 20, 6 -m nimiae diligentiae.

2 *pertinet ad adv.* (*acc.* multum *pro adv. l. 52; adv. subauditur apud* TER.): **a** *quodlibet*: PLAVT. Bacch. 545 edepol ne tu illorum mores -m meditate tenes. TER. Ad. 566 ne ille continebit posthac, si sapiet, manus. :: fortiter. :: -m, ...: hui perfortiter (DON. nimis, *εἰρωνεία*). CIC. de orat. 2, 237 quatenus ... sint ridicula tractanda oratori, -m diligenter videndum est (BOETH. mus. 2, 15 p. 246, 10 diligentissime). Tusc. 2, 49 apud illum *Sophoclem* ... -m flebiliter Vlixes lamentatur in volnere. CAEL. Cic. fam. 8, 4, 2 mihi videtur illud -m venuste cecidisse (GELL. 7, 9, 1). LVCR. 4, 169 subito. LIV. 33, 13, 3 Philippus -m prudenter ... *aliquid* dixit. VELL. 2, 31, 1 cum consul -m laudabiliter iurasset *eqs.* PLIN. nat. 7, 54 importune. PLIN. epist. 2, 17, 21 eleganter. GELL. 16, 1, 1 *ἐνθυμημάτιον quoddam* ... -m libenter memineramus. 17, 8, 7 Graece et id quidem -m Attice '...' inquit '*eqs.*' 18, 1, 9 -m hercle festive '...' inquit '*eqs.*' *al.* IREN. 5, 16, 3 manifeste (*restit. Lundström; gr.* φανερώτατα). *al.* **b** *quo indicatur frequentia, amplitudo sim.: parva*: CIC. de orat. 2, 201 quod esse in arte positum videbatur ..., -m breviter perstrinxi. PLIN. nat. 32, 23 -m raro (37, 55 QVINT. inst. 4, 1, 11). GELL. 17, 7, 5 anguste -m et obscure disserit. APIC. 2, 4. *magna*: IREN. 2, 30, 4 -m inferiores multum inveniuntur. AMBR. fid. 5 prol. 15 saepe. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 8 uberrime.

3 *pertinet ad verbum, sc. finitum*: VARRO frg. Non. p. 145, 27 a muliere, quae optuma voce esset, -m laudari, *sc. mortuum nenia.* PLIN. nat. 16, 205 -m probatur materies *terebinthi.* PLIN. epist. 7, 27, 1 igitur -m velim scire. CE 562, 10 (*saec. II*) nec ... doleat *me mortuam* ... -(m) Faventius *vitricus.* MIN. FEL. 3, 3 delectati -m sumus. VET. LAT. Dan. 3, 29 (codd. 7. 250) -m peccavimus in omnibus (*gr.* ἐξημάρτομεν, *cod. 177* peccavimus, *Fulg. Rusp. epist. 7, 22* multum peccavimus, *Vulg.* deliquimus). PAVL. NOL. epist. 32, 1 gratulor.

4 *pertinet ad subst.* (*adi. pro subst. sub 2 afferimus, e. g. supra l. 14*): CHAR. gramm. p. 273, 23 (*ex Romano*) per pro -m, valde, ut perduellio -m duellio *significat.* CIL VIII 4333 omne cultu corporis -m nitore est usus (*i. pernitide*). *Keulen.*

perquāquam *adv.* *a* per *et* quaquam, *si vox agnoscenda est; cf. et* haud-, nequaquam *et* perquam *nec non* perubique. *ceterum vix conferas Ven. Fort. carm. praef. 3* per quaqua *trahere.* *fere i. q. ubique* (*an i. q. omnino, penitus?*): IORD. Get. 6 *Oceani citerior* ripa ... curiosis hominibus ... -m innotuit (perquam *var. l. a parte edd. recepta*). 279 *hostes* -m effugati vix ad sua ... pervenerunt (perquaque *var. l.*, perquam *Giunta-Grillone*). Rom. 355 *Isauri* dispersi sunt et devicti et -m exilio relegati.

perquiēsco, -ēvī, -ere. *a* per *et* quiescere. [PS. AMBR. serm. 2, 5 *legendum est* quiescat, *v.* MAX. TAVR. 61, 4 l. 102.] **1** *de hominibus i. q. quiescendo permanere* (*c. acc. temporis*): APVL. met. 8, 22, 1 longo itinere confecto pagum quendam accedimus ibique totam -imus noctem. **2** *de affectione i. q. quietum fieri, sedari* (*vi praeverbii evanida*): LEO M. epist. 167, 9 qui dolore nimio perurgente rogant dari sibi paenitentiam et ..., si dolor parum -erit, ... *eam* nolunt accipere.

[perquīritātum *pro* proquiritatum *legebatur olim* CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 7.**]** *Spoth.*

***perquīro,** -sīvī (-iī), -sītum, -ere. *a* per *et* quaerere. *scribitur* perquae- GREG. TVR. Franc. 6, 46 p. 321, 2 (*in parte codd.*). VICTOR. CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 275. NOT. Tir. 29, 29 -it. 29, 36 -vit. *de formis: stirps perf. act. omnino raro occurrit; formae breviores e. g. l. 53. 63. p. 1662, 9.* *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 79, 4 -imus, quando acriter quaerimus, ut abdita artis ex nostro inveniamus ingenio. GLOSS. *ἐκζητῶ.* *legitur admodum raro inde a* PLAVTO, CIC., Q. CIC., LVCR., CAES.; *frequentat imprimis* CASSIOD. (*plus centiens*). [*hisp. vet.* perquirir, pesquerir (*hisp.* pesquisar). *cf. M.-L. 6424a. Corominas² IV 719. St.*]. [*confunditur in codd. c.* percurrere CLAVD. 24, 281 (*e coni. dub.* AETNA 572), requirere HIER. epist. 21, 2, 7 LEX Visig. 3, 4, 17, *falsa var. l. pro* inquirere DARES 43.]

fere i. q. penitus quaerere, inquirere. ponitur plerumque vi praeverbii intensiva vel parum manifesta, sed vi locali sub IIB. saepe accedunt additamenta modum vel gradum illustrantia, e. g. l. 47. 48. 66. p. 1661, 59 sq. 62 et passim. de structuris v. quae ad I et II monuimus; indicatur unde imprimis sub IB1, adde l. 38 et locos p. 1661, 43 collectos; nota pass. impers. p. 1661, 8. 14 et VET. LAT. III Esdr. 6, 21. *syn. vel iuxta pos.* quaerere *l. 55. p. 1662, 36,* exquirere *l. 61,* inquirere *l. 37, ceterum e. g.* investigare *p. 1661, 70* (*cf.* BOETH. top. Arist. 111a10 pro 'investigare' -ere *dicere*), sciscitari QVEROL. p. 29, 11, scrutari *l. 40. p. 1661, 51* (*cf.* perscrutari RVFIN. epist. Clement. 12, 3 [*v. 12, 1*]).

I *-it is, qui intellegere, cognoscere, examinare studet aliquid* (*quod indicatur passim per obi. rei aut per enunt. interrog.* [*inde a* PLAVTO], *per praepos.* de *l. 73. p. 1661, 4. 34*): **A** *notione communi*: **1** *in universum*: **a** *-itur curiositate inepta, importuna*: PLAVT. Stich. 202 *curiosi* quando quem auctionem facturum sciunt, adeunt, -unt quid siet causae ilico. LVCR. 6, 382 indicia occultae divum -ere mentis (*sim. -itur deorum voluntas, fatum*: Ps. CATO dist. 2, 12, 1 quid deus intendat, noli -ere sorte. COLLECT. Arian. c. pag. 5, 1 cur ista -unt *pagani*? [*sc. fata sim.; antea*: inquirunt]. RVFIN. Orig. in Ios. 7, 4 p. 331, 12 qui de astrorum cursibus vitam hominum et gesta -unt, qui volatus ... inquirunt). APVL. apol. 85, 4 quid in cubiculo agat *mater tua,* -is (*antea*: parentis tuae animum ... scrutaris). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 37 ('scrutaberis') *patroni* arcana -ere ac scire velle. CLAVD. DON. Aen. 2, 285 p. 186, 2 dum vana ... -ret, non ille ad interrogata respondit, sed *eqs.* RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1739^{D} facile est ... curiosius aliena -ere quam propria ... procurare (*gr. p. 209^{A}* πολυπραγμονεῖν). *al.* **b** *-itur qualibet ratione*: CIC. Att. 13, 33^{a}, 1 nosti diligentiam Capitonis in rebus novis -endis. BELL. Hisp. 20, 2 *Pompeium oppidanis* imperavisse, ut diligentia adhibita -rent, qui essent suarum partium. FAVSTIN. trin. praef. sollicita interrogatione -is, quomodo capitula *Arianorum* ista solvantur (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 340 p. 71, 22 quae -i per interrogationem poterant). HIST. AVG. Aurelian. 19, 6 *pontifices,* libros *Sibyllinos* evolvite, fata rei p(ublicae) ... -ite. HIER. epist. 28, 6, 1 saepe -ens causas, cur in quibusdam psalmis interponatur diapsalma. 30, 1 studiosissime -sisti, quid sibi velint Hebraeae litterae *quaedam.* VVLG. Tob. 4, 22 -e, quomodo ad eum pervenias. AVG. in psalm. 32, 2, serm. 2, 15 l. 29 vis esse melior te et quaeris, -is, per quae id fiat. CANON. Turner II p. 63 rec. V -tum est vero etiam hoc, si possunt laici ... in clericatus ordinem promoveri (*rec. III* examinatum est, *gr. Mansi 2, 513^{C}* προσεξετάσθη. *item in concilii disputationibus*: IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 16, 34 modum appellationis theotocae). *al.*

2 *in arte, scientia quadam* (*cf. l. 36 sqq.*): CIC. de orat. 3, 112 aut ipsa cognitio rei scientiaque -itur ... aut agendi consilium exquiritur. fin. 5, 48 a contemplandis rebus -endisque *deterrere pueros.* AETNA 255. MANIL. 4, 193 causas viresque ... -ere rerum. VITR. 1, 6, 4 qui diligentius -ierunt (*sc. numerum ventorum*), tradiderunt eos esse octo. 2 praef. 5 inventiones -tas (*nisi ad IIA, sed cf.* PLIN. nat. 18, 24 et vetustis et postea inventis omni cura -tis causaque rerum et ratione simul eruta). PLIN. nat. 6, 23 multa ... anxiā -ta curā. QVINT. inst. 12, 11, 22 ut ... animalium satorumque naturas omnis -ret *Aristoteles.* IREN. 3, 11, 9 l. 280 -amus sententiam eorum *apostolorum* de deo (*antea*: examinata ... sententia). FIRM. math. 3, 14, 10 diligenti ratione -ere ..., cui se stellae ... Luna ... coniungat. 5, 1, 16 disciplinarum secreta. GAVDENT. serm. 18, 1 operam navare ... ad -endos interiores sensus verborum Christi (*cf.* HIER. epist. 34, 5, 1 spiritalem intellegentiam *scripturae*). BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 139, 2 qui ... de rerum natura -rent. *al.*

3 *in re militari explorantur loca, viae sim.* (*cf.* VVLG. *l. 53*): CAES.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gall. 6, 9, 8 aditus viasque in Suebos -it *Caesar.* VEG. mil. 3, 6, 5 a ... locorum gnaris separatim debet *dux* universa -ere.

4 *in iure* (*cf. l. 14 sqq. 20. 28*): COD. Theod. 3, 5, 13 si donationis instrumentum ante nubtias ... *actis publicis* firmatum sit, de traditione *donorum* ... minime -atur (*postea*: quaerenda). NOVELL. Theod. 12, 1 in ... culpa ... divortii -enda. INTERPR. cod. Theod. 2, 18, 1 iudex ... omnia plena discussione -at (*Cod. Theod.* plena inquisitione discutere). CASSIOD. in psalm. 138, 4 l. 86 quamvis fuerit scrupulosissime -tum, nihil in eo culpabile constat inventum. LEX Visig. 3, 4, 17 tit. *si meretricum* scelus iudices -ere vel corrigere noluerint (*postea*: requirere). *al.*

B *vergit in notionem interrogandi* (*significantiora, cf. sub A e. g. p. 1660, 42. 48*): **1** *indicatur persona interrogata* (*additur res, de qua interrogatur praeter l. 14. 20. 25*): **a** *per praepos.* ab: CIC. Cluent. 180 -itur a coactoribus, invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse (*item in iure*: Cael. 53 possum etiam alia ... ab accusatore -ere, ubi sit congressus cum servis *eqs.* LEX Visig. 2, 3, 2 iudex primum a litigatore -at, utrum *eqs.* [*postea*: interrogetur etiam]). SVET. Tib. 56 a ministris *principis* ... -ere, quos ... tractaret auctores *in cena.* ARNOB. nat. 1, 2 p. 2, 10 ab his illud ... placida oratione -imus: '... quidnam *eqs.*' POMER. 3, 2, 1 *non* hoc a me prudentia vestra -at. CASSIOD. var. 5, 34, 1 *reum* a diversis iudicibus fecimus iusta examinatione -i. in psalm. 47, 5 l. 94 *Herodes* ab eis *principibus Iudaeorum* -vit, ubi Christus ... nasceretur. *al.* **b** *per acc.*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 63, 20 supplico ... episcopum ... -i (-ere *vers. antiq.*), si non *eqs.* (*gr. II 1, 1 p. 87, 29 ἐρωτηθῆναι*). CASSIOD. var. 6, 5, 5 vide, ut tantum doctrinae deferas, quatenus probabiliter omnia ⌞-tus⌟ exponas (⌞ ⌟ *fere i. q. consultus*).

2 *indicatur sola res, de qua interrogatur*: CIC. Verr. II 3, 133 sponsio fit de capite ac fortunis tuis: tu sedes et quiescis? ... non -is, cui dixerit Apronius, quis audierit? ARNOB. nat. 2, 76 -amus ... nos contra, cur ... vos *eqs.* HIST. AVG. Gord. 10, 7 cum ille ea, quae sibi erant ... dicenda, -ret. RVFIN. hist. mon. 7, 14, 4 causam maestitiae -bat ([*gr. ἐπύθετο*]. VITA Hil. Arel. 20 l. 22 maestitudinum causas sollicite -bat. DRAC. Romul. 2, 91 causas -it Amor, cur *eqs.*). AVIAN. fab. 41, 7 nomina *vasis.* VITA Caes. Arel. 1, 36 primum interrogans de labore ... itineris, dehinc de Gothis suis ... affectuose -ens. *al.*

*?***3** *structuris subaudiendis*: PASS. Mar. Iac. 8, 3 is in res nostras admodum curiosus ... -it sciscitans, quatenus nos in ... inedia carceris haberemur (*si enunt. secund. recte c. part. iunximus*). VITAE patr. Iurens. 107 *quidam e carcere elapsus* inserit se ... conloquentibus *palatinis* ac ⌞de his⌟ ... callide explorans confabulando -it *eqs.* (*si recte cum* explorans *iunximus*).

II *-it is, qui quolibet modo invenire, obtinere studet aliquid* (*quod indicatur passim per obi. acc. [personae e. g. l. 48 et 60 sqq.], per inf. p. 1662, 14. 19. 30; ceterum indicatur, unde -atur, l. 73. p. 1662, 13. 21. 23, quem ad finem p. 1662, 5. 24 sq. 33. 47*): **A** *vi praeverbii intensiva vel parum manifesta*: **1** *notione communi; -itur*: **a** *quod absconditum, amissum est* (*sc. res vel corporea vel incorporea aut animans*): CIC. Verr. II 4, 39 scribit ad quosdam Melitensis, ut ea vasa *pretiosa* -ant. OV. met. 3, 3 pater ... Cadmo -ere raptam *Europam* imperat (*cf.* IVST. 13, 7, 8 virginem *raptam.* CLAVD. DON. Aen. 4, 5 p. 354, 19 amissam coniugem). PETRON. 17, 7 iussa ... sum vos -ere. VAL. FL. 3, 684 virum -ere silvis. APVL. met. 8, 29, 6 iuvenes abactum sibi noctu -entes asellum ... *et* cuncta devorsoria scrutantes. AVIEN. Arat. 423 illic ... -ere frontem *Tauri* esto memor (*gr. 168 μαίεσθαι. sim.* 430 [*gr. 170 τεκμήραιτο*]). CLAVD. DON. Aen. 1, 260 p. 60, 13 haec in ipsius carmine ... -i non debent, quia *eqs.* (*sim. -itur in libro*: Ps. VIGIL. THAPS. trin. 1, 20 ne hic superflua ... verba -as). HIER. epist. 21, 2, 7 *drachma,* quam mulier accenso lumine -vit (*sec. Luc. 15, 8* quaerit diligenter). COD. Theod. 10, 19, 14 *si marmora sub aedificiis latent,* -endi eadem copia denegetur (*Interpr.* inquisitionis ... licentiam). CASSIOD. inst. 1, 1, 4 *Augustini* sermones, quos sedula cura -imus et invenire ... optamus (*cf.* 1, 3, 3 *libros.* 1, 8, 10 *codicem* diligenti cura). *al.* *-untur homines deprehendendi, ut ad senatum, regem, iudicem ducantur sive inquirendi sive puniendi causa*: SALL. hist. frg. 4, 2 eum atque Metrophanen senatus magna industria -bat *eqs.* PASS. Polycarp. 7, 1 egressi sunt Polycarpum -entes cum equorum magna copia (*gr. διωγμῖται, cf. 6, 1* quaerentes eum ... custodes). COD. Theod. 16, 5, 12 *haeretici* -ti ab omnibus urbibus ... ad proprias, unde oriundi sunt, terras redire iubeantur. LEX Visig. Eur. 280 donec furem sua[m] investigatione -at (= LEX Visig. 5, 5, 3). Visig. 5, 7, 3 ut testes possint ad libertatis ... documenta -ere *mancipia. al.* **b** *quod quis comparare studet* (*aut labore adquiritur aut idoneum inter alia eligendum est; pro obi. sunt homines apud* Q. CIC.): Q. CIC. pet. 31 -as et investiges homines ex omni regione, *qui illic tuam petitionem adiuvent.* PLIN. nat. 9, 147 *urtica marina* noctu pectines et echinos -it (per⟨cutere⟩ quaerit *Mayhoff dubitanter*). OPTAT. serm. 6 de homine fides exigitur, de Christo tutela -itur. HIER. epist. 34, 1, 1 *cum quidam* imagines ... ingeniorum ... toto orbe -ret. AVG. nat. et grat. 7, 7 qui peccatis suis patrocinium de naturae humanae infirmitate -unt. MAX. TAVR. 38, 3 agricola cum parat ... vitae alimenta -ere. BOETH. arithm. praef. 1 colorum fuci mercatorum sollertiā -ti. VEN. FORT. vita Germ. 10 non dubitavit ... vel -ere vel donare *aurum ad servum liberandum. al.* **c** *locus vel homo adeundus*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9, 2 *pastor* ad requiem *gregis* -it nemorosa cubilia. MAX. TAVR. 36, 2 primo diluculo ... non ... loca sancta -it, sed ... silvas ... perlustrat. 36, 4 qui litteras nescit, sanctum virum -ens eius confabulatione pascatur. CASSIOD. var. 1, 21, 3 *pisces* cavernas suas studiosa indagatione -unt. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 103, 25 eremum petens extremum spatium -sissem.

2 *vigente notione secundaria*: **a** *desiderandi, appetendi, postulandi*: **α** *exempla varia*: STAT. Theb. 1, 570 nova ... piacula caedis -ens *Apollo post necem Pythonis.* VET. LAT. Ezech. 3, 18 (Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 76, 34) pereuntium sanguinem de tua manu -am (*gr. ἐκζητήσω, Vulg.* requiram). GAVDENT. serm. 17, 9 *Thomas* avidius et videre et attrectare dominum -vit. AVG. serm. 8, 13 l. 300 id, quod tibi iure non debebatur, quasi iuris umbra -is (*antea*: iniuste concupiscentem *hereditatem*). PRAEDEST. 2 p. 625^{A} quod si volueritis superbiam nutrire hominibus, apparet vos ruinam generis humani -ere. RVRIC. epist. 2, 5 occasionem scribendi. CASSIOD. var. 1, 45, 10 universae disciplinae ... naturae potentiam ... nosse -unt. 5, 3, 3 gratiam nostram summa cupiditate -ens. 7, 6, 5 ut possis advertere, qualis a te diligentia -atur. 8, 11, 4 bonorum actuum famam. in psalm. 134, 17 l. 295 quid ... in vestro exitio noxia deliramenta -itis? PASS. mart. gr. (BHL 3970) 13 iussit ... togato suo, ut pecunias -ret ab Hadria. *al.* *sensu hostili*: TRACT. de indur. cord. Phar. 2 l. 12 *nos* lacerandos -i. **β** *apud Christianos -untur salutaria, fideles decentia*: VVLG. I par. 28, 8 custodite et -ite cuncta mandata ... dei (*cf.* IVLIAN. in psalm. 24, 10^{b} qui legem tuam tota mente -unt). PELAG. in Gal. 4, 14 *ut* incorruptam vitam maiore studio et amore -ant. EPIST. pontif. 588 Schwartz p. 3, 9 emendationem ... si nunc sincera mente -ret *haereticus.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 48, 32 sincerissime -entes apostolicum dogma firmare (*gr. I 1, 5 p. 132, 1 ἐρευνήσαντας*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23, 7 p. 383^{C} caelestem patriam (*gr. ἐπιζητοῦντες*). *al.* *-itur deus, Christus*: RVFIN. Clement. 1, 16, 1 hunc ..., qui ad auxilium ... -itur, illum esse dicimus, qui appellatur verus propheta. AVG. civ. 3, 9 p. 105, 26 perniciosissima curiositate neglecta deum verum vera pietate -ere. in psalm. 104, 3 l. 27 *deus* fide inventus ... adhuc ... -endus *est* (*sim.* l. 32; *l. 20 et 32* quaerendus). CASSIOD. in psalm. 38, 5 l. 106 quem tota decuit mente -i. 39, 17 l. 357. 126, 2 l. 102. SACR. Greg. 58, 4 (255 D.) ut ... te de toto corde -ant. *al.*

b *eligendi, sc. praestantissimum quemque*: PANEG. 3, 25, 3 optimum et doctissimum quemque -is. AVR. VICT. Caes. 23, 2 orbe toto obscoenissimos -bat *homines* (*sc. Heliogabalus ut*: HIST. AVG. Heliog. 5, 3 ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos -rent). ORIBAS. syn. 2, 56, 69 La p. 128, 18 pumice (*nom.*) -enda est levis (*Aa* eligenda; *gr. προχριτέον ut*: 2, 56, 73 La p. 129, 3 lapis gagatus -endus est, qui se cito adprehendit [*Aa deest*]).

c *excogitandi*: GREG. TVR. Franc. 6, 46 p. 321, 2 nova ... semper ad l(a)edendum populum ingenia -bat.

B *vi praeverbii locali fere i. q. quaerendo percurrere*: CLAVD. 24, 281 (*Diana nymphas Stilichoni bestias adducere iubet*) Europae ... -ite saltus et scopulos (percurrit *var. l.*). PS. HIL. Macc. rec. B 10 praemia promittit matri ... et quicquid posset totum -ere regnum (*rec. A* conquirere).

adv. **perquīsītē.** *non legitur nisi compar.* -ius. *fere i. q. diligenter, exquisite*: CIC. inv. 1, 77 *ad dicendum pertinentia* nos commodius quam ceteros adtendisse non affirmamus; -ius et diligentius conscripsisse pollicemur.

deriv.: perquisitio, perquisitor.

perquīsītio, -ōnis *f.* *a* perquirere. *i. q. actio perquirendi*: QVEROL. p. 39, 8 -o iumentorum (*item c. gen. obi.*: EPIPHAN. Avell. 244, 37 qui mittuntur ad ... lapidum -em). RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 4 (= apol. Orig. 1 p. 550^{C}) inquirenda ... ista pro viribus sunt de sacra scriptura et sagaci -e investiganda (PS. HIER. epist. 37, 9 p. 271^{B} s. -e investigata ... dicta). CASSIOD. var. 7, 18, 1 subtilissima (*n. pl.*) -is ⟨eruditi⟩ errores artificum possumus ... reprehendere (*e. g. suppl. Fridh*).

perquīsītor, -ōris *m.* *a* perquirere. *i. qui perquirit* (*non nisi in iunctura* malevolus -r *de male curioso*): PLAVT. Stich. 385 iam non facio auctionem, mi optigit hereditas: m. -es auctionum perierint (*ad rem v. p. 1660, 34*). AMM. 14, 5, 7 -r m. (*de notario quodam; antea*: perquam sagax).

[GLOSS.^{L} II Abav. PE 99 **perraculum** *depravatum videtur e* pera: saccu-lum (*cf. ibid. 43*).] *Kruse.*

perrādo, -sī, -ere. *a* per *et* radere. NOT. Tir. 71, 90^{a} -it. 71, 94^{a} -sit. [*falso pro* prae- *ed. Guinterii* CAEL. AVR. acut. 3, 18, 183.] *fere i. q. penitus radere*: VEG. mulom. 2, 13, 3 fragmenta ossis, quae asperata sunt, ferramentis ... caedito atque -ito (*postea:* si non raseris, donec sanguis ... respondeat. *cf. Chiron 59* radito ... raseris). *Spoth.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perrārō *adv.* *potius a* per *et* raro *quam a* perrarus. [*confunditur c.* raro CIC. S. Rosc. 52 SIDON. epist. 1, 8, 1 ISID. diff. 1, 22.]

i. q. valde raro: **1** *in quibuslibet sententiis*: **a** *iuxta varia verba*: RHET. Her. 4, 22, 32 *haec genera exornationum* -o sumenda sunt. CIC. Planc. 4 quia -o grati homines reperiantur (EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 3, 2 p. 52, 19). de orat. 1, 11 *inter oratores* -o exoritur aliquis excellens. fin. 2, 51. HOR. sat. 2, 5, 50 -o haec alea fallit. SVET. Nero 12, 2 *spectaculis* -o praesidere ... consueverat. VLP. dig. 4, 4, 3 pr. 4, 4, 18, 1 *princeps* -o solet permittere restitutionem. 26, 10, 7, 3. 42, 1, 2 -o intra statutum tempus sententiae exsequentur. DIOM. gramm. I 495, 33 ut dactylus *in hexametro* -o ... quintam regionem suam spondio concedat. HIER. epist. 73, 8, 2 cum vocalibus in medio litteris -o utantur Hebraei. SIDON. epist. 1, 8, 1 quem *solem in Gallia* utique -o ... inspexerim. *al.* **b** *iuxta verba eveniendi, accidendi*: CIC. inv. 1, 15 (*inde* CASSIOD. inst. 2, 2, 5 *et* ISID. orig. 2, 5, 8) quod genus *defensionis* -o potest accidere (1, 33 Sest. 30). Tull. 9 ut -o fieret, *sc. homicidium.* Verr. II 3, 113 id, quod -o evenit (CELS. dig. 1, 3, 5 [*opp.* frequenter]). Planc. 7 utinam ... semper esset *populus dignitatis iudex*! sed est -o (LACT. inst. 3, 15, 7 *cum* ex philosophis ... -o fuerit, qui aliquid in vita fecerit laude dignum). rep. 2, 67 si quando id efficit *homo,* quod -o potest. VLP. dig. 42, 6, 1, 12 quod ... -o contingere potest (LACT. inst. 5, 1, 18. *al.*).

2 *in additamentis insertis ad sententiam temperandam*: CIC. S. Rosc. 52 *Roscius* ne in oppidum quidem nisi -o *veniebat* (HIER. in eccles. 2, 8 l. 168 nullus sanctorum, nisi -o, feminas genuisse narratur. COD. Iust. 6, 51, 1, 3). SVET. Tib. 38 praeterquam in propinqua oppida ... nusquam afuit, idque -o et paucos dies (gramm. 24, 4). VLP. dig. 1, 9, 12 pr. impetrare solent a principe, quamvis -o, ut *eqs.*

perrārus, -a, -um. *a* per *et* rarus. [*e coni. dub.* HIST. AVG. Alex. 21, 1 (⟨p⟩erraras *Peter,* et raras *codd. rec., Hohl*).]

i. q. valde rarus, rarissimus: **1** -um est: **a** *c. neutr. pron.*: LIV. 29, 38, 7 augur *creatus est* ... Gracchus admodum adulescens, quod tum -um ... erat (BOETH. cons. 2, 6, 3 si quando, quod -um est, probis deferantur *potestates*). ISID. sent. 2, 23, 9 hoc ipsum, quod de malo nostro plerumque deus nobis salutem operatur, quanto mirabile, tanto -um est. **b** *c. struct. verb.*: PLIN. nat. 31, 38 *frustrantur, qui statera aquas iudicant,* quando -um est, ut levior sit aliqua (AVG. epist. Divj. 15, 3, 2. c. Faust. 22, 58 [*inde* ISID. expos. in gen. 25, 29]. ISID. sent. 3, 56, 1). HIER. hom. Orig. in Luc. 11 p. 68, 2 (*v. supra p. 1252, 29 sq.*). PS. PAVL. NOL. epist. app. 2, 11 est ... -um ... idoneos ... comites reperire.

2 *cetera exempla* (*attributive* AVELL.; *c. supino* MACR.): DIOM. gramm. I 405, 27 nulla exempla vel -a sunt (parva *codd., corr. sec. Don. gramm. mai. 2, 13 p. 642, 17* rara [-a *var. l.*]). AMBR. in Luc. 7, 162 *in arbore* manent aliqua -a (*sc. poma*). AVG. gramm. V 501, 18 talium nominum declinatio -a invenitur. MACR. Sat. 3, 16, 5 (*affert Plin. nat. 9, 60*) cum sit -us inventu *acipenser* (rarus *codd. Plin.,* pa(r)vus *codd. Macr.*). AVELL. 97, 19 aut nullis ... aut -is pulsatur indiciis. GREG. M. moral. 21, 3 ut ei *historiae* -um aliquid, quod allegorice intellegi possit, interserat. *al.* *Foucher.*

perreconditus, -a, -um. *a* per *et* reconditus (recondere). *i. q. valde reconditus*: CIC. de orat. 1, 135 exponam vobis non quandam aut -am aut valde difficilem ... rationem *dicendi* (*cf. 1, 137* reconditum).

perrēctē *adv.* *a* per *et* recte. *i. q. valde recte, rectissime*: CONC.S I 5 p. 140, 31 quoniam ... affirmamus ex ... Maria *Christi* sanctum corpus adsumptum, ideo -e ... carnis ipsius esse dicimus passiones (*gr. I 1, 7 p. 63, 1 καὶ μάλα ὀρθῶς, alt. versio p. 285, 17* nimis recte).

perrēctio, -ōnis *f.* *a* pergere. *i. q. res aliquid continuans, adhaerens sim.* (*vi locali*): ARNOB. nat. 7, 24 p. 371, 10 *'nenia' sacrificanda* intestini est -o, per quam proluvies editur *eqs.* (por- *ed. princ.*).

perreddo, -didī, -ere. *a* per *et* reddere. *i. q. usque ad finem reddere, sc. memoriter pronuntiando*: REGVLA mag. 50, 66 psalmum ... memoriter abbati restituant; et cum -erit, mox *eqs.* (*67* reddidit).

perrēpo, -psī, -ere. *a* per *et* repere. [*e coni. dub.* ARNOB. nat. 1, 36 p. 30, 12 *di indigetes* flumen ⟨per⟩repunt.]

1 *i. q. rependo permeare, penetrare*: TIB. 1, 2, 85 *non dubitem* dare ... oscula liminibus *templi,* non ego tellurem genibus -ere supplex. *locus subauditur*: COLVM. 8, 15, 2 *murus firmatur,* ne feles aut viverra -at. **2** *i. q. rependo pervenire aliquo (usque quo indicatur per praepos., subauditur apud* VLP.; *-it planta sese extendens l. 68): corporaliter*: COLVM. 4, 24, 14 si longius ... vitis emicuerit et brachiis in aliena iugorum compluvia -eri[n]t. 6, 5, 1 ne ad praesepia *boum* sus aut gallina -at ([*produo recc.*]. SYMM. epist. 3, 23, 1 *agricolae poma decerpentes* scalis ad arborum summa -unt). *incorporaliter*: VAL. MAX. 2, 4, 4 paulatim ... ludicra ars ad saturarum modos -psit. VLP. dig. 38, 15, 2 pr. hic rumor ... -erat (*sc. ad heredem*).

perrēptātio, -ōnis *f.* *a* perreptare. *i. q. actus perreptandi*: DON. *et* SCHOL. Ter. Bemb. *v. sub* perrepto.

perrēpto, -āvī, -āre. *a* per *et* reptare. *i. q. reptando peragrare* (*locus indicatur fere per acc., sed per abl. l. 5 sq.; ibid. pendet inf. fin.*): **1** *describitur motus pervestigantium* (*apud comicos*): PLAVT. Amph. 1011 omnis plateas -vi, gymnasia et myropolia; ... nusquam invenio Naucratem. Rud. 223 omnia iam circumcursavi atque omnibus latebris -vi quaerere conservam. TER. Ad. 715 -vi usque omne oppidum, ad portam, ad lacum; quo non? (*explicant* DON. tardus incessus non perambulatio, sed perreptatio dicitur. SCHOL. Ter. Bemb. tardum gradum pedetemptim euntis perreptationem dixit *eqs.* SCHOL. Ter. p. 159, 4 circuivi vel ascendi. GLOSS. V 538, 43 lassus ambulavi). **2** *describitur situs gentis extentus tamquam motus*: AVIEN. orb. terr. 1284 ut *gens diffusa* simul et ... contingat ... *maris* aestum et procul internae -et iugera terrae (*gr. aliter*).

deriv.: perreptatio.

?**perreverēns,** -entis *adi.* *a* per *et* reverens (revereri). *i. q. valde reverens*: HIST. AVG. Car. 18, 4 principes ... ⟨-es⟩ Romani senatus, moderati (spereverent *vel* preterea *trad.,* semper reverentes *Gruter fort. recte*).

[perrīdentēs *pro* de- *olim legebatur* EVGIPP. exc. Aug. p. 275, 7 (*v. e. g. Migne 62, 680[B]*).**]**

perrīdiculus, -a, -um. *a* per *et* ridiculus. *i. q. valde ridiculus* (*sc. in malam partem* [*sed v. l. 28 sqq.*]): CIC. de orat. 2, 77 est eorum *rhetorum* doctrina ... -a. VAL. MAX. 9, 12, 8 fortis huius *viri* mors, illorum -a: ... inter usum veneris absumpti sunt (*postea*: cavillari). MART. 7, 75, 2 vis futui gratis, cum sis deformis anusque; res -a est: vis dare nec dare vis. BOETH. syll. categ. 2 p. 822^A *tales* syllogismi ... -i sunt, quod *concessa iam res* ... colligitur. *de hominibus* (*pro subst.?*): CIC. de orat. 3, 75 contra ... hos omnis, qui artis rhetoricas exponunt, -os.

adv. **perrīdiculē.** *i. q. modo valde ridiculo, sc.:* *facete*: CIC. Verr. II 2, 18 ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset (*sc. divitias verrens*), -e homines augurabantur. de orat. 2, 239 etiam si quid -e possis (*sc. dicere*), vitandum est oratori ..., ne ... scurrilis iocus sit *eqs.* *insulse, absurde*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 50 tu -e ineptire voluisti *eqs.*

διαρπάζω **perripio** DOSITH. gramm. 75, 7. *a* per *et* rapere.

perrōdo, -ōsī, -ere. *a* per *et* rodere. [*de falsis var. ll. pro* erodere *v. vol. V 2, 797, 20 sqq.*] *fere i. q. rodendo sive penetrare sive perdere*: CELS. 5, 28, 12^E num plures sinus *fistularum* intus diversa corporis genera -erint. PLIN. nat. 30, 149 quae *materia* non -retur a veneno. CHIRON 280 *iumentum rabiosum* praesepium ⟨-et aut ilia⟩ sibi morsicis comedet (porro de tautilia *codd.,* corrodet aut ilia *Heraeus fort. recte* [*v. vol. IV 1048, 3*]).

perrogātio, -ōnis *f.* *a* perrogare. *significatur actio perrogandi, qua:* ?**1** *lex perfertur* (*cf. l. 70*): CIC. Mur. 47 confusionem suffragiorum flagitasti, -em legis Maniliae *eqs.* (*Mommsen*; praerog- *trad.*; promulgationem *Ryan, Gymnasium 101, 1994, 481 sq.; glossam suspicatur Adamietz, 1989, ad l.*). **2** *sententiae deinceps rogantur*: DECRET. patron. opp. inc. (CIL VI 29682) b 6 (*saec. III?*) fiat -o ordinis, ut singulatim ⟨id firmemu⟩s.

perrogito, -āre. *a* per *et* rogitare. *i. q. deinceps, ordine rogitare*: PACVV. trag. 316 defessus ⟨est⟩ -ando advenas de gnatis.

perrogo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* rogare. *legitur inde a* LIV., VAL. MAX., *in versu* SEV. MALAC. [*falsa var. l.* prae- *e. g.* LIV. 32, 22, 5 SVET. Aug. 35, 4, pro- *e. g.* VAL. MAX. 8, 6, 4 TERT. pall. 5, 2.]

1 *vi praeverbii distributiva i. q. rogando percurrere, deinceps rogare* (*sc. in conciliis* [*in imag.* SEN.]. *accedit fort. vis perfectiva l. 56*): **a** -are sententias (*sing.* SEN.): LIV. 29, 19, 10 -ari eo die s. ... non potuere, *sc. ex parte iam dictae* (*in senatu ut*: TAC. hist. 4, 9, 2 cum -rent s. consules. SVET. Aug. 35, 4 s. de maiore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset, -bat). 32, 22, 5 decretum recitari -arique s. (*sc. Achaeorum ut*: 32, 23, 1 populi ... cum s. -rentur). SEN. epist. 102, 13 *sapientium* omnium, si -etur, una erit *sententia* (*nisi impers.*). DICT. 2, 23 solito more -tis seniorum s. **b** *cetera exempla*: PLIN. epist. 6, 22, 5 *princeps in consilio* de Atticino -vit: damnatus *est.* paneg. 60, 1 parum est ..., ut censentes audias, nisi et -as (*item -at imperator in senatu*: HIST. AVG. Comm. 19, 3 -a, -a, omnes censemus *Commodum mortuum* unco trahendum. 19, 8 de parricida refer, refer, -a). APVL. flor. 6, 10 omnes adulescentes *gymnosophistae* ... ad dapem conveniunt; magistri -ant, quod factum *eo die* ... bonum fecerint. IVST. 31, 5, 1 *Antiochus* dicitur ... omnibus ... -tis postremum *Hannibalem* interrogasse.

2 *vi praeverbii perfectiva, sc.* -are legem, *ut sit i. q. perferre: -at magistratus Romanus, sc. populum rogando*: VAL. MAX. 8, 6, 4 tribunus pl. legem adversus intercessionem collegarum -vit. SCHOL. Cic. Bob. p. 149, 10 legem *hanc* ... videbatur P. Vatinius in tribunatu suo -asse (*Ascon. p. 24, 25* tulit). *-at rex*: PARIS 1, 2 ext. 1 p. 16, 4 *Minos in specu* moratus tamquam ab Iove ... traditas leges -bat.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *vi praeverbii intensiva vel evanida i. q. (instanter, perseveranter) interrogare*: **a** *c. obi. personae vel rei, unde quaeritur*: TERT. idol. 11, 7 ipsius fidei conscientiam -emus: quo ore christianus turarius aras despuet? (pall. 5, 2 c. ... tuam -bo, quid ... sentias). VET. LAT. IV Esdr. 4, 52 de quibus *signis* me -as (inter- *var. l.*). PS. CYPR. spect. 5, 4 hunc *spectatorem equorum* ... parentes Christi si -es, nescit ...; quem si rursus -em, quo ad illud spectaculum itinere pervenerit, confitebitur *eqs.* CHALC. comm. 297 *Stoici* -ti 'unde igitur mala?' *eqs.* CANON. Turner I p. 119 rec. IV -entur ..., ne forte propter ... inimicitiam ... episcopi facti sunt incommunicati (*gr. Mansi 2, 669*^{C} *ἐξεταζέσθω ..., μή. rec. II et III* requira(n)tur). **b** *cetera exempla*: FAVST. Aug. c. Faust. 2, 1 p. 254, 15 de quo *euangelio* quicquid iam -are volueris, omissis *istis rebus* ... quaere. 5, 1 p. 272, 3 *tibi* -anti, utrum accipiam euangelium (*antea*: interrogas, utrum illud accipiam). 25, 1 p. 725, 5 de quo *deo* -as. SEV. MALAC. euang. 9, 7 si quis -et (*sec. Luc. 19, 31* interrogaverit).

syntactica: res quaesita indicatur per acc. obi. saepe, enunt. secund. l. 4. 6. 13. p. 1664, 67, orat. rectam l. 8 (cf. l. 3), praepos. de *saepius; obi. rei iuxta obi. (subi.) personae l. 6 (bis). 8. p. 1664, 60.*

deriv.: perrogatio.

perrotundus, -a, -um. *a* per *et* rotundus. *i. q. perfecte rotundus*: PHYSIOGN. 60 ungues, qui -i sunt, in venerem proni sunt (rot- *vel* prope rot- *var. ll.; gr. p. 353, 5 στρογγύλοι πάνυ*). *Spoth.*

perrumpo, -ūpī, -uptum, -ere. *a* per *et* rumpere. *de notione*: PRISC. gramm. III 38, 2 -or: *διαῤῥήγνυμι* (*-μαι var. l.*). GLOSS. *διαῤῥήσσω*. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1043 -it: perfringit. *legitur inde a* LIV. ANDR. (*? v. l. 42*), CIC. *per totam latinitatem, sed raro exceptis* CAES. (*decies*), LIV. (*30*^{ies}), CELS. (*octies ut* SIL.), TAC. (*24*^{ies}), AMM. (*38*^{ies}). [*confunditur in codd. c.* praerumpere *l. 45.* IVVENC. 3, 461 (*falso trad.* GLOSS. V 132, 14 -tus: in altum levatus [*cf. Serv. Aen. 1, 105*]), prorumpere CIC. Mur. 85 (*cf. p. 1666, 39*).]

i. q. penitus rumpere, rumpendo penetrare aliquid, pervenire aliquo (*distinguitur* rumpere LIV. 26, 5, 11). *praeverbio fere vis localis inest, hic illic fortasse intensiva. notio rumpendi evanescit sub IA3b et p. 1666, 5 sq.; vergit in vim irrumpendi, invadendi sub IB3a et p. 1667, 72, erumpendi sub IA3c, superandi hic illic sub IB2a et IIB. passivum est fere i. q. findi, rimosum fieri infra l. 69. plerumque accedit acc. indicans, quid afficiatur (efficiatur l. 72 sqq.), ceterum praepos.* per *sub IB2b et l. 49. 57,* ad *vel* in *c. acc. sub IB3b et p. 1667, 23 sq. 49, cf. adv.* quo *p. 1666, 33; absolute ponitur sub IB1 et IIB3 et p. 1666, 7.*

I *de actione corporali*: **A** *-untur varia vario modo*: **1** *corpora animantium vel munimenta eos tegentia* (*v. etiam sub 3c*): **a** *quae armis vel instrumentis perforantur*: LIV. ANDR. carm. frg. 35 (*in versione dactylica*) hasta volans -it pectora ferro (CLAVD. DON. Aen. 10, 335 p. 337, 22 et scutum et thoraca et pectus *hasta.* 10, 485 p. 353, 27 [perforat *Verg.*]. *cf.* OV. met. 12, 370 *hasta* laterum cratem -upit et ossibus haerens intremuit [prae- *vel* perrump- *var. ll.*]). CIC. Tusc. 2, 23 (vers.) *Vulcanus* cuneos fabrica crudeli inserens -upit artus *Promethei.* CELS. 7, 5, 1^{B} quod -endum est (*sc. ut telum corpori immissum auferri possit*). 7, 5, 4^{A} *telum* quod -ta cute integrum intus insedit (*sim.* 7, 5, 4^{C} si per ipsum articulum -erit). 8, 3, 7 *si* -atur, *sc. os terebrā.* STAT. Theb. 11, 640 venas -it ... vulnus et ... lustratur sanguine lectus *Iocastae.* TAC. hist. 2, 42, 2 gladiis et securibus galeas loricasque -ere (CLAVD. DON. Aen. 12, 925 p. 638, 17 VEG. mil. 1, 20, 20. *cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 6, 13 'tunica ... adamantina *Martis*': id est quae -i non possit). *al.* **b** *quae varia ratione laeduntur, afficiuntur*: LVCR. 2, 407 *amara et aspera quasi hamatis primordiis nexa* solere vias rescindere nostris sensibus introituque suo -ere corpus. CELS. 7, 4, 3^{B} ubi ... fistula abdomen -upit. 8, 3, 5 vix umquam nigrities, interdum caries per totum os -it. 8, 9, 1^{A} ut eam *costam* totam is casus -erit (*postea*: si tota fracta non est).

2 *partes terrae, saxa sim.* (*cf.* BOETH. *p. 1666, 37*): **a** *quae varia ratione scinduntur, franguntur, perfodiuntur*: VERG. georg. 1, 98 *agricola glaebam* in obliquum verso -it aratro. HOR. carm. 3, 16, 10 (*in imag.*) aurum ... -ere amat saxa potentius ictu fulmineo (VITR. 8, 6, 9 vehemens spiritus in aquae ductione solet nasci, ita ut etiam s. -at). VITR. 2, 3, 2 *later* cum ... *intus* siccescendo se contrahit, -it *superficiem iam siccatam.* GERM. frg. 4, 132 *Mercurii sidus* fulminis ... iactu -et Olympum (*sim.* AVIEN. Arat. 1185 *Diana* -ens viscera montis [*gr. 642 ἀναῤῥήξασα, Germ. 654* media tellure revulsa]. *cf. etiam* HOR. *supra*). COLVM. 3, 12, 2 perdensam humum ... facillime -i et praebere rimas. 11, 3, 54 (*semen nascens humum findit ut* EVSTATH. Basil. hex. 5, 3, 3). TAC. ann. 12, 56, 1 inter lacum Fucinum amnemque Lirim -to monte *aquae emittendae causa.* 15, 42, 2 si -i possent *loca abrupta fossā navigabili.* *c. obi. rei effectae*: AVIEN. Arat. 1808 ne -tis terrarum dorsa lacunis infodiant pecudes (*cf. gr. 1086 μὴ ... λίην ὀρύχοιεν*). ANTH. 415, 51 qui curvo sulcos -it aratro. **b** *quae aquis, fluminibus penetrantur*: SEN. nat. 3, 26, 3 *flumina demersa* -ta parte, quae minus ad exitum repugnavit, repetiere cursum suum. PLIN. nat. 2, 205 -upit mare Leucada, ..., Hellespontum, Bosporos duos (*cf.* SIL. 14, 16 medio -ens arva profundo *mare Siciliam ab Italia separans.* STAT. silv. 2, 2, 14 [*describitur sinus*] curvas -unt aequora rupes). IVVENC. 3, 461 rura silenter agmine Iordanes ... -it amoeno (*sim. pro perfluere*: AVIEN. orb. terr. 1273 plurima ... percurrunt flumina terram Persidis ... : arva secat Cyrus, -it rura Choaspes). *al.* *absolute ponitur* (*accedit abl. loci*): GAIVS dig. 41, 1, 7, 4 si uno latere -erit flumen et ... novo rivo fluere coeperit.

3 *alia, quae -untur*: **a** *ita, ut disrumpantur, perforentur, deleantur*: CAES. Gall. 7, 23, 5 (*de muro Gallico*) *materia ariete* neque -i neque distrahi potest. civ. 1, 26, 1 *Pompeius turres* ad opera Caesaris appellebat, ut rates -ret atque opera disturbaret. SEN. nat. 5, 12, 2 receptacula nubium, per quae ferebatur, ac munimenta -it *flatus* (*cf.* PLIN. nat. 2, 112 his *fulminibus* findi nubem, illis *fulgetris* -i). COLVM. 2, 1, 6 -tae rastris et aratris radices herbarum (*i. abscisae ut*: 2, 4, 1). PLIN. nat. 33, 99 *argentum vivum* -it ... vasa permanans tabe dira. SIL. 17, 490 glaciem, *i. nivem, rota.* VEG. mil. 4, 18, 2 -tis coriis vel centonibus.

b *ita, ut aliquid per ea transeat, in ea penetret*: **α** *exempla varia*: CIC. Tusc. 1, 42 *ut haec elementa (sc. igneum et animabile) ferantur* ad caelum et ab is -atur et dividatur crassus hic ... aer, qui est terrae proximus (1, 43 ut ... animus evadat ex hoc aëre ... eumque -at. LVCAN. 7, 625 *quorum* cruor emissis -erit aëra venis. *al.*). SIL. 13, 24 ubi -upit stagnantem calculus undam. AVIEN. Arat. 704 *delphis* detrusae latebras ... Amphitrites ... -erat. orb. terr. 434 *Rhenus* oceani donec ... in undas effluat et celeri -at marmora fluctu (*cf.* MART. CAP. 6, 665 *mare Caspium* Scythicum -it oceanum [*sec. Sol. 17, 3* inrumpit]. PRISC. periheg. 448. 579 *Rhenus* lasso -it Tethya cursu [*gr. 567 ἀπερεύγεται εἰς*]). AVG. gen. ad litt. 2, 1 p. 33, 8 (*de olei natura*) *ut* etiam si subterfusa fuerit, -at aquas eisque se superpositam conlocet (*sim.* p. 33, 25). **β** *penetrat lux, visus, calor, sonus* (*cf. p. 1667, 50 sqq.*): SEN. nat. 1, 2, 11 cetera sidera infirma sunt nec -ere aëra vi sua possunt (1, 3, 7 infirma vis oculorum non potest -ere ne sibi quidem proximum a.). 1, 8, 2 cum *sol* radios transmittere soleat et omnem *nubis* densitatem -ere. STAT. Theb. 9, 392 quae te alta ... condidit ... palus, quo ... nostri *non* valeant -ere planctus? TAC. ann. 15, 43, 5 quoniam angustiae itinerum et altitudo tectorum *urbis olim* non perinde solis vapore -rentur. AVIEN. Arat. 22 *Iuppiter* chaos altum lumine -upit. BOETH. cons. 5 carm. 2, 6 *sol* viscera terrae non valet aut pelagi radiorum ... -ere luce.

c *ita, ut aliquid inclusum ex parte interiore erumpat* (*in falsa var. l.* PELAGON. 310 -erit *cod. R olim unicus,* proruperit *cod. Eins.*): PLIN. nat. 10, 170 *viperarum fetus nondum editi* tarditatis impatientes -unt latera occisa parente. APVL. mund. 9 p. 309 cum aqua nubem lapidoso pondere et festinante -it, *grandinat.*

B *-itur aliquid ita, ut animantibus aperiatur transitus vel aditus* (*praecipue in re militari, aliter e. g. l. 52. 72. p. 1667, 26. 31*): **1** *absolute ponitur: in re militari* (*sc. -itur fere per hostes obstantes [cf. 2aγ]; hic illic accedit abl. indicans, ubi -atur*): CAES. Gall. 1, 8, 4 *Helvetii* vadis Rhodani ... si -ere possent conati. 6, 37, 10. 6, 40, 2 civ. 1, 67, 5. POMP. Cic. Att. 8, 12^{c}, 3 exercitum firmum habere oportet, quo confidamus -ere nos posse. LIV. 4, 39, 2. 9, 43, 15 qua impetum dederat *consul,* -it aciemque per mediam in castra hostium tendit. 21, 56, 2 media ... acie ... cum ingenti caede hostium. 25, 21, 7. 26, 48, 4 quo minus transcenderent omnia -rentque (*nisi est transit.*). 37, 43, 11. SIL. 14, 522 -unt Itali, qua caedes prima reclusit ... viam. TAC. hist. 3, 29, 2. 3, 40, 2 valida manu -ere (*opp. l* ut ... per occultos tramites ... Cremonam ... pergeret). 4, 71, 5 *non* deterruere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem -ere iuberet (*an obi. subaudiendo?*). *al.* *aliter*: AMM. 16, 8, 7 ille spretis, qui prohibebant, -upit intrepidus ingressusque consistorium *indicavit res gestas.*

2 *indicatur, (per) quid transeatur*: **a** *per acc. obi. (huc fortasse l. 51 sq. et 55); -untur*: **α** *munitiones, portae sim.*: CAES. Gall. 7, 82, 2 nulla munitione -ta ... se ad suos receperunt *Galli.* VERG. Aen. 2, 480 *Pyrrhus* correpta ... bipenni limina -it postisque a cardine vellit (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 2, 480 p. 214, 22 fores. 9, 755 p. 281, 26 -tis claustris. SIDON. carm. 5, 68 portas obsidione. *al.*). LIV. frg. 47 castra ... diversis partibus ... adorti haud multum afuere, quin opera -rent (TAC. ann. 15, 7, 2 [*omen*] hostia *immolanda* ... semifacta *castrorum* o. fugā -upit). TAC. ann. 3, 46, 3 murum (SERV. auct. Aen. 2, 47 muris ... portisque deiectis, qui ... hoc machinamento -ti sunt). 4, 51, 2 ut quaedam munimenta Romani quasi -ta omiserint ([*3* pervasere hostes]. 12, 17, 2 cum arma, m., impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes iuxta -⟨re⟩ntur. 12, 31, 4 [*postea*: perfringunt aggerem]). *al.* **β** *obstacula naturalia*: CAES. Gall. 7, 19, 3 si eam paludem Romani -ere conarentur. CIC. Phil. 12, 26 effugi insidias, -upi Appenninum. OV. am. 2, 16, 21 cum domina Libycas ausim -ere Syrtes. LIV. 21, 28, 2 *remiges* nitebantur -ere impetum fluminis (*item -untur flumina*: TAC. hist. 4, 12, 3 *ut eques* integris turmis Rhenum -re⟨t⟩. ann. 15, 15, 3 *rex* flumen ... elephanto insidens, *ceteri* ... vi equorum -ēre. *al.*).

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LVCAN. 5, 583 (*Caesar ad nautam*) medias -e procellas, tutela secure mea. VAL. FL. 8, 193 *omnia potius perferenda* quam saeva subire saxa iterum, quam Cyaneos -ere montes (*i. Symplegadas*). SIL. 13, 741 -tis molibus Alpes eluctatus adest *Hannibal* (*cf.* TAC. hist. 3, 53, 1 sua constantia -tas *esse* Alpes. AMM. 15, 5, 29 rapida celeritate ... angustias Alpium -ere. *al.*). *al.* **γ** *acies, catervae militum, seditiosorum* (*cf. etiam sub b et 1*): VERG. Aen. 9, 513 saxa ... volvebant ..., si qua possent *testudine* tectam aciem -ere (LIV. 10, 14, 16 nec parte ulla pelli aut -i potuit. 33, 8, 14 VELL. 2, 112, 6. CVRT. 8, 14, 18 uno impetu. *al.*). LIV. 3, 61, 9 -tis ordinibus elati ad novissimam aciem *equites* (9, 39, 9. 10, 41, 9. 31, 21, 14). 8, 10, 6 tanta ... caede -ēre cuneos, ut *eqs.* (32, 17, 11 vi). 8, 30, 6 impetu capto -ere non poterat hostium agmen (CLAVD. 28, 460). ASCON. Mil. p. 39, 20 discusserat -eratque coetum *Manilianorum.* SIL. 7, 705 -it anhelum dictator cum caede globum. FRONTIN. strat. 4, 1, 27 *milites,* quorum stationem hostis -erat (4, 1, 36). TAC. hist. 3, 2, 4 duae ... alae -ēre hostem (ann. 1, 51, 4 uno ... impetu). ann. 12, 43, 1 *cives seditiosi* Claudium ... vi urguebant, donec militum globo infensos -upit. *al.* **δ** *aditus* (*sc. c. acc. interno*): AMM. 24, 6, 13 *exercitus Romanus Persas fugatos insequens* -isset ... civitatis aditus lapsorum *Persarum* agminibus mixtus, ni *eqs.*

b *per praepos.* per: CAES. Gall. 5, 15, 4 *hostes* per medios *Romanos* audacissime -erunt (6, 40, 4 per m. hostes [LIV. 38, 41, 13 cum ... delectis equitibus]. LIV. 3, 70, 4 per m. hostium aciem). LIV. 26, 7, 1 per castra eorum -i ad Capuam posse. 31, 46, 15 per ... apertum ruinā *muri* iter ... in arcem. 38, 5, 8. FRONTIN. strat. 1, 5, 12 per stationes hostium.

3 *indicatur, quo penetretur, perveniatur*: **a** *per acc. loci invadendi*: HOR. carm. 1, 3, 36 -upit Acheronta *Hercules.* SIL. 13, 45 urbes (AMM. 24, 1, 12 -tam incensamque u. *addas p. 1666, 69*). TAC. hist. 2, 15, 1 castra (4, 34, 1. 4, 77, 1 VIR. ill. 49, 13 AMM. 27, 2, 3). AMM. 17, 1, 5 *nostros* -tas populari terras hostiles. 21, 9, 1 tractus ... barbaricos. 22, 8, 18 *Amazones* -tis nationibus plurimis manus Atheniensibus intulerunt (23, 5, 16). 24, 1, 10 Persicos fines. PRVD. ham. 223 lupus studuit -ere caulas. AVG. serm. 86, 8 *domus* interiora *fur. al.* **b** *per praepos.* ad *vel* in *c. acc.* (*v. etiam l. 23 sq.*): LIV. 3, 18, 8 *milites* iam in vestibulum -erant templi. 4, 39, 4 cum ... nequissent -ere ad suos. 4, 40, 8 an ... in castra vestra virtute -eritis (26, 5, 11 utrum in c. -ret an intercluderetur a suis). 4, 41, 5 nec ad tumulum ... prae multitudine hostium ... -i potuisse. 7, 24, 7 cuneis ... in medium agmen *hostium* -unt. 10, 41, 14 testudine facta in urbem -unt. SIL. 12, 698 *Hannibalem* -ere in arces *Iovis.* SVET. Otho 8, 2 *praetoriani Othonem quaerentes* -erunt in triclinium usque. *al.*

II *de actione incorporali*: **A** *imagines manifestiores*: LVCR. 4, 1148 validos Veneris -ere nodos. SEN. contr. 7, 5, 13 *Croesi filius* mutus in periculo patris naturalia vocis impedimenta -upit (*Jahn,* corrupit *trad.*). VAL. MAX. 2, 7, 3 *imperatores,* qui necessitudinum -tis vinculis ultionem ... laesae *disciplinae exegerunt* (9, 2 ext. 6 -to v. religionis). 6, 9, 6 quasi -tis et disiectis nequitiae, qua obsidebatur *Sullae virtus,* claustris (SEN. epist. 70, 19 servitutis humanae. 119, 7 *Alexander* scrutatur maria ignota, in oceanum classes novas mittit et ipsa, ut ita dicam, mundi c. -it [*nisi potius ad p. 1666, 70*]). SEN. dial. 8, 5, 6 cogitatio nostra caeli munimenta -it (*cf.* 12, 20, 2 *animus studiis deditus* peragratis humilioribus ad summa -it et ... divinorum spectaculo fruitur). epist. 89, 2 nobis ..., quibus -enda caligo est et quorum visus in proximo deficit (*sim.* 104, 24 si quis rectis oculis intueri illa, *sc. mortem sim.,* possit et tenebras -ere [AVG. c. Cresc. 3, 21, 24 quarumlibet latebrarum t. ... splendore *verborum*]). *al.*

I *usu sollemni, sc. pro obi. est vel subauditur id, ubi aliquid quaeritur, vel res examinanda, ut sit fere i. q. scrutando ire per aliquid* (*sc. vi praeverbii locali, hic illic fortasse vi intensiva. obi. subaudiendo vel deficiente l. 52. 66. p. 1677, 33. 49. al.; res examinanda indicatur per praepos.* super *p. 1677, 41,* de *p. 1677, 65, enunt. interrog. p. 1677, 62.* MART. CAP. 5, 484. *al.*): **A** *-atur quis corporea*: **1** *vario modo*: **a** *ut aliquid ibi inveniat; inspiciuntur*: α *loca* (*indicatur fere per obi., per abl. l. 62*): Ⓘ *aedificia sim.*: PLAVT. Aul. 620 ibo hinc intro, -bor fanum, si inveniam uspiam aurum. CIC. Verr. II 4, 47 *ministri Verris* investigabant et -bantur omnia (*nisi ad IIA*). Tusc. 5, 59 *Dionysius* sic noctu ad eas *uxores* ventitabat, ut omnia specularetur et -retur ante *timore hostium.* LIV. 21, 48, 6 *Numidae avidi praedae* -antes loca omnia castrorum *Romanorum.* SEN. benef. 6, 11, 1 *puer Platonem quaerens* totam porticum -tus est. TERT. nat. 1, 11, 3 Tacitus ... refert Pompeium ... templum adisse et -tum nihil simulacri reperisse. RVFIN. Clement. 3, 45, 1 *Simon* extimuit ..., ne ... -retur domus eius (hist. 3, 6, 2 praedones -bantur domos [*gr. διηρεύνων*]). PASS. Melaniae (BHL 5885) 38 *eremita* -ans continuo *dona in cella* absconsa ... invenit. Ⓘⓘ *loca varia* (*in imag.* AVG.): SEN. dial. 12, 10, 2 omne -ari profundum, *sc. maris deliciarum causa* (*cf. p. 1675, 10*). SYMM. epist. 4, 18, 4 te -andis cubilibus leporum ... vacare, *sc. in venatione* (*nisi ad IIA*). AMM. 17, 4, 6 montium venis vel apud extremos orbis incolas -tis *excidunt obeliscos* (-antis *cod. V*). RVFIN. Clement. 7, 10, 2 pater ... requirere a nautis coepit, sicubi aliquis eorum vidisset ... corpus mulieris ... eiectum; cum multi multa dicerent nec aliquid nobis rati elucesceret tam immensum pelagus -antibus, *eqs.* AVG. c. Petil. 3, 36, 42 ubi ad hanc quaestionem venit ..., quo aditu -to aut molito vel clanculo evaderet vel vi erumperet, non invenit. PASS. Luxor. (BHL 5092) 1 cum ... *praeses Sardiniae* diversis locis -retur, si posset aliquos fideles invenire. SACR. Leon. 823 *piscatores* soliti maria -ari. COD. Iust. 10, 15, 1, 4 (*a. 474*) si forte ... arando ..., non studio -andi, in alienis locis thesaurum invenerit (*cf. p. 1678, 23 sq.*).

β *homines*: PLAVT. Aul. 653 -tus es tuo arbitratu neque tui me quicquam invenisti penes. 657 hunc iam -vi. HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 144, 20 cum exierimus e saeculo ..., erunt quidam ... velut publicanorum officio diligentissime -antes, ne quid sui in nobis reperiant (*gr. τελωνοῦσι ἡμᾶς καὶ κατέχουσι, μή κτλ.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 94, 1 *in sacerdotum corporibus* -ari et requiri omnia per legem, ne quid corporalis vitii ... habeat ... sacerdos (*gr. non resp.*). hist. 3, 6, 18 (*gr. διηρεύνων*).

γ *res variae*: VET. LAT. psalm. 108, 11 (cod. 306. *al.*) -etur faenerator omnem substantiam *adversarii mei* (*gr. ἐξερευνησάτω, cod. 300. al. et Vulg.* scrutetur). GREG. TVR. Franc. 7, 31 p. 351, 9 ⌞quam *capsulam* -tam⌟

[Vestergaard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Mummolus os de sancti digito repperit (*acc. absol.*; qua -ta *var. l.*). 9, 6 p. 419, 5 *episcopus* -tis ... cunctis, quae habebat *seductor,* invenit cum eo sacculum magnum plenum de radicibus *magicis.*

b *ut cognoscat, spectet aliquid*: **α** *corpora*: VET. LAT. I Ioh. 1, 1 (Ambr. parad. 12, 58. *al.*) quod, *sc. corpus Christi,* ... perspeximus et manus nostrae -tae sunt de verbo vitae (*gr. ἐψηλάφησαν, cod. 65. al.* contractaverunt, *Vulg.* temptaverunt; *hinc pendet* AMBR. in Luc. 5, 96 manibus nostris -ti sumus in Thomae digitis). RVFIN. hist. 8, 14, 5 *infantium* exta visceribus revulsa -bantur *ritu magico* (*gr. διερευνωμένου*). AVG. civ. 22, 24 p. 614, 20 medicorum diligentia ... laniavit corpora *hominum* ... inter manus secantis -antisque morientium. **β** *res naturae, sidera sim.*: PORPH. Hor. carm. 1, 28, 4 ('animo ... percurrisse polum') quod rationem rerum naturae et ipsum caelum sis -tus. AMBROSIAST. in Gal. 4, 10, 1 qui cursus lunae -ant (-antur *var. l.*). AVG. civ. 8, 3 p. 323, 14 *philosophi ante Socraten* magis physicis ... rebus -andis *studebant.* 18, 37 p. 312, 13 in -anda natura rerum (CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 155, 15 magi ... stellae credentes et non n. -antes [*gr. I 1, 2 p. 83, 24 πολυπραγμονήσαντες*]. CASSIOD. var. 9, 24, 8 rerum naturis diligentius -tis). QVODV. prom. 1, 10, 16 *Chaldaei* callide positiones siderum -antur. *al.*

2 *accedit notio eundi, pervagandi*: RVFIN. hist. mon. 29, 1, 2 *Macarium* amatorem fuisse eremi ..., ita ut ... inaccessibilia deserti -tus sit loca, usquequo inveniret ... locum quendam in ultimis eremi constitutum. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 359 p. 683 post ... Agesilaum Asiam -tum (*gr. ἐρευνήσαντα. item expeditione*: OROS. hist. 5, 23, 22 *dux* Tauri ... montis latera ... -tus Isauros *subegit*). EVAGR. GALL. alterc. p. 50, 11 *peccator* rapinis terram -aris (-as *var. l.*). CONSVLT. Zacch. 1, 27, 5 *daemones* volucri ... discursu omnia -antes.

B *-atur quis incorporea* (*naturam v. sub A Ibβ*): **1** *exempla varia*: RHET. Her. 2, 8, 12 quod ... constitutio coniecturalis ... saepissime tractanda est, eo diligentius omnes eius partes -ti sumus. CIC. inv. 1, 69 in hoc ... iudicio desinite litteras legis -ari (*-antur iudices ut*: Flacc. 19 -amini penitus naturam rationemque criminum. VVLG. deut. 19, 18 cum ... diligentissime -antes invenerint falsum testem dixisse. *cf. l. 36. 39*). 2, 128 propius accedere ad scriptoris voluntatem eum, qui ex ipsius eam litteris interpretetur, quam illum, qui sententiam scriptoris ... domesticis suspicionibus -etur. PHAEDR. 3, 10, 47 si delata -tus crimina paterfamilias esset (bene scrutatus *var. l.*). SEN. dial. 5, 5, 3 -anda eius *irae* mala ... sunt. 5, 18, 3 quid antiqua *exempla* -or? QVINT. inst. 12, 8, 15 *patronus, tamquam adversarius,* causam -tus. HYG. grom. p. 96, 19 inspectis ... -tisque omnibus condicionibus *subsicivorum.* p. 97, 20 vim legum -and[ar]um suadeo. TERT. apol. 35, 13 cui ... opus est -ari super Caesaris salute, *sc. astrologos consultanti*? VET. LAT. Sirach 3, 22 (Ps. Aug. spec. 84. *al.*) altiora te ne quaesieris et fortiora te ne -veris (*gr. ἐξέταζε, rec. V* exquisieris). AVG. civ. 16, 11 p. 145, 13 homines doctissimi antiquissimas historias -antes. MART. CAP. 6, 642 origines urbium. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 163, 27 medico credis ... et non -aris modum curae (*gr. I 1, 2 p. 75, 31 περιεργάζῃ*). BOETH. in herm. comm. sec. 5, 10 p. 345, 4 *dialecticis* sola veritas -atur (*nisi ad IIA*). Porph. isag. p. 12, 1 ⌞interius ... -antes⌟ differentiam (⌞ ⌟ *gr. προσεξεργαζόμενοι*). cons. 1, 6, 6 ammiror, cur in tam salubri sententia locatus aegrotes; verum altius -emur. COD. Iust. 5, 9, 8, 4 ut ... neque patris neque matris filii valeant administrationem -ari. DIG. de confirm. dig. 1 duo paene milia librorum ..., quae necesse esset omnia et legere et -ari. *al.*

2 *sacram scripturam vel doctrinam christianam*: VET. LAT. psalm. 118, 2 (Cypr. Fort. 12. *sim.* testim. 3, 16) beati qui -antur martyria eius *dei,* in toto corde inquirunt eum (*gr. ἐξερευνῶντες, cod. 300. al. et Vulg.* scrutantur; *sed de confessoribus cogitat Cypr., ut ad IIA vel IIB spectet*). 118, 34 (cod. 300. *al.*) -bor legem tuam, *domine* (*gr. ἐξερευνήσω, cod. 306. al. et Vulg.* scrutabor). Ps. PHILO antiq. 25, 13 voluimus ... librum legis -ari, utrum manifeste deus scripsisset quae erant in eo, aut Moyses docuisset ea per se (-are, -antes cognoscere *var. ll.*). PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1546 illut (*sc. gen. 1, 26*) ..., qualiter sentiant *haeretici,* -andum est. 1, 1548 ut ausi sint, etiam quemadmodum genuerit *pater filium,* -ari. HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 4 p. 294, 15 qui scripturas diligentissime -antur. hom. Orig. in Luc. 8 p. 51, 15 si ... altius aliquid fuero -tus (*antea*: si simpliciter intellegam). RVFIN. Orig. in Rom. 1, 7 l. 7 nos de hoc sermone curiosius, quam res patitur, -ari. AVG. anim. 4, 3, 4 divinas et humanas paginas. conf. 8, 2, 4 sanctam scripturam omnesque christianas litteras. in euang. Ioh. 53, 4 quaestio, de qua ... ut ... disputetur et omnes eius latebrosissimi sinus -entur, *eqs.* in psalm. 70, serm. 1, 2 l. 50 ipse psalmus discussus, -tus, interrogatus omnibus versibus suis aliud tibi dicit. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 148, 14 *Christi* nativitatis modum -batur *David* (*sc. in psalmo 131, 3-5; gr. I 1, 2 p. 93, 34 περιειργάζετο*). p. 161, 17 crede miraculum *Christi simul hominis et dei,* et noli rationibus -ari, quod factum est ([*gr. I 1, 2 p. 89, 31 ἐρεύνα*]. *cf.* p. 163, 37 miraculum vocatur, quod rationibus hominum -ari non poterit [*gr. I 1, 2 p. 76, 9 ἐρευνώμενον*]). *al.*

3 *mentes vel cogitationes sim.*: VET. LAT. psalm. 76, 7 (Aug. *ad l.*) -bar spiritum meum (*gr. ἔσκαλλεν,* Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 2, 5 -bam [-bar *var. l.*], *Vulg.* scobebam. *hinc pendet* AVG. in psalm. 76, 13. 76, 17 -emur spiritum nostrum). FILASTR. 131, 4 -tus est ... cordis et animi hominis Christus dominus occulta (perscrutator *var. l.*). PELAG. in I Cor. 11, 27 p. 193, 3 prius ... -anda est conscientia, si in nullo nos reprehendit, et sic ... communicare debemus ([prae- *var. l.*]. AVG. in psalm. 79, 13 CAES. AREL. serm. 200, 3). AVG. in euang. Ioh. 90, 2 inspicere cor humanum et ... eius latebras -ari. IOH. epist. ad Sen. 4 *post catechesin* fiunt illa, quae ... scrutinia dictitantur; -amur enim eorum corda per fidem, utrum menti ... sacra verba definxerint (*i.* defix-). *al.*

II *usu deflexo*: **A** *fere i. q. quaerere* (*sc. pro obi. est id ipsum, quod quis invenire vel obtinere studet; exempla certiora, sub I huc trahere possis e. g. p. 1676, 44. 55. 1677, 47*): **1** *quaeruntur res*: CIC. Verr. II 4, 30 ut haec omnia *opera artis* reperire ac -ari solitus sit *Verres* ..., est operae pretium cognoscere. FILASTR. 155, 1 nunc historiam *scripturae* quaerentes, nunc rationem intellegibilem -antes. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 93, 14 *Iohannes in pectore Iesu* requirens et -ans 'thesauros sapientiae et scientiae'. AVG. in psalm. 89, 9 ('dies annorum nostrorum ... septuaginta anni') melius est ... in his numeris spiritale aliquid -ari. vera relig. 19 quid ... in mortuis pecudibus divina eloquia -amur? BACHIAR. fid. l. 247 credimus ... gesta esse, quae scripta sunt; sed iuxta doctrinam apostolicam sensum spiritalem, prout dominus dederit, -amur. COD. Iust. 10, 15, 1, 2 (*a. 474*) in alienis ... terrulis nemo audeat ... opes abditas ... -ari. **2** *quaeruntur homines* (*cf. p. 1676, 62*): VET. LAT. I Macc. 3, 5 (recc. B, V) *Maccabeus* persecutus est iniquos -ans eos (*gr. ἐξερευνῶν.* eos *c. sequentibus coniungit* rec. L). 9, 26 (rec. V) -bantur amicos Iudae (*gr. ἐξηρεύνουν, recc. L, B* scrutabantur). VVLG. I reg. 23, 23 (*loq. Saul*) si etiam in terra se abstruserit *David,* -bor eum in cunctis milibus Iuda. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 122 p. 556 *milites* ingressi sunt domum -antes Caesaris peremptores (*gr. ἀνερευνώμενοι*). PASS. Paul. 7 apparitores *Neronis* ..., qui summa diligentia -rentur latitantes ... Christianos (scrutarentur, scrutantes *var. ll.*).

B *fere i. q. excogitare* (*subi. est res* INST. Iust.): VET. LAT. psalm. 63, 7 (cod. 300. *sim. al.*) -ti sunt iniquitatem; defecerunt scrutantes scrutationes (*gr. ἐξηρεύνησαν,* cod. 303 -verunt, *cod. 306. al. et Vulg.* scrutati sunt. *huc spectant*: AVG. in psalm. 63, 11 -antes quod contra iustum moliebantur. 63, 15 l. 23 scrutationes suas, quas -antes defecerunt). NOVELL. Iust. 22, 31 de augmentis ... donationum dictum quidem est ... prioribus legibus, a nobis autem -tum perfectius est (*gr. ἐξείργασται*). INST. Iust. 3, 3, 5 constitutiones iura legitima -antes.

C *fere i. q. interrogare* (*pendet enunt interrog. l. 42. 46; cf. p. 1676, 40*): EPIST. pontif. 937 CONC.^{S} IV 2 p. 149, 44 ab ... episcopo -antes ..., utrum aliquid ... in obtrectatione beati Kyrilli ... dictum sit, ... quaesiverunt. GREG. TVR. Franc. 9,15 p. 429,15 *rex sacerdotibus* -tis cognovit unum deum sub distinctione coli personarum trium (*item c. obi. personae interrogatae*: Iul. 21 recurrit ... per saltus, *qui equum amisit,* -ans locorum incolas, si forte aliquis ... teneret captum. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 36 l. 19 pater ... filiam -tus est; et sic esse ... puellae confessione cognovit [*gr. ἀνακρίναντος*]). PASS. Mar. Iac. 8, 11 *fratri* incumbenti acrius et -anti molestius 'ii sunt,' inquam, '*eqs.*'

part. praes. **perscrūtāns,** -antis *pro adi. i. q. diligenter scrutans* (*superl.*): VITA Caes. Arel. 2, 18 *lacrimarum* causam perscrutans, ut erat vir ... in omnibus -issimus, quid infirmitatis haberet, interrogavit (perscrutatissimus *cod. unus*).

deriv.: perscrutabilis, perscrutatio, perscrutator (-trix).

compos.: imperscrutabilis (*? v. p. 1674, 71*), imperscrutandum (*et* imperscrutatum). *Vestergaard.*

persculptus, -a, -um. *p. p. p. a* per *et* sculpere *formatum. i. q. sculpendo effectus*: CORIPP. Iust. 3, 377 -i lapides, surdae ... figurae *deorum paganorum.*

persea, (-ae) *f., περσέα sim.* (*Graeci nomen herbae ad Περσίδα, Πέρσας* [*cf. etiam e. g. Colum. 10, 405 sqq. Cassiod. hist. 6, 42, 6* Persiidis] *aut ad Περσέα referebant*). *de forma gen. v.* ORIBAS. *infra. arbor pomifera fere Aegyptiaca* (*i. q. 'Mimusops Schimperi' L. ut vid., cf. Steier, RE XIX 940 sqq.*): PLIN. nat. 13, 63 circa Thebas *Aegyptiacas sunt* haec, ubi et quercus et -a et oliva (-saea, -sia *var. ll.; eandem appellat* persicam arborem *1, 13, 17. 13, 60* [*ubi nonnulli legunt* -seam]. *16, 111, sed a pruno Persica distinguit* 15, 45 falsum est *Persicae arboris poma* venenata ... in Persis gigni et ... tralata in Aegyptum terra mitigata; id enim de -a diligentiores tradunt, quae in totum alia est, myxis rubentibus similis ...; eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside ... tralatam, sed a Perseo Memphi satam *eqs.* [*inde* 1, 15, 13]). DIOSC. 1, 144 p. 72, 13 -a arbor est, que nascitur in Egiptu, cuius semen facile manducari potest (*gr. 1, 129 περσαία vel περσέα*). ORIBAS. syn. 1, 22, 1 Aa (*sim.* La) p. 75, 15 *purgant* perre radix et ruta *eqs.* (per se, per se ea, per se assa *var. ll., unde* perseas *suspicatur Mørland;*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gr. περσέας). COD. Iust. 11, 78 rubr. de ... -is per Aegyptum non excidendis (*si recte huc traxit Steier, loco cit.; infra in textu*: Persei ... arborem).

perseco, -uī, -ctum, -āre. *a* per *et* secare. NOT. Tir. 104, 7 -at. [*val.* pierseca *i. q. verberare. cf. M.-L. 6425a. St.*] [*falso trad.* -a *pro* praesta CIC. Att. 13, 23, 3 *v. vol. X 2, 919, 29,* -ta *pro* proiecta GLOSS.^{L} II Philox. PE 305 (*cf. PR 314*), -entur *pro* prae- GLOSS. V 645, 36. *e coni. dub.* CHIRON 345 sanguinis detractionem facies, solves venas ... in pectore, ⌞-ueris⌟ omnes et circa claviculas (*Oder coll. Hippiatr. gr. I p. 14, 18 διακόπτων,* persequeris *trad., quod defendas coll. p. 1690, 73*).]

fere i. q. secando penetrare, permeare: **1** *corpus, ulcera, venae sim. a medicis inciduntur (abscinduntur apud* LIV.*?; non nisi in imag.)*: CIC. ac. 2, 122 corpora nostra non novimus ...; itaque medici ... aperuerunt, ut viderentur ...; sed ecquid nos eodem modo rerum naturas -are aperire dividere possumus? LIV. 40, 19, 10 magis inchoatae ... *de Bacchanalibus* quaestiones erant quam ad exitum ullum perductae; id -are novum praetorem, ne serperet iterum latius, patres iusserunt. QVINT. inst. 8, 6, 15 (*vituperat metaphoram cuiusdam* veteris oratoris) '-uisti rei publicae vomicas'. **2** *loca sim. transeuntur*: VITR. 3, 5, 9 quo altius ... scandit oculi species, non facile -at aeris crebritatem. GERM. 463 *circulus aestivus* transversae Andromedae latera utraque -at actus et totam ... dextram (*gr. aliter. cf.* MART. CAP. 8, 824 *coluri* omnes parallelos angulis aequalibus *-ant. v. Le Bœuffle, Astronomie-Astrologie, 1987, s. v.* secare). CLAVD. DON. Aen. 11, 565 p. 502, 3 ut ... amnem ... -ret, *sc. natando.* PRISC. periheg. 54 -at Hesperiam primus *sinus Oceani* (*sc. mare internum; gr. 45 ὃς ἑσπερίην ἅλα τίχτει, sed τέμνει var. l.; Prisc. fortasse legit ἁλὶ τέμνει*). 447 campi, quos medios Acheloia -at unda (*gr. 432 sq. τοῦ διὰ μέσσου σύρεται ὁλκὸν ἄγων*). **3** *cetera exemplа* (*incorp.* VIRG.): COD. Theod. 9, 12, 1 (= Iust. 9, 14, 1, 1) *si dominus* dilaniaverit poenis publicis corpus *servi,* ferarum ⌞vestigiis⌟ latera -ando (unguibus Iust.). VIRG. epit. 10, 5 (*in capite* de scinderatione fonorum) *Cicero* -tam prosam sic fecit: lau contemptus pecuniae da ... bi ... lis ..., hoc est 'laudabilis'.

persector, -ātus sum, -ārī. *sive a* persequi *sive a* per *et* sectari. *fere i. q. studiose persequi, penitus sectari*: **1** *explorando, observando: pendet enunt. interrog.*: PLAVT. Mil. 430 nec te neque me novisse ait haec. :: -ari hic volo ..., nos nostri an alieni simus (perscrutari *ed. princ.*). *pendet obi. acc.*: LVCR. 2, 165 *homines nequeunt* -ari primordia singula quaeque, ut ⟨vi⟩deant, qua quidque geratur cum ratione. **2** *currendo, volando sim.* (*pendet vel subauditur obi. acc.*): LVCR. 4, 1010 accipitres ... -antes (*sc. alias aves*). FRONTIN. strat. 1, 2, 1 equum de industria dimissum tamquam fugientem -ti *sunt.* DON. Ter. Eun. 426, 1 venantur illum *leporem* et -antur canes. AVR. VICT. Caes. 29, 4 Decii barbaros trans Danubium -antes.

persēcūrus, -a, -um. *a* per *et* securus. *i. q. valde securus (abundanter* maxime -us *l. 47): de hominibus*: PETR. CHRYS. serm. 6, 2 *homo pius* est a reatu liber, est de praemio -us ([sec- *var. l.*]. 88, 2 caro numquam de sua conscientia -a. 175, 4 quicumque sollicitus es de facto *parturiendi,* esto de exemplo *Mariae* maxime -us). 130, 1 *episcopus ecclesiam* cura pervigili faciat -am. *de actione* (*sc. determinatur inf.*): PETR. CHRYS. serm. 29, 1 aurum ... contemnere validum, fugere -um *est.*

persecūtio, -ōnis *f.* *a* persequi. *scribitur* -qut- LEX agr. (CIL I^2 585) 101, -quut- HIL. c. Const. 4 *cod. B saec. VI, utrumque hic illic in codd. med. aevi. litt. gr. l. 69; cf. Novell. Iust. 39 pr. 108, 2. 135 pr. notatur* persec LEX Vrson. (CIL I^2 594) 132, 32, p *ibid.* 104, 19. GLOSS. *δίωξις. ἐπεξέλευσις. διωγμός. v. etiam l. 60. 67 sqq. p. 1683, 2. legitur saepe usu technico, sc. sive in sermone iuris* (*inde a* LEGE agr., Vrson. *nec non singulis locis apud* RHET. Her., CIC., PAVL. FEST.) *sive in sermone christ.* (*inde a* VET. LAT., TERT.), *alio usu inde a saec. II, sed raro (v. infra sub II); in versibus apud unum* COMM. (*quater*). [*confunditur in codd. c.* pro- RHET. Her. 2, 12, 18. CASSIAN. conl. 23, 6, 3 (*falso vel vix recte trad.* COD. Iust. 1, 55, 7. GLOSS.^{L} II Philox. PE 297 -e: *παραπομπῇ* [*cf. ibid. PR 407. 413*]); *falso trad. pro* perfectio CAEL. AVR. chron. 1, 4, 101.]

i. q. actio persequendi (*gr. respondet fere διωγμός, saepe autem per iuncturam* -em pati *sim. vertitur pass.* [*κατα*]*διώχεσθαι. accedit saepe gen. obi., rarius gen. subi. [e. g. p. 1680, 23. 1681, 73. 1682, 43. 61, cf. pron. poss. p. 1682, 39. 42. al.], gen. indicat causam -is p. 1682, 4; significatur ius persequendi sub IA1, actio diuturna hic illic sub IB*): **I** *usu technico*: **A** *in sermone iuris de actione in iudiciis* (*cf.* GLOSS. II 277, 19 *δικαιολογία*: -o, allegatio, adsertio. 360, 22 *λῆμψις*: acceptio, -o. 368, 54 *μεταδίωξις*: pe⟨ti⟩tio, -o. GLOSS. iurispr. *ἄδετ α* 43 *αδ ρει περσεκουτιονεμ· ἀγωγή, δι' ἧς ψιλὸν τὸ πρᾶγμα ἀπαιτοῦμεν ἄνευ ποινῆς*). *gen. obi. indicat fere bona sim. petenda* (*poenam e. g. p. 1680, 11*), *sed crimen p. 1680, 24, eum unde petitur p. 1680, 7, ipsam actionem* PAVL. dig. 50, 17, 68 COD. Iust. 8, 54, 3 pr. (*a. 290*); *per praepos. indicatur, quo -o pertineat, p. 1680, 11. 20. 52. 55* (*adde* COD. Iust. 8, 13, 18 [*a. 293*] in rem. 8, 40, 21 [*a. 293*] super hac re), *in quem intendatur p. 1680, 10 sq. 19. 21. 57* (*addas* COD. Iust. 7, 39, 7, 1 in debitorem).

1 *varia exempla* (*fere de iure persequendi*): **a** *de qualibet petitione, accusatione sim.* (*exempla selecta inde a* IVLIANO): LEX agr. (CIL I^2 585), 101 ⟨praevi⟩dibus ... eorum *mancipum* -o e⟨sto⟩ (*de textu v. Crawford, Roman Statutes I, 1966, 180*). CIC. orat. 141 *in iuris scientia est* -um cautionumque praeceptio (praescriptionum *var. l.*). PAVL. FEST. p. 337 sectio: -o iuris (*cf. l. 17*). IAVOL. dig. 23, 3, 57 (*ex Plautio*) utrum filii obligatio an patris (*gen. obi.*) -o ... promissioni contineatur (IVLIAN. dig. 14, 4, 8 *actio quaedam* non de dolo est, sed rei -em continet [*item subi. est* actio: VLP. dig. 4, 9, 3, 4 PAVL. dig. 27, 3, 2, 2. *al.*]. *al.*). IVLIAN. dig. 33, 1, 2 ut pro parte dimidia pignoris -o detur (GAIVS dig. 9, 2, 32 pr. ut non in singulos detur poenae -o. PAVL. dig. 3, 4, 6, 1 de ea re ... decreto datam -em *esse.* CIL V 8305, 8 *sepulcri laesi* -o cuilibet de populo datur. *al.*). MARCELL. dig. 20, 1, 27 quod debilitando *servum oppigneratum* ... -em pignoris exinanierit. TERT. dig. 49, 17, 4, 1 actionem -emque castrensium rerum ... filius ... habet (*item subi. est persona*: COD. Iust. 4, 39, 4 [*a. 223*]. *al.,* actio: VLP. dig. 4, 2, 14, 2. *al.,* condictio: VLP. dig. 13, 1, 7, 2. *cf. infra l. 47*). TRYPH. dig. 2, 14, 46 sui iuris -em ... deteriorem constituere (*cf.* VLP. dig. 2, 11, 11 ut actori -o loco deteriori non sit [*cf. in sim. sententia 2, 9, 1, 1* ius actoris]). VLP. dig. 38, 1, 7, 4 (*ex rescripto Hadr.*) cessare operarum -em adversus *quendam* (*Vlp. postea*: o. actio). PAVL. dig. 47, 2, 42 pr. -o ... in peculio manebit adversus dominum ..., noxalis ipsum *manumissum* sequetur (sent. 5, 6, 12 -o eius rei semper manebit. COD. Iust. 5, 71, 3 [*a. 258*] illibata). COD. Iust. 10, 7, 1 (*a. 224*) fisci -o potior est. Theod. 9, 24, 3 ad -em criminis (*raptus virginis respicitur; antea*: accusationem. *inde* LEX Burg. Rom. 9, 3 admissi -o). CASSIAN. conl. 23, 6, 3 si nobis in foro ac iudicum ... tribunalibus constitutis ... in media -e atque conflictu tussis ... obrepserit. *al.* **b** *de petitione extraordinaria* (*exempla certiora; cf.* VLP. dig. 50, 16, 178, 2 [*antea explicantur* actio *et* petitio] -is verbo extraordinarias -es puto contineri, ut puta fideicommissorum *eqs.*): AFRIC. dig. 30, 109, 1 (*antea*: fidei commissum erat, ut mihi fundum aut centum daret *heres*) ut *praetor,* si pecuniam ... offerat *emptor fundi,* inhibeat fundi -em. GAIVS inst. 2, 282 in duplum cum *herede quodam* ... agitur; fideicommissi vero nomine semper in simplum -o est. MAECIAN. dig. 40, 5, 32, 1 domino erit fideicommissi -o (SCAEV. dig. 31, 88, 14. *al.* [*sed e. g. Scaev. dig. 31, 89, 4* f. petitio]. *cf. p. 1695, 39*). TERT. idol. 23, 1 (*agitur de eis, qui pecuniam pignore dato mutuantur*) tempus -is et locus tribunalis et persona praesidis (*ad IIB2 trahunt Waszink-van Winden ipsum actum negotii intellegentes coll. p. 1683, 3*). VLP. dig. 47, 20, 3, 1 stellionatus accusatio ad praesidis cognitionem spectat; ... *quod* in privatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus -o.

2 *iuxta ponuntur* actio, petitio (exactio *l. 49; saepe* a. p. -o *per asyndeton, ubi vocem -is ad litis partem ultimam refert Casavola, Actio ..., 1965, sed v. Kaser-Hackl, Röm. Zivilprozeßrecht, 236 adn. 32; cf. distinctionem dubiam* PAPIN. dig. 44, 7, 28 actio in personam infertur, petitio in rem, -o in rem vel in personam rei persequendae gratia [*aliter* VLP. *l. 28 et* PAVL. dig. 50, 16, 34 actionis verbo etiam -o continetur]): RHET. Her. 2, 12, 18 quaeritur ..., num aliquis eius rei actionem, petitionem aut -em habeat (pro *var. l.*). LEX Vrson. (CIL I^2 594) 73, 7 eius ... pecuniae, cui volet, petitio -o exactioq(ue) esto (*in simili formula*: 74, 16 p. -oq(ue) [*al. in hac lege*]. 125, 27 pecunia⟨e⟩ ... rec(iperatorio) iudicio aput IIvir(um) praef(ectum)ve a. p. -o ... e(sto) [*al. in hac lege*]. LEX Salpens. [CIL II 1963] 2, 11 eius ... pecuniae deque ea pecunia ... a. p. -o esto [*item saepius in* LEGE Malac. *et* Irnit.]. *cf. supra l. 3*). TAB. cer. Pomp. Année Epigr. 1978 n. 124 (*a. 35*) me convenisse cum ... m(erc)atore *quodam* de rebus ratio⟨ni⟩bus controversiis a. p. -busque, quae sunt in⟨ter me⟩ et eum. IVLIAN. dig. 46, 8, 23 cuius de ea re a. p. -o sit. FLORENT. dig. 46, 4, 18, 1 (*verba stipulationis Aquileianae*) quarum ... rerum mihi tecum a. quaeque ⌞adversus⌟ te p. vel adversus te -o est eritve (⌞ ⌟ abs INST. Iust. 3, 29, 2). VLP. dig. 50, 16, 10 ex quacumque a. vel -e. 50, 16, 49 si quid est in a. p. -bus. COD. Theod. 4, 14, 1 pr. *si* persona qualicumque a. vel -e pulsetur. 13, 6, 6 actione in rem et -e concessa.

B *in sermone Christianorum de insectatione, vexatione quae propter fidem fit* (*de homine p. 1681, 33; agunt res sub 1aδ*): **1** *exempla usum illustrantia*: **a** *-em patiuntur Christiani* (*eorum aedificia p. 1681, 10; ad rem v. Vogt, RAC II 1159 sqq., Last, ibid. 1208 sqq. et studia allata in: Handb. Lat. Lit. IV 421*): **α** *ab Iudaeis vel paganis* (*subest diabolus l. 72 sq.*): Ⓘ *exempla varia*: VET. LAT. Matth. 13, 21 (cod. 9. *al.* = VVLG.) facta ... tribulatione et -e *infirmi scandalizantur.* act. 8, 1 (cod. 50. *al.*) facta est ... -o magna super ecclesiam. II Tim. 3, 12 (cod. 75. *al.* = VVLG.) omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, -em patientur. TERT. castit. 12 l. 21 expeditissimus in -bus, constantissimus in martyriis. fug. tit. 'de fuga in -e'. 1, 3 quis est ... exitus -is, ... nisi probatio et reprobatio fidei? ... iudicium est -o *eqs.* 2, 1 videtur -o a diabolo evenire (*cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 1 p. 442, 15 *diabolus eis* fuit 'princeps' -is. *al.*). scorp. 10 p. 168, 13 synagogas ..., fontes -um, apud quas apostoli flagella perpessi sunt. PASS. Perp. 11, 9 qui eadem -e vivi arserunt. CYPR. Demetr.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12 iniustis -bus (*postea*: iustos ... domo privas ..., catenis premis, bestiis ... punis *eqs.*). epist. 59, 18, 2 *haeretici* ipsam pacem -e peiorem fratribus faciunt. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10, 2 quod -o illa non per totum mundum, sed localis fuisset. Ps. CYPR. ad Novat. 6, 5 qui prima acie, id est Deciana -e, vulnerati fuerunt (PASS. Mar. Iac. 5, 2). PASS. Montan. 2 post popularem tumultum ... postque ... in acerrimam -em Christianorum praevaricatam violentiam. INSCR. Année Epigr. 1977 n. 184 (*Ferentini*) ⟨saevis⟩sima -e (*sc. anni 303?*). HIER. chron. a. Abr. 2378 *Iuliano imp.* blanda -o fuit inliciens magis quam inpellens *eqs.* *et saepissime.* *peculiariter laedi videntur sacra aedificia*: ORIG. in Matth. ser. 39 p. 75, 9 (*Christianis post terrae motum incusatis*) -es passae sunt ecclesiae et incensae sunt. Ⓘ -es *numerantur* (*aliter infra l. 42*): HIER. chron. a. Abr. 2084 primus Nero ... -em in Christianos facit (*pars codd. in marg.* prima -o a Nerone [*sim.* a. 2110. 2123. *al. usque ad* a. 2317 (decima) -o, *sc. Diocletiani*]. *sim. numerantur decem*: AVG. civ. 18, 52 [*enumerationem eam reprobat*]. SVLP. SEV. chron. 2, 28, 1 – 2, 32, 4. OROS. hist. 7, 7, 10 – 7, 25, 13. *al.; cf.* LEO M. serm. 76, 6 octava). *sex numerantur* COMPVT. cod. Col. prol. 3 p. 228 sq., *septem* COMM. apol. 808 erit initium *finis* septima -o nostra (*cf. apoc. 15, 1; spectare vid. ad β*).

β *ab Antichristo* (*sc. sub finem mundi; cf. l. 18. 42*): TERT. praescr. 4 l. 15 tunc Antichristus -um atrocitate persequetur *ecclesiam.* CYPR. epist. 58, 7, 1 futurae -is metu. HIER. Victorin. Poetov. in apoc. 6, 12 est novissima -o (6, 14. AVG. civ. 18, 52 p. 338, 28 n. Antichristi -o. *al., cf. ibid.* p. 338, 3 nullam iam superesse praeter undecimam *-em eqs.*). AVG. civ. 20, 13 tit. tempus -is Antichristi (20, 23 tit. SVLP. SEV. dial. 2, 14, 3. *adde l. 23*). SVLP. SEV. chron. 2, 28, 1 (*exspectatur Nero quasi praecursor Antichristi; sim.* dial. 2, 14, 1). *al.*

γ *ab haereticis, schismaticis* (*haereticus a catholico l. 35, tales actiones a -e distinguuntur l. 2 et* TERT. praescr. 4 l. 15 quod -o et martyras facit, haeresis apostatas tantum): CYPR. epist. 43, 3, 1 (*item* laps. 16) -o est haec alia et alia est temptatio (*respicitur dissensio de lapsis in Deciana -e ut*: 43, 4, 2 [*opp.* paci et tranquillitati]. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6, 1 interiorem ... -em). 52, 2, 2 *Novatus* in ipsa -e ... alia quaedam -o nostri fuit. patient. 21 haereticorum (RVFIN. apol. ad Anast. 2. *al.*). ARIVS ad Euseb. vers. α 1 (*cf.* vers. *β et γ*) Arius, qui -em patitur ab Alexandro papa iniuste propter ... veritatem (*subest* Matth. 5, 10). HIL. coll. antiar. app. p. 181, 12 ne diutius catholicae ecclesiae ... intolerabiles sustineant -es. Ps. ATHAN. Lucif. epist. 3 l. 21 o novum genus ... -is. CLEM. ad Cor. 3, 2 (*inter vitia, quae in ecclesia orta sunt*) -o et inconstantia. RVFIN. Orig. in gen. 13, 3 p. 116, 21 amici litterae ... -es parabunt *mihi allegorizanti.* AVG. in psalm. 9, 27 prima ... -o ecclesiae violenta fuit ...; altera -o fraudulenta est, quae nunc per ... haereticos et falsos fratres agitur; tertia superest per Antichristum ventura *eqs.* VICT. VIT. (*tit. in parte codd. trad.*) historia -is Africanae provinciae temporum Geiserici *eqs.* *al.*

δ *a peccatis, temptatoribus sim.* (*sec.* II Tim. 3, 12 [*v. p. 1680, 69*] *e. g. apud* AMBR.; *cf. l. 31. p. 1682, 53*): CYPR. mortal. 5 (*in imag. pugnae*) cum avaritia nobis, cum impudicitia ... *cotidie* congressio est; ... tot -es cotidie animus patitur. HIL. myst. 1, 30, 1 ecclesia ... ex peccatorum -um ... flammis succenditur. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 22, 2 in pace plures -es esse coeperunt; nullus erat tempore -is *externae* adulator, qui ... mentem ... temptaret. 20, 45, 2 -um temptamenta. 20, 46, 1 multi in -e publica coronati occulta hac -e ceciderunt. 20, 50, 1 in -bus interioribus (*cf. ibid.* intimis; *opp.* forensibus). HIER. epist. 14, 4, 1 erras, si putas umquam Christianum -em non pati; ... adversarius ... circuit et tu pacem putas? RVFIN. Orig. in gen. 7, 3 p. 74, 6 si forte te voluptas carnis illiciat ..., haec ... tamquam -em maximam fuge. AVG. serm. 4, 37 *non* desunt quotidie -es a diabolo. *al.*

b *-em patiuntur Iudaei* (*pagani* SVLP. SEV.): *a paganis vel ab ipsis Iudaeis* (*spectat ad tempus veteris test.*): IREN. 4, 33, 9 l. 166 veteres prophetae sustinentes -em (*cf.* PRISCILL. tract. 10, 124 quod profeta in -e sustinuit. *al.*). CYPR. Fort. 11 p. 340, 9 quod *Maccabaeus quidam* -em a rege pateretur (*sc. ab Antiocho, qui etiam paganos propter fidem persecutus esse dicitur* SVLP. SEV. chron. 2, 21, 4 Graecis urbibus ... -is malo turbatis *eqs.*). AMBR. Hel. 9, 30 Esther ... populum Iudaeorum a -is acerbitatibus liberavit. *al.* *a Christianis*: COD. Theod. 16, 8, 26 *ut* ab eorum *Iudaeorum* laesione -eque temperent utque ... synagogas eorum nullus occupet, nullus incendat.

2 *syntactica et stilistica*: **a** *structurae pendentes, quae indicant:* *quis -e afficiatur:* *gen. obi. vel pron. poss. saepe.* *adi.* dominica: GREG. M. moral. 2, 54 l. 29. *praepos.*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10, 1 ut ... -o ... adversum nos ... fieret (*sim. iuxta locut. verb. l. 13. p. 1680, 68. al.*). GAVDENT. serm. 11, 6 contra iustum -o iniquorum. *a quo -o oriatur:* *gen. subi., pron. poss.: e. g. l. 72. p. 1682, 10 et* CYPR. Demetr. 16. *adi.*: Deciana: *v. l. 4*; gentilis: NICET. appell. p. 4, 9; diabolica: SACR. Leon. 837; Arriana: GREG. M. dial. 3, 32, 1. *al.* *praepos.*: TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 554, 14 a proximis ... -es (*cf. Luc. 21, 16 sq.; item* ab: *p. 1681, 14. 56. al.*). OPTAT. 3, 8 p. 90, 11 haec erat -o sub Decio (p. 90, 13 quae *-o* fuit sub Decio). *quam ob rem -o fiat*: VET. LAT. Gal. 6, 12 (cod. 78. *al.* = VVLG.) crucis Christi -em (cod. 89 per crucem. *explicat* THEOD. MOPS. propter Christum). **b** *locutiones adverb. quaedam*: in -e, -bus: VET. LAT. II Cor. 12, 10 (cod. 75. *al.* = VVLG.). II Thess. 1, 4 (*ibid.*). TERT. fug. 1, 1. 5. *et saepissime; cf.* in tempore -is: TERT. fug. 1, 5 ieiun. 9 p. 285, 13 CYPR. epist. 59, 13, 1 HIER. in Ier. 2, 72, 2. *al.* inter -es: AVG. civ. 5, 14 p. 219, 13. *al. in hoc opere.* CHROMAT. in Matth. 42, 6 l. 112 SACR. Leon. 717. post -em: FILASTR 48 post Decii ... -em. sub -e: CALDON. Cypr. epist. 24, 1 (*loco corrupto*). LEO M. serm. 37, 2. *abl.* -e: *p. 1680, 75. 1681, 5. al.; cf.* tempore -is: CYPR. zel. 16 OPTAT. 2, 25 p. 65, 3. *et saepius.* **c** *iuncturae verbales potiores*: -o *est pro subi.*: fieri: VET. LAT. Matth. 13, 21 (cod. 3. *al.* = VVLG.). act. 8, 1 (cod. 50. *al.* = VVLG.). CYPR. epist. 58, 2, 2 LACT. inst. 5, 22, 18. *al.* oriri: VET. LAT. Marc. 4, 17 (cod. 4. *al.* = VVLG.). CHROMAT. beat. 8. *cf.* exoriri: CYPR. epist. 61, 3, 1 SVLP. SEV. chron. 2, 32, 4 GREG. M. dial. 3, 32, 1; oboriri: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10, 1. -o *est pro obi.*: facere (fieri *v. l. 13*): IREN. 4, 8, 3 LACT. inst. 5, 2, 12. *et saepius.* pati: *saepissime inde a* VET. LAT., *v. e. g. p. 734, 21 sqq., cf. etiam l. 45. p. 1679, 63*). sustinere: VET. LAT. II Thess. 1, 4 (cod. 75. *al.* = VVLG.). TERT. scorp. 9 p. 163, 19 IREN. 4, 33, 9. *al.* **d** *iuxta posita notabiliora*: angustia(e): VET. LAT. Rom. 8, 35 (cod. 75. *al.* = VVLG.). II Cor. 12, 10 (*ibid.*). TERT. uxor. 2, 8 l. 48. *al.; cf.* -is angustiis: HIER. epist. 58, 10, 1. passio: VET. LAT. II Tim. 3, 11 (cod. 75. *al.* = VVLG.). *al., v. p. 621, 22 sqq.* pressura: VET. LAT. II Thess. 1, 4 (Tert. scorp. 13. *al.*). *al., v. vol. X 2, 1197, 32 sqq. et cf.* p. -is CYPR. laps. 26. temptatio: TERT. fug. 2, 5 quae maior t. quam -o? mart. 2, 7 spect. 27 p. 26, 8 CYPR. patient. 20. *al.; cf.* -is temptatio: CYPR. epist. 43, 7, 2 Ps. CYPR. ad Novat. 6, 4, *ceterum p. 1681, 51.* tribulatio: VET. LAT. Rom. 8, 35 (cod. 75. *al.* = VVLG.). II Thess. 1, 4 (*ibid.*). HIER. in Ier. 2, 73. *al.* **e** *opp.* pax: *p. 875, 14 sqq. 1681, 2. 32. 49. 54. al., e. g.* COMM. instr. 2, 25, 7.

II *usu vario in sermone communi*: **A** *respectu motus vigente (exempla certiora); -em patiuntur*: **1** *animalia* (*in imagine* CHROMAT.): GAIVS dig. 41, 1, 5 pr. (*sim.* inst. 2, 67 [*inde* INST. Iust. 2, 1, 12]) *cum fera oculos* effugerit vel ita sit in conspectu nostro, ut difficilis sit eius -o (*agitur de dominio ferarum, cf. ibid.* 41, 1, 5, 4 *examen apium nostrum est, donec non* difficilis eius -o est [*inde* INST. Iust. 2, 1, 14]. VLP. dig. 41, 1, 44 cum effugerunt bestiae nostram -em). **2** *homines*: APVL. met. 4, 27, 4 *latro* importunae -is indignatione permotus *occidit maritum, qui sponsam abductam repetebat.* VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 6 *princeps Iudae* allophylos sua -e subiecit. ITIN. Alex. 48. INTERPR. Paul. sent. 5, 12, 6 si quis aliquem ... de latronum aut hostium -e vel manu eripuit. *al.* -em pati *est fere i. q. fugari, pelli*: Ps. PHILO antiq. 54, 1 exierunt filii Israel pugnare ...; et -em passi ... in congressu primo *eqs.*

B *cetera exempla*: **1** *de actione, qua infestantur, opprimuntur, vexantur*: **a** *homines* (*peccatum l. 56*): **α** *puniendi, castigandi, probandi causa* (*cf. p. 1680, 71; usus vituperatur* EPIST. pontif. Gassó-Batlle 52, 5 hominum vaniloquia ... dicentium, quia -em ecclesia faciat, dum ... *commissa* reprimit): VET. LAT. sap. 11, 21 -em passi ab ipsis factis suis (*sc. Aegyptii impii ut*: 16, 16 pluviis -em passi. 16, 18 dei iudicio ⌞patiuntur -em⌟ [*gr. ἐλαύνονται*]). GAVDENT. serm. praef. 35 sanctum Iob ... deus ... angustiis -um ... temptari permittit, ut probet *eqs.* AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 23, 2 ('iniuste persecuti sunt me') est etiam iusta -o, si oderimus obscenos. AVG. in psalm. 34, serm. 2, 13 l. 18 multi habentes bonam causam faciunt -em. PROSP. in psalm. 100, 5 bona -o, quae ... peccatum hominis insectatur. HESYCH. in lev. 26, 27 p. 1154[B] ex sui cordis duritia -em patiuntur *Iudaei.* GREG. M. moral. 14, 60 l. 7 cum ... sanctus quisque flagellari permittitur, scit quod -em contra commissa vitia ... patiatur (*cf. p. 1684, 68 sq.*). **β** *varia ratione*: TERT. adv. Iud. 10, 6 Ioseph -em a fratribus passus est. SORT. Sangall. 37, 3 cave inimici -em (37, 4). FIRM. math. 3, 12, 20 *constitutio siderum quaedam* a mulieribus indignis multas faciet -es. AVG. civ. 18, 7 p. 264, 6 *in Aegypto dei populus* -bus ... et laboribus premebatur. HIL. AREL. vita Honorat. 8 l. 13 *e conversione filii* parentum -o suscitatur (*sc. qui eum Christianum fieri nolebant*). FVLG. myth. 3, 6 p. 68, 15 *Psychen* multis iactatam Veneris -bus. CASSIOD. var. 3, 27, 1 diu varia -e iactatus ad *nos* ... convolasti (*postea*: ne privata odia in te satiarentur). *al.* *bonos sollicitant, contristant alii peccando sim.*: AVG. in psalm. 54, 8 l. 71 (*ad II Cor. 11, 29*) aliorum scandala -es ... *apostolo* fuerunt. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 17, 2 (*seq.* quos cum boni conspiciunt, graviter gemunt).

b *corporis officia, actiones* (*sc. morbo, passione*): CAEL. AVR. acut. 2, 27, 144 peiorante passione thorax ... exstantior fiet accedente spirationis -e cum quodam sibilatu vehementi. 3, 5, 50 pulsus densus et quadam -e fugatus.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de qualibet actione sequendi* (*cf. p. 1680, 37*): **a** *qua continuatur aliquid* (*cf.* GLOSS.[L] II Philox. PE 236 -o: *δίωξις ἐπανάληψις*): APVL. met. 10, 27, 2 *coniuge per venenum interfecto mulier petebat* pauxillum de ea potione ... ad (ob *trad.*) incepti negotii -e⟨m⟩. **b** *qua diligenter investigatur vel exponitur, narratur aliquid*: MACR. Sat. 5, 13, 41 (*de Vergilio Homeri imitatore*) hinc adfectuum naturalis expressio, hinc monumentorum -o, hinc parabolarum exaggeratio.

persecūtor, -ōris *m.* *a* persequi. *de notione*: ISID. orig. 10, 226 -r non semper pro malo intellegitur; unde et persecutus, perfecte secutus. SYNON. Cic. p. 429, 17 insecutor. -r. peremptor. perditor. GLOSS. (*ἐπι*)*διώκτης*. *legitur inde a* VET. LAT., TERT. (*in versibus apud* PRVD. *et* SIDON.), *raro apud paganos* (*v. infra sub II*). [*confunditur in codd. c.* prosecutor, *v. illic.*]

i. qui persequitur (*ponitur in malam partem praeter p. 1684, 46 sqq. 63 sqq. 71*). *gr. respondet διώκτης praeter l. 27. ponitur pro adi. imprimis l. 66 sqq., ceterum cf. p. 1684, 39. 45. 58. 62. quis (quid) persecutionem patiatur, indicat saepe gen. vel pron. poss. (nota usum refl. infra l. 51). de iunctura* ex -e *l. 34 cf. vol. V 2, 1102, 10 sqq. iuxta ponuntur saepe alia subst. in* -or *desinentia, v. imprimis l. 58 sqq., adde l. 64. p. 1684, 9. 11. 14. 66. al.*

I *technice apud Christianos de eo, qui alios propter fidem persequitur* (*subiunximus usus quosdam laxiores hinc derivandos, v. l. 50. 64. p. 1684, 20. 26. 28 sqq.; -es sunt dissentientes, obloquentes potius quam vi agentes e. g. l. 39. 43. p. 1684, 7*): **A** *persecutionem patiuntur Christiani* (*natura humana vel genus humanum p. 1684, 7. 26*): **1** *ab Iudaeis vel paganis*: **a** *ponitur pro subst.*: **α** *exempla varia*: VET. LAT. Matth. 5, 44 (Tert. patient. 6, 6, *sim.* Faust. Aug. c. Faust. 19, 3) diligite inimicos vestros ... et orate pro -bus vestris (*gr. τῶν διωκόντων ὑμᾶς, Vulg.* pro persequentibus ... vos. *pendent e. g.* TERT. apol. 31, 2. AMBR. paenit. 1, 10, 47 Stephanum pro -bus suis ... deprecatum). I Tim. 1, 13 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) prius fueram blasphemus et -r et iniuriosus. TERT. nat. 1, 7, 8 ut ... de persona -is (*sc. Neronis*) ponderetis, *quales sint Christiani.* apol. 31, 2 *nulli homines* magis inimici et -es Christianorum quam *principes* (AVG. in Gal. 64, 5 [*de Saulo ut*: serm. 149, 17]. *al.*). adv. Marc. 5, 1 p. 570, 1 -em ecclesiarum (*de Saulo ut*: CYPR. epist. 71, 3, 1. HIL. trin. 4, 39 ex -e e. dixit *eqs.* [*antea*: apostolus ait]. PRISCILL. can. 71 p. 139, 3. *al.; de aliis e. g. l. 61 et* CHROMAT. in Matth. 35, 5 Iudaei ac gentiles e. -es). 5, 4 p. 584, 5 -es ... Christi ([*secl. Kroymann*]. VICTORIN. POETOV. in apoc. 13, 3. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 21 p. 1548 Caiphas. *al.*). test. anim. 1 p. 134, 7 *philosophi* aemuli -esque eius *christianae veritatis* (ACT. Petr. 22 p. 69, 30). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10, 1 praeses *quidam,* acerbus et dirus -r. LACT. inst. 5, 23, 1 iniustissimi -es, *sc. principes pagani.* mort. pers. tit. liber ... de mortibus -um (*Hier. vir. ill. 80, 2* de persecutione). HIL. in psalm. 122, 10 religionem *nostram* ... omnis ex gentibus -r exprobrat. trin. 10, 42 l. 30 de -um manibus *elabi* (*cf.* AVG. c. Faust. 12, 11 p. 339, 21 de manu -is. VEREC. in cant. 4, 8 l. 3. *al.*). OPTAT. 3, 8 p. 91, 5 sub -e Floro (*item apponitur nominibus singulorum*: HIER. tract. in psalm. I p. 54 l. 138 Iuliani -is. vita Pauli 2 sub Decio et Valeriano -bus. *al.; nomini gentis*: AVG. civ. 17, 4 p. 208, 14 -es Iudaei [c. Fel. 2, 17 p. 846, 23. OROS. hist. 7, 5, 1 *Caligula* Romanis blasphemantibus et Iudaeis -bus punitor *fuit. al.*]). *et saepe. inde transfertur ad eum, qui se ipsum castigat*: BACHIAR. repar. laps. 16 p. 1054[A] si ... defuerit ... *passionis* occasio, ipse tibimet ipsi tuus poteris esse -r, ut ... 'per omnem mortem constituas te deo' (*Rom. 12, 1; antea*: ipse tibi tortor exsiste). **β** *in figura creberrima orationis Saulo -i opponitur apostolus sim. conversus* (*transfertur ad alios l. 59. 61*): TERT. adv. Marc. 5, 1 p. 570, 10 apostolum *factum* ... -em (5, 2 p. 573, 21 *conversio* de -e in a. HIL. trin. 6, 20 l. 21 ex -e a. AMBR. paenit. 1, 10, 47 factus a. est, qui fuerat -r. PAVL. NOL. epist. 29, 8 p. 254, 14 cecidit -r, ut a. surgeret. *al.*). praescr. 23 l. 16 demutatus in praedicatorem de -e (*et saepe, v. vol. X 2, 549, 59 sqq.* [*transfertur ad alios etiam* PAVL. NOL. epist. 18, 7 p. 135, 15 AVG. serm. 87, 14]). AMBROSIAST. in Gal. 1, 24 de -e fecit defensorem (ACT. Archel. 38, 5. *de aliis*: QVODV. haer. 7, 11. symb. 2, 5, 19 *reges,* qui erant ecclesiae -es, eius facti sunt d.). AVG. serm. 56, 14 (*opp.* adiutor). 278, 1 ex -e Christianorum annuntiator Christi factus est. *al.* *inde per inversionem*: PASS. Petr. Paul. long. 39 p. 153, 20 ut *Paulus* defensor veritatis et -r existeret falsitatis.

b *ponitur potius pro adi.* (*exempla potiora; addas fortasse l. 49*): Ps. ORIG. tract. 13, 33 multi ex illo -e populo ... conversi *sunt* (*de Israel ut*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 8 AVG. in psalm. 123, 7 serm. 218, 15 CASSIOD. in psalm. 108, 23 l. 371. GREG. M. moral. 9, 44 infidelis ac -r p.). HIER. in Eph. 5, 16 p. 527[B] -em iudicem. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 26 gentiles ... populi et -es principes (AVG. epist. 228, 9. VEREC. in cant. 9, 12 -bus imperatoribus et p.).

2 *ab haereticis* (*Donatistae a catholicis p. 1684, 12*): HIL. c. Const. 5 (*antea de Nerone, Decio*) at nunc pugnamus contra -em fallentem, ... contra Constantium Antichristum, qui ... non caput gladio desecat, sed animam auro occidit *eqs.* (*de eodem Arianisve*: 9 l. 15 novus ... religionis divinae -r [LVCIF. Athan. 2, 5 l. 69 cum sis praevaricator ..., desertor ..., cum -r dei r. *al. apud eundem*]. Ps. ATHAN. Lucif. epist. 4 l. 75. AVELL. 95, 63 [*de Vandalis*]. *al.*). AVG. coll. c. Don. 3, 23, 41 *Donatistas* innocentium -es apud imperatorem extitisse (*de eisdem*: c. Cresc. 4, 48, 58 p. 555, 13. epist. 89, 2 quis non videt, qui magis -es vocandi sunt?). c. Pelag. 4, 4, 4 p. 524, 17 humana creatura ... habens ... utrosque -es (*sc. Manichaeos et Pelagianos doctrinam orthodoxam de natura hominis oppugnantes. item de Pelagianis* 4, 8, 24 gratiae dei non solum desertores, sed etiam -es). LEO M. epist. 111, 1 Conc.[S] II 4 p. 63, 12 de -bus ... Flaviani, *sc. ex parte Eutychetis.* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 41, 32 quem *Nestorium* ... futurum expectabamus pastorem verum, hunc rectae fidei -em invenimus. *al.* *a catholicis persecutionem se pati dicunt Donatistae*: PETIL. Aug. c. Petil. 2, 21, 47 p. 47, 28 -r et traditor caecus falso baptismate (*eodem iuxtapos.*: AVG. coll. c. Don. 3, 4, 4 mandatum Donatistarum adversus t. et -es factum erat. epist. 35, 4 *presbyter* clamavit, quod t. et -es essemus. *al.*). 2, 23, 51 erubescite, -es: similes Christo martyres facitis. AVG. c. Cresc. 3, 47, 51 p. 459, 21. *al.*

3 *a diabolo, daemonibus sim.* (*Iuda* SEDVL.): AMBR. paenit. 1, 11, 51 *virum* descendentem in Hiericho (*Luc. 10, 30*), hoc est ... in cupiditatem, vulneratum a latronibus, hoc est a -bus (*sc. daemonibus sim.*). in psalm. 118 serm. 11, 21, 1 multi -es, non solum quos videmus, sed *eqs.* 20, 43, 2 (*antea*: adversarius) non unus -r est, multos ministros habet. *ibid.* 20, 51, 2. AVG. serm. 4, 36 l. 819 diabolus -r est, numquam deficit occasio coronae. l. 822 non te urget -r occultus illecebris carnis? EVSEB. GALLIC. hom. 35, 12 de -e iniquo ... triumphare. SEDVL. op. pasch. 5, 10 p. 281, 11 *ut serpens in paradiso,* sic et *Iudas, draco novissimus,* ... generationis humanae factus est -r. VITAE patr. Iurens. 29 contra spiritum -is antiqui.

4 *a quibuslibet temptatoribus, temptationibus* (*cf. sub 3*): AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 46, 1 isti sunt -es graves, ... qui inlecebris magis quam terroribus animos expugnant fidelium (*cf. de ipsis vitiis p. 1696, 61*). GREG. M. moral. 3, 37 qui ... ad mala nos vel verbis vel exemplis illiciunt, profecto -es nostri sunt, a quibus tentationum certamina sumimus. ACT. Petr. 6 p. 53, 16 *Simonem Magum* seductorem et -em bonorum esse.

B *persecutionem patiuntur Iudaei a paganis vel ab ipsis Iudaeis* (*aliter l. 51*): LVCIF. Athan. 1, 18 l. 44 Achab, Heliae -r. non parc. 12 l. 2 Antiochus -r nostrae religionis (*de eodem Maccabaeos persequente*: GAVDENT. serm. 15, 18 cum non valuisset constantiam ... atrocitate cruciatuum superare callidus -r. PASS. Macc. 11, 24 inimice pietatis, iustitiae -r. HEGES. 5, 22, 1 p. 350, 30 -r barbarus. AVG. serm. 300, 2 a rege impio et -e. VAL. CEM. hom. 18, 3). VVLG. Esth. 9, 2 ut *Iudaei in regno Asueri* extenderent manum contra inimicos et -es suos. *al.*

II *usu vario*: **A** *vigente respectu motus* (*in imag.* PALLAD. *et fort.* ENNOD.); *persecutio fit*: **1** *quolibet modo*: DON. Ter. Eun. 549, 2 ('num quis hic me sequitur?') metuit, ... ne quis sui -r exsistat. SERV. georg. 4, 230 'fumos sequaces' quippe apium -es. PALLAD. hist. mon. I 47 *eremita vanus* pastor ... videbatur esse ventorum atque -r umbrarum (*sec. Sirach 34, 2* qui ... persequitur ventum). ENNOD. epist. 9, 10, 1 p. 235, 6 *sectaris loca* abdita, ita ut nusquam te ⌞sagacis⌟ boni -r inveniat ('*an* sagax?' *Hartel in indice*). **2** *vi, armis*: CLAVD. DON. Aen. 3, 235 p. 298, 4 Celaeno ... *dicit* Troianos -es innocentium harpyiarum (*cf. Aen. 3, 249* pellere regno). VVLG. II Esdr. 9, 11 *Iudaeorum* -es ... proiecisti in profundum (*sc. Aegyptios in mare Rubrum*). SVLP. SEV. dial. 2, 9, 6 *sancto iubente* lepusculus -bus (*sc. canibus*) alligatis incolumis evasit. ROMVL. fab. 73, 1 (rec. vet. *et* gall.) cum -em fugeret ... lupus (*de venatore ut ibid.* 73, 5 [rec. vet.]. 73, 8. 11 [rec. gall.]). *al.*

B *cetera exempla; dicitur de eo*: **1** *qui infestat, oppugnat*: **a** *homines* (*v. etiam l. 68*): CYPR. patient. 10 p. 404, 8 Iacob fugatus a fratre ... excedit et ... postmodum supplex adhuc magis impium et -em *mitigavit.* HIER. psalt. sec. Hebr. 141, 7 libera me a -bus (*Vulg.* persequentibus me). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 48, 4 deus, ais, ... ipse est nascentium -r, ipse pro mala voluntate aeternis ignibus parvulos tradit. SALV. gub. 2, 14 cum *patrem David* fugasset e regno filius -r (*de eodem* GREG. M. epist. 11, 27 l. 68). **b** *vitia, mala*: HIST. AVG. Alb. 11, 7 aversae, *i. praeposterae,* Veneris semper ignarus et talium -r. AVG. epist. 153, 3 est ... *humanus,* qui propterea est criminis -r, ut sit hominis liberator (*cf.* serm. 9, 10 l. 368 est medicus febris -r, ut sit hominis liberator [*antea*: odit febrientem]). in psalm. 100, 8 ('detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar') ecce -r bonus, non hominis, sed peccati (*sc. deus ut* GREG. M. moral. 14, 60 [*iungit psalm. 100, 5 cum Iob 19, 22*]. *aliter l. 60 sq.*).

2 *qui curat, investigat aliquid*: HIST. AVG. Maximin. 27, 7 *hae arrae regiae fuerunt,* ut Iunius Cordus loquitur (harum rerum -r es⟨t⟩).

f. **persecūtrīx,** -īcis. [*legebatur olim* Ps. AVG. alterc. l. 522.] *i. quae persequitur:* *in explicatione adi.* sequax: SERV. georg. 2, 374 ('capreae ... sequaces inludunt *frondi*') -es (*addit* auct.: seu quod vites avidius persequantur [*v. p. 1688, 70*]. *sim.* SCHOL. Verg. Bern. *et* BREV. Ex-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pos. *ad l.*). Aen. 5, 193 *Maleae* promunturium ..., ubi undae sunt 'sequaces', id est, -es. 8, 432 'sequacibus *flammis fulminis*': -bus (*addit* auct.: quoniam rapax natura ignis est). *pro subst. de ea, quae vexat*: Avg. cons. euang. 1, 25, 38 prohiberet coli ... Hercules Iunonem -em suam.

[persecūtōria, -ae *f. v.* prosecutoria.]

persedeo, -sēdī, -ēre. *a* per *et* sedere. Not. Tir. 50, 31 -et. 50, 40 -edit. *scribitur* -sid- *in var. ll.* Sen. epist. 59, 12. Cvrt. 9, 9, 23 (*v. et p. 1708, 22*). *perf.* -edit *testatur* Varro ling. 9, 49 (*vix a* persido). *legitur inde a* Varrone (*in versu* Prop.). [*var. l. pro* ob- Dares 35 p. 43, 6.]

fere i. q. sedere pergere, usque ad finem sedere (*-ent homines [in equo sim. l. 16. 19. 30]; vix huc trahas res p. 1708, 13. 19; plerumque indicatur, quam diu vel qua re intercedente actio continuetur; accedit adi. praedic. fort. l. 14*): **1** *indicatur, ubi*: **a** *vario modo*: Prop. 3, 12, 37 *mala multa tulit Vlixes,* nec frustra, quia casta domi -erat uxor. Sen. epist. 108, 5 qui multis apud philosophum annis -erint. Vet. Lat. num. 22, 22 (cod. 100) stetit angelus dei in via ...; -bat *Balaam* super asinam suam et duo pueri ibant cum eo (*gr. ἐπιβεβήκει, cuius praeverbium interpres fort. vi durativa accepit* [*cf. ἐπιμένω*]; *Vulg.* sedebat). **b** *per praepos.* in *c. abl.*: Liv. 45, 39, 18 in equo dies noctesque -endo habeo *tumorem.* Sen. contr. 1 praef. 19 *Hortensius* in auctione -edit per diem totum. Val. Max. 1, 5, 4 cum *Caecilia* in sacello ... *ominis petendi* gratia aliquamdiu -isset. Cvrt. 9, 9, 23 curae *regem non* obruunt, quin tota nocte -ret in speculis (-sid- *var. l.*). Frontin. strat. 4, 5, 5 (*apud Cannas*) L. Paulus ... offerente equum Lentulo, quo fugeret, ... in eo saxo, cui se vulneratus adclinaverat, -edit, donec ab hostibus ... confoderetur.

2 *cetera exempla*: Vitr. 5, 3, 1 *spectatores* per ludos ... cum coniugibus et liberis -entes delectationibus detinentur (*cf.* Svet. Claud. 34, 2 ut et prima luce ad spectaculum descenderet et meridie, dimisso ad prandium populo, -ret). Sen. epist. 59, 12 dum *Alexander* circumit muros ..., sagitta ictus diu -ere, *sc. in equo,* et incepta agere perseveravit (-sid- *var. l.*).

persēdo, -āre. *a* per *et* sedare. Not. Tir. 50, 49 -at.

persēdūco, -dūxī, -ere. *a* per *et* seducere. *i. q. (penitus) seducere*: Act. Petr. 31 (*loq. Simon Magus*) *Petrum* adtenditis tamquam potentiorem me: -xit enim vos (*gr. ἠπάτησθε*).

persēgnis (-sīg-*?*), -e. *a* per *et* segnis. *i. q. valde segnis*: Liv. 25, 15, 12 pedestre proelium fuit -e. Cypr. Gall. exod. 919 si *quis* -is accepta animalia perdit *eqs.* (-sig- *trad.; cf. 912* custodia segnis).

persēmino, -āre. *a* per *et* seminare. *fere i. q. per omnia loca seminare*: Epist. pontif. 1027 Gassó-Batlle 68 qui *monachi* ad -anda scandala ab ecclesiastica se conmunione suspenderunt.

persēmōtus, -a, -um. *a* per *et* semotus. *i. q. penitus semotus*: Petr. Chrys. serm. 136, 1 l. 13 animus ... ab omni morbo arrogantiae -us.

[persenēsco, -uī, -ere *non nisi in falsa var. l. pro* con- Evtr. 1, 11, 2.]

persenex, -is *adi.* *a* per *et* senex. *i. q. valde senex*: Svet. gramm. 9, 1 *Orbilius* iam -x pauperem se ... quodam scripto fatetur.

persenīlis, -e. *a* per *et* senilis. *i. q. valde senilis*: Vvlg. Ios. 23, 1 Iosue (*abl.*) iam longevo et -is aetatis. *Spoth.*

⁎persentio, -sēnsī, -sēnsum, -īre. *a* per *et* sentire. *formae passivae desunt. legitur apud* Acc. (*semel ut* Lvcr.) *et* Verg. (*bis*) *et inde ab* Apvl., Tert. [*confunditur in codd. c.* praesentire Dict. 3, 25 Hier. in Am. 9, 2 l. 109. *al.* (*v. etiam vol. X 2, 858, 73 sqq.; restit.* Min. Fel. 13, 2).]

i. q. (vehementer vel penitus) sentire (*vi praeverbii saepe parum manifesta, cf. fortasse* percipere): **1** *-unt homines; pro obi. sunt*: **a** *eventus, incidentia, quae quis experitur, alicui accidunt* (*fere mala* [*hostes obsistentes* Coripp.], *aliter* Opt. Porf., Rvfin.; *exempla certiora; huc trahere possis p. 1686, 30. 37*): **α** *c. acc.*: Acc. trag. 26 hominum pectora *non* fragescunt, donec vim -sere imperi. Opt. Porf. carm. 28, 1 (= 28, 4) blanditias fera Mors Veneris -sit amando. Clavd. Don. Aen. 1, 525 p. 106, 29 violentia maris, quam ... naufragando -erant. 6, 715 p. 601, 4 malorum, quae in vita -erat (12, 20 p. 549, 22 *temeritatis* mala aut in aliis vidit aut ipse *senex* ... -sit). Rvfin. hist. mon. 19, 4 vim ... verborum *martyris* ... -sit in tantum, ut Christianum se ... fateretur (*cf. gr. 19, 3 κατανυγείς*). Ivlian. in Os. 13, 1 calamitatum ... experimenta -sit *Israhel.* Svlp. Sev. chron. 2, 21, 5 *rex* suomet scelere inopiam -erat. Oros. hist. 3, 1, 1 quem annum sicut gravissimum ... Roma -sit. 4, 1, 16 cladem ... -sit *exercitus Romanus* (Coripp. Ioh. 4, 87 Africa clades -sit ... saevasque rapinas). Petr. Chrys. serm. 120, 8 *Paulus non* sicut luna ... lucis detrimenta -it, sed ... in ... claritate persistit. Ps. Vict. Vit. hom. Migne 58, 265^{B} amissionem -unt. Dionys. Exig. Conc.^{S} IV 2 p. 201, 31 non credentes ... salutis damna -ent (*gr. ibid. p. 191, 12 ζημιοῦνται*). Coripp. Ioh. 1, 481 iam Maximianus in armis antiquos -sit avos *ducis Maurorum. al.* **β** *c. acc. c. inf.*: Leander hom. p. 893^{C} per quae *regna gentium* se inquietari -erit *ecclesia.*

b *quaelibet res, quas quis percipit, cognoscit*: **α** *potius mente, intellectu vel corde* (*saepius -untur latentia; cf.* Don. Ter. Andr. 966, 2 'scio' id est -si. Synon. Cic. p. 418, 3 certus sum ... cognovi. conperi. didici. accepi. -si): Ⓘ *c. acc.*: Lvcr. 4, 25 (*interpol.?*) percipis omnem naturam rerum ac -is utilitatem. Min. Fel. 13, 2 quod oraculum idem ipse *Socrates* -sit (praes- *trad.*). Ivvenc. 1, 303 *Maria non* -sit pondera verbi (*sec. Luc. 2, 50* non intellexerunt). Dict. 5, 9. Clavd. Don. Aen. 4, 295 p. 394, 9 ('dolos ... praesensit') Dido dolos prima -sit (*item* p. 394, 12). Rvfin. hist. mon. 1, 6, 8 immutationis suae damna *non* -sit (*postea*: intellexit). Pavl. Nol. carm. 16, 70 *Felix* -sit ... consilium Christi. Avg. in psalm. 41, 10 l. 27 aliquid incommutabile -si (*sc. deum*). Rvric. epist. 2, 18 *caritas* amorem fratris in se sui coniectione -it. Coripp. Ioh. 8, 3 *dux* gentis ... nefandae -sit crudele nefas. Lavrent. paen. p. 99^{A} (*loq. Zaccheus paenitens, cf. Luc. 19, 8*) -si praedas meas, pensavi actus pestiferos. *al.* Ⓘⓘ *c. acc. c. inf.*: Verg. Aen. 4, 90 *Iuno Didonem* tali -sit peste teneri. Dict. 3, 25 *senes Troiae* -erunt eandem causam extitisse tantorum funerum. Rvfin. hist. 9, 10, 4 illud multo verius esse (*cf.* Avg. doctr. christ. 2, 138 *ea* vera esse). Avg. vera relig. 106. Petr. Chrys. serm. 13, 4 *diabolus Christum* dei filium continua ieiunii significatione -it esse. Caes. Arel. epist. ad Ruric. l. 21 orationum vestrarum suffragia nos meruisse -simus. Coripp. Ioh. 4, 111 -sit ... hostis adventum properare (*sim.* 6, 394). *al. omisso acc.*: Ivst. Vrgell. ad Serg. p. 962^{B} antequam cibum (*sc. opus meum*) accipias, quiddam praegustasse -es. Ⓘⓘⓘ *c. enunt. interrog.*: Avg. gest. Pelag. 3, 8 quid mali sonarent illa verba, -sit. Petr. Chrys. serm. 26, 1 quid ... dominus ... Petro respondisse legitur ..., multorum -sit auditus. Ⓘⓥ *obi. subaudiendo*: Apvl. met. 7, 11, 6 scortari tibi libet? quid, si quo modo latrones ceteri -erint? Avell. 230, 4 quantum in eorum frequenti postulatione -simus.

β *potius sensibus corporis*: Ⓘ *c. acc.*: Rvfin. apol. Orig. 8 p. 603^{B} differentia est ... nudum verberari quam vestitum, ad -endum scilicet cruciatum. Tract. Pelag. 3, 8, 3 p. 35 vide ..., si solis calorem amplius minusve -it *dives quam pauper* (Boeth. in categ. comm. 3 p. 249^{D} c. frigusve). Mar. Victor. aleth. 3, 73 (*sec. gen. 9, 21*) *Noë* pocula libans -sit vivos latices. Alc. Avit. carm. 2, 306 (*de Marsis serpentes prolicientibus*) ut quisque ... hydrum -erit aspidis aut ... cognoverit aures, *incantat.* Coripp. Ioh. 8, 574 vires hostis veniens -sit iniquus. Greg. Tvr. glor. mart. 12 p. 496, 12 negant ... se ... de his aliqua -isse (*postea*: vidisse). Ⓘⓘ *c. acc. c. inf.*: Oros. hist. 3, 19, 9 se obrui *ab hostibus* ... -sit *Alexander* (*sec. Iust. 12, 9, 9* vidit). Mirac. Steph. 2, 2, 6 *mulier sepulcrum Stephani ingressa* quadam ... manu os suum corrigi et compalpari -sit. Coripp. Ioh. 1, 236 *gubernator* placidos -sit surgere ventos. Ⓘⓘⓘ *obi. subaudiendo*: Dict. 4, 3 *ut Penthesilea semianimis* in fluvium reliquo adhuc ad -endum spiritu ... iaceretur. 5, 12 si qui *Troiani* -erant (*sc. urbem a Graecis expugnari*).

c *affectiones variae, quae in ipso -ente oriuntur* (*cogitationes sim. l. 44. 48, affectiones corporis l. 47. 49 sq., cf.* Tert. *sub 2a*): Verg. Aen. 4, 448 *Aeneas* magno -it pectore curas. Don. Ter. Eun. 154, 2 ('tandem perdoluit') -sit dolorem (Avson. 14, 20 [363 S.], 20 miseratus egentem cur aliquem fracta -si mente d.?). Filastr. 139, 1 *haeresis quaedam* non parvum errorem -it. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 38 p. 1358 istam libidinem, quam corpora humana -unt. Mart. Cap. 2, 135 quicquid intra pectus -erat, evomebat *Philologia* (perpenderat *Dick*). Alc. Avit. carm. 3, 143 ubi concipiens fetum -erit alvus. Maxim. eleg. 5, 83 *senex* ubi dilecti -sit funera membri (*sc. mentulae*).

2 *-unt animalia*: **a** *c. acc.*: Tert. pall. 3, 2 *serpens* ut senium -sit, *cutem exuit.* Sol. 32, 28 hanc ... insulam et hanc gentem ubicumque indicio odoris -erint *crocodili,* procul fugiunt. **b** *c. acc. c. inf.*: Sol. 13, 2 *cum castor* concrepuisse -erit fracta ossa. Pavl. Nol. carm. 20, 410 *vitula* cervici ... suae -sit lora parari. Drac. Romul. 10, 168 sublatum propriis -it ... pinnis aurigam (*sc. Amorem*) quadriga volans.

3 *-unt res* (*sc. fere animantium modo agentes; v. etiam comparationem p. 1685, 67*): **a** *c. acc.*: Hier. in Am. 9, 2 l. 109 creatorem suum insensibilis quoque natura -it. **b** *c. acc. c. inf.*: Zeno 1, 48 *pueros camino immissos* (*Dan. 3*) unius virtutis esse -sit *ignis.* Sedvl. hymn. 1, 67 lumen adesse dei -sit tartarus.

persentīsco, -ere. *a* per *et* sentire (*cf.* Prisc. gramm. II 428, 3 sqq.). *legitur apud* Plavt., Ter., Lvcr. *et inde ab* Apvl., Sol.

i. q. sentire (incipere), sentiendo percipere (*vi praeverbii parum manifesta; cf. fortasse* percipere; *vim intensivam accipiunt* Gloss. -a(n)t: ex toto sentia(n)t): **1** *-unt animantes*: **a** *homines (-unt fere mente, intellectu; aliter maxime l. 72): absolute vel obi. subaudiendo*: Plavt. Amph. 527 nunc, ne legio -at, clam illuc redeundum est mihi. Ter. Haut. 916 quot res dedere, ubi possem -ere, ni essem lapis (Schol. p. 124, 30 pro cognoscere. percognoscere). Apvl. met. 8, 10, 3 ut ... clandestinos coitus obeamus nec quisquam -at familiarium. Plat. 1, 13 p. 209 ut intellegendi ac -endi veritas adiuvetur *organis sensuum. pendet enunt. interrog.*: Plavt. Aul. 63 *ne ancilla* -at, aurum ubi est absconditum. Sol. 6, 3 ex eius *Strongyles* fumo ... incolae -unt, quinam flatus in triduo pertendant (*cf. Plin. nat. 3, 94* praedicere). Avg. conf. 10, 37, 60 si -ere non potest animus,

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

utrum eas *divitias* habens contemnat. *pendet acc. c. inf.* (*cf. l. 8 sq.*): PLAVT. Merc. 687 quamvis insipiens poterat -ere illam esse amicam tui viri. *c. acc. obi.*: TER. Haut. 769 *filii amica abducta est,* ne tu id -res. DICT. 4, 11 ne hostis dolum -ret. AVG. in psalm. 99, 6 cum ... coeperis ... -ere deum. **b** *animalia*: APVL. met. 8, 22, 7 *formicae* mellitum corporis nidorem -unt. flor. 12, 3 clavicula caput *psittaci* tunditur, imperium magistri ut -at. SOL. 2, 38 ⌞istud⌟ etiam ipsas lynces -ere (⌞ ⌟ *urinas suas coire in gemmam; cf. Plin. nat. 8, 137* novere). 7, 32 cum *perdicum pulli* visos se -unt, ... glebulas *obtendunt.* 11, 21 *ortyges maria tarde transvolantes,* ubi terram -unt, ... properant. 17, 8 *armenta,* ubi eas *pantheras* -ant, properato convenire nec terreri.

2 *-unt res motu quodam affectae*: **a** *intrans.*: LVCR. 3, 249 (*describitur, quomodo sensus in corpore oriantur*) concutitur sanguis, tum viscera -unt omnia, postremis datur ossibus ... voluptas. **b** *trans.*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 532, 9 *tibiarum* foramina, quam ... brevioris ... aëris motum -unt, tam vocem reddunt acutam. *Foucher.*

***?persepultus,** -a, -um. *a* per *et* sepultus. *traditur* PETR. CHRYS. serm. 69, 2 l. 27 (*v. vol. X 2, 864, 35, ubi coni.* praesepultus, *sed fort. defendas* -us, *sc. pro 'omnino sepultus' positum ab auctore compositis cum* per*indulgente*).

persequāx, -ācis *adi.* *a* persequi *potius quam a* per *et* sequax. *i. q. ad persequendum aptus vel proclivis: de ave celeriter volante*: APVL. Socr. prol. 4 p. 110 (*vulpes corvum adulatur*) iam ipse ⌞alis -x⌟, oculis perspicax, unguibus pertinax (⌞ ⌟ *cod. optimus, edd.*; ales *ceteri*). *de homine nimis insistente*: SIDON. epist. 4, 9, 4 *est pater quidam* erga familiam suam nec ... minax nec ... spernax nec in reatu investigando -x.

***persequor,** -cūtus sum, -ī. *a* per *et* sequi. *scribitur* -cuntur *sim. e. g.* VET. LAT. Matth. 5, 44 (cod. 1). Luc. 11, 49 (cod. 13); *cf. l. 34. 40 et v. sub* sequor. *de abbrev. gerund. v. p. 1688, 68 sq.* NOT. Tir. 30, 8[b] -itur. *de formis (inter verba depon.* CLEDON. gramm. V 56, 9. *al.; pro pass. deficiente substituitur* persecutionem pati, *v. p. 1679, 63): sensu passivo adhibentur: stirps praes. p. 1696, 49 et* VVLG. I reg. 26, 20 CANON. Turner I 2, 1 p. 32[r] (-cuntur). SERM. de conf. diab. 116[v] SERM. Bibl. Cas. II 182. *al.* (*cf. p. 1695, 74; vix addas* HYG. fab. 198, 3 [*v. Rose ad l.*]); *part. perf. p. 1688, 75. 1696, 58* (*iuxta usum depon. ut* AVG. c. Cresc. 3, 62, 68. 3, 66, 74 in psalm. 53, 3 l. 53). CANON. Turner I 2, 1 p. 32[r] AVG. serm. 3 Rev. Bénéd. 84, 1974 p. 250, 14 LEO M. serm. app. 7, 2 p. 493[C] EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 287, 2. *formae activae* (*praeter imp. fut.* -ito CATO agr. 49, 2): TAB. devot. Année Épigr. 1961 n. 181 persecuatis *et* persicuatis. SERM. de conf. diab. 117[v] (*inf.* -ere *ut*: GREG. TVR. Franc. 6, 4 p. 268, 4 [*var. l.* -i *ut* LEX Sal. Merov. 92]. *al.*). GLOSS. II 368, 53 -o. *gen. plur. part. praes.* -entum PELAG. in I Thess. 2, 18 p. 425, 4 (*var. l.; ponitur pro subst. ut*: SACR. Leon. 29. 164. 752. 755. 1178 [*sed* -entium *ibid.* 673]). *de notione* (*cf. l. 63 sqq. p. 1689, 53. 1691, 16. 1692, 54. 1696, 31*): DOSITH. gramm. 73, 4 *μετέρχομαι* -or. GLOSS. -or: *ἐπιδιώκω. καταδιώκω. μεταδιώκω. παραδιώκω. ἐπακολουθῶ. ἐπεξέρχομαι.* -itur: *κατ' ἔχθραν διώκει. μετέρχεται. περιδιώκει. ἐξέρχεται. sim. al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE, *in poesi extra comoediam admodum raro, inter scriptores frequentant imprimis* CIC., HIRT., NEP., CVRT., COLVM., FRONTIN. [*it.* perseguire; *francog. vet.* parsivre *et var. dial.; prov. vet.* persegre, perseguir *et var. prov., francoprov., vasc.; cat.* perseguir; *hisp.* perseguir. *cf. M.-L. 2426. Battisti-Alessio IV 2864. Wartburg VIII 264. Corominas[2] V 191. St.*] [*confunditur in codd. saepe c.* prosequi, *e. g.* CIC. Att. 15, 27, 1. HOR. sat. 1, 9, 16 PRIAP. 70, 6 LIV. 25, 11, 4. 29, 31, 8 CIRIS 254 VAL. MAX. 6, 7, 3 SEN. epist. 89, 22 QVINT. inst. 5, 14, 31 (*restit.* CIC. S. Rosc. 83 ASCON. Mil. p. 32, 26. *al.; var. l. dubia* PHAEDR. 1, 28, 5 LVCAN. 2, 303 QVINT. inst. 5, 13, 48 TAC. dial. 1, 3; *var. l. falsa* OV. epist. 17, 245. 18, 218 SVET. Iul. 27, 1), *ceterum c.* persecare *p. 1679, 9; contextu manco* PACVV. trag. 106 Graios nihil mediocriter redamptruare, opibusque summis -i.]

i. q. sequi per spatium, tempus quoddam vel usque ad finem. praeverbium spectare vid. vel ad finem petendum, assequendum (sic fere sub IA) vel ad spatium percurrendum, viam sequendam (*v. IB et cf.* GLOSS.[L] Corp. p 282 -ere: percurre). *hinc explicari possunt varii colores secundarii, sc. expetendi (v. p. 1688, 60. 70. 1691, 40. 1695, 21), assequendi (v. p. 1688, 73. 1689, 53. 55. 1691, 57, fortasse etiam p. 1689, 19. 39. 1693, 75. al.), ulciscendi (v. p. 1694, 15. 1695, 46, cf. p. 1689, 69. 1692, 24 et* SCHOL. Cic. Gron. D p. 282, 15 ulcisci: punire, -i. EVGRAPH. Ter. Ad. 313 'dum illos ulciscar': si ... illos puniam ac -ar. SYNON. Cic. p. 449, 24 ulcisci. -i. vindicare. poenas exigere *eqs.), pergendi, continuandi* (*v. e. g. p. 1692, l. 46. 67. 1693, 8. 14. 68 et cf.* GLOSS. IV 458, 12 -itur: perseverat), *perficiendi, absolvendi (v. p. 1692, 13), nota praeterea obi., quae reliquam partem actionis inceptae indicant, e. g. p. 1691, 2. 1692, 65. 1693, 4. ponitur iuxta* sequi *distincte p. 1688, 35. 1696, 28. 38, sed fere pro syn. p. 1688, 22 sq. 32. 1689, 43. graece resp. διώκω, καταδιώκω, nisi aliud adnotavimus.*

I *proprie, sc. vigente respectu motus* (*addidimus imagines manifestiores, v. l. 15. 34. 52 [-itur ad inferos ut l. 57. 62]. p. 1689, 37. 1690, 31. 44. 56 sq. 1691, 2; progressus fit tantum manu vel instrumento sub B2, oculis l. 24. p. 1690, 75; si respectus motus evanescit, etiam actiones corporeas ad II relegavimus [praeter p. 1689, 66 sqq.], v. imprimis p. 1694, 13. 43. 1695, 4. 1696, 19 sqq.*): **A** *pro obi. sunt vel subaudiuntur ii, qui (ea, quae) sequendo appetuntur* (*sc. fere digressi, fugientes sim.; aliter imprimis sub 1aγ, 1b, p. 1689, 69*): **1** *qualibet ratione, sc. animo indifferenti vel amico (comitando vel prosequendo sub aβ et γ)*: **a** *obi. movetur* (*est fere animans, sed res infra l. 40. 44. 58; subiectum est res l. 57*): **α** *exempla varia, sc. -itur quilibet aliquem antecedentem vel iam prius digressum*: Ⓘ *obi. indicato*: PLAVT. Cist. 651 abiit ...; ibo, -ar iam illum intro. TER. Andr. 935 *frater* me ... in Asiam -ens proficiscitur (DON. perseverationem sequentis *ostendit* ...; -itur enim, qui non desinit sequi). CIC. Brut. 307 Hortensium ipsius vestigiis -ti *sumus* (*sim. in imag. de eo, qui sequitur exemplum*: COMM. instr. 2, 17, 9 cur illos *Iudaeos* -imur sponte profectos *ad vana gaudia? v. etiam p. 1691, 9*). div. 2, 137 (*respicitur somnium*) me imago Marii in campum Atinatem -batur. Att. 7, 22, 2. fam. 3, 6, 3 eo discessisti, quo ego te ne -i quidem possem triginta diebus. 3, 8, 4 (*bis*). VARRO rust. 3, 12, 7 inde (*sc. ex Hispania*) te cuniculos -tos *credo.* Ov. met. 4, 551 LIV. 2, 59, 9. 43, 1, 10 *mittuntur legati,* qui ... consulem, ubicumque sit, -antur; nuntient *ei eqs.* COLVM. 8, 11, 15 *pulli* nutricis singultus (*antea*: sequitur ... grex). 9, 8, 9 evolantem *apem* (9, 8, 10). PETRON. 6, 2 cursim Ascylton -i coepi. *al.* *visu tantum*: VAL. FL. 6, 658 regina virum (*sc. Iasonem pugnantem*) ... -itur lustrans oculisque ... haeret. Ⓘⓘ *obi. subaudiendo*: PLAVT. Cist. 531 abiit intro iratus; quid ego nunc agam? ... ibo et -ar. 698 is hac iit ..., -ar hac (*sim.* Curc. 109). Persa 542 ne quis ... ex Arabia penitissuma -atur (*sc. puellam abductam ut* TER. Phorm. 551). CIC. fam. 9, 5, 3 mihi si spatium fuerit ..., istic *in Tusculano* te videbo; si minus, -ar in Cumanum. PLIN. nat. 11, 54 sī qua *apis* ... aberravit, odore -itur (*sc. regem*). PLIN. epist. 1, 5, 11. CHIRON 261 *si iumentum apiosum* conatus fueris in ambulandum ducere, vix -itur (*syn.* sequitur. *cf.* 287 in ambulationem non per⟨sequetur⟩ [*suppl. Heraeus*]). *al.* *fere i. q. perfecte sequi* (*in imag.; cf. p. 1683, 9*): MAX. TAVR. 96 l. 27 (*comparantur Matth. 19, 21* veni, sequere me *et Luc. 19, 8*) iste *publicanus* -tus est, quia ... *re vera* totum dedit.

β *-untur milites sim., qui ducem, socios, agmen sequuntur* (*saepius in fuga*): CIC. Verr. II 5, 91 *praefecti navium* Cleomenem *imperatorem* -ti sunt. Phil. 2, 39 qui eum *Pompeium* de Pharsalia fuga Paphum -ti sunt. 3, 7 quarta legio ... C. Caesaris auctoritatem atque exercitum -ta est (4, 6). nat. deor. 3, 15 exercitus imperatorem (*sc. in pugnam; sim.* CVRT. 9, 6, 13). LIV. 25, 10, 7 cedentes in arcem Romanos *Tarentini quidam. al.* CVRT. 3, 8, 14 invalidi, qui agmen non poterant -i. 4, 1, 27 Amyntas ... cum *Graecis* ... ipsius ex acie -tis fuga⟨m⟩ *eqs.* (5, 9, 12). 5, 8, 8. 5, 13, 21 festinantem Alexandrum vix III milia equitum -ta sunt (*opp.* qui lentius sequebantur).

γ *-untur ii, qui (fideliter, pervicaciter) comitantur*: Ⓘ *aliquem* (*exempla certiora; milites sequentes v. sub β*): VARRO rust. 3, 17, 10 *aedili designato* occedimus et gratulati in Capitolium -imur. VERG. Aen. 9, 218 *mater Euryalum in bellum.* HOR. sat. 1, 9, 16 'cupis', inquit *ille molestus,* 'abire ..., sed nil agis, usque tenebo, -ar hinc, quo nunc iter est tibi' ([pro- *var. l.*]. *cf.* MART. 11, 98, 2 *basiatores* instant, morantur, -untur, occurrunt). Ov. met. 4, 151 (*Thisbe ad Pyramum mortuum*) -ar exstinctum letique ... dicar ... comes. VITR. 2 praef. 4 Dinocrates *architectus* ab rege non discessit et in Aegyptum est eum -tus. VAL. MAX. 6, 7, 3 *uxor* virum suum proscriptum ... in Siciliam. CVRT. 9, 3, 11 (*querelae Macedonum*) quis *adhuc* equum habet? iube quaeri, quam multos servi ... -ti sint. QVINT. decl. 260, 12 *non* ad inferos servata per vitam fortuna -itur. *al.* Ⓘⓘ *aliquid* (*si recte trad.*): CHAR. dig. 50, 4, 18, 3 *si* res pervehendae vel -endae sunt (pro- *suspicatur Mommsen*).

b *obi. non movetur, sc.*: **α** *locus, regio sim.*: PLAVT. Merc. 836 ego mihi alios deos penatis -ar, ... aliam civitatem. Pseud. 90 (*per imag.*) *reste* me faciam pensilem; certum est mihi ante tenebras tenebras -i. CIC. nat. deor. 2, 124 quaedam ... serpentes ortae extra aquam ... *mox* aquam -untur. SEN. dial. 9, 2, 13 Bruttios et Lucaniae saltus -amur (*antea*: Campaniam petamus). *huc fortasse pertinet appellatio muneris publici coloniae Viennensis* (*si spectat ad eos, qui vastos fundos coloniae ambiendo administrabant*): CIL XII 2350 (*saec. I*) IIIvir loc(orum) p(ublicorum) p(ersequendorum) (2608 [*aet. Vesp.?*] locor(um) p. -endor(um). *al., v. CIL XII p. 938a [abbreviatur variis modis], addas* CIL XIII 5414 [*aet. fere Traiani*]. INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 348). **β** *esca sim., quam animalia appetunt* (*addas* SERV. *p. 1684, 75 et cf. p. 1694, 54. 56*): SEN. epist. 84, 4 quam *vim mellis* -atur *apis in floribus* (*item -untur apes, sed studio recuperandi*: COLVM. 9, 15, 10 *favos ablatos et alicubi depositos* pertinaciter vestigant et -tae consumunt). PLIN. nat. 22, 68 cocleae mire ... caulem *asphodeli.* 27, 143. PALLAD. 3, 26, 5 *porci* inmissi vineis ... gramine -to diligentiam fosso-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ris imitantur (*usu pass.*). ANTHIM. 25 *turtures* elleborum herbam ... manducant et -untur. γ *res variae* (*adde p. 1697, 14*): FIRM. math. 8, 17, 8 metallorum inventores, qui latentes auri ... venas ... sollertibus inquisitionibus -antur (perscrut- *var. l.; vix ad p. 1690, 61*). HIER. epist. 34, 1, 1 *Pamphilus* Origenis libros inpensius -tus (*antea*: cum ... toto orbe perquireret). EVSEB. EMES. serm. 20, 12 immundos spiritus ... -i ea, quae similia sunt sibi.

2 *animo hostili, adversario sim.*: **a** *qualibet actione* (*sc. fere violenta; aliter imprimis l. 12. 23. 25; saepius sublucet usus sub b et c descriptus*): α *-untur animantes*: Ⓘ *notione sollemni, sc. sectandi*: Ⓐ *obi. indicato* (*exempla post* CIC. *selecta*): PLAVT. Merc. 669 (*loq. uxor marito diffidens*) *rure* reveni, ut illum -ar, qui me fugit. CIC. Catil. 4, 13 *Lentulus* armatus Gracchum est -tus (Phil. 8, 14 in Aventinum. VELL. 2, 6, 4 armis. VIR. ill. 64, 7 in Capitolium). Att. 10, 18, 2 Formias nunc sequimur; eadem (eaedem *vel* eodem *var. ll.*) nos fortasse furiae -entur (*cf.* SEN. contr. 7, 2, 5 di manes ... et inultae ⟨te⟩ ... -untur animae. SEN. Herc. O. 1005 quid me flagranti, dira, -eris face, Megaera? *v. etiam l. 26. 42*). *al.* CATVLL. 42, 6 -amur eam *moecham* et reflagitemus *codicillos.* SALL. Iug. 71, 5 indicem -i conatus. PETRON. 90, 4 te populus lapidibus. MEN. dig. 49, 16, 4, 15 servum fugientem (VLP. dig. 4, 2, 14, 11. *al.*). *al.* Ⓑ *obi. subaudiendo*: PLAVT. Amph. 1114 (*narrat ancilla*) ego cunas *Herculis* recessim ... ducere ...; tantoque angues acrius -i. Men. 566 hac abiit *maritus,* si vis -i vestigiis. ENN. frg. var. 95 *Saturnus* iactatus ... per omnes terras -entibus armatis. CIC. Flacc. 50 *Heraclides* Romam se rettulit; -itur Hermippus, qui numquam istius impudentiae cessit. SEN. contr. exc. 8, 1 *sacrilega* concitata processit, velut diis ipsis -entibus; 'feci' inquit. OCTAVIA 121. *al.*

Ⓘⓘ *vergit in notionem expellendi, fugandi: indicatur, unde*: VET. LAT. Matth. 23, 34 (cod. 6. *al.* = VVLG.; *Iesus ad Pharisaeos*) ex illis *prophetis* occidetis ... et -emini de civitate in civitatem (Iren. 3, 18, 5 a civitate *eqs.; pendet* ORIG. in Matth. ser. 25 p. 42, 3. 26 p. 45, 14). HIER. tract. in psalm. I p. 217 l. 252 sqq. (*loq. Christus*) -ti sunt me, proiecerunt me; -ti sunt me de Nazareth *eqs.* *non indicatur, unde*: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 157, 23 *Christus* non ... volebat ⌞-i⌟ ... fugitivum suarum legum, sed venit ... in forma servi ..., ut venationem non ⌞effugaret⌟ (*gr. I 1, 2 p. 85, 31 sq. σοβῆσαι ... σοβήσῃ*).

β *-untur mala, res adversae* (*fere in imag.*): CIC. div. 2, 149 *superstitio* instat ... et urget et, quo te cumque verteris, -itur. HOR. carm. 3, 2, 14 mors et fugacem -itur virum nec parcit ... timido ... tergo (*sec. Simon. frg. 524 P. κίχε*). SEN. contr. exc. 8, 4, 1 quem fugientem ... fortuna -itur (SEN. dial. 9, 4, 2 quasi ullus locus sit, quo non possit f. -i. *cf.* PHAEDR. 4, 1, 3 fati miseria *infelicem.* PETRON. 139, 2 vers. 2 non solum me numen et implacabile fatum -itur; ... me ... *per terram* sequitur gravis ira Priapi). VAL. MAX. 6, 1, 11 (*centurio libidinosus post mortem damnatus est*) signa illum militaria ... et ... castrorum disciplina ad inferos usque -ta est. SEN. epist. 82, 4 trans maria nos sollicitudinum causae (*cf.* QVINT. inst. 12, 10, 77 [*subest imago clivi scandendi*] *bonum oratorem non* ad ultimum sollicitudo -itur). PLIN. epist. 7, 30, 2 me huc quoque urbana negotia -untur. PORPH. Hor. carm. 3, 2, 31 *poena nocentem. al.*

b *venatione sim.* (*sive investigando sive agitando sim., c. vi assequendi l. 53. 55, cf. l. 9. p. 1690, 40 sq. 1697, 24 sq. et* PORPH. Hor. carm. 2, 13, 40 [*respicitur Orion*] 'agitare' ... agere ac per hoc -i significat. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1064 [cod. Paris.] -tus est: odoratus [ad- *cod.*] est invenit): α *in imag. vel compar.*: PLAVT. Mil. 269 si *illum* ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus usque, donec -tus volpem ero vestigiis (*cf.* CIC. Verr. II 2, 105 te ... tuis vestigiis -amur. 4, 53 *accusatores* furta odore aut ... vestigio). CIC. Pis. 83 (*antea*: investigatas ... strages ... provinciae). HOR. carm. 1, 23, 10 (*ad puellam*) non ego te tigris ut aspera ... frangere -or. VAL. MAX. 6, 8, 5 SEN. epist. 89, 22. β *proprie*: VARRO rust. 2, 5, 3 quod ex Sicilia Hercules -tus sit eo, *sc. in Italiam,* nobilem taurum. OV. epist. 9, 34 *Hercules* monstraque terribiles -iturque feras (SEN. dial. 2, 2, 2 *Cato non venatoris ritu* m. igne ac ferro -tus est). met. 8, 378 (*abiit aper in silvas*) -itur Telamon. PAVL. FEST. p. 124 *mergae* pisces -untur (PLIN. nat. 9, 20 *delphini.* 32, 25). SEN. clem. 1, 16, 5 *venator catulis* utitur ad excitandas vel -endas feras (dial. 3, 11, 2 PLIN. nat. 8, 47 IVST. 37, 2, 8. *adde l. 61*). *al.*

c *bello, proeliando sim.* (*subi. est bellum p. 1690, 26; premuntur saepe fusi, recedentes, fugientes, sed haud raro notio motus evanescit, imprimis in iunctura* bello -i, *ut sit fere i. q. impugnare, bellum inferre; itaque pro obi. sunt e. g. oppugnantes p. 1690, 2. 25, desciscentes, nocentes l. 72 sqq. p. 1690, 27. al.* [*actio punienda* LIV. 42, 42, 9] *et usus transfertur ad res civiles p. 1690, 8. 9*): α *iunctura sollemnis* bello -i: *abl.* bello *nude posito*: CIC. Verr. II 5, 149 si qui rex ... *hoc* fecisset ... in civis Romanos ..., nonne publice vindicaremus, nonne b. -remur? Phil. 2, 114. 5, 28. 6, 2 *Antonium* b. censui -endum (*spectat ad sententiam senatoris, cf.* Phil. 11, 16 nunc, quoniam hostis est iudicatus Dolabella, b. est -endus [*sim.* ad Brut. 13, 1]. 11, 29. 30 ad Brut. 4, 2). PLANC. Cic. fam. 10, 15, 2 se Antonium, si prohibere provincia sua non potuisset, b. -turum. CAES. Gall. 1, 13, 4 si *Caesar* pacem ... faceret ...; sin b. -i perseveraret (*sc. Helvetios*). 5, 1, 8 civitatem. NEP. Milt. 7, 1 insulas, quae barbaros adiuverant. Dat. 2, 1 eos, qui defecerant. *al.* LIV. 31, 31, 7 sceleratam legionem. 42, 31, 1 regem Persea *foedus violantem. al.* FLOR. epit. 3, 1, 6. *al.* *accedit attributum*: CIC. Phil. 13, 35 foedissimum hostem iustissimo b. (LIV. 3, 11, 9 tribunos velut iusto ... b. 3, 25, 3 falsum testem ... iusto ac pio b. 33, 29, 8 iusto pioque. 42, 41, 12). LIV. 4, 35, 8 patres *tribunum plebis* ... b. inexpiabili. IVS IVR. Arit. (CIL II 172) 9 *inimicos* armis b. internecivo terra mariq(ue) (Sestin. [CIL XI 5998a] 5). β *cetera exempla* (*pauca selecta; addatur* SISENNA hist. 27, *nisi illic* -untur *explicationi Nonii tribuas*): CIC. Rab. Post. 42 aciem hostium profligare, ... hostem -i (ad Brut. 26, 2. LIV. 28, 36, 9 turbatos ... hostes ... usque ad litus cum multa caede. *et saepius.* CVRT. 4, 10, 13. *al., addas fort.* CAES. Gall. 1, 53, 5 [*v. vol. VII 1, 1865, 81 sq.*]). Att. 9, 2[a], 3 *quidam Caesaris bella verbis augens* eripiebat Hispanias ..., confestim in Graeciam -batur, *sc. Pompeium* (*sim. sine obi. e. g.* fam. 11, 12, 2. LIV. 10, 33, 5 *hostes* expellunt extra portam ...; inde pergere ac -i ... non ausi *eqs.* 35, 30, 7 instare et -i. *al.; part. praes. pro subst.*: VVLG. Ios. 8, 20 *resistere* contra -entes. QVODV. prom. 2, 14, 25 a suis -entibus *liberare*). LENT. Cic. fam. 12, 15, 5 classem fugientem ... usque Sidam (LIV. 22, 11, 7. 22, 25, 5). CAES. Gall. 7, 67, 5 fugientes usque ad flumen (civ. 2, 14, 3 LIV. 6, 2, 13. *et saepius*). BELL. Alex. 44, 4 quin, quam celerrime posset, ... Octavium *Epidaurum oppugnantem* -retur. VERG. Aen. 10, 562 *Aeneas* Antaeum et Lucam, prima agmina Turni -itur (CVRT. 9, 4, 26 frustra. AMM. 19, 8, 10 ANON. de mach. bell. 18, 8). LIV. 3, 68, 7 *bellum* in domos vestras vos -etur. POMP. TROG. hist. prol. 10 Artaxerxes ... defectores (30 IVST. 16, 1, 13. 41, 4, 4). IVS IVR. Année Épigr. 1988 n. 723 (*a. 6/5 a. Chr.*) eos *inimicos Augusti* terr⟨a marique usque⟩ ad internicionem -a⟨r⟩ (*cf. supra l. 10*). CVRT. 9, 2, 9 *Indos* relegatos in ultimum *mundi* ... -i terminum et eruere. *et saepe.* *in imag. e. g.* CYPR. epist. 61, 3, 2 -itur et inpugnat Christi adversarius ... castra Christi.

B *obi. indicat lineam, viam vel rem similem, qua motus -entis regatur* (*usque ad finem imprimis l. 55 sqq.*): **1** *-untur, qui progrediuntur, currunt sim.*: **a** *proprie*: PLAVT. Rud. 250 quo ... ibimus? :: litus hoc -amur (*cf. p. 1691, 2*). CIC. Pis. 53 *e provincia Romam rediens* omnis solitudines -eris (*sc. reditu itinera celebria vitans*). PRIAP. 70, 6 canis huc ... venit nidorem ... -ta fumi (pro- *var. l.; cf.* PETRON. 115, 2 -ti ... sonum invenimus Eumolpum). SEN. nat. 7, 21, 4 (*cursus duorum cometarum describuntur*) ille ... habuit ... aptiora ignibus, quae -tus est. CVRT. 9, 5, 14 vestigia ... regis (PLIN. nat. 8, 147 *canis* scrutatur v. atque -itur. VVLG. exod. 14, 9 v. praecedentium. *cf. l. 48*). COLVM. 9, 8, 9 -ens iter volantium *apium* ad sedem perduceris examinis. PALLAD. 2, 10, 2 ut ... duo fossores designatum linea spatium bidentibus -antur. **b** *in imag.*: TER. Hec. 454 certum offirmare est viam me, quam decrevi, -i (CIC. top. 6 iudicandi ... vias *Stoici* diligenter -ti sunt ... scientia *dialectica.* fam. 4, 13, 6. VET. LAT. act. 22, 4 [cod. 50 = VVLG.] v. *legis*). CIC. Verr. II 3, 43 ne tua quidem recentia ... vestigia -i poterat *successor*? (de orat. 1, 105 ac. 2, 3. VITR. 5, 3, 8 naturae v. QVINT. inst. 2, 6, 5 GELL. praef. 17 [*si huc pertinet*]. APVL. apol. 61, 3 [*sc. dicendo*]. AMBR. in Luc. 4, 12. *cf. l. 40*). VITR. 4, 2, 6 *antiquorum* ingressus -tus de *his* ... supra dixi. HIER. epist. 28, 5 de ... fonte libavimus non opinionum rivulos -entes *eqs.*

2 *-untur, qui manu vel instrumento sequuntur, tractant aliquid*: **a** *exempla varia* (*in comparatione* QVINT.): CATO agr. 49, 2 (*transponitur vinea*) ex radicibus bene exfodito, usque radices -ito et caveto, ne radices saucies (LEO M. serm. 45, 4 l. 103 [*in imag.*] radix ... avaritiae altius -enda est [pro- *var. l.*]. *cf.* CIC. Tusc. 3, 84 [*in imag.*] haec sunt illae fibrae stirpium, *sc. aegritudinum,* ... -endae et omnes *evellendae. aliter p. 1694, 47*). VITR. 7, 7, 1 cum ... *in Attica* vena *silis* forte inveniretur, ... uti argentum -bantur (*cf.* PLIN. nat. 33, 1 *metalla quaerentes* -imur omnes ... *telluris* fibras. COD. Theod. 10, 19, 10 saxorum venam laboriosis effossionibus. *cf. p. 1689, 3*). COLVM. 4, 20, 1 *vineae alligator debet* rectam conservare stirpem nec flexum ridicae -i (*cf. l. 68*). PETRON. 33, 8 (*ovum figuratum inspicitur*) ⌞-tus putamen manu⌟ ... ficedulam inveni (⌞ ⌟ *paulatim id detrahendo*). QVINT. inst. 5, 14, 31 *normam quandam* velut praeformatas infantibus litteras. PRVD. perist. 10, 799 *tortores martyrem iterum cruciantes* apertas -bantur notas. **b** *-itur medicus aliquid instrumento secans* (*addas fortasse p. 1679, 9*): CELS. 7, 4, 1[A] hi *flexus fistulae* ... simul specillo et ferro -endi *sunt* (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 7, 12 l. 38 vulnus -itur *medicus* [*antea*: agens ferrum per putria]). PELAGON. 448, 1 *tubera* cauterio usque ad vivum -enda sunt (*nisi notione laxiore curandi ut* 448, 2 facilius ⌞priora⌟ -i [*i. membra priora, vix tubera in prioribus sita. cf. Hippiatr. gr. II p. 244, 21 θεραπεύεσθαι*]). CHIRON 81 (*pterygium tollitur*) *scalpello* ab orbe nigredinis -eris usque ad angulum oculi.

3 *-untur, qui oculis vel mente lustrant aliquid* (*cf. p. 1693, 34*): PE-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TRON. 29, 2 non destiti totum parietem *pictum* -i. PLIN. nat. 6, 163 nunc reliquam oram ... -emur (*sc. loca eius ordine describentes*).

II *translate*: **A** *usu vario*: **1** *-itur aliquis (aliquid) qualibet ratione* (*pro obi. sunt res praeter p. 1692, 66; subi. est res imprimis l. 61 et p. 1692, 32. 1694, 9 sq.*): **a** *vario respectu (exempla sec. colores verbi praevalentes ordinavimus); -itur is, qui* (*id, quod*): **α** *aliquid sectatur, observat, imitatur (v. imprimis l. 9 sqq.) vel exercet, curat (e. g. l. 20 sqq.) vel exsequitur, peragit* (*e. g. infra l. 32 sqq.*): Ⓘ *c. variis obi.*: PLAVT. Asin. 73 eos me decretumst -i mores patris (*sim. -itur aliquis exemplum imitandum*: CIC. Verr. II 5, 181 nos hominum *novorum* sectam atque instituta -imur. Phil. 11, 13 maiorum exempla. Brut. 137 *Cotta* sono ... subrustico -batur atque imitabatur antiquitatem. SEN. apocol. 11, 2 *Claudius* C. Caesarem non desiit mortuum -i [*luditurne simul c. notione vexandi?*]. Ps. CYPR. tract. 27 opus ... angelorum. *cf. p. 1688, 15*). Capt. 425 *id* opera experiar -i. Merc. 554 hoc ut dico, factis -ar. TER. Hec. 616 ex usu quod est, id -ar (DON. non 'sequar', sed '-ar' ait, ut instantiam demonstraret). CATO orig. 34 pleraque Gallia duas res industriosissime -itur, rem militarem et argute loqui. CORNELIA epist. frg. 1 re publica salva ea -i (*sc. ultionem*). CIC. div. in Caec. 64 veteres inimicitias iam diu susceptas -i (*al., v. vol. VII 1, 1622, 35 sqq.*). fin. 1, 72 an ille *Epicurus* ... eas ... artes -retur, vivendi artem ... relinqueret? (Tusc. 4, 5 *maiores* amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita magis quam litteris -ti sunt. *cf.* BOETH. mus. 2, 3 p. 229, 6 scientiam [CASSIOD. hist. 8, 1, 27]). nat. deor. 2, 142 quis ... opifex ... tantam sollertiam -i potuisset in sensibus *creandis*? 3, 86 minora di neglegunt neque agellos singulorum ... -untur (*postea*: reges *non* omnia minima curant. *cf.* 3, 93 non omnia deos -i). off. 3, 1 otium (HOR. epod. 1, 7 o. ... an laborem). fam. 10, 25, 2 id *operis. al.* CATVLL. 61, 103 vir ... probra turpia -ens. HIRT. Gall. 8, 1, 2 *satis copiarum habere* ad omnia (*bella?*) -enda. PROP. 3, 21, 27 *Athenis* -ar ... studium linguae, Demosthenis arma ... *et Menandri* sales. Ov. trist. 4, 1, 34 amans ... materiam culpae -itur ... suae. VITR. 3, 3, 11 oportet -i symmetrias. *al.* Ⓘⓘ *pro obi. sunt iussa, mandata sim.*: PLAVT. Amph. 586 erus quod imperavit, neglexisti -i. 622 eri imperia (Stich. 141 patris. 142). Aul. 587. 600 quod iubeat *erus*. CIC. de orat. 1, 256 ea facere et -i ..., quae a te, Crasse, praecepta sunt. Att. 6, 1, 3 omnia sum diligentissime -tus (*sc. mandata, cf.* ad Q. fr. 2, 13, 2 tua mandata -ar diligenter [2, 13, 3 ut mea m. digeras, -are, conficias. Ov. epist. 11, 128]). 9, 1, 3 Luccei consilia. VLP. dig. 42, 1, 15, 1 sententiam Romae dictam etiam in provinciis posse praesides ... ad finem -i (*syn.* exsequantur).

β *expetit, appetit aliquid* (*sive corporeum sive incorp.*): Ⓘ *vi sollemni*: PLAVT. Capt. 387 *ut*, quod ... conducat, ... id petam idque -ar *eqs.* Curc. 211 tene ... savium. :: siquidem ... mihi regnum detur, numquam id potius -ar. Merc. 86 promissa. TER. Andr. 815 hereditatem (CIC. leg. 3, 18 h. aut syngraphas suas. *cf.* FRONTO p. 111, 6 legata). Ad. 235. CIC. Arch. 14 nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem -enda *eqs.* (Rab. Post. 2 *ut filii* hanc *familiae l.* ... cupidissime -antur). Phil. 13, 46 quin *Octavianus* D. Bruti sanguine poenas patrias -atur ([*antea*: ulcisci]. Att. 9, 14, 2. *cf. p. 1695, 33*). part. 63 *oratio spectans* ad -endum aliquid aut declinandum. Tusc. 2, 66 in eo, *quod cupimus*, -endo atque adipiscendo. off. 3, 101 *quis utilia* non studiosissime -atur? (*opp.* fugiat). *al.* Ov. fast. 5, 580 *Mars Vltor* -itur Parthi signa *Romana* retenta manu. VITR. 1, 1, 2 umbram, non rem. 3, 3, 13 venustates ... -itur visus. PAVL. FEST. p. 337 sectores ... dicuntur ..., qui empta sua -untur. PETRON. 111, 3 *matronam* mortem inedia -entem. TERT. anim. 43, 12 *anima* licita atque inlicita -itur. VET. LAT. Phil. 3, 12 (Tert. resurr. 23, 8. *sim. al.*) -or ..., si adprehendam, in quo sum adprehensus a Christo (*gr. διώκω ..., εἰ. cod. 75. al. et Vulg.* sequor ..., si). *al.* Ⓘⓘ *vi assequendi, consequendi*: CIC. opt. gen. 4 perficiendum est, ut ... verborum ... elegantiam -amur (QVINT. inst. 10, 2, 19 *ne ingenium virile* amore subtilitatis ... et vim suam perdat et e., quam cupit, non -atur). QVINT. inst. 11, 3, 85 vix dici potest, quot motus habeant *manus*, cum paene ipsam verborum copiam -antur. GAIVS dig. 41, 1, 10, 3 (*antea*: quidquid *servi* ex re nostra ... adquirant) si quid vero extra eas causas -ti sint (*sim.* INST. Iust. 2, 9, 4). GELL. 13, 25, 27 decemviros ablaturos -turosque et praedam ... et pecuniam (*sc. venditione praedae*). COD. Iust. 8, 27, 1 (*a. 223*) si creditor ex fructibus *fundi oppignerati* debitum -tus est. AVG. epist. 138, 12 (*explicatur Matth. 5, 39*) si quis *inimicus* in te meliora fuerit -tus, et inferiora ei praebe (con-, pro- *var. ll.; an ad 2bβ?*).

γ *insistit* (*sc. rei investigandae sim., quae adumbratur enuntiato interrog. varie iuxtaposito*): PLAVT. Cist. 183 *pater* servolum iubet ... -i, si qua queat reperire, quae *mulier filiam expositam olim* sustulerit. CIC. Verr. II 3, 133 sponsio fit de ... fortunis tuis: tu sedes et quiescis? non -eris? non perseveras? non perquiris, cui dixerit *eqs.* LIV. 3, 20, 2 tribuni eludentes *orationem consulis* ... -i quaerendo, quonam modo exercitum educturi consules essent *eqs.* (*cf.* exsequor *vol. V 2, 1853, 41 sqq.*).

δ *pergit, continuat aliquid* (*cf. p. 1691, 19*): PLAVT. Rud. 667 *auxilio egemus* ⟨nec quam in⟩ partem ingredi -amur, ⟨scimus⟩ (*cf. e. g.* exsequi *vol. V 2, 1851, 22 sqq.*). CIC. fam. 9, 3, 2 laborandum est, ne ... nostra, *Varro*, nobiscum ... cessatio vituperetur; ego vero neglecta barbarorum inscitia -ar (*sed 'te in Cumanum' subaudiunt alii coll. p. 1688, 30*). Ov. met. 8, 774 *Erysicthon, quamquam monitus est*, -itur scelus *eqs.* (*nisi vi perficiendi; sim. dub.* LIV. 6, 33, 2 incepta. 10, 44, 7 optimum visum *est* ... *Samnitibus victis* pertinacius ... agere cetera et -i, ut ... Samnium *perdomaretur*). SCAEV. dig. 46, 8, 5 si eam litem, quam procurator inchoasset, dominus comprobans -retur (COD. Iust. 7, 62, 6, 4 [*a. 286/305*] malam l., *sc. appellatione*). COD. Theod. 9, 36, 1 accusationem coeptam. INTERPR. cod. Theod. 4, 8, 5 si *filii* -i voluerint causam, quam pater ... incoaverat.

ε *perficit, absolvit aliquid* (*cf. l. 6 sqq.*): Ⓘ *bellum sim.*: CIC. Manil. 6 genus est ... belli eiusmodi, quod ... *vos* excitare ... ad -endi studium debeat. prov. 19 bellum *Gallicum* ... videmus ... paene confectum, sed ita ut, si idem extrema -itur, qui inchoavit, iam omnia perfecta videamus (fam. 4, 7, 2 sapientem ... civem initia belli civilis invitum suscipere, e. libenter non -i [*sim.* 4, 9, 3]). Cato 19 (*ad Scipionem minorem*) quam palmam *Carthaginis delendae* utinam di ... tibi reservent, ut avi reliquias -are (LIV. 9, 29, 3 r. belli [29, 31, 12 IVST. 22, 8, 15. 42, 4, 5 HIST. AVG. Aur. 17, 5]). HEGES. 4, 4, 1 p. 244, 15 quae *bella* cum -i nequiret. Ⓘⓘ *quamlibet rem*: CIC. off. 3, 10 ut nemo pictor esset inventus, qui *Venerem Apellis* ... absolveret ..., sic ea, quae Panaetius praetermisisset, ... neminem -tum. SEN. contr. 2, 5, 12 ultionem plenissimam -tus sum, ... hostem ... occidi. COLVM. 12, 3, 6 quo facilius iusta (*i. pensa*) lanificio -i atque exigere possit *vilica*. AMBR. paenit. 2, 1, 1 (*in imag.*) inceptum -amur convivium (*sc. libro primo alterum addentes*). SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 82 videtur quibusdam Horatius non plene (bene *var. l.*) -tus esse, quod promiserit, cum ... praetergressus *eqs.*

ζ *comitatur aliquem, manet apud aliquem:* *-itur homo*: PETRON. 138, 5 Chrysis, quae priorem fortunam tuam (*sc. servilem*) oderat, hanc vel cum periculo capitis -i destinat. *-itur res incorp.* (*cf. imaginem p. 1689, 47*): QVINT. inst. 1, 1, 9 quae *vitia* ... regem ab illa institutione puerili sunt -ta (*cf.* 1, 11, 19 subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos ... decor ille ... -atur [pro- *edd.*]). 12, 10, 29 etiam si *digammae* forma a nobis *Romanis* repudiata est, vis tamen nos ipsa -itur (pro- *var. l.*).

b *spectat ad orationem eiusve materiam, opera scripta, lectionem sim.; -itur is, qui*: **α** *loquitur vel scribit* (*fere orator, scriptor; alius e. g. l. 40. 47. p. 1693, 24*): Ⓘ *peragendo orationem, opus litterarum*: PLAVT. Mil. 645 *in convivio scio* meae orationis iustam partem -i et meam partem itidem tacere (COLVM. 4, 23, 1 p. propositi operis). SEN. epist. 24, 18 *ne* Epicuream cantilenam hoc loco -ar. AVR. Fronto p. 40, 6. HIST. AVG. Max. Balb. 16, 6 principum historiam (AVG. civ. 4, 6 p. 153, 10 chronicam h. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 1). Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 137, 32 Horatius plures odas eodem metro. SCHOL. Verg. Veron. georg. 3, 4 (*v. vol. VIII 1706, 60*). *al.* *c. colore pergendi, continuandi*: CIRIS 254 *nutrix* -itur miserae causas exquirere tabis (pro- *var. l.; item c. inf.*: BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 1 p. 198, 8 sicut singula in prooemio proposuit, ita dividere cuncta -itur [pro- *var. l.*]). FRONTO p. 99, 2 *Sallustius* tum illa (*sc. Iug. 7, 3 sqq.*) -itur non inscite 'in regnum *eqs.*' (*Iug. 20, 1*).

Ⓘⓘ *percurrendo, enumerando, tractando argumenta, materiam* (*percurritur series rerum e. g. l. 62. 69. p. 1693, 5. 11, tractatur universitas rerum e. g. l. 63. 73; saepe agitur de omittenda vel praecidenda enumeratione sim., e. g. l. 57. 71. p. 1693, 1; cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PE 1065 -tus est: ostendit, demonstravit): Ⓐ *sine obi.*: RHET. Her. 1, 9, 14 rem breviter narrare poterimus, si ..., et si non ad extremum, sed usque eo, quo opus erit, -emur. 1, 9, 15 ne longe -amur (*cf.* CIC. S. Rosc. 83 non -ar longius quam *eqs.*). VARRO ling. 5, 13 qua cognatio ... erit verbi ..., -emur (*e. g.* ab 'agro' ... ad 'agricolam'). SALL. Iug. 95, 2 Sisenna, optume ... omnium, qui eas res dixere, -tus. HYG. astr. 4, 14, 1 ne ... *lunae* rationem relinquentes ... inscientia superati non valuisse -i videamur. *al.* Ⓑ *c. obi. acc.* (*exempla selecta*): CIC. Verr. II 3, 112 singula ... nomina aratorum ... litteris -i et conficere necesse est (PLIN. nat. 13, 40 omnium *generum* ... n. 37, 195. BOETH. arithm. 2, 25, 9. *cf.* CIC. nat. deor. 1, 111 *Epicurus voluptates* omnis nominatim). Mil. 48 nunc -ar cetera (SEN. dial. 5, 34, 1 COLVM. 11, 2, 91. *al.; cf.* CIC. Phil. 2, 27 longum est -i ceteros. *sim. al.*). Brut. 158 pergamus ... ad reliqua et institutum ordinem -amur (part. 14 rerum o. [APVL. apol. 68, 1 dum o. rei breviter -or]. COLVM. 8, 4, 6 nunc reliquum o. -emur [pro- *var. l.*]. MELA 1, 1. *al.*). top. 40 partes ([*syn.* enumerare]. ac. 2, 121 singulas mundi p. VAL. MAX. 6, 2 pr. humanae vitae. COLVM. 1 praef. 33 ordine suo. 5, 1, 8. QVINT. inst. 7, 1, 64 eamus per singulas ... p., quas ... -i ad ultimam speciem ... non possum. *al.*). rep. 1, 38 *non* ut tamquam magister -rer omnia, *sc. nihil praetermittens* (off. 1, 138 Att. 15, 26, 1. CAEL. Cic. fam. 8, 1, 1 qui ... o. -retur [*antea*: me omnes res ... perscripturum]. PLANC. Cic. fam. 10, 7, 1 NEP. Att. 11, 3. SEN. epist. 102, 5 omnia ... -ar, deinde

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

singulis occurram. *al.*). nat. deor. 2, 159 longum est mulorum -i utilitates. off. 2, 1 haec officiorum genera (COLVM. 5, 5, 1. *al., cf. p. 1692, 63 et* PLIN. nat. 6, 96 generatim haec). VAL. MAX. 3, 2 pr. quia iam initia ... virtutis patefecimus, actum ipsum -emur (*item praecedit* initia TAC. dial. 33, 4). SEN. Tro. 1066 expone seriem caedis et duplex nefas -ere *eqs.* COLVM. 9 praef. 2 ea nunc, quae proposuimus, singula -amur (*sim. accedit praedic.*: FLOR. epit. 3, 12, 14 omnis ... motus separatos ... ex ordine). *et saepe. c. colore continuandi e. g.*: HYG. astr. 4, 14, 1 eandem -i causam. AMM. 31, 5, 17 verum ea -ar, unde deverti. Ⓒ *pro obi. ponuntur struct. variae: enunt. interrog.*: CIC. fin. 1, 12 in quibus *libris* ..., quid a singulis philosophiae disciplinis diceretur, -ti sumus. LIV. 33, 20, 13 non operae est -i, ⌞ut⌟ (*om. cod. Bamb.*) quaeque acta ... sint (*sim.* 41, 25, 8). SEN. nat. 2, 37, 2 COLVM. 2, 11, 1 QVINT. inst. 1, 8, 18. *al. acc. c. inf.*: OV. trist. 2, 263 -ar inferius ... posse nocere animis carminis omne genus. *adv.* ut: HIST. AVG. Ael. 5, 5 ut ... in eius *Hadriani* vita -ti sumus. *praepos.* de (*iuxta obi. acc. iam* NEP. Cato 3, 5 PLIN. nat. 33, 112): BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 8 p. 226, 5 de multitudine generum ... -itur dicens *eqs.*

ⒾⅡ *reddendo aliquid alio sermone*: CIC. opt. gen. 23 verba *orationum graecarum latine* -ens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. Cato 16 *Ap. Claudius dixerat* illa, quae versibus -tus est Ennius. HEGES. prol. p. 3, 2 quattuor libros regnorum, quos scriptura complexa est sacra, etiam ipse stilo -tus ... historiae in morem composui.

ⒾⅣ *excipiendo notis sermonem prolatum* (*de notario*): CIC. Sull. 42 quos *viros* sciebam ... celeritate scribendi facillime, quae dicerentur, -i posse. Att. 13, 25, 3 *non* Tironi ... dictavi, qui totas *περιοχὰς* -i solet, sed Spintharo syllabatim. SEN. apocol. 9, 2 *Ianus in curia* multa ... dixit, quae notarius -i non potuit. MART. 10, 88, 1 omnes -eris praetorum ... libellos (*huc traxit Shackleton Bailey in ed. bilingui, 1993*).

ⒾⅤ *modulando vocem* (*de oratore*): CIC. orat. 59 *orator optimus* omnis sonorum tum intendens tum remittens -etur gradus.

β *auscultat sermonem*: PLAVT. Epid. 103 huc concedam, orationem unde horum placide -ar.

γ *perlegit, legendo perscrutatur aliquid* (*cf. l. 63*): CIC. leg. agr. 1, 4 *tribunus plebis agros venditurus* -itur in tabulis censoriis totam Siciliam; ... nullos agros relinquit. rep. 2, 29 temporum annales. ASCON. Mil. p. 38, 29 acta ... totius illius temporis (*sim.* HYG. mun. castr. 45 omnes auctores). HIER. epist. 29, 2, 4 totum libri ordinem. *al.*

c *spectat ad actionem cogitandi, intellegendi sim.* (*actionem legendi v. l. 34*): **α** *-itur is, qui aliquid cognoscere studet* (*sive quolibet modo investigans sive consideratione, observatione seriem quandam vel res progredientes sequens [ita e. g. l. 46 sqq. 57 sq.]; prorsus i. q. cognoscere l. 44. 56, discere l. 51; cf. imagines e. g. p. 1689, 57. 1690, 46*): Ⓘ *vi sollemni*: CIC. har. resp. 19 ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum *caelestium* ac necessitudinem -i possit (SVLP. SEV. chron. 1, 29, 6 annorum o. et seriem temporum). Pis. 11 haec *acta* sunt ... in prooemio ... consulatus tui; -ere ... dies *succedentes.* de orat. 2, 95 (*agitur de generum dicendi ortu*) quae si volemus usque ad hoc tempus -i, intellegemus *eqs.* fin. 3, 62 a quo initio profectam ... humani generis societatem -imur. 4, 17 *Stoici* reliqua subtilius -entes *eqs.* ([*postea*: exquirebant]. Tusc. 2, 1 qui *in philosophia* pauca perceperit, ... r. eodem studio -etur. CHAR. gramm. p. 372, 3 viam ... ostendam, qua *quis* ... etiam reliqua ...-i poterit). *ibid.* ab his initiis profecti omnium virtutum et originem et progressionem -ti sunt. 5, 10 Theophrastus ... rerum, quae e terra gignerentur, causas (div. 2, 47 prognosticorum. CELS. 1 prooem. 17 *morborum* [*antea*: explorata]. QVINT. inst. 11, 3, 16). div. 1, 34 qui novas res coniectura -untur (*postea*: praesentiunt. *cf. l. 67*). 1, 36 qui ... caeli signa servantes numeris ... stellarum cursus -untur (*cf.* 2, 17 siderum motus numeris. SEN. nat. 2, 32, 2 fulgurum -endorum scientia). Lael. 45 nihil est, quod illi *Graeci* non -antur argutiis (argutius *var. l.*). *al.* VAL. MAX. 3, 8, 1 dum exempla ... -or, latius mihi circumspicienti ante omnia se ... offert *eqs.* SEN. epist. 88, 26 *rerum naturalium* numeros mensurasque geometres -itur et supputat. PLIN. nat. 2, 85 altius ista. SVET. Iul. 56, 6 quae (*verba litteris permutatis scripta*) si qui investigare et -i velit. HIL. trin. 9, 72 l. 10 sensu ... *deus* non -endus est, sed adorandus. BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 9 sensus ... confusum quiddam ... advertit; ratio ... diiudicat integritatem atque imas -itur differentias. *al. pro obi. est enunt. interrog.*: CELS. 1 prooem. 46 quae ... causae ... morbos excitent, ... *non* scientia conprehendunt, sed coniectura -untur. ⒾⅡ *vi pergendi, continuandi*: CIC. top. 29 cum *definiendo* sumpseris ea, quae sint ei rei *definiendae* ... cum aliis communia, *debes* usque eo -i, dum proprium efficiatur. fin. 5, 51 *historiam* solemus -i usque ad extremum, ⟨cum⟩ praetermissa repetimus, inchoata -imur. VARRO ling. 10, 40 ⟨ne⟩ expectes, dum ego *analogiam ostendam* ..., sed ut potius tu -are animo. QVINT. inst. 5, 10, 91 quae si -amur (*sc. argumenta etiam in species dividentes*), nullus erit ea concidendi modus. *?*ⒾⅢ *vi assequendi* (*si recte trad.*): CIC. de orat. 2, 69 qui primarum ... rerum genera ipsa didicerunt, reliqua ⌞-untur⌟ (per ⟨se ad⟩sequuntur *sim. edd.*).

β *-itur is, qui opinioni assentitur, aliquid probat*: CIC. fin. 5, 14 antiquorum ... sententiam Antiochus noster mihi videtur -i diligentissime (Att. 13, 7, 1. ad Q. fr. 2, 8, 3 consules non sunt -ti eorum *patrum* s., qui *eqs.* [*sim.* PLIN. epist. 4, 9, 21]. *aliter p. 1691, 38*). ac. 1, 7 si ... academiam veterem -emur, quam nos ... probamus.

d *spectat ad ordinem in serie: temporali vel causali*: COLVM. 1 praef. 17 istam vitam socordem -itur valetudo (*nisi ad 2*). CHIRON 105 flemen effundes ...; si fluxum humoris et clodigo -etur, cataplasmabis *eqs.* (*cf. 287* prosequi). *locali*: HYG. astr. 2, 42, 3 *Mars se* sua stella Veneris sidus -i a Venere impetravit, *sc. in ordine planetarum.*

e *spectat ad actionem medici aliquid curantis: v. p. 1690, 71.*

2 *-itur aliquis (aliquid) infestandi, opprimendi vel castigandi causa* (*haud raro vergit in notionem ulciscendi, v. imprimis l. 18 sqq. 58 sqq.; iunctura* bello -i *v. p. 1689, 71 sqq.; subi. est res l. 26. 53. 55. 72 sqq. p. 1695, 11*): **a** *afficiuntur res*: **α** *incorporeae*: Ⓘ *iniuriae, crimina sim.*: CIC. Manil. 11 ius legationis verbo violatum illi *maiores* -ti sunt. p. red. ad Quir. 22 inimicorum iniurias crudelitatemque ([*syn.* ulciscendae]. CAES. Gall. 7, 38, 10. SALL. Catil. 9, 5 accepta iniuria ignoscere quam -i malebant. Iug. 14, 23. LIV. 5, 16, 3. *al.; cf. l. 22. p. 1695, 55 sqq.*). Cael. 71 mulieris dolorem et iniuriam Vettiano nefario sunt stupro -ti (Sest. 39 d. suum). Phil. 13, 38 mortem ... Caesaris (13, 39 fam. 12, 3, 2 CAES. Gall. 7, 38, 8 LIV. 30, 30, 13. 40, 11, 10 [*cf. 8* ulciscatur]. HYG. astr. 2, 4, 5. *cf. p. 1695, 58*). CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 4. TIB. 1, 8, 28 -itur poenis tristia facta Venus. SEN. Thy. 149 hos aeterna fames -itur cibos (*sc. a Tantalo paratos*), hos aeterna sitis. clem. 1, 7, 2 di ... delicta ... fulminibus. *al.* ⒾⅡ *vitia sim., quae impugnantur* (*sc. aliena damnando, propria tollendo sim.; cf. l. 9*): SEN. dial. 4, 28, 7 fidei acerrimus exactor est perfidus, et mendacia -itur ipse periurus. epist. 51, 13 *litigamus* cum vitiis, quae, oro te, ... -ere ... sine fine (AVG. c. Cresc. 3, 51, 57 dominus in servo, pater in filio ... debent -i vitia. in psalm. 34, serm. 2, 13 l. 22 [*ad psalm. 100, 5*] *pater bonus* -itur v. eius *filii,* non ipsum. DIONYS. EXIG. epist. ad Eugipp. 1 l. 19 v. *philosophorum*). 121, 4 vitia converberabo ...; non desistam -i nequitiam *eqs.* SVET. Aug. 86, 2 *Maecenatis* 'cincinnos' (*i. flosculos orationis*) usque quaque -itur et imitando ... inridet. TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 16 (*ad Marcionem Christi nativitatem negantem*) -ere et partus immunda et pudenda tormenta *eqs.* FIRM. math. 1, 3, 4 mathematicorum accusator, qui artem istam ... oratione -itur. AVG. in psalm. 53, 3 l. 53 *malos mores tuos* -eris, -tos excludis *eqs. al. apud eundem.* ⒾⅢ *quies, quae turbatur*: ANON. de mach. bell. 2, 6 *pauperum multitudo* saepe ... damnis affecit imperia populando agros, quietem latrociniis -endo.

β *corporeae* (*oratio in imag. l. 49*): Ⓘ *-itur homo aliquid opprimens, emendans resecando, abscidendo* (*sc. instrumentis; maxime in re rustica*): VERG. georg. 2, 407 rusticus ... curvo Saturni dente (*i. falce*) ... -itur vitem attondens fingitque putando. COLVM. 2, 2, 28 *aratro* praefractas stirpes summasque radices ... refodiat ac -atur *bubulcus dolabrā* (arb. 5, 3 [*postea*: amputabis]. *aliter p. 1690, 55*). PLIN. epist. 1, 8, 3 ut non tantum universitati eius *orationis meae* attendas, verum etiam particulas, qua soles, lima -aris. PALLAD. 1, 42, 3 *runconibus* vepreta -imur. Ps. HIER. epist. 18, 3 p. 185[A] capillum usque ad cutem. ⒾⅡ *-itur res vel animal vario modo aliquid impugnans*: GRATT. 409 si ... lacerum dulcedine (*i. prurigine*) corpus *canum* -itur scabies. COLVM. 8, 7, 4 *ut gallina,* si quid est, quod eam stimulet aut mordeat, rostro -atur. PLIN. nat. 30, 114 duritias in alto ulcerum et carcinomata -itur *medicamentum quoddam.* PACIAN. epist. 2, 4, 5 quas *chartas* tineae -antur.

b *afficiuntur animantes*: **α** *infestantur varia ratione*: Ⓘ *ab hominibus*: CIC. Catil. 2, 4 ut eius socios ... -i non possem. ad Brut. 9, 3 quos ... omnibus sententiis ulciscor et -or (NOVELL. Maior. 11 *parentes liberos* iniustā s.). LIV. 2, 6, 3 *Tarquinius* -i ingratos cives *voluit.* SEN. contr. 2, 4, 2 *iste* fratrem infamat, infantem *eius* -itur. contr. exc. 6, 4, 1 *amicos* veneno (CALP. decl. 12 insimulatione ... aut v.). suas. 3, 1 *Paridem* adulterum (*antea*: vindicare). *al.* VAL. MAX. 2, 9, 6 *censor* animadversione ... *collegam* -tus est. 9, 2, 2 inimicos. SEN. Phaedr. 239 *Hippolytus Phaedrae* odio forsitan -itur omnes *mulieres* (*cf.* odio -i: APVL. met. 9, 15, 1 illa mulier miro me -batur o. FIRM. math. 3, 7, 12 Ps. HIL. libell. 21 p. 93, 5). dial. 3, 14, 3 *peccantes.* CVRT. 8, 7, 12 te *Alexandrum* transfugam belli iure -imur (*sc. occidere volentes*). *al.* QVINT. decl. 288, 3 filios meos *tyrannos* ultra mortem -or. SVET. Tib. 61, 1. PAPIN. dig. 34, 4, 22 inimicitiis gravissimis. PORPH. Hor. epod. 6, 14 *Hipponax* iambicis versibus Bupalum -tus est (*antea*: insectatus est). CYPR. zel. 9 quisque ille est, quem zelo -eris, subterfugere ... poterit. *al.* ⒾⅡ *rebus* (*cf. imagines p. 1689, 37*): SEN. contr. exc. 4, 8, 1 -batur illa *tabella proscriptionis,* quos vicerat, hae *eqs.* VET. LAT. deut. 28, 45 (cod. 100. *sim.* VVLG.) maledicta haec ... -entur te et conprae-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

odio -itur (*i. facit, ut omnes id oderint?*). 5, 5, 4 quos semper malae famae iudicia -antur (*cf.* 6, 20 *seditiosos* vox maligna populi). VVLG. prov. 13, 21 peccatores -etur malum. *al.*

β *premuntur vi corporea* (*exempla manifestiora; dub. an huc p. 1691, 67*): COLVM. 7, 3, 4 *aries* rivalem ... violentissime -itur (APVL. met. 7, 16, 3 [*sc. equi asinum*]). QVINT. decl. 265, 14 -i hominem *pulsando* (FIRM. math. 8, 15, 3 tortores carnifices, qui malos h. ... studio -antur. CHIRON 295 morsibus h. *iumentum insanum* [*inde suppleas* 293]). HIST. AVG. trig. tyr. 22, 3 multitudo ad domum ... ducis venit atque eum omni seditionum instrumento et furore -ta est: ictus est lapidibus *eqs.* FIRM. math. 6, 29, 11 iugulum eorum ... latronum mucro -itur (*i. semper minatur*).

γ *castigantur, corriguntur a deo vel hominibus*: VET. LAT. psalm. 100, 5 (cod. 300; *sim. al. et* VVLG.) detrahentem proximo suo occulte, hunc -bar (*ad deum refertur p. 1684, 67; cf.* HIER. interpr. Iob 19, 22 [*Iob ad amicos*] quare me -imini sicut et dominus? [*sim.* VVLG.; *explicat* PHILIPP. in Iob rec. brev. 19 p. 1433^{D} -i dei est sanctos benigne flagellare). AVG. un. eccl. 20, 56 pater filium castigando. *ibid.* Sara *ancillam* per debitam disciplinam.

B *in sermone iuris spectat ad persecutionem in iudicio* (*aliter e. g. p. 1691, 63. 1694, 63; persecutionem Christianorum v. sub C*): **1** *-untur homines*: **a** *qui ius, poenam, bona sim. petunt* (*de petitione extraordinaria l. 39; syn.* petere *e. g. l. 31. 32. 43; accedit praepos.* ab *l. 41 et* CIC. fam. 1, 9, 15 TRYPH. dig. 20, 5, 12, 1. COD. Iust. 8, 44, 1 [*a. 200*]. INST. Iust. 4, 1, 15): α *c. obi. acc.* (*praepos.* de *l. 32*): PLAVT. Capt. 492 (*loq. parasitus*) barbarica (*i. Romana*) lege certumst ius meum omne -i; ... *inimicis* diem dicam, irrogabo multam (TER. Ad. 163 CIC. div. in Caec. 21. *al.* PAVL. dig. 44, 2, 30, 1 ius suum -tus est et optinuit. COD. Iust. 6, 30, 6 [*a. 290*] apud rectorem provinciae. *al., aliter p. 1694, 18*). CIC. Quinct. 45 rem nostram (FEST. p. 274 [*sec. Gallum Aelium explicatur reciperatio*] quomodo ... res ... privatas inter se -antur. LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 70 res petere -i [*item* LEX Irnit. 7 C 9]. NERAT. dig. 19, 1, 31 pr. *et saepe* [*maxime in dig. et* COD. Iust.]. *cf.* LEX Irnit. 9 B 3 q(ua) d(e) r(e) ii inter se ... agere petere -i volent). Verr. II 3, 28 poenam octupli (3, 30 fam. 1, 9, 15 FEST. p. 302. GAIVS inst. 4, 8 actione furti [con- *trad.*]. 4, 9 rem ... et poenam. VLP. dig. 2, 7, 5, 1 INST. Iust. 4, 6, 16. 18 [*ter*]. *cf. p. 1691, 47*). 3, 32 bona tua repetere ac -i lite atque iudicio (QVINT. decl. 273, 11. *al.*). *al.* QVINT. decl. 273, 12 patrimonium (VLP. dig. 37, 1, 3, 2). AFRIC. dig. 39, 2, 44, 1 creditor eas aedes pignori sibi obligatas. GAIVS inst. 2, 278 legata ⟨per⟩ formulam petimus, fideicommissa vero ... apud consulem ... -imur *eqs.* PAPIN. dig. 20, 5, 1 propriam causam (COD. Iust. 6, 2, 1 [*a. 200*] criminis c. *al.*). *al.* β *sine obi.*: CIC. Rab. Post. 8 iubet lex Iulia -i ab iis, ad quos ea pecunia ... pervenerit. SCAEV. dig. 32, 41, 9 eum ... posse partem dimidiam eius agri ... petere, quamvis alter -i nolit. PAVL. dig. 45, 1, 91, 3 quare non potentior sit, qui teneat quam qui -itur? COD. Theod. 11, 31, 2 *si* aegritudo iudicis ..., ne -rentur, obstiterit. *al.*

b *qui insequuntur aliquem vel ulcisci student aliquid* (*in iudicio ecclesiastico l. 70 infra*): α *accusando* (*de ipso iudice l. 51*): Ⓘ *sine obi.*: LVCIL. 920 certum est facere contra ac -i et nomen deferre hominis. CIC. Verr. II 1, 84 (*antecedit l. 57*) *Verres* respondit in hoc iudicio non -i; sibi in animo esse alio tempore -i. 3, 130 cum eius *praetoris* animum ad -endum (*sc. opprobria provincialium*) ... conscientia sceleris ... refrenaret. Caecin. 89 si quis te ex aedibus tuis ... deiecerit, quid ages? opinor, hoc interdicto ... -ēre (VLP. dig. 43, 15, 1, 5). *al.* COD. Iust. 8, 17, 10 (*a. 294; nisi subaudias 'res'*). *al.* Ⓘⓘ *c. obi. acc.* (*quod indicat aut crimen aut reum*): CIC. div. in Caec. 29 fratrem tuum ... tecum tuas iniurias *non* -i (Verr. II 2, 9. *al.* SEN. contr. exc. 3, 1, 2 QVINT. decl. 252, 23 NERAT. dig. 47, 10, 41. *et saepius*). Verr. II 1, 83 ubi hos -eris, ubi accusas? (*eodem syn.* 4, 3. 4, 104 legibus ac iudiciali iure. har. resp. 5). Rab. perd. 14 mortem ... fratris (dom. 49 ASCON. Mil. p. 32, 26. COD. Iust. 9, 1, 9 [*a. 239*]. *cf. p. 1694, 23. aliter p. 1691, 54*). *al.* SALL. Catil. 52, 4 maleficia (QVINT. decl. 252, 23). PAVL. FEST. p. 259. SEN. contr. 7, 5, 3 de adulterio, quod -itur ... populus; ... de parricidio, quod -itur etiam puer (COD. Iust. 9, 9, 12 [*a. 239*]). 10, 1, 5. 10, 5, 15. PETRON. 109, 2 (*in foederis formula*) neque, si quid ... factum est, obicies vindicabisve aut ... -endum curabis. *al.*

β *puniendo sim.* (*occupando rem multandi causa l. 71; v. etiam sub 2*): QVINT. decl. 260, 14 *an* illos ... adulatione ... prosequemur, hunc ... lege ... gravissima -emur? HIST. AVG. Aurelian. 39, 3 quadruplatores ac delatores ingenti severitate -tus est (COD. Theod. 10, 10, 19 pari supplicio). AVG. c. Cresc. 3, 62, 68 Maximianensium causa, in qua *Caeciliani* ipsi damnarent, ipsi damnatos -rentur, ipsi -tos in ... honore reciperent (*sim.* 3, 66, 74). COD. Theod. 11, 7, 16 *ut iudices* actores, procuratores eorumque praedia -antur. *al.*

γ *obligando, obstringendo ad munia*: COD. Theod. 8, 7, 6 officiales ... praefecti ... post viginti quinque annos minime -antur (*passive, nisi curias pro subi. accipias; antea*: ad curiam minime revocentur). 13, 5, 35 *hos* functioni *navicullariae* conveniet famulari; ... *eos* et eorum ... praedia -enda esse decernimus.

2 *-untur res, sc. leges, poenae sim.* (*cf. p. 1694, 26*): VLP. dig. 9, 2, 27, 17 *lex* Aquilia ... ruptiones *damnosas* ... -itur (9, 2, 49, 1 damnum. TERT. nat. 1, 6, 6 ignoratur, quod *leges* -untur [*cf. 4* puniunt]. COD. Iust. 9, 21, 1 pr. [*a. 300?*]. NOVELL. Valent. 23, 5 nocentes. INST. Iust. 4, 18, 5. 6 *parricidii* crimen novā poenā). COD. Theod. 4, 19, 1 pr. *ut* malae fidei debitores ... damni periculum -atur. 15, 5, 3 quae *poena* legum violatores -itur (16, 7, 6. Iust. 4, 63, 4, 3 [*a. 408/9*]. *cf. p. 1689, 49*). 16, 5, 7, 1 quidquid ... *nocentium* proprietas reliquit ..., usurpatio fiscalis commodi -atur. *al.*

C *in sermone sacr. script. et Christianorum spectat ad persecutionem, quam quis propter fidem patitur* (*cf. usum proprium p. 1689, 30; aliter p. 1695, 12*): **1** *formae verbi variae; persecutionem patiuntur*: **a** *Iudaei a paganis vel ipsis Iudaeis* (*pauca selecta*): VET. LAT. I Macc. 5, 2 (rec. L, *sim.* rec. V) *gentes* coeperunt occidere in populo et -i (*gr. ἐξαίρειν, rec. B* delere). Matth. 5, 12 (cod. 4. *al.* = VVLG.) sic *Iudaei* ... -ti sunt prophetas (BARNAB. 5, 11 ad mortem. LVCIF. Athan. 1, 13 l. 10. *al.*). PASS. Macc. 9, 1 quid innocentes -eris, o tyranne? (*c. respectu tormentorum ut*: 9, 15 'tyranne, ... non veneficum crucias nec ereptorem salutis ... tanta crudelitate -eris, sed *eqs.*' 11, 4. *cf. l. 26*). *al.*

b *Christus ab Iudaeis*: VET. LAT. Ioh. 5, 16 (cod. 2, *sim. al. et* VVLG.) -bantur Iesum Iudaei ..., quia ista sabbatis faciebat. act. 9, 4 (cod. 50. *al.* = VVLG.) Saule, quid me -eris? (*sim.* 22, 7 sq. 26, 14 sq.). TERT. adv. Iud. 10, 9 qua *iniquitate Iudaei* Christum sunt -ti (CYPR. Fort. 11 p. 339, 10 qui caput laniabat in martyre, deum et C. -batur in capite. HIL. in Matth. 19, 5 usque in poenam crucis. AVG. in psalm. 108, 9 quem *C. Iudas* noluit sequi, sed -i. *al.*). *al.*

c *Christiani, ecclesia eiusve fides*: α *ab Iudaeis vel paganis*: VET. LAT. Matth. 5, 11 (cod. 1, *sim. al. et* VVLG.) beati eritis, cum -ti vos fuerint et maledixerint (*explicat* AVG. de serm. dom. 1, 5, 14 -i ... est vim inferre vel insidiis appetere). I Cor. 15, 9 (cod. 75. *al.* = VVLG.) -tus sum ecclesiam dei (*item -itur Saulus*: TERT. adv. Marc. 5, 17 p. 635, 11 AVG. civ. 17, 4 p. 208, 15. *al.*; *-untur alii*: IREN. 4, 28, 3 *Iudaei.* AVG. civ. 18, 52 p. 339, 14 *Iulianus imperator. al.*). TERT. apol. 21, 25 *discipuli* a Iudaeis -entibus (ins- *rec. vulg.*) multa perpessi (*item sine obi.*: Scap. 5, 1 in Asia cum *proconsul* -retur instanter. LACT. mort. pers. 2, 8. AVG. civ. 22, 7 p. 565, 30 donec orbis terrae, qui -batur furore, sequeretur fide. *al.*). CYPR. Demetr. 12 eos, qui colunt *deum,* sacrilega infestatione -eris. ARNOB. nat. 1, 35 iniustis -imini nos odiis. LVCIF. non parc. 28 l. 32 *Saulus* Christianos -batur, quia credidissent *eqs.* (AVG. civ. 17, 12 p. 232, 7 *gentes.* in psalm. 145, 16 l. 37 imperatores. SVLP. SEV. chron. 2, 31, 1 Domitianus. *al.*). *et saepe.* β *a diabolo, Antichristo sim.*: TERT. praescr. 4 l. 15 tunc Antichristus persecutionum atrocitate -etur (AVG. civ. 20, 30 p. 486, 8 A. -turum, Christum iudicaturum). CYPR. epist. 59, 6, 2 qui Christi adversarius ... ecclesiae praepositum sua infestatione -itur. HIER. epist. 45, 4, 1 satanae calliditas semper sancta -ens. AVG. in euang. Ioh. 10, 1 non ... cessat inimicus -i. *al.* γ *ab haereticis* (*haeretici a catholicis* ARIVS, OPTAT.): ARIVS ad Euseb. vers. *β* l. 40 -imur (*passive sec. gr. διωχόμεθα ut* 42. 44 [*vers. α et γ ubique*: persecutionem patimur; *sim. vers. β l. 11*]). HIL. c. Const. 7 sine martyrio -eris (*sc. discordiam per synodos nutriens; cf.* 8 iugulare sine gladio, -i sine infamia). 9 quem *deum* in me -eris (LVCIF. Athan. 1, 9 l. 55 in Athanasio. 1, 34 l. 34. *cf.* 2, 14 l. 30 sqq. ut ille *Herodes* in ⌞Iacobum⌟ ... -batur filium *dei,* ita et tu et in ⌞illos⌟ ... et in ⌞nos⌟ -eris [⌞ ⌟ *acc. pro abl.*]). LVCIF. Athan. 1, 16 l. 28 Constanti, ... desine -i apostolicam ... fidem (1, 41 l. 2 in *Athanasio.* reg. apost. 1 l. 8. GREG. M. dial. 3, 28, 5 *Ariani* orthodoxorum f.). OPTAT. 2, 14 p. 49, 6 sq. quis nostrum quemquam -tus est? quem a nobis -tum esse *dicitis*? HIER. epist. 141, 2 haeretici ... me pari -untur odio. *al.* δ *a temptationibus, peccatis* (*sensu spiritali, fere subest II Tim. 3, 12* [*v. p. 1680, 69*]): AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 45, 2 (*antea 1*: persecutores sunt ..., qui non videntur) -itur avaritia, -itur ambitio *eqs.* AVG. serm. 4, 9 l. 178 *Aegyptii* -untur ... Iudaeos; -untur populum christianum peccata ipsorum (l. 181). 167, 2 omnes mali -untur bonos, non ferro ..., sed vita et moribus. *al.*

2 *part. praes. pro subst. masc.* (*omisimus exempla obiecto praedita, qualia praebent imprimis sacr. script., e. g.* psalm. 7, 2 Matth. 5, 44): CYPR. epist. 11, 8 -entium blasphemia. patient. 6 p. 402, 5 humiliter -entibus cedere. LACT. inst. 4, 27, 5 -entium poenis. HIL. trin. 3, 11 ne quis credentium ambigeret, quod homo -entium non negasset (*sc. centurio Matth. 27, 54. eodem opp.*: QVODV. symb. 3, 4, 19 LEO M. serm. 32, 1). AVG. civ. 1, 22 p. 37, 19 in manus -entium. SACR. Leon. 29 ne ... saevitiam metuerent -entum (164. 755). *al.*

appendix syntactica: **1** *de obi.*: **a** *subaudiendum est vel prorsus deest: v. imprimis l. 36. 44 sq. p. 1688, 25. 1689, 21. 1690, 17. 1692, 55. 1695, 41. 47.* **b** *pro obi. ponuntur struct. variae: enunt. se-*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cund. p. 1693, 10. 66 (cf. et p. 1691, 56. 69), inf. p. 1692, 2. 47 sqq., acc. c. inf. p. 1693, 13, adv. ut *p. 1693, 15.* **c** *pro obi. ponuntur locut. c. praepos. (locis sacr. script. fere subsunt locut. hebr. [et inde gr.]; in* Vvlg. *saepe respondet* -i *c. acc. obi.*): de: *v. p. 1693, 16. 1695, 32.* post (*sec. gr.* [κατα]διώκω ὀπίσω τινός *ut l. 12 infra*): Vet. Lat. gen. 31, 36 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 40, 19; *Iacob ad Laban*) -tus es p. me (cod. 100 -tus es me). exod. 14, 9 (Ps. Philo antiq. 10, 4) *Aegypti* -ti sunt p. eos *Iudaeos.* Ios. 2, 5 (cod. 100). I reg. 30, 8 (cod. 91. *al.*). *al. in sacr. script.* (*saepius in* cod. 100). Lib. iubil. 30, 26. 38, 9. retro: Vet. Lat. deut. 19, 6 (cod. 100) -ens propinquus sanguinis r. homicidam. I reg. 24, 15 (Lucif. Athan. 1, 14; *David ad Saul*) r. quem tu -eris *eqs.* 26, 18 (*ibid.* 1, 15). a tergo: Vet. Lat. I Macc. 12, 30 (rec. B) -tus est Ionathas a tergo ipsorum (*rec. L* insecutus est eos, *rec. V* secutus est). secundum: Vet. Lat. Phil. 3, 14 (Tert. resurr. 23, 9, *sim.* Vvlg.) in priora me extendens ⌞secundum scopum⌟ -or, ad palmam (Vvlg. ad destinatum, *gr.* κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον). ad: *v. l. 15.* in *c. acc.*: Pacian. epist. 2, 5, 1 si quando vos ... imperia -ta sunt; ... atque in nostros pagani principes -ti sunt (*cf. Löfstedt, Beiträge, 1907, 75 sq.*). **d** *ad obi. accedunt: praedic. p. 1693, 6 sq. 1694, 67, inf. p. 1689, 58.*

2 *additamenta varia selecta, quae indicant*: **a** *quo (quousque): v. e. g. p. 1688, 12 sq. 1692, 56 sq.* **b** *unde: v. e. g. p. 1688, 28. 1689, 28. 1692, 33 sq.* **c** *qua re: varia exempla*: armis: Cic. Pis. 73 Phil. 3, 14 Nep. Ham. 1, 4 Liv. 42, 42, 9 Vell. 2, 6, 4. Ivs Ivr. Arit. (cil ii 172) 9. *al.* bello: *p. 1689, 71 sqq.* odio: *v. imprimis p. 1694, 65.* vestigiis: Plavt. Men. 566 Mil. 269 Cic. Verr. II 2, 105. 4, 53. Pis. 83 (*?*). Brut. 307 (*cf. p. 1690, 40. 48*). *in iure*: iudicio: Cic. Verr. II 3, 26. 27. 32 Flacc. 47 fam. 1, 9, 15 Nerat. dig. 47, 10, 41. *al.* (*cf.* in i. Cic. Verr. II 1, 84. Cod. Iust. 7, 62, 6, 5 [*a. 286/305*]. Cod. Theod. 9, 34, 3 ex i. Vlp. dig. 44, 2, 23). iure: Cic. Verr. II 4, 104 Cvrt. 8, 7, 12. Cod. Iust. 6, 42, 8 (*a. 225*). *al.* lege: Plavt. Capt. 492 Cic. Verr. II 1, 82. 4, 104 Qvint. decl. 260, 14 Gaivs inst. 3, 213 Cod. Theod. 3, 16, 2, 1. **d** *quo modo*: diligenter (-issime): Cic. de orat. 2, 92 rep. 2, 29 Att. 6, 1, 3. *al.* Sall. Iug. 95, 2 Sen. nat. 5, 14, 4. *et saepius.* ordine: Colvm. 1 praef. 33 Apvl. apol. 61, 3. *al.* (*cf.* ex o. Flor. epit. 3, 12, 14, per o. Avson. 26, 153 [304, 7 S.]. Mart. Cap. 9, 957. *al.*, in o. Svlp. Sev. chron. 1, 23, 4. 2, 1, 1. *cf. p. 1692, 67. 1693, 38. 44*).

part. praes. **persequēns,** -entis. *pro adi. (sc. accedente gen.): fere i. q. cupidus*: Plavt. Cas. 158 (*uxor de marito*) flagiti -em, stabulum nequitiae. *i. q. tenax* (*non nisi superl.*): Rhet. Her. 2, 19, 29 virum fortissimum, integerrimum, inimicitiarum -issimum *eqs.* (Decl. in Catil. 108 homini -issimo i.). *pro subst. v. imprimis p. 1690, 19. 1696, 65.*

deriv.: persecutio, persecutor (-trix); *cf.* persector (-ari), persequax.

perseqūtio *v.* persecutio.

1. persero, (-sertum), -ere. *a* per *et* serere (serui). [persertus *trad. loco vix sano* Herm. Pal. sim. 9, 2, 7 (*v. vol. X 2, 864, 57*).] *i. q. serendo perducere, traicere* (*sc. per seriem aliquam*): Varro rust. 1, 41, 5 resticulam per ficos ... maturas -unt.

2. persero, -ēvī, -ere. *a* per *et* serere (sevi). *verbum describit actionem eius, qui sationem peragit*: Sidon. carm. 7, 386 (*Cincinnatus ex agro arcessitur*) dictatorem ... salignae excepere fores atque ad sua tecta ferentem, quod non -vit, ... *et* vile triumphalis portavit purpura semen (-miscuit *vel* -secuit *var. ll.*).

[perserpo *in var. ll. falsis* Lvcil. 193 (*v. vol. X 2, 979, 45*) *et* Fvlg. Virg. cont. p. 102, 2 (*pro* pro-).]

*?***perservo,** -āvī, -āre. *a* per *et* servare. [*de loco inc.* Tert. patient. 5, 9 *v. vol. X 2, 869, 40.*] *fere i. q. usque in finem servare, servare pergere*: Tert. uxor. 1, 1 l. 20 (*in resurrectione non nubetur*) ne me putes propter carnis tuae integritatem mihi -andam ... insinuare ... tibi consilium viduitatis (*cod. A*; re- *rell., probat Munier*).

persevērābilis, -e. *a* perseverare. *fere i. q. perseverans* (*c. respectu sive constantiae sive diuturnitatis*): **1** *neutr. pro subst.: de aeternitate Aeonum*: Iren. 1, 17, 2 l. 46 cum *Demiurgus* non potuisset -e eius *Ogdoadis* et perpetuum deformare (*gr.* τὸ μόνιμον). *de constantia actionis*: Iren. 4, 20, 11 l. 311 fortitudo fidei et -e orationum. **2** *pro adi.*: Cael. Avr. acut. 3, 21, 198 articulorum ... defricatio cum quadam -i tenacitate. chron. 3, 2, 19 quae *defectio animi* ... temporaliter depellatur resumptione suffecta, nec tamen -i. Evstath. Basil. hex. 6, 10, 6 quod nihil in rebus humanis ⌞-e diuturnumque consistat⌟ (*gr.* μόνιμον).

persevērāns, persevēranter *v. sub* persevero.

persevērantia, -ae *f.* *a* perseverare (perseverans). *de notione* (*cf. p. 1698, 5 sqq.*): Cic. part. 65 *disputatur,* aliud an idem sit, ut: pertinacia -a (*sim.* top. 87). Synon. Cic. p. 417, 13 continuatio. pertinacia. -a. labor. fortitudo. firmitas *eqs.* Gloss. ἐπιμονή, ὑπομονή. ἐπιβεβαίωσις. pertinacia. Gloss.⌞ I Ansil. pe 1073 sqq. assiduitas, studium, cura. *eqs. legitur inde a* Cic. (*non nisi in prosa oratione*).

fere i. q. vis, virtus vel actus perseverandi (*accedunt determinationes temporales*: in aeternum *infra l. 74,* usque in finem Avg. corrept. 9, 23 persev. 2, 2. *et saepius, gen. l. 39*): **1** *perseverat aliquis in actione, statu, opinione sim.* (*de vento l. 28; -a praestatur patiendo l. 16. 21. al.*): **a** *in bonam partem de constantia sim.* (*cf. e. g.* Cic. inv. 2, 163 [*inter partes fortitudinis*]. 2, 164 -a est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio. 2, 165 [*disting. a* pertinacia, *quae est quasi -a vitiosa; sim.* Varro ling. 5, 2 Isid. diff. 1, 427]): α *non indicatur, qua in re*: Ⓘ *varia exempla* (*pauca selecta post* Qvint.): Cic. Verr. I 50 *numquam mihi* vim -amque ad ... improbitatem persequendam defuturam. II 3, 64 fidei, diligentiae, -ae *patroni.* Manil. 69. dom. 8 hanc suam nimiam -am ... *inimicis* iucundam fuisse. Phil. 7, 14 retinenda est ... nobis constantia, gravitas, -a, repetenda vetus illa severitas. Planc. Cic. fam. 10, 9, 2 de meo studio -aque. Caes. civ. 3, 26, 3 labore et -a nautarum ... vim tempestatis superari. Liv. 5, 4, 10 (*de -a obsidentium ut*: 40, 16, 8 Val. Max. 7, 4, 3. *cf. l. 26. 41. p. 1701, 10*). *al.* Vell. 2, 5, 3 (*interpol.?*). Val. Max. 3, 3 ext. 1 (*syn.* patientia, *sc. pueri dolorem sustinentis*). *al.* Sen. dial. 7, 25, 6 patientia, fortitudo, -a. Scrib. Larg. 21 *medicamina subtilia fiunt* -ā terentium (*antea*: curiose terantur). Qvint. inst. 4, 2, 94. Iren. 4, 37, 2 electionis bonae et -ae (*gr.* ἐπιμονῆς). Lact. inst. 5, 13, 11 nec -am morientium vanam esse nec ipsam patientiam (*de constantia in persecutione ut*: 5, 22, 22. Lvcif. moriend. 11 l. 37 Christianorum. *cf. l. 36*). Conc.^{S} I 4 p. 71, 12 (*gr. I 1, 7 p. 81, 17* τόνον). *al.* *in titulo libri*: Avg. persev. tit. de dono -ae.

Ⓘⓘ *locutiones adv. significantes fere i. q. perseveranter: abl. modi* -ā (*cf. l. 55; aliter e. g. l. 14*): Liv. 5, 6, 8 *Romanos non* impetu potius bella quam -a *gerere* (*opp.* taedium oppugnationis. *cf.* 27, 16, 1 maiore impetu quam -a. Val. Max. 4, 7, 2 quo ... impetu, qua -a animi). Apvl. mund. 12 p. 316 minore nisu nec iugi -a spiritus perferentes *venti* (*gr. deest*). *c. praepos.*: Val. Max. 2, 2, 2 *magistratus prisci* illud ... magna cum -a custodiebant, ut *eqs.* (Vet. Lat. II Macc. 14, 38 [rec. P] cum omni -a [*gr.* μετὰ πάσης ἐκτενείας, rec. V pro -a]). Vet. Lat. Eph. 6, 18 (Ambrosiast.) vigilantes in omni -a (*gr.* ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, *Vulg.* in omni instantia).

β *indicatur, qua in re*: Ⓘ *per gen.* (*cf. l. 54. 55*): Cic. Planc. 89 -am sententiae suae *retinere.* Bell. Alex. 26, 2 -a constantiaque oppugnandi (*gen. gerund. ut*: Tert. adv. Marc. 4, 36 p. 543, 16 orandi -am et instantiam. Hil. in psalm. 65, 19 *apostolorum et martyrum* constantiam et -am ... confitendi. Symm. epist. 7, 117 *litteras* scribendi. *al.*). Tert. patient. 12, 5 viduitatis (pudic. 16 p. 254, 24. uxor. 2, 1 l. 11 univiratus et v.). Iren. 4, 16, 1 sabbata ... -am totius diei erga deum deservitionis edocebant. Cypr. epist. 10, 2, 1 -am fidei (Lvcif. moriend. 6 l. 28. *al.*). Ivst. 3, 4, 4 belli (*sc. obsidionis*). Bened. reg. 58, 9 de stabilitatis suae -a (stavilitate sua -a *Hanslik*). *al.* Ⓘⓘ *per praepos.* (*addas fortasse l. 10*): Cic. Lig. 29 de vestra in illa causa -a (*item* in *c. abl.*: Liv. 45, 10, 15 -am in exsequenda re [perseverabant tam *trad.*]. Sen. epist. 55, 5 in proposito suo. Avg. epist. 147, 34 in eis *bonis operibus* -a [Prosp. resp. ad Gall. 1, 14 Pass. Thom. 30]. *al. [cf. l. 51]; c. acc.*: Tert. monog. 9, 10 duorum in unam carnem -am). Svlp. Sev. chron. 2, 1, 1 Danielis egregia ad conservandam legem -a. Conc.^{S} I 2 p. 79, 16 nostram ... -am circa orthodoxam fidem (*item* I 3 p. 104, 14, *gr. I 1, 3 p. 20, 28* ἔνστασιν).

b *in malam partem de vitiosa pertinacia* (*exempla certiora; cf. e. g. l. 11*): Lent. Cic. fam. 12, 14, 3 *Rhodiorum* malus animus ..., -a in contemptione optumi cuiusque ferenda mihi non fuit. Val. Max. 1, 6, 7 vaesana -a (*disting.* praecipitem audaciam). Sen. benef. 4, 38, 1 haec ... superbae stultitiae -a est: 'quod semel dixi, ... fixum ... sit'. Plin. epist. 7, 3, 1 tantāne -ā tu ... in Lucania? Decl. in Catil. 89 *non desistere* de -a scelerum. Vet. Lat. Sirach 28, 26 -a illius *linguae iniquae* non permanebit (*gr. deest*). *al.*

2 *continuatur mera exsistentia rerum vel animantium*: **a** *in re medica*: Scrib. Larg. 23 epiphora cum -a [t]umoris (*corr. sec.* Marcell. med. 8, 4. *sim. de diuturnitate morbi*: Marcell. med. 34, 50 clavorum. Theod. Prisc. log. 48 passionis. *al.*). Theod. Prisc. eup. faen. 90 -a adiutorii ungues *sanantur* (*sim. de continuatione curae*: log. 108 -a *exercitiorum*). **b** *usu vario*: Apvl. mund. 21 p. 336 ⌞-am ... amicitiae⌟ inter se elementis dedit specierum ... aequa partitio (⌞ ⌟ *gr. 396b35* ὁμολογίας. *item respicitur exsistentia mundi*: 24 p. 342. Plat. 1, 8 p. 198 *mundus* inmortali -a est semper futurus. Ambr. Noe 23, 82 -am mundi. *al.*). Papin. frg. Vat. 294, 1 voluntatis -a (Epist. imp. Const. frg. Vat. 274 [*utrumque vix ad 1*]). Tert. idol. 9, 1 *astrologus* defendens sibi -am professionis istius. ieiun. 14 p. 292, 28 *apostolus* compescens veteris testamenti ... -am et novi sistens (*cf.* adv. Marc. 5, 3 p. 574, 19 legis). test. anim. 4 p. 139, 11 *si* est tibi post mortem ... nulla sensus -a. Iren. 2, 13, 2 augmentum et -am *corporis humani* (*cf.* Ambr. hex. 6, 9, 71 quam *substantiam* iuvenes accipiunt ad incrementum, senes ad -am [*sim.* Noe 9, 28]. *al.*). 2, 34, 4 vitam et perpetuam -am (*item de vita aeterna sim.*: 5, 2, 3 habemus in aeternum -am [*gr.* τὴν εἰς ἀεὶ παραμονήν]. Hil. trin. 11, 43 aeternitas non ad poenae -am ma-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nens, sed ad perpetuae gloriae fructum. *al.*). Ps. Philo antiq. 37, 2 non accipiet Abimelech -am principatus sui. Conc.^{S} II 3, 1 p. 79, 8 per salutem et -am ... nostrorum imperatorum (*gr. II 1, 1 p. 101, 23 διαμονήν*). *al.*

3 *commoratur aliquis, aliquid in loco quodam (qui indicatur per gen. l. 7 et 8): in parte corporis*: Firm. math. 3, 5, 30 ex humorum stativa -a, qui circa caput collecti fuerint, *fiunt caduci et lunatici. in monasterio sim.*: Vitae patr. 5, 7, 27 -a cellae (*gr. Nau 1908 p. 277 n. 195 ὑπομονή. antea*: de cella non exeas). Regvla mag. 87, 58 monasterii. 90, 88 omni rei ingressae ad deum in monasterio -a opus est. *al. ibid.*

persevērātio, -ōnis *f.* *a* perseverare. [*vix recte trad.* Schol. Cic. Bob. p. 149, 7 in eadem -e (perseverans coniuratione *Stangl*).]

fere i. q. actus perseverandi (fortasse eius causa l. 34 sq.): **1** *usu vario*: **a** *perseverat aliquis in actione, statu sim. (in bonam partem maxime l. 32, in malam maxime l. 23 sq. 31 sq.)*: **α** *indicatur, qua in re* ([*quae res per aliam continuetur* Ivlian.]. *fere per gen., per adi.* Iren., *per praepos.* in Chalc., Mar. Victorin.): Hyg. lim. grom. p. 155, 4 multi perpetuos limites egerunt et in illa operis -e peccaverunt, *sc. opus non post singula quaeque examinantes.* Iren. 5, 6, 1 l. 48 corpori et spiritui integram et perfectam -em ... in adventu domini *precatur apostolus* (*cf. I Thess. 5, 23* integer vester spiritus ... servetur). Chalc. comm. 25 temporis ... proprium *est* progredi, aevi propria mansio semperque in idem -o. Mar. Victorin. in Gal. 3, 4 l. 16 *ut* habeant causam -is in fide praemium *eqs.* Ps. Hil. libell. 12 p. 85, 18 ne pueritiam in malitiae -e continuent (*cf.* Avg. in psalm. 54, 20 in -e suae nequitiae *mori*). Cassiod. in psalm. 103, 17 l. 418 baptismatis -o (*antea*: in sacratissimi fontis gratia perseverant). 122 l. 141 virum ... in precum -e mirabilem. *per breviloquentiam indicat gen. argumenta enumerata, quibus alia adduntur*: Ivlian. in psalm. 65, 6^{b} *psalmista* in -em donorum signorumque praesentium recordatur *praeteritorum.* **β** *non indicatur, qua in re*: Rhet. min. p. 305, 16 *habitus est, si* adficimur industria ac constantia et -e. Cod. Theod. 16, 4, 2 insistere motu pestiferae -is. Avg. serm. 113A, 12 coll. Morin p. 153, 9 habebit poenam in malo -is suae. Conc. Matisc. a. 585 p. 240 l. 79 -is nostrae praesentiam cotidianis sacrificiis ostendamus.

b *continuatur mera exsistentia*: Ps. Apvl. Ascl. 41 (*invocatur deus*) aeterna -o (*gr. resp. διαμονή ut*: Iren. 1, 2, 5 causam ... ae. -is ... *aeonibus deum patrem* esse, generationis *filium. cf.* 4, 38, 3 sempiternam -em [*gr. παραμονήν*]. 5, 5, 2 deum suscitantem corpora in sempiternum -em eis donare). Iren. 2, 13, 1 -em et augmentum, *sc. motionum animi.* Ps. Avg. categ. 12, 116 virtus et disciplina, quae -e sui ... aestimantur.

2 *in re medica*: **a** *de diuturnitate morbi sim.*: Cael. Avr. acut. 2, 33, 179 tarda -e (chron. 2, 3, 65). chron. 2, 12, 139 fluores *quosdam* ... dicimus tardos ... ob iugem -em. **b** *de continuatione, iteratione curae, remedii effectusve eorum*: Cael. Avr. acut. 1, 16, 163 *cum oleum* rosaceum ... -e quadam simili atque eadem vexatione ... caput afficiat. 2, 37, 196 *spongias mutamus,* ne -e tactus ... tepescant. chron. 3, 2, 45 -e ... passiones depelluntur. 4, 3, 29 *virtus iniectionis* -em sui persuadens. **c** *de commoratione in loco quodam*: Cael. Avr. acut. 3, 3, 15 *mutentur* cataplasmata, ne -e sui ... in acorem veniant.

persevērātor, -ōris *m.* *a* perseverare (*inter nomina e verbis formata affert* Explan. in Don. gramm. IV 539, 18). *i. qui perseverat*: Ps. Avg. serm. 85, 3 (= Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 80 p. 952^{C}) quid faciet pater familias tanti -is voce constrictus (*respicitur p. 1702, 47*).

⁂**persevēro,** -āvī, -ātum, -āre. [*ex* per- *et* as-sevērāre *verbum* *sevērāre (*fere i. q. firmum constantemque esse*) *restituere temptaveris, quae vox fortasse oblitterata est, postquam* severus *in notionem q. e. durus, rigidus sim. abiit. alias opiniones v. apud Walde-Hofmann II 528. Fo.*] *scribitur*: -seber- Vet. Lat. act. 1, 14 (cod. 5). 2, 42 (cod. 56). Inscr. christ. urb. Rom. 775 (*perf.* -seberabit). Not. Tir. 65, 63 -at. *formae periphrasticae*: -ans esse Vet. Lat. act. 2, 42 (cod. 5 = Vvlg.; *sec. gr. ut p. 1700, 58*). Lvcif. reg. apost. 5 l. 3. Epist. Paul. Laod. 3, -turus esse Qvint. decl. 248, 3. Lvcif. Athan. 2, 21 l. 6 eris -turus. *al.* *de notione*: Synon. Cic. p. 414, 34 adfirmat. contendit. adseverat. perstat. permanet. -at. 421, 19 durat. permanet. -at. perstat (*sim.* 426, 5). Gloss. -o: *ἐπιμένω. ἐμμένω. διαμένω. διατελῶ.* -at: *ὑπομένει, καρτερεῖ.* -verunt: *παρέμειναν. al.* *legitur inde a* Cornelia, Sisenna, Cic., *frequentant e. g.* Val. Max., Sen. *philos.,* Cvrt.; *in poesi non nisi* Sen. Thy. 1096 Stat. silv. 4, 9, 5 Mart. 8, 38, 5 Argvm. Plaut. Stich. 2, 2 Ter. Mavr. 706 Prvd. perist. 10, 578, *ter apud* Comm.

I *fere i. q. (constanter, pertinaciter) pergere, continuare, perstare, permanere sim. (adhibetur saepe intransitive, raro transitive, v. p. 1700, 14 sqq.; vim praeverbii perfectivam intellegit* Prisc. gramm. III 38, 11). *ponitur sive in malam partem (e. g. p. 1700, 16. 69 sqq. 1703, 15) sive in bonam (e. g. p. 1700, 73. 1701, 48. 1703, 2). notione pergendi deflexa de quolibet pertinaci studio vel statu p. 1701, 65 sqq., ceterum e. g. p. 1702, 72 et* Iren. 1, 10, 1 Vvlg. II Petr. 3, 4. *al.; deest color animi, consilii constantis e. g. p. 1701, 19. 32 sqq. 1702, 9 sqq. 1703, 20. 1704, 18 sqq.; c. colore q. e. superesse, restare p. 1704, 12. 19. 1705, 16; c. notione perpetrandi fort. p. 1702, 22). graece resp. (ἀνα-, δια-, ἐπι-, παρα-, προσ)μένειν, nisi aliud indicavimus, διατελεῖν e. g. l. 39. p. 1702, 16. 52. sub A agunt fere homines (res e. g. p. 1701, 27 sqq. 1702, 9 sqq.), sub B et C haud raro etiam res.*

A *respicitur actio, status sim., in quibus -atur* (*-atur dicendo vel scribendo [cf. II] p. 1701, 4 sqq. 1702, 70. 1703, 14 et e. g.* Plin. nat. praef. 16; *in tormentis p. 1702, 69. 1703, 10 et* Sen. contr. 2, 5 them. Qvint. inst. 5, 4, 2 [*cf. p. 1698, 21 sq.*], *ceterum patiendo e. g.* Cypr. patient. 13 [*bis*]. 15, *exspectando p. 1703, 1; continuatur actio interrupta imprimis l. 74; alia peculiaria v. p. 1701, 52. 55 sqq.*): **1** *accedunt structurae indicantes, quid continuetur, in qua re permaneatur* (*ad indicationem accedit pron.* idem *l. 72. p. 1701, 21. al.; indicatio negatur p. 1701, 50 sq. 1702, 18. 50 sq.*): **a** *casus*: **α** *acc.*: Ⓘ *neutr. pron.* (*cf. pron. refl. fortasse p. 1704, 28*): Cornelia epist. frg. 2 (*ad filium tribunatum petentem*) ne ille sirit Iuppiter te ea -are, nec tibi tantam dementiam venire in animum; et si -as, vereor, ne *eqs.* Cic. Quinct. 76 id, quod turpissime suscepisses, -are et transigere. Verr. II 4, 85 quod cum ... indignum ... videretur, non est ab isto primo illo adventu -tum (*nisi struct. impers.*). Liv. 22, 38, 13 id constantius *-are. addas, si obi. ex enunt. relat. subaudias*: Sen. benef. 6, 23, 1 quidquid desinere *dei* non possunt, -are voluerunt.

Ⓘⓘ *subst. significans*: Ⓐ *rem, sc. fere actionem, eventum, affectum sim.*: Bell. Afr. 18, 4 iumenta ... ad insequendum hostem -andumque cursum tardiora (*cf.* Epit. Alex. 28 iter coeptum). Tert. apol. 9, 3 in occulto -atur hoc sacrum facinus (-at *var. l.*). monog. 13, 1 *viduae* professae eam *fidem* non -ant (*opp.* resciderunt. *an iungas* professae eam?). Ivl. Val. 2, 20 *hostes* supplices ..., ne ... excidium sibi et captivitas -ret⟨ur⟩ Alexandro, procedunt (*suppl. Mariotti*). Firm. math. 5, 2, 16 iras suas perpetuis indignationibus -antes. Ivst. 12, 6, 15 illi *Alexandro* quadriduo -ta inedia est. Symm. epist. 1, 37, 1 amicitiam diligentia stabili -as (*cf.* 9, 84 amicitiae diligentiam sedulo -a [diligentia *var. l.*]). 1, 96 religiosam observantiam -a. Favst. Rei. grat. 1, 9 p. 32, 7 (*loq. blasphemus*) *nemo* curam vulneribus ferat, sed integra ea ad diem iudicii -at (*sic cod.,* per se ferat *Engelbrecht,* -et *vel* prae se ferat *Bulhart in schedis*). Ⓑ *personam agendam*: Tert. pall. 4, 2 si *in Scyro Achilles* post incentivum *belli* quoque puellam -asset, potuit et nubere (*ad struct. cf. virg. vel. 11, 5* desinit virginem).

β *abl.*: Ⓘ *gerundii* (*cf. p. 1701, 39. 1705, 35*): Liv. 3, 64, 11 cum ad ultimum -asset negando *eqs.* Tert. apol. 9, 4 non parcendo. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 7, 6 p. 829 utendo (*gr. χρώμενοι διατελοῦσιν*). Avg. in psalm. 141, 6. serm. 105, 1 *si* pulsando instet et -et (*cf. etiam p. 1702, 47*). Ⓘⓘ *subst. significantis: actionem eiusve instrumenta sim.*: Pomp. Trog. hist. Iust. 38, 4, 11 *Itali* adsidue per omnes annos ... bellis continuis -asse. Vlp. dig. 5, 2, 8, 14 lite improba (⟨in⟩ lite *Best*). 48, 18, 1, 27. Hier. hom. Orig. in Ier. 11 p. 663^{B} iugi servitio. Theod. Prisc. eup. faen. 29 unctionibus (*in re medica ut*: log. 29 fricationibus, manibus vel sabanis calidis. Cael. Avr. acut. 1, 11, 84 adiutoriis [chron. 1, 5, 160 secundo vel tertio iisdem -bimus a. *al.*]. chron. 3, 2, 35 iisdem *cibis* ... atque eodem potu. *al. apud eundem*). *al.* *qualitatem sim.*: Sen. benef. 6, 29, 1 aequali in eum fortuna indulgentia -et (Qvint. decl. 372, 6). Cvrt. 3, 12, 18 hac continentia animi. Avr. Fronto p. 31, 16 id, *sc. caelum lenius,* vespera et concubia nocte ... eodem modo -at (Avg. in euang. Ioh. 103, 3 l. 10). Scaev. dig. 33, 2, 32, 6 verbis, quae proponerentur, -are legatum, nisi ... probetur aliud testatorem sensisse. Cypr. Fort. 8 p. 330, 21 *Moyses* stabilis et in signo adlevatis iugiter manibus -vit. *al.* *regulam*: Fortvn. gramm. VI 300, 29 *Horatius* eadem lege *metrica* usque ad finem eglogae -vit (*pendet ex p. 1701, 4*).

γ *dat. (fere sec. gr.)*: Vet. Lat. act. 1, 14 (cod. 50) *apostoli* erant -antes ... orationi (cod. 5. *al. et* Vvlg.: in oratione; *gr. προσκαρτεροῦντες c. dat. ut* Conc.^{S} II 2, 1 p. 49, 35 [*gr. II 1, 1 p. 94, 24; cf. II 3, 1 p. 71, 19* permanens in o.]). Tert. uxor. 2, 2 l. 37 viduas et innuptas integritati -are *oportet.* Iren. 4, 16, 1 l. 23 ministrantes ... fidei nostrae et -antes ei. Avell. 159, 5 anathematizamus ... -antes eorum *haereticorum* communioni et participationi. Canon. Turner I 2, 1 p. 32^{q}, 10 conturbationi (*gr. ἐπιμένων c. dat. ut*: I 2, 1 p. 32^{z}, 25. Conc.^{S} II 2, 1 p. 18, 3 [*gr. II 1, 1 p. 144, 6*]).

b *praepos.*: **α** in *c. abl.* (*acc. trad.* Sacr. Gelas. 321 [*abl. coni. Wilson*], *in var. l.* Sacr. Greg. 79, 2 [339 D.]. Bened. reg. prol. 50. *aliter p. 1704, 71 sqq. et e. g. p. 1702, 69*): Ⓘ *usu sollemni, sc. indicantur actiones vel status, in quibus quis consilio pertinaci -at* (*exempla selecta*): Cic. inv. 2, 5 *si homines optima eligerent,* non tanto opere in vitiis -rent. 2, 9 non ... parum cognosse, sed in parum cognito stulte et diu -asse turpe est (Amm. 23, 5, 11). Phil. 4, 11 in ista sententia (nat. deor. 3, 83 in eadem s. [Val. Max. 5, 4, 5]. Caes. civ. 1, 72, 4 Liv. 38, 42, 13 Plin. epist. 6, 13, 5. *al.*). 9, 6 in hac constantia. Liv. 2, 35, 6 cum *Coriolanus* die dicta non adesset, -tum in ira est ([*2, 35, 2* tribuni diem *dixerunt* ...; ibi ira est suppressa]. 45, 24, 11. *al.*). 36, 14, 13 in incepto (40, 21, 4. *cf.* 45,

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15, 7 in bene coepto). VAL. MAX. 2, 7, 8 in exigenda poena (*item c. subst. et gerund.*: SVET. Aug. 28, 1 POMPON. dig. 34, 2, 34, 1. *al.*; *c. gerund. tantum e. g.* MIN. FEL. 5, 3 in explorando. AVG. in epist. Ioh. 4, 7). BASS. gramm. VI 270, 16 *Horatius* in ea -vit lege *metrica* ... usque ad ultimam partem (*sc. carmine sim. progrediente ut*: PORPH. Hor. carm. 2, 5, 7 -at in allegoria, 'cum vitulis' dicendo [3, 26, 3. *al.* DON. Ter. Hec. 66]. GRILL. rhet. p. 31, 14 in metaphora [SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 3]. *al.*; *cf. p. 1700, 55. 1704, 42 sqq.*). SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 13 in contumacia (EPIST. praef. praet. [CIL IX 2438] 21. MIN. FEL. 33, 4 [*de Iudaeis*]. COD. Iust. 5, 43, 3 [*a. 229*]. *al.*). CVRT. 4, 5, 16 in obsidione urbis (*de obsidentibus ut*: 8, 11, 19. 9, 4, 6). QVINT. decl. 314, 8 *hoc* saepius dixit, in eadem voce -vit (357, 3 iterum ac tertio. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486, 7 in ignorantiae v.). *et saepe.* Ⓘⓘ *abl. indicat, quod -anti actione adhibetur vel petitur* (*per breviloquentiam; exempla significantiora; cf. e. g. l. 4 sqq. p. 1700, 46 sqq.*): CELS. 8, 4, 11 (*antea*: emplastra experiri) *si* febricula ... soluta erit ..., in eodem medicamento erit -andum (*cf.* 8, 7, 6 in lagano. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 22 in hac ... *ciborum* qualitate atque quantitate [1, 1, 26]. *al. apud eundem*). CALP. decl. 46 si -at in mea poena (*sc. impetranda sim.*). LACT. inst. 1, 6, 11 in eodem pretio (*sc. poscendo*). Ⓘⓘⓘ *evanescit color pertinacis consilii, constantiae sim.*: *-ant animantes*: CVRT. 4, 13, 22 cum *re explicata* in eadem admiratione Parmenio -ret (adsev- *codd.*). SVET. Nero 1, 2 *Domitii* inter patricios adlecti -verunt omnes in eodem cognomine *Ahenobarborum.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 44 Varus ... consul fuit, Ofilius in equestri ordine -vit. PAVL. dig. 28, 6, 43 in eadem valetudine. FRG. Vat. 295 (*a. 210*) in potestate patris (COD. Iust. 8, 46, 7 [*a. 294*] avi. *paulo aliter*: FIRM. math. 3, 5, 8 non -antes in his dignitatibus ac p., sed *exules facti.* 4, 14, 8 in istarum potestatum licentia). *al.* *-ant res*: SCAVR. gramm. VII 12, 14 litteram geminatam utroque loco in sua potestate -are (severare *vel* servare *trad.*). COD. Iust. 8, 28, 2, 1 (*a. 239*) si vel modicum de ... usuris in debito -et. IREN. 5, 18, 3 universa quaeque in suo -are ordine. *al.*

β *varias* (*aliter p. 1703, 11 sqq.*): IREN. 2, 27, 1 *veritatis* corpus integrum ... et sine concussione -at (2, 28, 3 sine periculo [*gr. ἀκίνδυνοι*]. COD. Iust. 7, 35, 4 [*a. 292*] si possessio inconcussa sine controversia -erit. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 82 *sic nutriti* non omnino sine cibo ... -bunt. *al.*). HIL. trin. 2, 4 l. 17 ut *deus* intra naturae suae perfectionem ... -et. PROB. inst. gramm. IV 47, 26 haec nomina ... per omnes casus secundum sua genera in declinatione -ant (74, 28 non s. communem numerum per omnes casus). 89, 16 *cum 'paries' non* per omnes casus ... ad 'speciei' declinationem -et (CANON. Turner II p. 25 si ... ⌞incessanter ad peccandum -arint⌟ [*gr. Mansi 2, 520*^{A} *κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγόνασι, alia rec. p. 96* perseverantius abusi sunt]). AVG. in Gal. 50, 2 -anti adversus dominum superbiae. CASSIOD. in psalm. 12, 3 l. 63 adhuc super piis conquestionibus -at *psalmista.*

c *inf.* (*pass. p. 1702, 13; acc. c. inf. fortasse l. 64*): α *usu sollemni inf. indicat actionem iam coeptam* (*ab alio l. 52*): CIC. Quinct. 31 *Dolabella* iniuriam facere fortissime -at. 66 infestissime contendere. or. frg. A 9, 13 legem impedire. fam. 9, 16, 8 me ... revocare. CVRIVS Cic. fam. 7, 29, 1 -a constanter nos conservare (VET. LAT. I Macc. 10, 27 [recc. L, V] fidem). CAES. Gall. 1, 13, 4 bello persequi (*cf.* NEP. Them. 5, 1 bellare). civ. 2, 22, 4 *unum* navigium ... fugere -vit. 3, 37, 2 *Scipio* a vallo non discedere -vit (*item negatur inf.*: SEN. benef. 2, 14, 2. *al.*). LIV. 37, 53, 1 tacere (CVRT. 9, 2, 31). *et persaepe.* *inf. indicat actionem ab alio coeptam* (*cf. l. 74. p. 1704, 74* filios): SVET. Aug. 50 qua *imagine epistulas* signare insecuti quoque principes -arunt.

β *usu liberiore*: Ⓘ *notione pergendi vario modo deflexa describitur quodlibet pertinax studium vel status*: Ⓐ *inf. indicat actionem, quae excipit alteram actionem antecedentem*: VELL. 2, 103, 3 quod *Augustus iam antea* ... facere voluerat ... *et* erat inhibitus, ... *nunc* facere -vit, ut *eqs.* (*sim. excipitur conatus impeditus*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 *multitudo* legitima grassari via prohibita iniusto praetorum cruore manus suas contaminare -vit. SVET. Cal. 48, 1 *a trucidatione legionum* revocatus, inhiberi nullo modo potuit, quin decimare velle -ret). SEN. benef. 5, 1, 2 -emus peractis, quae rem continebant, scrutari etiam ea, quae ... conexa sunt. TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 582, 12 *Paulus* de servitute ... exemptos (-ptis *Kroymann*) ipsam servitutis notam eradere -bat. Ⓑ *inf. indicat actionem, cui aliquamdiu assidue incumbitur* (*certiora*): VAL. MAX. 7, 2 ext. 11 *Callisthenes Alexandrum* obiurgat et ad Macedonicos mores invitum revocare benivole -at. CVRT. 8, 1, 46 Alexander ... Clitum ... percutere conatus ... inhibetur; medium conplexi et obluctari -antem morabantur. 10, 6, 12 nulli *militi* placebat oratio; itaque ... obstrepere -bant. TAC. hist. 3, 39, 2 Blaeso ... fidei obstinatio fuit; ... a Caecina *aliisque* ... ambītus abnuere -vit. SVET. Iul. 85 *plebs Caesari* columnam ... statuit ...; apud eam longo tempore sacrificare ... -vit (*cf.* Nero 56 *imagunculam* colere -vit). Aug. 94, 12. Vesp. 2, 1 aviae memoriam tanto opere dilexit, ut ... pocillo ... eius ... potare -verit. TERT. adv. Prax. 22 p. 271, 1. PASS. Perp. 3, 1 cum ... me pater verbis evertere cupiret et deicere ... -ret. Ⓒ *inf. indicat actionem, qua proposita, decreta constanter in animo tenentur*: SEN. epist. 104, 1 Paulina mea retinente exire -vi (*v. app. crit.*). 104, 3 qui *uxore et amico neglectis* -bit mori (CVRT. 8, 8, 22 cum *Alexander* interfecto Clito mori -ret). CVRT. 3, 6, 6 bibere -em? (*sc. potionem a medico incertae fidei praeparandam*). TERT. fug. 12, 10 quod *Paulus discipulis dissuadentibus* aeque Hierosolymam tendere -ret. DARES 8 Cassandra postquam audivit patris consilium, *praedixit mala* ..., si Priamus -ret classem in Graeciam mittere.

Ⓘⓘ *colore pertinacis consilii, constantiae sim. evanido inf. indicat continuatum statum rerum* (*servorum* TRYPH.; *apud scriptores variarum artium; pro inf. est* esse *praeter* HYG.): COLVM. arb. 2, 1 pluribus vindemiis easdem vites inspicit, an -ent esse fecundae. HYG. lim. grom. p. 159, 5 quidquid ... ultra primum kardinem nominatur, -at usque ad ... finem 'ultra primum' vocari. TRYPH. dig. 49, 15, 12, 1 hi *servi* bonorum fuerunt et esse -ant. HIPPOCR. progn. 18 quibus ... praecordia ... sine dolore -ant esse (*gr. διατελῇ ἐόν*). NOVELL. Valent. 4, 1.

d *enunt. secund.*: α *c.* ut (*cf. p. 1703, 5*): CIC. Att. 9, 19, 4 ut ad urbem non accederem, -vi. Ps. QVINT. decl. 9, 2 si -at *pater,* ut ... rependat *abdicatione misericordiam meam.* HIER. psalt. sec. Hebr. 118, 106 iuravi et -bo, ut custodiam iudicia *tua* (*cf. Vulg.* statui custodire). AVG. serm. 151, 2 vult *caro* aliquid et non vis tu: -a, ut nolis tu. *fortasse vergit in notionem perpetrandi*: VET. LAT. II Macc. 15, 5 (rec. B) *Nicanor* non -vit, ut perficeret ... consilium suum (*gr. οὐ κατέσχεν ἐπιτελέσαι, recc. al.* non obtinuit]). ?β *c.* quod (*si ἀπὸ κοινοῦ positum est*): PLIN. epist. 9, 5, 1 egregie facis (inquiro enim) et -a, quod iustitiam tuam provincialibus multa humanitate commendas (persevere *coni. vet.*).

e *adv.* (*cf. p. 1700, 51*): SEN. epist. 4, 1 -a, ut coepisti. VET. LAT. I Cor. 7, 20 (Tert. idol. 5, 1, *sim.* uxor. 2, 2) ut quisque fuerit inventus, ita -et ([*Vulg.* permaneat]. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 124. AVG. civ. 17, 7 p. 221, 28 Israel in duo fuisse divisum atque ita -asse. *al.*). CYPR. hab. virg. 5 *virgo* integre et pure ... -et. *al.*

2 *locus indicatur per praepos. vel adv.*: in *c. abl.*: Avg. civ. 12, 1 p. 512, 13 constanter in *deo* ... atque in eius aeternitate, veritate, caritate -unt *angeli boni* (*opp.* a superiore ... bono ad propria defluxerunt). Oros. hist. 5, 2, 8 *maiores* -endo in sedibus suis ... necati sunt. Leo M. epist. 45, 2 Conc.^{S} II 4 p. 24, 25 episcopus in nostra omnium communione -it (80, 4 *ibid.* p. 40, 15). Prosp. carm. de ingrat. 594 cordis in alvo -it *peccati ebrietas.* Petr. Chrys. serm. 120, 8 in superni luminis claritate -it *sancte vivens* (*cf.* Theod. Mops. in I Tim. 6, 16 in lumine). Vita Eugen. rec. vet. p. 393, 40 in ... monasterio -bat. Arator act. 2, 566 pisces Petrus agens homines capit: aequoris hospes in sacris -it aquis. *al.* *cetera exempla*: Avg. civ. 4, 29 p. 183, 7 *nisi* illic imperii fines constituerentur, ubi hodieque -unt (Theod. Mops. in Tit. 3, 12. *cf.* Paschas. verba patr. 33, 1 *qui* seipsum reprehendet, ubique potest -ere; si autem se magnificat, numquam stat [*antea quaesitum est,* si melius esset remotius ab aliis manere]). Greg. M. moral. 10, 31 bona sunt, ad quae indefessi -imus ([*opp.* a quibus continue deficientes labimur]. 12, 19 creatura corruptibilis -ere ad incorruptionem potest, quia ... *dei* manu erigitur, et ..., ut -at, tenetur [*postea*: in incorruptione -at]). 19, 5 apud patrem *sapientia* invisibilis ... -at.

II *usus peculiares*: **A** *fere i. q. (hostiliter) instare, urgere* (*accedit* in *c. acc. l. 25,* adversum *l. 27; pendet inf. l. 30. 32*): Rvfin. hist. 4, 15, 16 *pagani* persuadere sedulo conabantur dicentes '...'; haec ille *sanctus* primo tacitus audivit, sed ubi -bant, ait *eqs.* (*nisi ad IA2*). 5, 1, 17 in quod (*sc. ut martyres torti crimina commissa faterentur*) omnes pari ... furore -bant, ... perurgentes *eqs.* 6, 41, 18 adversum quam *virginem sanctam* summa contentione iudice -ente et inmensis eam ... cruciatibus adfligente (*gr. βασανίσαντος solum*). Marcell. Aug. epist. 136, 2 (*spectat ad Matth. 5, 39*) tunicam tollere -enti (re- *var. l.; cf. p. 1752, 74*). Ps. Avg. quaest. test. 65, 2 *Iesus crucifixus est* non legibus, sed -ente malivolentia Iudaeorum. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 103, 5 cum autem -remus subtiliter agnoscere, dixerunt *eqs.* (*p. 103, 3* cum ... interrogassemus; *gr. I 1, 3 p. 19, 19 ἐπέμψαμεν* [*sec. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 130 is, qui transtulit, ἐπεμείναμεν legisse videtur*], *alia vers. I 2 p. 78, 18* permaneremus). **B** *fere i. q. consistere in aliqua re*: Avg. c. Faust. 20, 7 *lumen divinum* incommutabili voluntate, veritate, aeternitate -it. Apring. in apoc. 1, 12 qu(a)e *ecclesia* in ista ebdomada mundi -at. 21, 16 ut perfectorum normam in pr(a)esentis mundi -re[t] ostenderet ebdomada (*postea*: ebdomada, qua mundus constat).

deriv.: persistentia. *Erwin.*

platyfyllos sive **persītēs** *appellatur species tithymalli* Ps. Apvl. herb. interpol. 109 l. 22. *vox corrupta vid., nisi redit ad gr. *περσίτης, quod fort. a Πέρσης derivetur, v. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 49.*

persoinus, -a, -um *vel* **persoinum**, -ī *n.* *orig. inc.* (*cohaeretne cum* Persa*?*). *significatur aut qualitas scamnorum (si est adi.) aut res mobilis pretiosa* (*si est subst.; fort. pertinet ad fuscum lignum vel caeruleum textile, cf. colorem q. e.* persinus *Ps. Aug. sobr. 3 p. 1110*): Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 224, 7 (*inter dona ad praepositum missa*) cathedrae eburneae quattuor, scamna eburnea duo, -a quattuor, tabulae maiores duae *eqs.* (*fere item* p. 224, 18).

persoleo, -itum, -ēre. *a* per *et* solere. Not. Tir. 28, 36^{a} -et (*e coni. pro* prae- *item* Not. Tir. 28, 36, *v. vol. X 2, 895, 30 sqq.*). 28, 36^{c} -tus.

adv. **persolenter.** Gloss. V 608, 26 -r: assidue.

[persolido, -ātum, -āre. *a* per *et* solidare. *falsa var. l.* -ta *pro* persollata Plin. nat. 25, 113 (*etiam* 1, 25, 66), -at *pro* praesolidat Stat. Theb. 1, 353, -bit *pro* solidabit Theod. Prisc. gyn. 11.]

persolidus, -a, -um. *a* per *et* solidus. *i. q. valde solidus*: Clavd. Don. Aen. 7, 10 p. 7, 6 *Circe* incendebat ... cedri materiem -am (-as *cod.; 'an* per solidas noctes*?' Georgii, sed cf. e. g. 7, 175 p. 27, 15 sqq. cedri lignum* corruptionem ... ex antiquitate non sentit). *Breimeier.*

persōlla, -ae *f.* [*subst.* *persōn-ela > persōlla, *sc. demin. a* persōna *intellegunt plerique (cf.* corōna: corolla; *Leumann, Gramm. 1977, 306), cum Meister, Lat.-griech. Eigennamen I, 1916, 36 adn. 2 postulet adi.* (per-sŏllae nugae) *conferens* *sŏllo- *'totus' (cf.* soll-ers *etc.); sed haec vox aetate Plauti obsoleta fuisse videtur neque facile cum* per- *componi potuit. Fo.*] Gloss.^{L} III Abstr. pe 87 -a: persona vilis (*inde* I Ansil. pe 1091). V Abba pe 165 -a: persona minor (*item* Corp. p 345 Gloss. V 384, 56). *laxius* Gloss.^{L} II Abav. pe 106 -a: persona (*sim.* I Ansil. pe 1092). *per errorem* Gloss. V 319, 62 persola: persona maior. [*falso trad. pro* persollata Plin. nat. 26, 92.] *i. q. parva persona* (*c. despectu dictum, sive larva foeda respicitur [ita e. g. Tandoi, Stud. Ital. 33, 1961, 226 sq., irrisionem histrionis intellegens] sive homo vilis, abiectus significatur* [*cf.* Gloss. *supra; sed in voce q. e.* persona *notio hominis vix iam aetate Plauti occurrit, v. p. 1726, 66*]): Plavt. Curc. 192 (*servus ad meretricem*) ebriola -a, nugae (e. persole nuge *fere trad., unde* e., -ae [*gen.*] nugae *Leo; sec. Meister* -ae nugae *est i. q. ibid. 199* nugas meras).

deriv.: persollata.

persōllāta, -ae *f.* [*a* persolla; *de suffixo (cf.* barbatus *sim.) v. Leumann, Gramm. 1977, 333; de origine nominis cf. p. 1732, 48. Fo.*] [*codd. praebent etiam* -solata, -solita, -soluta, -solidata, -solla *sim.*] *nomen herbae, i. q. personacea* (*q. v.*): Plin. nat. 25, 113 (*inde* 1, 25, 66) -a, quam nemo ignorat, Graeci arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis et hirsutiora nigrioraque et crassiora, radicem albam et grandem (personata *suspicatur Mayhoff*). 26, 24 *medetur* strumis ... radix -ae (26, 28 contra ... exscreationes. 26, 92 panos sanat. 26, 121 *zosteri* medetur. 26, 136 ad erraticum *sanguinem.* 26, 143 radices -ae volneribus ... inponuntur). *Dubielzig.*

[persollicitus Serm. Migne 13, 641^{C}. 643^{A} *medii aevi est.*]

persolvo, -vī, -ūtum, -ere. *a* per *et* solvere (*cf. etiam infra l. 18 sq.*). Not. Tir. 29, 99 -it. *de prosodia*: -solŭ- (*in altera parte pentametri*) Ov. epist. 6, 74 fast. 5, 330 Epiced. Drusi 370 CE 1316, 4. 1536, 2. *de notione*: Dosith. gramm. 75, 6 *λύω* solvo, ... *διαλύω ἀποδίδωμι* -o (*inter* verba quae praepositionibus appositis aliam significationem faciunt, *ut* Char. gramm. p. 469, 29). Gloss. -o: *περιλύω, περιγράφω. ἀποτινύω.* -it: dat, litat, sacrificat, luit. -tum est: *διευλυτώθη.* -ens: *ἐκτελῶν.* Gloss.^{L} I Ansil. pe 1093 -ant: reddant. 1094 -ere: restituere. 1095 -o: confundo (*obscurum, spectatne ad IIB?*). *al.* *legitur inde a* Plavto, Ter., Lvcil. [*confunditur in codd. maxime c.* solvere Cic. Planc. 101 Phil. 14, 38 Flor. epit. 4, 5, 1. *al.* (*var. l. falsa* Cic. Verr. II 3, 195), *praeterea e. g. c.* resolvere Cic. Phil. 14, 38 Tib. 2, 3, 62 Avg. epist. 149, 1 Transit. Mar. 2 rec. B2, *c.* dissolvere Liv. 8, 12, 1. *loco corrupto*: Pvblil. sent. R 16.]

i. q. (plene) solvere (*vis perfectiva praeverbii illustratur per obi.* reliquum, *e. g. l. 39 sqq., vel* omnem *sim., e. g. l. 44. 64*): **I** *respiciuntur obligationes solvendae, compensationes* (*pro subi. sunt fere animantes, sed iocose res l. 59, pretium, quo compensatur, p. 1713, 8* [*cf. etiam l. 63 sq. et* Stat. silv. 1, 4, 38]. *obi. deficiente vel subaudiendo l. 55. al., cf. pass. impers. p. 1714, 45; quid -atur fere per acc. indicatur, abl., ut vid., p. 1714, 31. obi. est fere id, quod nunc datur, rarius id, pro quo compensatur, p. 1713, 13. 30 sq. 67, ambigua plura e. g. sub A2bα*): **A** *sensu latiore* (*in imaginibus saepe sublucet sensus strictior, e. g. l. 40. 46 et saepius sub 1b*): **1** *generatim; solvendo satis fit*: **a** *animantium exspectationi, moribus*: **α** *-it is, qui officium implet, sc. quasi aliis debitum, ab aliis exspectatum*: Ⓘ *munus -itur enarrando, docendo*: Plavt. Cist. 188 (*loq. Auxilium*) quod reliquum restat, volo -ere *argumentum fabulae enarrando,* ut expungatur nomen, ne quid debeam (*cf.* Rhet. Her. 2, 31, 50 ad reliquum -endum. 4, 1, 1 nunc ... tibi, id quod reliquum est artis, ... -emus. Cic. fam. 3, 9, 3 velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi -as). Rhet. Her. 3, 1, 1 ut omnis ... praeceptio tibi ... -retur. Sen. contr. 1 praef. 19 hoc vobis, in quo iam obligatus sum, -am. Sen. epist. 109, 17. Colvm. 10 praef. 1 debitum, quod nunc -o (*antea*: faenoris tui ... reliquam pensiunculam). Avien. ora 25. Leo M. epist. 165, 1 Conc.^{S} II 4 p. 113, 4 *promissum* sermonem, quem nunc ... -o. Ⓘⓘ *alio modo*: Cic. Verr. II 5, 177 mei rationem iam offici, *sc. accusatoris,* confido esse omnibus iniquissimis meis -tam. 5, 183 officium Siculis (p. red. ad Quir. 23 [*interpol.?*] in o. -endo dissimilis est ratio pecuniae debitae. Symm. epist. 4, 23, 2 salutationis [Ennod. epist. 9, 35, 3 p. 260, 3]. Bened. reg. 16, 2 *deo* nostrae servitutis o. *al.*). Sull. 87. Planc. 103 sinite me, *iudices,* quod ... huic saepe promisi, id a vobis ei -ere (*cf.* Paneg. 2, 18, 1 promissa [Avg. serm. 216, 5]). Att. 14, 20, 2 -i primae epistulae, venio ad secundam (*sc. respondendo, cf. l. 51. 64 et* Symm. epist. 8, 55A responsum. Avg. epist. 149, 1 rescripta [157, 1]). Liv. 1, 32, 10 (*verba fetialium*) populum illum ... iniustum esse neque ius -ere. 2, 31, 11 *Valerius dictatura se abdicavit et* velut -ta fide *domum recessit* (Qverol. p. 51, 5 aula, *quae fracta thesaurum a patre conditum filio ostendit,* domino f. -it. Avg. epist. 127, 8 deo). Stat. Theb. 10, 772 (*devotus ad deos*) haec, *sc. salutem patriae,* Amphioniis pro me -ite terris. Fronto p. 115, 10. Symm. epist. 2, 91, 1 devinctus officiis *patris,* filio opto -ere, quod de parente contraxi. Pelag. in I Cor. 9, 16 debita (Prvd. perist. 1, 62 [*loq. milites*] vita ... d. -it omne functa rebus Caesaris. Ennod. epist. 1, 11, 3 p. 21, 18 salutationis d.). Cod. Theod. 12, 1, 77 post munera ... et magistratus gradatim patriae -tos (Cassiod. var. 2, 28, 5 militiae m. -to. *al.*). Novell. Maior. 7, 7 sive adhuc obnoxius functionibus sive muniis -tis. *al.*

β *-it is, qui praemium, grates reddit pro eo, quod quis fecit, praebuit* (*ironice p. 1713, 2. 11*): Ⓘ *usu vario*: Ter. Andr. 39 summum pretium, *sc. manumissionem,* -i tibi ([Don. quia 'pretium' dixerat, '-i' dixit proprie]. Cic. dom. 23 [*v. infra*]. Prvd. c. Symm. 1, 143). Rhet. Her. 4, 43, 55 quid est quod a me satis ei *patriae* -i possit, unde haec accepi? Cic. dom. 23 cum ... merces tui benefici pretiumque provinciae meo sanguine tibi esset -tum (Cvrt. 7, 5, 38 [*Alexander ad usurpatorem*] parricidii m. falso regis nomine -isti tibi. Apvl. flor. 18, 35 Avg. civ. 6, 7 p. 259, 13. *cf.* Clavd. 28,

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

579 *Stilichoni* mercem Fortuna laborum -it). Sest. 52 si erit iis *pravis consulibus* id quod debetur -tum. Planc. 80 qui meritam dis ... gratiam iustis honoribus ... -unt (APVL. met. 11, 24, 6 MART. CAP. 2, 142. VITA Roman. vet. [BHL 7305g] p. 53, 28 g. non tantum verbis, quantum lacrimis ... -itur [*fere eadem* VITA Caes. Arel. 1, 40]. *al.*). Cael. 68 consciis servis ... praemium *manumissione* -tum (Planc. 101 illorum laborum p. Mil. 58 meritum p. Ov. fast. 3, 392 sacerdotes *fabro* ... promissa ... p. -unt. SEN. benef. 6, 15, 6 *periculi* p. vectura -it *nautis.* dial. 9, 16, 1 [*de exitu bonorum*] tam iniqua p. fortunam -ere. *al.*). BRVT. Cic. fam. 11, 11, 1 tantum me tibi debere existimo, quantum -ere difficile est. VERG. Aen. 1, 600 grates -ere dignas (2, 537 [*Priamus ad Pyrrhum*] tibi pro scelere ... di ... -ant g. dignas. VAL. FL. 4, 630 CLAVD. 1, 75 MART. CAP. 6, 575. *al.*). SEN. benef. 2, 33, 3 ipsum *beneficium* ... bene accipiendo -i. Ps. QVINT. decl. 17, 10. SVET. Cal. 26, 1 *amicis* pro ... meritorum gratia cruenta mors -ta est (AMM. 25, 3, 15 dii ... piissimis m. tamquam summum praemium -erunt). *al.* Ⅱ *militibus -untur praemia sim.* (*quaedam transeunt ad B2, sed similia separare noluimus*): CIC. Pis. 92 *militibus iuravit* se, quae deberentur, postero die -turum. Phil. 11, 39 his *tironibus* praemia promissa sunt, illis *veteranis* -ta; ... -antur his, quae spopondimus (14, 35. 14, 38 LIV. 8, 12, 1. R. GEST. div. Aug. 16 p. numerato -i. VELL. 2, 40, 5 QVINT. decl. 315, 8 SVET. Vesp. 8, 2). 14, 34 gloriae munus ... fortissimis civibus monumenti honore -itur. Att. 5, 14, 1 stipendium ... eis usque ad Id. Quint. -tum (LIV. 28, 29, 12. 34, 19, 11). epist. frg. 4, 8 legionibus victricibus erunt, quae spopondimus, -enda. CASS. Cic. fam. 12, 12, 2 dum promissa militibus -o. LIV. 36, 40, 7 si -ta eis ... prioris periculi ... merces sit. TAC. ann. 1, 37, 1 donec ... ex viatico ... Caesaris pecunia -retur. FLOR. epit. 4, 5, 1 agrorum divisio, quod *Augustus* ... veteranis patris pretium militiae -bat.

b *naturae legibus, rerum proprietatibus*: LVCIL. 1326 virtus ... est pretium -ere verum, quis in versamur, quis vivimus rebus, potesse (1332 virtus *est* divitiis p. -ere posse). TIB. 2, 3, 62 at tibi *sit* dura seges, ... -at nulla semina terra fide (*si recte trad.*). EPICED. Drusi 370 vita ... data est sine faenore nobis mutua, nec certa -enda die. SEN. contr. 2, 6, 11 (*loq. filius luxurians*) simul primum hoc tirocinium adulescentiae, quasi debitum ac sollemne, -ero, revertar ad bonos mores. SEN. epist. 36, 5 minus ... turpe est creditori quam spei bonae decoquere: ad illud aes alienum solvendum opus est negotianti navigatione prospera ...; ille quod debet sola potest voluntate -i. CIL VI 3580, 13 (*aet. Vesp.*) debitum naturae -it (*item de morte*: HYG. fab. 26, 3 *serpens* d. naturae -it. CIL VI 11693, 7. CE 1316, 4 debita -ui. *de pecunia sim.*: NOVELL. Theod. 22, 2, 12 d. naturale *propinquis*). ARNOB. nat. 3, 10 ut deas quoque credamus circumactis -ere suas mensibus leges. AVG. in euang. Ioh. 41, 7 non, inquit *Christus,* mortem mei peccati necessitate -o. SIDON. epist. 1, 11, 7 moribus *cuiusdam* ... praeconia competentia non ex asse -o.

2 *speciatim*: **a** *-untur poenae sim.* (*delicta l. 67 sqq.*): α *iunctura trita* -ere poenas (*sing.* CATVLL., LIV., AVG. *al.*): CARBO filius frg. Cic. orat. 214 ab omnibus esse ei *rei publicae* p. -tas. CIC. Verr. II 5, 163. Phil. 11, 29 ut ... p. dis hominibusque meritas debitasque -at. Lael. 37 graves iustasque. ad Brut. 13, 2 sceleris. CATVLL. 64, 297 quam *p.* quondam ... -it pendens *Prometheus.* CAES. Gall. 1, 12, 6. VERG. Aen. 9, 423 calido mihi sanguine p. -es ([*sec. Enn. ann. 100* das s. p.]. DICT. 3, 21 [*loq. Priamus*] satis poenarum filiorum s.). TIB. 1, 9, 13 LIV. 8, 12, 1 VAL. MAX. 3, 2, 17. IVS IVR. Arit. (CIL II 172) 10. PHAEDR. 3, 5, 10 p. -it cruce. SEN. Ag. 1001 (*loq. Clytemestra*) *Cassandra* p. capite -et suo (CVRT. 7, 10, 10). HOMER. 852. MART. epigr. 10, 3 laeserat ... leo ... magistrum ..., sed dignas tanto -it crimine p. AVG. civ. 10, 24 p. 438, 14 p. peccati, quam ... pro nobis sine peccato ipse *Christus* -it. SVLP. SEV. chron. 2, 8, 6 morte (NOVELL. Valent. 23, 4). COD. Theod. 16, 5, 39 haereticos ... p. debitam absque dilatione -ere. *al.* β *cetera exempla*: LIV. 8, 14, 6 aere -to (*sc. ab eo qui illicite Tiberim transcenderat*). SEN. Oed. 998 iusta -i patri. TAC. ann. 6, 26, 3 sera magis quam immerita supplicia -it (Ps. AVR. VICT. epit. 48, 4 scelestae cupidinis s.). VET. LAT. gen. 4, 15 (Filastr. 132, 5) qui occiderit Cain, septem vindictas -et (*gr. παραλύσει, Ambr. Cain et Ab. 2, 9, 34. al.* exsolvet, *Vulg.* septuplum punietur). PORPH. Hor. carm. 1, 28, 33 ('precibus non linquar inultis teque piacula nulla resolvent') ut ultionem huius rei -as. COD. Theod. 11, 20, 4, 2 ad multam sexaginta librarum auri -endam. RVST. HELP. benef. 123 *Christum* -ere lignum *crucis* ... pro *peccatis nostris* (*cf. l. 56. 68*). *al.* *obi. est id, pro quo quis punitur* (*cf. p. 1715, 12*): IREN. 3, 18, 6 *Christus* per obaudientiam inobaudientiam *hominum* -ens. CLAVD. 5, 437 dextera *abscisa Rufini* ... ⌞fraudes⌟ ... animi -it avari (⌞ ⌟ poenas *var. l.*). LEX Visig. 8, 2, 1 ut supplicio capitali admissa -at. GREG. M. moral. 15, 21.

b *-untur deis vel mortuis debita* (*cf. e. g. l. 2. p. 1712, 52. 60; -it deus p. 1714, 4*): α *vota sim.* (*cf.* AVG. quaest. hept. 4, 41 *res* votae et -tae, hoc est promissae et redditae. MACR. Sat. 3, 5, 3 ut nuncupata vota signaret *Verg.* [*p. 1714, 15*], ait '-o', quod de voto proprie dicitur): -ere vota (*sg. p. 1714, l. 4. 7*): CIC. har. resp. 28 *ut imperatores* ea *vota* ... in illo loco ...

-rent. rep. 2, 44 *Tarquinius* votum patris Capitoli aedificatione -it. TIB. 1, 5, 17 v. novem Triviae ... dedi; omnia -i. PROP. 2, 25, 23 *nemo* in mediis -it v. procellis (*cf.* GERM. 411 aegre ultima -unt ... *nautae* v. salutis). 2, 26, 49 deus ... votum *suum* -it. Ov. epist. 6, 74 sq. (*Hypsipyle ad Iasona*) v. ... te salvo -enda mihi; v. ego -am? LIV. 42, 42, 1 *ut* debita v. -rem (INSCR. christ. urb. Rom. 4102 [*saec. V med.*] Petro apostolo). FEST. p. 158 non esse -tum ab his votum. SEN. Herc. f. 1037. CVRT. 6, 11, 7 pro incolumitate regis. TAC. ann. 3, 64, 4 PLIN. epist. 10, 100. CLAVD. DON. Aen. 5, 480 p. 479, 5 melius ... tibi, Eryx, bovis anima v. -i quam hominis. *al.* *cetera exempla*: TIB. 1, 3, 29 ut mea votivas -ens Delia voces ante ... fores *templi* sedeat. Ov. fast. 5, 330 *consules* ludos ... -uere *Florae.* ACT. Arv. a. 58 (CIL VI 2040) 17 ⟨quae superioris⟩ anni ma⟨gister voverat, pe⟩rsolvit (*sim. in eisdem actis*: a. 58-9 [CIL VI 2041] 42. a. 59 [CIL VI 2042] e 27. *al.*).

β *sacra vel ritus, victimae sim.*: Ⅰ *sacra varia*: VERG. Aen. 5, 484 (*loq. victor pugnae*) hanc tibi, Eryx, meliorem animam *tauri* pro morte Daretis -o. 8, 62 (*Tiberinus ad Aenean*) mihi victor honorem -es (SIL. 4, 736 *Thrasymenno* -es, *Hannibal,* meritos ... h.). SEN. benef. 5, 16, 1 *si Catilina* diu debitas inferias Gallicis bustis duces Romanos -erit. AVIEN. Arat. 886 *Centaurus* dextram protendere visus ad Aram ... -it munera (DRAC. Romul. 8, 80 *Priamus* annua -ens ingratis m. divis). SERV. ecl. praef. p. 1, 5 Dianae sacra -i (CLAVD. DON. Aen. 4, 635 p. 412, 6 AVG. civ. 4, 18 p. 167, 5. ACT. Achat. 1 quis ... homini s. -at?). PRVD. apoth. 198 acerram. SACR. Gelas. 567 orationem. *al.* Ⅱ *ritus funebris, exsequiae*: iusta: CVRT. 4, 12, 2 corpori uxoris *Darei* ... i. -is. 6, 6, 19. GRAN. LIC. 35, 25 PANEG. 3, 27, 4 DICT. 6, 13. AVG. cur. mort. 8, 10 sanctorum funeribus i. -ere. SIDON. epist. 2, 8, 3 vers. 15 in temporibus vigentis aevi iniuste tibi i. -ta. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 26, 11 p. 392ᴬ cuncta, quae videbantur erga ⌞defunctum i.⌟ -ta esse (⌞ ⌟ busta *edd. vet.; gr. πεπλήρωτο*). *cetera exempla*: QVINT. decl. 299, 4 *parricidae* tumulum et exsequias -i fas fuit? (*cf.* VITA Roman. rec. [BHL 7306] 13 p. 189, 22 ut ... hymnorum canoribus modulatis vocibus dignis deo -rent exequiis [*abl. pro acc.? anne subaudias* ministeria *sim. coll. ibid.* p. 188, 13 ministeria -ente?]). APVL. met. 1, 6, 3 -tis ⌞fer[i]alibus⌟ officiis (⌞ ⌟ inferialibus *Helm*). SERV. Aen. 6, 154 (*e Seneca*) si quis ... pereat nec eius inveniatur cadaver, post centum ei annos ultima -untur (-untur officia *var. l.*). AVG. civ. 1, 14 p. 24, 15. ALC. AVIT. carm. 6, 247 supremum ... -ere munus.

B *sensu strictiore solvuntur obligationes, quae fiunt in rebus pecuniariis, negotiationibus sim.*: **1** *-itur pecunia debita sive mutua sumpta sive propter obligationem*: CIC. Flacc. 46 se pecuniam, quam ... sumpserat, ... Fufiis -turum (47 se omnem p. Fufiis -isse. BELL. Alex. 34, 1 *Deiotarum* p. ... promissam Caesari non posse -ere. TAB. cer. Pomp. [CIL IV 3340] 12, 8 quae p. in stipulatum ... Iucundi venit ... mercede minus -ta habere se dixsit *quidam* [*fere eadem formula*: 15, 9. 22, 8. 25, 9. 26, 9. 27, 9. *al. in eisdem tabulis saec. I med.*]. *al.*). Att. 16, 6, 3 coheredibus pro Cluviano ... -tum ut sit. VARRO ling. 6, 11 vectigalia et ultro tributa ... -bantur (CONC.ˢ I 5 p. 269, 4 *Christus* censum exigentibus t. -it [*gr. I 1, 6 p. 129, 7 συντετέλεκε*]. COD. Theod. 11, 21, 3 [*postea*: exsolvat]). SALL. Catil. 35, 3 *quin* liberalitas Orestillae suis ... copiis -ret, *sc. aes alienum* (*antea*: aes alienum ... solvere). LIV. 6, 4, 2 pretio pro auro matronis -to (VLP. dig. 38, 5, 1, 13). 6, 35, 4 *lex promulgata est* de aere alieno, ut *deductis usuris* ... id quod superesset triennio ... -retur. 33, 42, 3 pensionem pecuniae in bellum conlatae -i ... privatis. VAL. MAX. 2, 2, 8 aes alienum (PLIN. epist. 9, 37, 2). IAVOL. dig. 24, 3, 66, 2 CELS. dig. 50, 17, 186. SVET. Cal. 16, 3 legata ex testamento Tiberi ... -it. FRONTO p. 111, 13. SCAEV. dig. 31, 89, 4 nisi ... debitum ab eis *heredibus* ... coheredi -retur (PAVL. dig. 42, 1, 49. COD. Theod. 11, 9, 1 [*a. 323*] nisi d. fuerint -ta [*antea*: solvenda]. IVVENC. 3, 449 *creditor* d. fortior urget -i [*cf. Matth. 18, 28* redde. *huc spectat et* HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 205, 2]. *al.*). SYMM. epist. 9, 114, 2 pecuniae fenus. COD. Iust. 7, 39, 8, 4 usuras. *al.* **2** *-itur merces sim.* (*cf. etiam p. 1713, 15 sqq.*): CIL I² 597 ei ... eam pequniam p⟨ersolvito, qu⟩oius ... quaestio erit (*si recte suppl.*). QVINT. inst. 11, 2, 11 -erunt *Castor et Pollux Simonidi mercedem laudis, cuius partem victor laudatus abnegavit.* GAIVS dig. 19, 2, 25 pr. mercedem -i. **3** *-itur pretium rei emptae*: LIV. 22, 52, 3 eo *captivorum* pretio -to (SEN. epist. 81, 11 p. venditori -ere. APVL. met. 1, 17, 8 p. mansionis stabulario -to. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 61 *ne sacerdos gladiatorem* vendat plure quam lanistis est p. -tum. VLP. dig. 43, 26, 20. *al.; cf.* COD. Iust. 4, 45, 2, 2 [*a. 293*] partem pretii). 23, 19, 16 donec omne aurum -tum est, in vinculis habiti *captivi.* Ps. QVINT. decl. 12, 21 omnis cum fide -ta pecunia est (IAVOL. dig. 19, 2, 21 donec p. omnis -retur. PAVL. dig. 41, 4, 2, 3 nisi -ta p. [*antea*: soluta]). COD. Theod. 11, 1, 29 *tot* solidos pro singulis equis ... -ere. *al.*

II *sine respectu obligationis vel compensationis*: **A** *i. q. quaestionem explicare*: CIC. Att. 7, 3, 10 quoniam grammaticus es, si hoc mihi *ζήτημα* -eris, magna me molestia liberaris (*cf. Bibac. carm. frg. 2, 5* summum grammaticum ... omnes solvere posse quaestiones). **B** *i. q.*

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dissolvere: *rem incorpoream*: SCHOL. Cic. Gron. D p. 310, 22 qui parentem persequitur, naturae iura -it (pro- *cod. ante corr.*). *varias substantias*: PELAGON. 362 harundines combures et, priusquam in favillam -antur, sublatas ... conteres. ORIBAS. syn. 3, 78, 2 Aa p. 867 aqua -itur panis (*gr.* διαλύεται [*suppl. ex Oribas. coll. 9, 26, 5*]). 9, 42, 8 La p. 351 *taurocolla* infunditur in pusca, donec -atur (*gr.* διαλυθείη, *Aa* solvatur). *ventrem*: MARCELL. med. 20, 128 dysintericis, qui -to ventre sunt.

deriv.: persolutio, persolutor.

[persōlus *olim perperam legebatur* PLAVT. Men. 156.**]**

persolūtio, -ōnis *f.* *a* persolvere. GLOSS. -o: *διάλυσις.* **1** *i. q. actio persolvendi:* *scelus luendum* (*cf. p. 1713, 67*): SERV. georg. 4, 453 ('magna luis commissa') magnorum scelerum est ista -o. *debitum exaequandum*: AVG. epist. 147, 1 memor debiti, *sc. expositionis doctrinae, ...* -is quoque eius neglegens esse non debui. ALTERC. Hadr. et Epict. 28 quid est rogus? :: contentio crediti, -o debiti (*cf. p. 1713, 37 sq.*). GLOSS. V 509, 34 pariatoria: -o vel adimpletio debiti. GLOSS.^{L} V Abba PE 72 pensio: -o pretii. **2** *i. q. (plena?) absolutio*: CONC. Carth. a. 411, 2 edict. p. 177 l. 30 Caeciliani -o atque purgatio.

persolūtor, -ōris *m.* *a* persolvere. *i. qui persolvit*: AVG. epist. 110, 2 (*antea*: debitor sum ... epistulae tuae) cur me huius debiti -em inparem dicam. SACR. Gelas. 791 deus, aeternorum bonorum fidelissime promissor, certissime -r. *Foucher.*

*?***persomnietās,** -ātis *f.* ORIBAS. syn. 5, 46, 7 La p. 82 (*inter signa cerebri sicci*) sensibilitas omnino est, et -s apertius (*gr.* ἀγρυπνητικοί ... εἰσι, *Ab* vigilias paciuntur aut insomnietatis). *corruptum, nisi accipias compos. mirae formationis (a* per *et* somnus *sec.* insomnietas*?) et notionis* (*vi praeverbii privativa sec. voces* perfidus, perfidia *sic intellectas?*). *Breimeier.*

persōna,** -ae *f.* **[vox peregrina esse videtur, quoniam in lingua lat. modo probabili explicari vix potest. propter notionem originariam larvae vulgo cum voce tusca* φersu *coniungitur, quae bis imagini viri personati adscripta est. de suffixo* -na *non constat, utrum tuscum an vernaculum sit. v. e. g. Breyer, Etrusk. Sprachgut im Lat., 1993, 373 (de* φersu < *πρόσωπον* [*?*] *cf. etiam Rix, Eutopia 4/1, 1995, 75). Fo.***]** *de origine*: GAV. BASS. Gell. 5, 7, 2 caput et os coperimento -ae tectum ... una ... tantum vocis emittendae via pervium, quoniam ... in unum tantummodo exitum collectam ... vocem ciet, magis ... canoros ... sonitus facit; quoniam igitur indumentum illud oris ... resonare vocem facit, ob eam causam '-a' dicta est, o littera propter vocabuli formam productiore. BOETH. c. Eut. 3, 10 -a ... dicta est a personando circumflexa paenultima; quod si acuatur antepaenultima, apertissime a sono dicta videbitur. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1097 -a: eo, quod per se una est. *scribitur* -suna CONC. Aurel. a. 538 p. 124 l. 261. NOT. Tir. 106, 91 -a. *de genere: fem. testatur* FACVND. defens. 1, 3, 12; *per synesin excipitur pronomine vel part. masc.* CLEM. *p. 1727, 49.* HIL. coll. antiar. p. 128, 7. AVELL. 83, 234 -is, qui (quae *Baronius*). *et saepius (cf. p. 1717, 39), sim. etiam* VICT. VIT. 3, 9 LEX Burg. extr. 21, 6. *al.* *de mensura: v. l. 38 sq.* *de notione et differentia*: DIOM. gramm. I 334, 20 -a est substantia rationalis. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 23, 30. 32 discernitur ... a natura -a, quia -a unam rem individuam naturae significat, natura vero communem cognoscitur declarare materiem, ex qua plurimae possent -ae subsistere. CONC.^{S} IV 2 p. 66, 2 sq. essentia ... differt a -a vel subsistentia hoc modo, quod essentia quidem id, quod est, recte significat, -a vero vel subsistentia id, quod quid est, evidenter informat. FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 139, 21 sqq. sicut apud ... homines filius ... iuxta patrem vel servus iuxta dominum -ae propriae locum non habet, ita in deo et homine gemina quidem substantia, sed non gemina -a est, quia -a -am consumere potest, substantia vero substantiam non potest, si quidem -a res iuris est, substantia res naturae. BOETH. c. Eut. 3, 4 -a est naturae rationabilis (-nalis *var. l.*) individua substantia; ... quam Graeci *ὑπόστασιν* dicunt. CASSIOD. in psalm. 7 l. 31 -a ... hominis est substantia rationalis, individua, suis proprietatibus a consubstantialibus ceteris segregata. RVSTIC. c. aceph. p. 1238^{B} -a ... *est* concursus eorum, quae describunt subsistentiam rationalem. SYNON. Cic. p. 415, 17 pro -a. pro capite. GLOSS. II 411, 46 *ποίῳ προσώπῳ*: qua -a, qua fronte. 423, 55 *πρόσωπον*: haec -a, os, vultus. GLOSS.^{L} II Philox. PE 243 -a: *πρόσωπον, προσωπεῖον.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ Δ* 22 *δέκεμ περσόναε· δέκα προσώπων. al.* *legitur in versibus raro, sc. apud* PLAVT., TER., NOVIVM, PVBLIL., LVCR., HOR. (*non in lyr.*), OV. (fast., Pont.), MANIL., PHAEDR., MART., IVV. *al., in oratione soluta inde a* RHET. Her., CIC., *frequentatur apud rhetoras* (RHET. Her., CIC. *rhet.*, QVINT. *fere dimidiam partem omnium locorum usque ad* SVET. *praebent*), *in sermone iuris* (*plus milies in* DIG., *saepe etiam in* COD. Theod. *et* Iust.), *apud gramm. (plus 2000*^{ies}*) et ecclesiasticos; perraro apud rerum scriptores* (*exceptis* VELL. *et* VAL. MAX.), *omnino deest* CAES., SALL., CVRT. **[***it.* persona; *raet. or.* persone, *occ.* persuna; *francog.* personne; *prov. vet.* persona *et var. prov., francoprov., vasc.; cat.* persona; *hisp.* persona; *port.* pessoa. *cf. M.-L. 6430. Battisti-Alessio IV 2866. Wagner II 249 sq. Wartburg VIII 268 sqq. Corominas*^{2} *IV 502. Machado*^{3} *IV 355 sq. St.***]** [*in contextu dubio vel vix sano*: VARRO ling. 9, 100 QVINT. decl. 304, 2 AVG. gen. c. Manich. 2, 24, 37 p. 215; *e coni. dubia*: ARNOB. nat. 3, 2.]

de notionibus et usibus vocis egerunt e. g. Schlossmann, Persona und πρόσωπον, 1906; Fuhrmann, Persona, ein röm. Rollenbegriff, in: Marquard-Stierle (edd.), Identität, 1979, 83 sqq. gr. fere respondet πρόσωπον, quod infra plerumque non indicavimus. *materiem hoc modo digerendam censuimus:*

CAPVT PRIVS: *usu originario i. q. προσωπεῖον, larva: l. 40.*

CAPVT ALTERVM: *usus inde derivati:*

I *in sermone magis minusve technico:*
- **A** *in scaena:* **1** *significantur partes agendae ab histrione: p. 1717, 45.* **2** *transfertur ad actorem, histrionem: p. 1718, 3.*
- **B** *in arte rhetorica sim.:* **1** *significatur is, qui in oratione vel libro loquitur, partes aliquas agit: p. 1718, 9* (ex -a *sim. p. 1718, 33*). **2** *significatur is, qui in oratione vel libro tractatur, de quo agitur: p. 1719, 13.*
- **C** *in sermone iuris: p. 1720, 8.*
- **D** *in sermone grammaticorum: p. 1721, 7.*
- **E** *in sermone Christianorum:* **1** *in doctrina theologica: p. 1722, 6.* **2** *in interpretatione operum scriptorum: p. 1723, 51.*

II *in sermone communi:*
- **A** *significantur partes, quas quis agit:* **1** *respicitur potius munus, officium, quo quis fungitur, vel locus, quem quis obtinet: p. 1724, 24.* **2** *respiciuntur potius mores, consuetudines, habitus proprii alicuius: p. 1725, 16.*
- **B** *significatur potius is, qui partes quasdam agit:* **1** *de eo, qui munere, officio quodam fungitur vel locum quendam obtinet: p. 1725, 29.* **2** *de eo, qui certis moribus, consuetudinibus sim. instructus est: p. 1726, 45.*
- **C** *respectu partium agendarum evanido significatur quilibet homo:* **1** *in circuitione verborum: p. 1726, 72.* **2** *cetera exempla: p. 1727, 30.*
- **D** *usus varii peculiares:* **1** *significatur animans, quod rei attribuitur: p. 1728, 13.* **2** *significatur figura corporis: p. 1728, 20.* **3** *fere i. q. facies, vultus: p. 1728, 35.* *?***4** *est nomen herbae: p. 1728, 45.*

appendix syntactica et stilistica: p. 1728, 47.

CAPVT PRIVS: *usu originario fere i. q. προσωπεῖον, larva* (*inde fortasse usu latiore l. 49; usum testatur fortasse deminutivum* persolla *p. 1711, 71*): **I** *quae ab hominibus induitur, indui potest:* **A** *a quibuslibet, qui student alium simulare vel vultum occultare sim.* (*opp.* facies *p. 1717, 20 sq.; accedit gen. indicans, quem [quid] -a imitetur, l. 67. 73. p. 1717, 26. al.*): **1** *proprie* (*adhibetur maxime in scaena ab histrionibus* [*cf. usum p. 1717, 45 sqq. descriptum; uterque iuxta ponitur*: MACR. Sat. 2, 7, 16 sq. deposita -a ...; (17) ... eandem -am cum ... ageret], *sed etiam aliis ludis, pompis sim., e. g. l. 63. 73. p. 1717, 3 sq.*): PLAVT. Persa 783 illum Persam atque omnis Persas ⌞atque etiam omnis -as⌟ male di omnes perdant! (⌞ ⌟ *propter homoeoprophoron additum; dubitanter huc inseruimus sec. Schlossmann et Fuhrmann [locis supra cit.], qui vocem referunt ad omnem vestem mutatam hominesque tali habitu fallentes; multi locum sec. p. 1717, 45 intellegunt, alii vix recte sec. p. 1726, 66*). NOVIVS Atell. 2 quia ... repuerascis, fugitas -as, pater (*cf.* SEN. dial. 2, 5, 2 *pueris* metum incutit ... -arum deformitas. 4, 11, 2 *timetur* deformis -a ab infantibus. MART. 14, 176. IVV. 3, 175 -ae pallentis hiatum ... formidat ... infans). LVCR. 4, 297 cretea -a. CIC. de orat. 2, 193 ex -a ... ardere oculi hominis histrionis *videntur.* VARRO ling. 7, 64 Accius (*carm. frg. 27*) ait -as distortis oribus deformis 'miriones' (FEST. p. 145 [*e Sinn.*] 'maniae' dicuntur d. -ae. *adde l. 54*). Hier. epist. 33, 2 (*in catalogo librorum Varronis*) de -is *libri* III. GAV. BASS. *p. 1715, 35.* HOR. ars 278 -ae ... repertor ... Aeschylus (*cf.* EVANTH. de com. 1, 2. DIOM. gramm. I 487, 25 [= SVET. frg. p. 6, 15] nondum -is a Thespide repertis). OV. fast. 6, 654 (*tibicines Quinquatribus -as induunt ut*: 6, 686 -is imperat ora tegi. VAL. MAX. 2, 5, 4). FEST. p. 194 (*e Cornif.*) os celare ... -is propter verecundiam. p. 217 comoedi et tragoedi -is uti coeperunt (DIOM. gramm. I 489, 10 sq. [= SVET. frg. p. 10, 16. 11, 2]). *ibid.* ius est is *Atellanis* non cogi in sc⟨a⟩ena[m] ponere -am (IVV. 8, 229 -am Melanippes. *cf.* deponere -am: QVINT. inst. 6, 2, 35 MACR. Sat. 2, 7, 16). PHAEDR. 1, 7, 1 -am tragicam (*inde* ROMVL. fab. 44, 1). SEN. nat. 7, 32, 3 sub -a *pantomimi.* PLIN. nat. 25, 137 -is comicis (QVINT. inst. 11, 3, 79). *al.* QVINT. inst. 6, 1, 26 scaenicis actoribus ... vox ... plus ad movendos adfectus sub -a valet (*cf.* 11, 3, 73). IVV. 6, 70. SVET. Nero 21, 3 tragoedias ... cantavit personatus ... -is effectis ad similitudinem oris sui. Vesp. 19, 2 in funere ... archimimus -am eius *tulit.* ADNOT. Fronto p. 143, 13 sq. *tragoedus quidam* fertur non prius ullam suo induisse capiti -am, antequam diu ... contemplaretur pro -ae vultu gestum

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sibi capessere ac vocem (MACR. Sat. 7, 14, 7). TERT. nat. 1, 16, 5 tragoedus ... retracta -a ... ait *eqs.* carn. 11 l. 30 nemo ostendere volens hominem ... -am ei inducit. SERV. georg. 2, 387 ut -as factas de arborum corticibus sumerent *Compitalibus.* PETR. CHRYS. serm. 155, 5 idoli ... portare -am. *al.*

2 *in imagine* (*manifestiora selecta, quorum nonnulla vergunt ad p. 1724, 18; de simulacro sim. rebus imposito l. 7. 21*): CIC. de orat. 2, 359 *rerum memoriam* singulis -is bene positis notare possumus (*imagines sententiis imponendae respiciuntur*). Att. 15, 1, 4 (*per iocum quendam*) cur ego personatus ambulem? parumne foeda -a est ipsius senectutis? PVBLIL. sent. H 19 heredis fletus sub -a risus est (SEN. dial. 9, 17, 1 vita ... semper sub -a viventium [*antea*: ficta, ostentationi parata]. LACT. inst. 5, 18, 11 sub -a stultitiae). LVCR. 3, 58 *in rebus adversis* eripitur -a, manet res (*Otto, Sprichw. n. 1385 cft. l. 15. 24*). HOR. epist. 1, 17, 29 *Aristippus* -am ... feret non inconcinnus utramque, *sc. divitis et pauperis* (LIV. 3, 36, 1 ille finis Appio alienae -ae ferendae fuit. SEN. clem. 1, 1, 6 nemo ... potest -am diu ferre: ficta cito in naturam suam recidunt. benef. 3, 23, 4). SEN. contr. 9, 3, 13 cum Latine declamaverant, toga posita sumpto pallio quasi -a mutata rediebant et Graece declamabant (SEN. epist. 120, 22 *infra.* PLIN. epist. 2, 20, 8 postquam signatum est testamentum, *heredipeta* mutat -am. AMM. 29, 2, 23 histrionis ritu). SEN. benef. 2, 13, 2 *homo superbus mavult* -am habere quam faciem. epist. 24, 13 non hominibus tantum, sed rebus -a demenda est et reddenda facies sua. 120, 22 mutamus subinde -am et contrariam ei sumimus, quam exuimus (IVV. 6, 365[26]). MART. 3, 43, 4 *Proserpina* -am capiti detrahet ... tuo (*adde l. 26*). QVINT. inst. 6, 1, 36 si -am Herculis ... aptare infantibus velis ([*cf. Otto, Sprichw. n. 1387*]. *adde l. 28*). decl. 286, 8 *bonum est* impositam ⌞severitatis -am⌟ detrahi ([*Gronovius,* severitatem -ae *codd., edd.*]. PLIN. epist. 1, 23, 5 plurimum interest, ... quam -am tibi imponas; quae sapienti viro ita aptanda est, ut perferatur. *al.*). AVR. Fronto p. 239, 19 mi⟨hi⟩ -am indu⟨e⟩re videor, ⟨si⟩ consoler ..., cum ipse indigeam solacio (NOVATIAN. cib. Iud. 6, 6 sibi nominis christiani -am. LACT. inst. 2, 16, 3 PETR. CHRYS. serm. 6, 1 l. 12). HIER. epist. 43, 2, 4 cum ... ad ... similitudinem dei conditi sumus, ex vitio nostro -as nobis plurimas superinducimus; et quomodo ... unus ... histrio *varias partes agit* ..., ita et nos ... tot habemus -arum similitudines quot peccata. *al.*

B *ab opificibus in officina, ubi tura parantur* (*sc. ne quid in ore auferre possint*): PLIN. nat. 12, 59 -a additur capiti densusve reticulus.

II *qua aedificiorum tecta sim. ornantur*: PLIN. nat. 35, 152 *Butades* primus ... -as tegularum extremis imbricibus inposuit. VLP. dig. 19, 1, 17, 9 -as, ex ⌞quorum⌟ rostris aqua salire solet (quarum *edd. vet.*; -as ⟨leonesve⟩ *temptat Mommsen*).

III *quae dedicatur in templo* (*nisi fallimur*): CIL VIII 12001, 3 deo M⟨erc(urio)⟩ ... sa⟨ce⟩rdote⟨s⟩, qui et -am argenteam et candelabra ... fecerunt *eqs.*

CAPVT ALTERVM: *usus inde varia ratione derivati*: **I** *in sermone magis minusve technico*: **A** *in scaena*: **1** *significantur partes agendae* (*spectat sive ad id, quod histrio agit, sive ad id, quod poeta in textu fabulae fingit; distingui videntur* partes *l. 73; v. etiam p. 1719, 9*): **a** *c. gen. explic.*: TER. Eun. 26 parasiti -am ... ablatam et militis *alia e comoedia* (GELL. 13, 23, 11 Plautus ... dicit ... id sub -a m. EVGRAPH. Ter. Eun. 232 parasitorum). CIC. Q. Rosc. 20 *aliquem* imitari ... in -a lenonis. Lael. 93 *Terentius dicit* in Gnathonis -a *eqs.* 100 in fabulis stultissima -a est ... credulorum senum. fam. 7, 11, 2 (*Trebatio iureconsulto, per iocum*) mira ... -a induci potest Britannici iureconsulti *in mimo.* FEST. p. 134 Maeson -a comica appellatur aut coci aut nautae. MART. 2 praef. saltanti⟨s⟩ inducere -am. SVET. Dom. 10, 4 scaenico exodio sub -a Paridis et Oenones divortium *principis taxavit Helvidius.* HIST. AVG. Heliog. 5, 4 agebat ... fabulam Paridis ipse Veneris -am subiens. *al.* **b** *cetera exempla* (*addas fort. p. 1716, 49*): TER. Eun. 32 *poeta* se non negat -as *quasdam* transtulisse in Eunuchum suam ex Graeca *comoedia.* 35 -is isdem huic *poetae* uti ... licet. CIC. S. Rosc. 47 *in comoedia* effictos nostros mores in alienis -is *videmus.* Q. Rosc. 20 -a illa lutulenta, impura, invisa (*sc. leno in Plauti Pseud.*). orat. 109 *histriones quidam* in dissimillimis -is satisfaciebant. Tusc. 2, 49 -ae gravitatem (*sc. Vlixis apud Pacuv.*). nat. deor. 3, 71 Medea ... et Atreus ..., heroicae -ae. *al.* HOR. ars 126 si ... audes -am formare novam. 192 *ne* quarta loqui -a laboret (*nisi 'actorem' intellegas ut veteres [v. infra sub 2], non unam scaenam, sed totam fabulam respicientes*). MANIL. 5, 481 *histrio* solus ... per omnis ibit -as (QVINT. inst. 1, 8, 7 *comoedia it* per o. et -as et adfectus). QVINT. inst. 10, 1, 97 Accius atque Pacuvius clarissimi ... auctoritate -arum. *al.* IVV. 3, 96 mulier ... ipsa videtur, non -a loqui. APVL. flor. 16, 7. PORPH. Hor. ars 81 nihil ... poeta in tragoedia dicit, sed plures -ae. EVANTH. de com. 3, 2 *προτατικὰ πρόσωπα,* id est -as extra argumentum accersitas (*sim.* DON. Ter. Andr. praef. 1, 8. *al. apud eundem*). DON. Ter. Andr. 716, 1 non minimas partes ... Mysidi attribui, hoc est -ae femineae. HIER. tract. in psalm. I p. 85 l. 77 solet in theatris unus homo ... diversas habere -as. *al.* *in imagine*: CIC. dom. 134 mut[u]am in delicto -am nomenque *praebere.* Phil. 2, 65 *Antonius dives factus* exsultabat gaudio -a de mimo 'modo egens, repente dives'.

2 *transfertur ad actorem, histrionem* (*vix addas l. 1 aut p. 1717, 65*): PORPH. Hor. ars 192 tres ... -ae tragoediam itemque comoediam peragunt. DIOM. gramm. I 490, 27 (= SVET. frg. p. 10, 11) in Graeco dramate fere tres -ae solae agunt, ideoque Horatius ait (*seq. p. 1717, 65*); ... at Latini scriptores conplures -as ... introduxerunt.

B *in arte rhetorica* (*sub 1 et 2b addidimus similia, quae ad varia opera scripta pertinent; v. etiam sub E2*): **1** *significatur is, qui in oratione vel libro inducitur tamquam in scaena, ut loquatur vel partes aliquas agat*: **a** *exempla varia*: RHET. Her. 4, 43, 55 in qua *sermocinatione* constituetur alicuius -ae oratio (*sim.* 4, 52, 65. *cf.* 4, 53, 66 conformatio est, cum aliqua ... -a confingitur, quasi adsit). CIC. inv. 1, 99 -am ... inducere (Cael. 35 [*inde* AQVILA rhet. 3 p. 23, 26]. AVG. civ. 5, 9 p. 207, 24 inducta alterius -a. *al.*; *cf.* CIC. de orat. 3, 205 -arum ficta inductio). Cael. 35 ipse tecum nulla -a introducta loquor (*al., v. vol. VII 2, 68, 66 sqq.*). de orat. 2, 328 narratio distincta -is. 3, 204 morum ... imitatio vel in -is vel sine illis *fit.* part. 55 fictae ... -ae ... loquantur (QVINT. decl. 291, 2. FRONTO p. 142, 1 *Chrysippus* -as fingit [*gr. p. 142, 3 προσω⟨πο⟩ποιε⟨ῖ⟩ν*]. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 126 -am contradicentis poeta ... fingit. *al.*; *cf. l. 13. 15 et* QVINT. inst. 9, 2, 29 fictiones -arum, quae *προσωποποιίαι* dicuntur [9, 3, 89. 11, 1, 39]). Att. 4, 16, 2 de re publica ... disputationem in Africani -am et Phili et Laeli ... contuli. 13, 32, 3 *Postumium* addidisti sane ad illum *σύλλογον* -am idoneam (QVINT. inst. 9, 2, 30 suadendo, obiurgando ... -as i. damus). *al.* HOR. ars 316 *poeta bonus* reddere -ae scit convenientia cuique. VITR. 5 praef. 1. RVT. LVP. 2, 6 *προσωποποιία*: hoc fit, cum -as in rebus constituimus, quae sine -is sunt (*sim.* PRISC. rhet. 9, 27 p. 558, 1). *al.* QVINT. inst. 2, 17, 6 *id* est positum (*apud Cic. de orat.*), ... ut Antoni -a servetur. 4, 1, 28 in epilogo ... liceat ... fictam orationem induere -is (4, 1, 47). 4, 1, 46 intuemur, litigatoris an advocati -a sit utendum (9, 3, 22 nostra -a utimur pro aliena. *al.*). *al.* HIER. hom. Orig. in cant. 1, 1 p. 28, 18 *canticum canticorum* ex quot -is constet, incertus sum. *al.*

b *locutiones adverb., quae indicant, quis loquatur vel agat* (*saepe in explicatione scriptorum, imprimis apud Christianos; cf. similia in scaena p. 1717, 49. 51. 55*): **α** ex -a *alicuius* (*accedit gen. vel pron. poss., adi. infra l. 54; cf. p. 1721, 16 sq.; aliter sub C3*): Ⓘ *spectat ad singulos* (*gen. indicat eorum qualitatem l. 49. 52, cf. etiam l. 66*): CIC. inv. 1, 99 ex tua -a enumerare *potes ea* (*opp.* -am ... inducere). HYG. Gell. 10, 16, 8 poetae ipsi quaedam ... dicere ex sua -a *conceditur* (TERT. *l. 46.* MACR. Sat. 5, 2, 10 *Homerus* ex -a sua perducit *Vlixem* ad Phaeacas [*opp.* narrat ipse *Vlixes*]. *al.*; *cf. p. 1719, 8*). VELL. 1, 3, 2 (*v. infra l. 73*) ex -a poetae (1, 3, 3). SVET. Iul. 55, 3 (*de oratione quadam pro Metello habita*) cum ex -a Caesaris sermo sit. GELL. 10, 22, 1 Plato ... ex ⌞-a quidem non gravi neque idonea⌟, vere tamen ... dixit *eqs.* (⌞ ⌟ *sc. Calliclis; in eadem re* 10, 22, 24 sub -a ... non proba). TERT. castit. 3 l. 43 sq. (*ad I Cor. 7, 10*) ostendit *Paulus se* ... id ... non ex domini -a, sed ex sua pronuntiasse (HIER. in Ier. 2, 69 hoc [*sc.* 'plorabo *eqs.*'] ... tam ex prophetae quam ex d. -a intellegi potest. *al.*). adv. Iud. 9, 23 per prophetam spiritus dicens ex -a patris (CYPR. epist. 63, 4, 1. *al.*). scorp. 7 p. 158, 28 *deus* pronuntiavit ex sophiae suae -a (*seq. prov. 9, 2. cf.* HIL. trin. 12, 1 ex -a sapientiae dictum est [*seq. prov. 8, 22; sim.* FAVSTIN. trin. 1, 1 l. 24. *al.*]). TYCON. reg. 3 p. 14, 25 *apostolus* ex alterius -a respondit sibi (PELAG. in Rom. 7, 25 p. 60, 13). HIER. in Hab. 1, 2 l. 18 ex -a humanae impatientiae ... propheta peccatores abundantes *videt.* RVFIN. apol. Orig. 9 p. 607[C] *in disputatione* non semper solā velut ex -a *pronuntiantur omnia* (*postea*: quae ex adversantis -a disseruit). *et saepe.* Ⓘⓘ *spectat ad coetum* (*cf. infra l. 65*): CYPR. domin. orat. 31 scriptum est ex -a ecclesiae loquentis in cantico canticorum: '...' (HIER. vir. ill. 15, 2 *Clemens* scripsit ex -a Romanae e. ... epistulam [*item* RVFIN. hist. 5, 6, 3]. *al.*). LVCIF. non conv. 5 l. 16 *David* ex -a populi nostri *dicit eqs.* AMBR. fid. 2, 8, 68 non ... scriptum est ex -a Iudaeorum *eqs.* (*sc. Ioh. 5, 18*). HIER. vir. ill. 71, 2 epistula ex -a synodi ... scripta.

β *c. variis praepos. vel abl. nudo* (*cf.* pro *sub c*): CIC. inv. 1, 99 in nostra -a ... transire omnes argumentationes *possumus* (TERT. pudic. 18 p. 261, 16 hoc [*sc. I Tim. 1, 13*] ... in sua -a apostolus statuit. Ps. CYPR. ad Novat. 10, 6 propheta [*Ier. 10, 24*] in -a populi ... deprecatur dominum. AVG. epist. 78, 6 p. 340, 9 de quibus in -a corporis Christi ... praedictum est [*seq. psalm. 68, 13*]. *al.*). de orat. 3, 171 lepide soceri mei -a lusit ... Lucilius (*item c. abl. nudo*: QVINT. inst. 2, 15, 26 cuius *Socratis* -a videtur Plato significare, quid sentiat. 2, 20, 9 *dixit* Crassus: '...', et ipse Cicero ⌞sua⌟ -a ... *eloquentiam appellat* virtutem [a sua *var. l.*]. 10, 5, 2. 11, 1, 21). fam. 7, 32, 2 quae sunt a me in secundo libro 'de oratore' per Antoni -am disputata (COLVM. 12, 3, 5 antiqui per Ischomachi -am praecepta ... tradiderunt). VELL. 1, 3, 2 *tragicis* nihil ... ex -a poetae, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, dicenda sunt (GELL. 10, 22, 24 [*v. supra l. 44*]. FAV. EVL. 21, 1 sub -is [h]isdem, quas supra memoravimus, ... perdocuit *Ci-*

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cero. al.). IREN. 3, 6, 3 l. 60 a sua ... -a, quod est, dicit *David* (*item* ab: CLAVD. DON. Aen. 1, 45 p. 22, 14 *Iuno* a -a sua dicens: 'ast ego'. *cf. p. 1718, 70*). PORPH. Hor. epod. 2, 67 finxit haec non de sua -a dicta esse, sed feneratoris.

c *exempla, quae ad sermones alternos pertinent* (*potiora*): PORPH. Hor. sat. 1, 9, 52 ubi duo puncta interposita sunt, alteram -am loqui intellegas. epist. 2, 1, 39 sqq. hoc quasi ex alia -a dicitur; (40) '...' hoc Horatius ex -a sua dicit ...; (43) '...' hoc ex alia -a; (45) '...' ex sua. DON. Ter. Andr. 754, 3 quidam putant esse unam -am (Phorm. 811, 1 pro una -a ... legunt. Ad. 924, 3). SCHOL. Hor. carm. 3, 9, 5 pro Lydiae -a respondet *poeta*. HIER. in Ier. 2, 59, 3 -arum mutatio ... difficilem intellectum facit (6, 24, 2 RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 89, 8). *al.*

2 *significatur is, qui in oratione vel libro tractatur, de quo agitur*: **a** *in ipsa arte rhetorica* (*multa spectant ad iudicia, ubi homines velut in scaena agunt*): α *exempla varia*: RHET. Her. 1, 2, 2 (*sim.* CIC. inv. 1, 7) *genus demonstrativum* tribuitur in alicuius certae -ae laudem vel vituperationem (CIC. inv. 1, 8 controversiam ... cum -arum c. interpositione. *al.* QVINT. inst. 3, 6, 57 c. destinatisque -is. 7, 2, 9 *accusatio transfertur* interdum in aliquam -am, ... alias c., alias incertam. *cf.* QVINT. inst. 3, 5, 18 [= *Isocr. frg. 39*] rem controversam in -arum finitarum complexu [PRISC. rhet. 9, 27 p. 558, 5 adlocutiones et f. et infinitarum -arum. *al.*]). *al.* CIC. inv. 1, 34 -is has res adtributas putamus: nomen, naturam, victum *eqs.* (*cf. e. g.* FORTVN. rhet. 2, 1 -a quot modis consideratur? viginti et uno: nomine ..., natione *eqs.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 214, 5 -is ... adtributa sunt undecim. *al.*). de orat. 1, 141 ad -arum dignitatem omnia *referuntur in laudationibus.* 2, 140 *multitudo causarum* est ... infinita, si in -is ponitur: quot homines, tot causae. *al.* SEN. contr. 9, 3, 8 quorum nihil fuit in tua -a (*i. in tuo casu; cf. e. g. p. 1725, 31 sq.*). QVINT. inst. 3, 5, 13 quae ad -am referuntur (*opp.* universales quaestiones). 3, 8, 8 Aristoteles ... putat et a nostra et ab eius, qui dissentiet, -a duci ... exordium (*rhet. 1415b35 ἢ δι' αὐτὸν ἢ τοὺς ἀντιλέγοντας*). 4, 2, 99 ex -arum comparatione ... argumenta ducentur (decl. 321, 5. *al.* Ps. QVINT. decl. 1, 13 illum ... omnibus notum de c. -arum locum). decl. 325, 8 duxi ex tua -a argumentum, ducere ex nostra volo. *al.*

β *opp. vel disting. alia vocabula generalia*: Ⓘ *singula* (*notabiliora*): causa: CIC. inv. 1, 22 benivolentia ... comparatur ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum -a, a c. (*cf. l. 44 et* QVINT. inst. 4, 1, 6). SEN. contr. exc. 4, 8, 3 quid in hac -a veremur et c.? QVINT. inst. 7, 2, 39 de c. prius an de -a dicendum sit. *al.* negotium: RHET. Her. 1, 8, 13 narrationis duo genera sunt, unum, quod in negotiis, alterum, quod in -is positum est (*sim.* CIC. inv. 1, 27). CIC. inv. 1, 100 *res* -is aut ... negotiis ... attributae. QVINT. inst. 4, 2, 2. *al.* res: RHET. Her. 1, 4, 8 benivolos auditores facere quattuor modis possumus: ab nostra, ab adversariorum ..., ab auditorum -a et ab rebus ipsis (*sim.* 3, 6, 11 CIC. part. 28. *cf. l. 41*). 4, 35, 47 distributio est, cum in plures res aut -as negotia quaedam certa dispertiuntur. CIC. inv. 2, 158 *affectio* ex re et -is consideratur. de orat. 2, 42 certum *genus quaestionis est* ..., in quo quid in -is et in ... re ... definita *quaeritur.* 3, 53. *al.* RVT. LVP. 2, 1. *al.* DOM. MARS. Quint. inst. 6, 3, 104 prout quaeque res ac -a desiderat. SEN. contr. 9, 5, 7 prius sumendam quaestionem putavit ex -a quam ex re. SEN. apocol. 9, 3 in -am, non in rem dicere sententiam. QVINT. inst. 3, 5, 7 circa res -asque. 7, 2, 11. 8, 5, 3. *et saepius.* tempus: CIC. inv. 2, 176 quid tempora petant, quid -is dignum sit. de orat. 2, 133 in quo *genere causarum* sine -is atque temporibus de universo genere quaeratur *eqs.* (*cf.* orat. 45 sq. part. 61. 106). *al.* Ⓘⓘ *plura* (*specimina pauca*): RHET. Her. 1, 9, 16 si spatia temporum, -arum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt *in narratione* (*sim.* CIC. inv. 1, 29). CIC. inv. 1, 82 *id, quod comparatur,* diversum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, -a, opinione (*item in serie longiore e. g.* 2, 151 part. 34 top. 80. QVINT. inst. 3, 6, 25 novem elementa *quaestionum* posuerunt: -am ..., tempus ..., locum *eqs.* 4, 2, 55. 10, 5, 10. *al.*). part. 32 si -is, si temporibus, si locis ea, quae narrabuntur, consentient (*eadem tria*: QVINT. inst. 2, 4, 19. 4, 2, 89 ut id, quod fingemus, ... et -ae et loco et tempori congruat. 9, 3, 102 quid ... in orando postulet locus, quid -a, quid tempus. *al.*). Tusc. 3, 79 *in causis statum* ad tempus, ad controversiae naturam, ad -am accommodamus. *al.*

b *usu vario*: CIC. rep. 2, 55 inlustribus in -is temporibusque exempla hominum rerumque definio. fam. 5, 12, 2 (*ad rerum scriptorem*) si uno in argumento unaque in -a mens tua tota versabitur. TREBON. Cic. fam. 12, 16, 3 turpitudo -ae eius, in quam ... invehimur. HYG. Gell. 10, 16, 15 *poeta* confudit et -as diversas et tempora. VAL. MAX. 4, 4 pr. quod melius -is quam verbis repraesentabitur. 6, 2, 8 non patitur nos hoc ... *longius* prosequi -ae insequentis ... sors humilior (*antea de cive Romano, postea de histrione agitur*). *al.* QVINT. inst. 10, 1, 69 *Menander* est omnibus rebus, -is, adfectibus accommodatus (*sim.* 10, 1, 101 *de Livio*). TAC. dial. 10, 6 (*Aper Materno*) *elegisti* -am notabilem (*sc. tragoediam de Catone scribens*). LACT. inst. 5, 10, 2 aliquam mihi -am poeticam (*sc. Vergili Aenean*) sumam, quae sit ... pietatis exemplum. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 6, 7 *Vergilius* pro tempore, pro -a, pro loco, pro causa *orationem variavit.* 1, 1 p. 7, 18 ('arma virumque') primo rem, deinde -am *posuit. al.* *spectat ad homines in contextu iam laudatos*: OPTAT. 3, 7 p. 88, 11 supra memoratorum -as (AVELL. 11, 4. *al.; cf. p. 1718, 75 et* CONC. Aurel. a. 549 p. 150 l. 44 memoratae -ae). VITA Caes. Arel. 1, 10 suprascriptae -ae.

C *in sermone iuris et usu inde derivando* (*v. sub 3b; sub 1a afferimus specimina pauca e dig. addentes ex aliis scriptoribus quaedam huc spectantia, ceterum cf. p. 1724, 47. 1725, 67*): **1** *exempla varia*: **a** *spectat ad singulos* (*ad servos e. g. l. 29. 35 sq. 38; ponitur fere pro ipso homine, saepe opp.* res, *ceterum* causa, patrimonium, praedium *al., v. Voc. Iurispr. Rom. IV 1, 696, 24 sqq.*): CIC. Cluent. 125 qui supposita -a falsum testamentum obsignandum curarit (PAPIN. dig. 48, 19, 34, 1 ⌞per s. -am⌟ delatori causam dederunt [⌞ ⌟ *item* PAVL. dig. 29, 2, 91. *al.*]. *cf.* -am interponere: IVLIAN. dig. 35, 2, 87, 7. 46, 1, 16 pr. *al.*). LIV. 3, 45, 2 nec causis nec -is variet *lex.* 9, 26, 9 latior ... et re et -is quaestio *fit.* LABEO dig. 17, 2, 84 cum illius -a agi posse, cuius -a *eqs.* (*cf.* in -am agere: IVLIAN. dig. 30, 84, 13 GAIVS inst. 2, 204. *al.*; actio (est) in -am: GAIVS inst. 2, 213. 4, 1. 2. 5. *al.*). PLIN. nat. 18, 17 substitutā filii -ā *possidere latifundia.* IAVOL. dig. 18, 1, 63 pr. idem iuris in libera -a est (IVLIAN. dig. 41, 4, 7, 8 GAIVS dig. 9, 1, 3. *et saepius*). FRONTIN. grom. p. 39, 24 proprietas quarundam possessionum ad ⟨privatas⟩ -as *pertinet* (*cf. infra l. 42*). TRAIAN. Plin. epist. 10, 57, 1 quid in -a eorum statuendum sit, qui *eqs.* (EPIST. imp. Licin. Lact. mort. pers. 48, 7 in -a Christianorum [*an c. respectu communitatis? cf. b, sed etiam p. 1729, 22 sq.*]. *cf.* constituere in -a: POMPON. dig. 28, 5, 42 MAVRIC. dig. 31, 57. *al.*). 10, 84 contractis omnibus -is ad idem negotium pertinentibus *iudicabis.* NERAT. dig. 12, 4, 8 (*e Sulp. Rufo*) si inter eas -as ... nuptiae factae sint. IVLIAN. dig. 30, 86, 2 ipsius servi status et omnium, quae -am eius attingunt. POMPON. dig. 34, 3, 8, 3 quotiens ... cohaeret -ae id, quod legatur, ... ad heredem eius non transit (VLP. dig. 7, 4, 3, 3. *al.*). GAIVS inst. 1, 8 omne ... ius ... vel ad -as pertinet vel ad res vel ad actiones. 1, 9 summa divisio de iure -arum *est inter liberos et servos* (1, 48. 2, 1. *aliter*: TRYPH. dig. 34, 9, 22 non suae -ae iure, sed pupilli *accusavit tutor*). 1, 120 et serviles et liberae -ae (1, 121. VLP. dig. 50, 17, 22 pr. in -am s. nulla cadit obligatio). FLORENT. dig. 30, 116, 3 hereditas -ae defuncti ... vice fungitur (46, 1, 22 [*v. infra l. 47*]. *cf. l. 52 sq. et* INST. Iust. 2, 14, 2 hereditas -ae vicem sustinet ... defuncti). VLP. dig. 2, 7, 3 pr. *servus* non fuit -a, quae in ius vocari potuit. MARCIAN. dig. 8, 1, 1 servitutes aut -arum sunt ... aut rerum. COD. Iust. 8, 5, 1, 1 (*a. 326*) iudicio servato iustis legitimisque -is (*al., v. vol. VII 2, 1112, 47 sqq.*). *et saepissime.* **b** *spectat ad communitatem quandam* (*cf. etiam l. 25; ad rem v. Kaser, Privatrecht I² 303*): FRONTIN. grom. p. 40, 1 ut ad publicas -as respiciamus: coloniae quoque loca quaedam habent (Ps. AGENN. grom. p. 63, 20 sq. quaedam loca feruntur ad -as p. attinere; nam -ae p. etiam coloniae appellantur). p. 46, 22 haec inscriptio ... ad -am coloniae *pertinet.* FLORENT. dig. 46, 1, 22 hereditas -ae vice fungitur sicuti municipium et decuria et societas.

2 *locutiones, quae partes in iure agendas significant*: **a** *accedit gen. vel pron. poss. indicans partes agendas*: IVLIAN. dig. 45, 3, 1, 4 communis servus duorum servorum -am sustinet (47, 2, 57, 4 *curator furiosi* -am domini s. [*antea*: domini loco habetur]. POMPON. dig. 46, 2, 24 *heredis* -am interim hereditas s. VLP. dig. 34, 3, 7, 5. 41, 1, 34 hereditas ... non heredis -am, sed defuncti s. *cf. l. 36 sq.*). COD. Theod. 4, 22, 1 iudices absentium ... suscipiant in iure -am. COD. Iust. 4, 20, 19 pr. *si testes* sua sponte fideiussionem suae -ae ... praestare velint. **b** *sine tali additamento vergit in notionem q. e. potestas agendi in iure*: COD. Theod. 3, 17, 1 in ... litibus placet non prius puberem iustam habere -am, nisi *eqs.* (DON. Ter. Phorm. 128 *extraneo* potuit ... opponi '-am non habes'. NOVELL. Theod. 17, 1, 2 servos ... quasi nec -am habentes. CASSIOD. var. 6, 8, 2 *servi* -am ⌞legibus⌟ non habebant [publicam *var. l.*]. *al.*). 8, 18, 1, 3 tamquam ... dominium et -am gerant legitimam *parentes.* 8, 18, 3 quosdam patres ... maiorem sibi in rebus filiorum vindicare -am.

3 *locutione* 'ex -a *alicuius*' *indicatur, cuius nomine, propter quem aliquid fiat* (*iuxta ablativum* nomine *l. 70. 74. p. 1721, 2; aliter p. 1718, 35*): **a** *apud iuris consultos*: POMPON. dig. 21, 2, 27 exceptiones ex -a emptoris obiectae (*sim.* VLP. dig. 21, 2, 28). AFRIC. dig. 3, 5, 45 pr. ut ex -a eius *filii* et ego tecum mandati agere possim (VLP. dig. 2, 15, 9 pr. ex -a fratris). CLEM. dig. 31, 53, 2 legata integra ex -a sua *debet.* GAIVS dig. 28, 5, 31 pr. testamenti factio cum servis ex -a dominorum introducta est. inst. 2, 39 non poteris tuo nomine agere, sed debes ex -a mea ... experiri. 4, 86. SCAEV. dig. 36, 1, 80, 7 fideicommissum ... ex sua -a ... datum (VLP. dig. 14, 1, 1, 24 actio ... dabitur. *al.*). PAPIN. dig. 30, 11 quoniam ex -a filii teneretur (39, 6, 42 pr. *al.*). *al.* **b** *apud varios scriptores*: TERT. nat. 2, 10, 2 *aedituus Herculis* una manu ⟨H⟩erculis nomine, alia ex sua -a lusum *tesserarum iniit.* LACT. epit. 18, 2 sexagenarii homines ex -a Apolli-

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nis de ponte ... deiciebantur (*an breviter pro 'ex oraculo A.', ut conferas Bl*βα*?*). Ivst. 3, 7, 14 *Athenienses* indutias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum -a rumpebant. Vvlg. iud. 11, 12 misit nuntios ..., qui ex -a sua dicerent *eqs.* Avell. 70, 9 ut ... ex -a cunctorum ... sacerdotum ... cuncta constituat *papa.* Cassiod. hist. 7, 3, 4 episcopi venientes ex -a omnium episcoporum Aegyptiorum. *al.*

D *in sermone grammaticorum* (*et usu inde derivando, v. infra l. 23*): **1** *-a indicat, ad quem spectent vocabula eorumve formae* (*respiciuntur fere tres -ae sollemnes, inde usu laxiore l. 43 sq. 60 sq.; cf. gr.* πρόσωπον; *definitur* Char. gramm. p. 214, 17 -a est substantia nominis ad propriam significationem dicendi relata): **a** *usu generali*: Cic. part. 18 *cavendum est,* ne generibus numeris temporibus -is casibus perturbetur oratio. Varro ling. 8, 20 cum ... -arum natura triplex esset, qui loqueretur, ⟨quo⟩, de quo *eqs.* ([*suppl. Dahlmann,* ad quem *alii*]. *cf.* Sacerd. gramm. VI 432, 14 -ae in verbis, sicut in pronominibus, tres sunt *eqs.* Victorin. gramm. VI 198, 24. *al.*). Tert. adv. Prax. 11 p. 244, 16 *spiritus loquitur* ex tertia -a de patre et filio: 'dixit dominus domino meo' (*psalm. 109, 1*). Char. gramm. p. 374, 8 *schema dianoeas fit* per transitum sive transmutatione -arum. Ps. Cels. epist. 2 *medici Graeci* omnia (*sc. praecepta*) ad secundam -am dirigentes (*opp.* infinitam inserere -am). Prisc. gramm. III 191, 14 *iunguntur* diversae -ae, ut ... 'divellimur inde Iphitus et Pelias mecum' (*Verg. Aen. 2, 434 sq.*). *al.* *hinc explicaveris*: Sen. benef. 5, 10, 4 secundam -am desiderant *beneficia.* **b** *pertinet ad verbum* (*de ipsis formis maxime l. 33. 35*): Varro ling. 9, 32 verba ... trium -arum. 9, 101 quaedam verba neque -as habent ternas neque tempora terna (*spectat ad usum impersonalem ut*: 10, 32 *quaedam* tempora habent sine -is, ... ut 'foditurne?' Qvint. inst. 1, 4, 29. Mart. Cap. 3, 309 cum omnes -as contineat *verbum impersonale,* nullam habet certam. Prisc. gramm. III 482, 30. *al.*). 9, 108 *si* transieris in aliam -am. *al.* Pavl. Fest. p. 4 (*v. vol. I 1836, 40 sqq.*). Qvint. inst. 1, 4, 27. 1, 5, 41 in eo *verbo* fiunt soloecismi per ... -as (*sim.* Don. gramm. mai. 3, 2 p. 657, 6. *mirum exemplum affert* Porph. Hor. carm. 3, 3, 39 'regnanto' pro 'regnent': ⌞secunda pro tertia -a est⌟ [*del. Petschenig, sed cf.* Diom. gramm. I 454, 16. 19]). 1, 6, 15 prima -a o littera terminata. Vel. gramm. VII 69, 25. Char. gramm. p. 225, 29 sqq. (*ex Cominiano*) primae coniugationis verba ... -a secunda as litteris ... terminantur *eqs.* (*cf. in eadem re* Mart. Cap. 3, 311 Ps. Asper gramm. suppl. 49, 2, *sed Varro ling. 9, 109* in secunda forma). Macr. exc. gramm. V 611, 39 *declinatio verborum incipit* a prima ... -a, quod prima de tertia ad secundam loquitur. Prisc. gramm. III 117, 19 verborum ... tertiae -ae infinitae sunt. 157, 21 sqq. prima ... vel secunda -a verborum ... non egent pronominibus ...; tertiae vero, cum sint innumerabiles, ... confusionem faciunt ...; itaque ... ad eam discernendam pronomina ... adiunguntur tertiis verbi -is. 163, 25 pronominum obliquis casibus coniuncta verba duas exigunt -as, ... agentis et patientis, ut 'misereris mei' (*cf.* 164, 2 quando eadem -a et agit et patitur ..., ut 'misereor mei'). 486, 3 tertiae activae -ae vel neutrali. *al.*
-a deest formis infinitis (*cf. et l. 69; de loco lacunoso* Fest. p. 241 *v. supra p. 501, 77 sqq.*): Gell. 1, 7, 14 (*de inf. fut. act. indecl. apud veteres*) qui modus neque in numeros neque in -as ... neque in genera distrahitur. Diom. gramm. I 340, 35 *infinitivus* parum definitas habet -as. Prisc. gramm. II 552, 20 *participium habet* accidentia verbo absque discretione -arum. **c** *pertinet ad pron.*: Plin. dub. serm. frg. 105 della Casa (*cf.* Cledon. gramm. V 49, 27 sqq.) *quidam dixerunt* -as pronominibus accidere, cum dicere debuissent finita pronomina non recipere quasi aliunde -as, sed ipsa ... easdem -as esse; numquam enim inveniuntur sine -is (*cf.* Pomp. gramm. V 201, 23 pronomina finita sunt ea, quae sunt etiam -ae). Don. gramm. mai. 2, 11 p. 629, 4 pronomini accidunt sex: qualitas, genus, numerus, figura, -a, casus (*sim.* Char. gramm. p. 200, 11. *al.*). p. 631, 3 -ae finitis pronominibus accidunt tres: prima ut 'ego', secunda ut 'tu', tertia ut 'ille' (*sim.* Char. gramm. p. 200, 22. *al.*). Serv. gramm. IV 410, 22 sqq. (*fusius agit de pron. poss. distinguens* -am possidentis *et* -am possessi. *sim.* Explan. in Don. gramm. IV 501, 2). Cledon. gramm. V 49, 13 *pronomen,* quando infinitum est, caret -a. Favst. Rei. spir. 1, 5 p. 107, 18 (*respicitur trinitas*) *etiam docti pagani intellexerunt* omnium multitudinem saeculorum intra trium -arum conclusam esse rationem. quae sunt istae tres? ... ego, tu, ille. Prisc. gramm. III 15, 19 transitivam ... -am et reciprocam (15, 21 intransitivas ... -as et t. [*v. vol. VII 2, 47, 27 sqq.*]). 144, 5 definiuntur ... -ae pronominum non solum demonstratione ..., sed etiam relatione. *al.* **d** *pertinet ad subst.*: Prisc. gramm. II 448, 9 nomen ... et participium ... tertiae sunt -ae absque vocativo, qui solus ad secundam profertur -am. III 149, 25 sqq. nomina non possunt accipi in prima et secunda -a, ... quod substantiae et qualitates ... non habent certam discretionem -arum. 151, 7. *al.* **e** *pertinet ad adv.*: Prisc. gramm. II 448, 1 in adverbio possunt ... -ae ... inveniri ..., ut 'meatim', 'tuatim'.

2 *-a adhibetur in distinctione animantium et rerum*: Fest. p. 162 *'nemo'* in -a semper ponitur, *sc. non in re.* p. 173 ⟨'nuntius' et in re ipsa et⟩ in -a dicitur. Pavl. Fest. p. 12 'ad' aut ... -am significat ... aut locum. p. 22. 126 'magistratus' ... aut ipsam -am demonstrat ... aut honorem. Caper gramm. VII 102, 4 'idem' producte refertur ad -am ..., ut 'idem lupus' ...; 'idem' correpte ... ad rem refertur. Char. gramm. p. 154, 18 (*ex Romano*) si de -a dicatur (*opp.* si rem significat).

E *in sermone Christianorum* (*v. etiam p. 1725, 53*): **1** *in doctrina theologica* (*cf. p. 1715, 49 sqq.*): **a** *de deo Christianorum* (*hunc usum eiusque originem post alios tractaverunt Moingt, Théologie trinitaire de Tertullien, 4 voll., 1966–1969; Drobner, Person-Exegese ... bei Augustinus, 1986*): α *respicitur trinitas* (*cf. p. 1721, 64*): Ⓘ *generatim*: Ⓐ *exempla varia*: ① *in sacr. script.* (*huc pertinere vid. exempla quaedam apud* Tert. *tradita, v. Braun, Deus Christianorum, 1962, 216 sqq.*): Vet. Lat. psalm. 4, 7 (adv. Marc. 5, 11) significatum est super nos lumen -ae tuae (*cod. 300. al. et Vulg.* vultus. *explicat* Tert. *ibid.*: -a ... dei *est* Christus). thren. 4, 20 (adv. Prax. 14 [*cf.* adv. Marc. 3, 6]) spiritus -ae eius Christus dominus (*Vulg.* oris. *explicat* Tert. *ibid.*: Christus -ae paternae spiritus est *eqs.*). II Cor. 4, 6 (adv. Marc. 5, 11). ② *apud ecclesiasticos* (*pauca selecta*): Tert. adv. Prax. 11 p. 245, 6 quae nunc a patre de filio vel ad filium *eqs.* ... pronuntiantur, unamquamque -am in sua proprietate constituunt. 12 p. 245, 26 (*ad gen. 1, 27*) scriptura distinguit inter -as (*cf.* 21 p. 264, 18 utriusque -ae ... distinctionem, et filii ... et patris [Ambr. exc. Sat. 2, 96. *al.*]. 27 p. 279, 23 *ut haeretici* in una -a ... distinguant patrem et filium. Arator act. 1, 158 substantia simplex -is distincta tribus. *al.*). 23 p. 272, 17 *credere* et patrem et filium in suis quemque nominibus et -is et locis (26 p. 279, 16. Avg. c. Faust. 20, 12 quot nomina, tot -ae. *al.*). Lact. inst. 4, 29, 11. Hil. trin. 3, 23 cum audis filium dicentem 'ego et pater unum sumus' (*Ioh. 10, 30*), -is rem adcommoda! 4, 30 ne qua -ae ... confusio nasceretur. Canon. Turner I p. 363 l. 167 -is divinis. Pallad. c. Ambr. fol. 347^{v}, 35 manifesta differentia in -is cernatur. Hier. epist. 17, 2, 2 tres subsistentes, veras, integras perfectasque -as *credo.* 41, 3, 1 *Sabelliani* trinitatem in unius -ae angustias cogunt. Rvfin. symb. 8 l. 40 haec est trinitas ... vocabulis -isque discreta. Avg. civ. 11, 10 p. 475, 9 relative quaeque -a ad alteram dicitur. trin. 7, 4, 8 l. 92 nec tres *-as* nec unam -am scriptura dicit. Ps. Vigil. Thaps. trin. 1, 35 (*ad gen. 1, 27 sq.*) si una esset -a facientis et dicentis et benedicentis. Dionys. Exig. praef. 7, 2 quattuor -as in tribus *adstruxerunt quidam* (Trifol. epist. 5 Nestorius ... facit q. -as). *al.*

Ⓑ *opp. vel disting. alia subst.* (*notabiliora*): Tert. adv. Prax. 12 p. 246, 19 'alium' ... -ae, non substantiae nomine *accipias* (Hil. trin. 4, 42 l. 42 pater ... et filius ... unum sunt, non unione -ae, sed s. unitate. Ambrosiast. in I Thess. 3, 10, 2 rec. *γ.* Symb. Athan. 4 neque confundentes -as neque substantiam separantes. Hier. epist. 15, 4, 4. Rvfin. apol. ad Anast. 2 trinitas in subsistentibus -is, unitas in natura atque s. Chromat. in Matth. 13, 2, 3. *al.; cf. l. 60*). Hil. trin. 6, 8 *deus unus est* secundum naturae unitatem, non secundum -ae unionem (Filastr. 93, 3 in distinctione ... trium -arum non *est* ... naturae diversitas. Ambr. fid. 5, 3, 46. Conc.^{S} I 5 p. 292, 19 scimus alterum patrem, alterum filium, alterum spiritum sanctum in -is, in subsistentiis, non in n. et in essentia haberi. Avell. 81, 7. *al.; cf. p. 1715, 49*). Favstin. trin. 1, 11 l. 35 pluralitatem -arum et unitatem deitatis (Hier. epist. 15, 4, 3 in tribus -is d. una subsistit. *al.; cf.* Ambr. incarn. 7, 77 non unam -am, sed unam divinitatem in patre et filio *credere* [Chromat. in Matth. 13, 2, 3]. Ioh. Maxent. Conc.^{S} IV 2 p. 11, 4 unus deus, ... tres tamen subsistentiae sive -ae). Pelag. frg. Migne suppl. 1, 1546 etsi -as distinguimus, unitatem tamen essentiae confitemur (Avg. trin. 7, 4, 7 l. 4 Conc.^{S} IV 2 p. 66, 2. *adde l. 48 et cf. l. 75. p. 1715, 51*). *al.*

Ⓒ *syn. potiora*: Hier. epist. 15, 3, 1 interrogamus, quid 'tres hypostases' posse arbitrentur intellegi; 'tres -as' subsistentes aiunt (*al., v. vol. VI 3, 3159, 64 sqq. et cf.* Gloss. III 278, 75 *ὁμοϋπόστατον*: eiusdem -ae). Avg. trin. 7, 4, 7 l. 4 dictum est a ... Graecis '... tres substantiae', a Latinis ... 'tres -ae' (7, 6, 11 l. 1. 4 *Graeci* si vellent, sicut dicunt 'tres s.', *'τρεῖς ὑποστάσεις,* possent dicere 'tres -as', *'τρία πρόσωπα'. cf.* subsistentia *l. 48. 53. 64. p. 1723, 23. al.*). Epist. pontif. 885 Conc.^{S} IV 2 p. 207, 25 secundum uniuscuiusque proprietates sive subsistentias ... sive -as. *al.*

Ⓘⓘ *speciatim*: Ⓐ *de patre*: Tert. adv. Prax. 18 p. 260, 7 *pater* sine filio ... nominatur, cum principaliter determinatur ut prima -a. Ps. Hier. in Rom. 16, 25 patris -am (Vincent. Ler. comm. 12, 5 dei p. *al.*). *al.* Ⓑ *de filio*: Tert. adv. Marc. 2, 27 p. 373, 26 christus (*i. unctus*) in -a Christi accipitur ([*cf. Braun, 1991, ad l.*]. adv. Prax. 11 p. 244, 13 *psalmi* C. -am sustinent. resurr. 44, 3. *al.*). adv. Prax. 6 p. 234, 22 (*de prov. 8, 22 sqq.*) sophiam ... secundam -am *esse* (Novatian. trin. 26, 3 Ambrosiast. in I Thess. 3, 10, 2 rec. *γ. al.*). 7 p. 237, 17. Novatian. trin. 27, 2 *Christus* dicendo 'ego et pater' (*Ioh. 10, 30*) proprietatem -ae suae, id est filii, a paterna auctoritate discernit (Avell. 71, 7 solam f. -am [*gr. μονοπροσώπως*]. *al.*). Hil. syn. 42 unitas *dei* ... -am genitae *non* ademit essen-

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiae. trin. 4, 16 l. 26 (*ad Ioh. 1, 3*) -a efficientis. GREG. ILIB. fid. praef. l. 45 -am propriam verbi, quod est filius (VINCENT. LER. comm. 12, 4 dei verbi ... -am). CORIPP. Iust. 4, 298 ex tribus una ... veniens mundi -a redemptrix. *al.* Ⓒ *de spiritu sancto*: TERT. adv. Prax. 9 p. 240, 4 -a paracleti. 12 p. 245, 19 *-a* tertia, spiritus (AMBROSIAST. in I Thess. 3, 10, 2 rec. γ AVG. civ. 11, 24 p. 495, 3. *al.*). VINCENT. LER. comm. 12, 4 spiritus sancti ... -am. *al.*

β *respiciuntur duae naturae Christi in una -a iunctae* (*ad rem v. van Bavel, Recherches sur la christologie de s. Augustin, 1954, 13 sqq.; Scarpat, Tert. adv. Prax., ²1985, 84 sqq.; cf. l. 30 sqq.*): TERT. adv. Prax. 27 p. 281, 28 videmus duplicem statum, non confusum, sed coniunctum, in una -a: deum et hominem Iesum. HIL. trin. 9, 14 l. 2 utriusque naturae -am tractari in ... Christo. AMBR. in psalm. 61, 5, 3 *Christus* unus, ... agnoscendus operis distinctione, non varietate -ae. HIER. in Zach. 6, 9 l. 275 sq. non Iesum dividimus, nec duas -as in una possumus facere -a. AVG. epist. 137, 9 in unitate -ae copulans utramque naturam (pecc. mer. 1, 31, 60 p. 61, 6 per unitatem ... -ae, qua utraque substantia unus Christus est. serm. 186, 1 VINCENT. LER. comm. 12, 13. *al.*). 169, 8 sicut in homine quolibet ... anima et corpus una -a est, ita in Christo verbum et homo una -a est. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 34, 10 Christus homo verus et deus verus ex duplici substantia una -a ... est (*sim.* EVSEB. GALLIC. hom. 28, 2 l. 52. *cf. l. 17 et* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 206, 6 in duabus ... substantiis ..., in una vero -a eademque subsistentia). BOETH. c. Eut. 5, 18 Eutyches ... recte credens unam esse -am impie credit unam quoque esse naturam. *al.*

γ *usu laxiore*: Ⓘ *respicitur deus in universum*: TERT. adv. Hermog. 39, 1 quibus *lineis* circa -am dei usus es, *sc. eum tamquam pictor describens* (adv. Marc. 1, 22 p. 318, 21 accedamus ... ad ipsam dei -am. AVG. civ. 10, 15 p. 425, 12 -a ipsius dei. *al.*). LACT. inst. 4, 4, 2 *deus* utramque -am sustinet, et patris et domini (*sec. sermonem iuris, cf. p. 1720, 50 sqq.*). Ⓘⓘ *respicitur Christus* (*usus ab A1 distinguitur l. 40; cf. p. 1728, 29*): TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 10 -am substantiae *egit Christus a Marcione phantasma habitus* (*sublucet imago scaenae*). CANON. Turner I p. 342 l. 93 (*ad Ier. 17, 9* homo est) ostendit hominis -am deum dei filium baiulare. HIER. hom. Orig. in Luc. 28 p. 162, 24 assumpsit peccatorum hominum ... -am. AVG. fid. et symb. 4, 9 *Iesus dei* maiestatis -am parabat ostendere aquam in vinum vertendo. LEO M. serm. 33, 2 l. 44 (*ad Matth. 2, 11*) *magi* auro honorantes -am regiam, myrra humanam, ture divinam. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 33, 17 (*loq. Nestorius*) Christus debentis suscipit -am naturae. VINCENT. LER. comm. 14, 1 sq. cum ... dicimus, quod deus per -am homo factus sit, ... verendum est, ne hoc dicere videamur, quod deus verbum sola imitatione actionis, quae sunt nostra, susceperit ...; (2) sicut in theatris fieri solet, ubi unus plures effingit ... -as, quarum ipse nulla est. EVSEB. GALLIC. hom. 2, 1 factus est dominus servus, ut -a servi transiret in dominum. *al.*

b *spectat ad deos gnosticorum vel paganorum* (*cf. l. 26. 31*): TERT. adv. Val. 7, 5 *Valentiniani Bytho* dant ... secundam in ipso et cum ipso -am, Ennoian. ARNOB. nat. 3, 34 p. 191, 4 *Stoici dicunt* Dianam Cererem Lunam caput esse unius dei ... neque ... -arum dissidentias tris esse. 4, 16 p. 221, 13 (*de quinque Minervis*) *quis conabitur* inter -as huiusmodi ... vindicias iustas dare?

2 *in interpretatione operum scriptorum* (*sc. fere typologica, allegorica, spiritali; cf.* AVG. civ. 18, 48 p. 332, 13 omnia significantia videntur quodam modo earum rerum, quas significant, sustinere -as. *qui usus ex eo, quem sub B descripsimus, fluxisse videtur; spectat ad script. sacras praeter l. 65. p. 1724, 6*): **a** *significatur potius is, per quem vel in quo ostenditur aliquis* (*aliquid; maxime in locutionibus c. praepos., cf. B1b*): TERT. bapt. 12, 8 illud dictum domini (*Ioh. 13, 10*) de uno lavacro sub Petri -a ad nos *spectat* (HIL. in Matth. 22, 3 quod sub -a Adae ad Evam dictum est [*gen. 2, 24*]. AVG. civ. 11, 15 p. 482, 19 Esaias sub figurata -a principis Babyloniae diabolum notans [*Is. 14, 12*]. *al.*). adv. Marc. 2, 10 p. 349, 15 in -a peccatoris viri denotabatur *satanas* (2, 26 p. 372, 14 HIL. in Matth. 29, 2. FILASTR. 107, 7 *scriptura praenuntiat* in duabus [duobus *trad.*] -is *Cain et Lamech* unius *populi* impietatem, alterius iniquitatem. AVG. civ. 10, 27 p. 444, 34 de quo *Christo Vergilius* ... poetice quidem, quia in alterius adumbrata -a, veraciter tamen ... dixit [*seq. ecl. 4, 13 sq.*]. *al.*). IVLIAN. in Os. 2, 5 l. 123 profanatae genti -am meretricis aptavit *propheta.* *al.*

b *significatur potius is, qui (id, quod) ostenditur*: α *servata notione figurae, imaginis*: Ps. CYPR. ad Novat. 5, 5 columbam, hoc est lapsorum -am. HIL. myst. 1, 16 Iaphet ... figuram gentium ostendit ...; Sem vero Israhelitici populi -am gerit (AVG. bapt. 3, 18, 23 p. 214, 27 *apostoli* -am gerebant ecclesiae. civ. 17, 7 p. 221, 2 populi ... Israel -am figurate gerebat *Saul. al.; cf.* gestare -am: AVG. c. Faust. 22, 41 Loth futurae legis videtur gestasse -am [*sim.* ISID. alleg. 33]. in psalm. 108, 1 l. 14 *Petrus* in figura ... -am *ecclesiae. al.*). Ps. HIL. tract. 3, 1 paralyticus ... est -a populi Iudaici. HIER. epist. 21, 3, 3 edocemur in publicanis ... omnium peccatorum

... accipi posse -as. 21, 39, 1 (*ad Luc. 15, 11 sqq.*) haec ... in ethnici -a dicta sint et Iudaei (in Ier. 5, 35, 4 licet 'columbam' [*Ier. 25, 38*] et in -a Hierusalem possimus accipere. APON. 12, 43 l. 642 praefiguratum est in omnium gentium vel sanctorum -a. MART. BRAC. sent. patr. 8 [*ad Ezech. 14, 14*] Noe ... est in -a voluntariae egestatis, Iob in -a tribulationis *eqs.*). AVG. c. acad. 3, 6, 13 veritatis ... Proteus in carminibus ostentat sustinetque -am (in psalm. 108, 1 l. 16 Iudas -am ... inimicorum Christi. in Rom. imperf. 13, 6. *al.*). quaest. euang. 2, 33, 5 (*ad Luc. 15, 28 sq.*) *maior* filius ... in his intellegitur habere -am, qui *eqs.* IVLIAN. in Os. 1, 2 l. 143 ista mulier ... gentis illius probabitur figurare -am (QVODV. prom. 2, 38, 87 figuratam ... ecclesiae -am suscipiat *Iudith*). CHROMAT. serm. 9, 1 l. 13 in psalmo decimo ... -a populi ecclesiae declaratur (*syn.* typus). *al.* β *deest notio figurae*: TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 13 defecit ... parabola in -a domini, si non *ad Christum creatoris refertur.* p. 521, 16 errat, qui furem *parabolae* (*Luc. 12, 39*) ... in -am disponit creatoris. resurr. 20, 4. HIL. in Matth. 12, 22 hoc ad -am populi huius esse referendum (HIER. epist. 21, 28, 2). 17, 8 sub discipulorum nomine pharisaeorum ... -a *tractatur.* *al.*

II *in sermone communi*: **A** *significantur partes, quas quis agit* (*syn.* partes *l. 37. 61 sq. p. 1725, 17 sq.* [*adde* CIC. har. resp. 61]. *afferimus exempla selecta omittentes haud pauca, quae sive huc sive ad B pertinere possunt [cf. etiam imagines p. 1717, 5]; notiones diversae per zeugma iunguntur* CIC. de orat. 2, 251 *in oratione tales* -as agitare [*i. irridere*] solemus, non sustinere [*i. agere*]. *nota etiam p. 1725, 22, ubi hic usus cum originario iungi videtur*): **1** *respicitur potius munus, officium, quo quis fungitur, vel locus, quem quis obtinet*: **a** *in universum*: CIC. Caecin. 14 quam -am iam ex cotidiana vita cognoscitis ...: mulierum adsentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi ..., hanc -am imponite *adversario.* Cluent. 101 irridebatur ... -a viri boni suscepta. Pis. 71 *philosophiam* qui profitetur, gravissimam mihi sustinere -am videtur (*cf.* fin. 3, 75 quam gravis ... conficitur -a sapientis!). Tusc. 5, 73 *Epicurus* tantum modo induit -am philosophi (*sim.* LACT. inst. 3, 27, 5). off. 1, 115 duabus iis -is (*v. p. 1725, 19*) ... tertia adiungitur, quam casus aliqui aut tempus imponit, quarta etiam, quam nobismet ipsi iudicio nostro accommodamus. MEMM. or. frg. Suet. vita Ter. 4 Africanus, qui a Terentio -am mutuatus ... nomine illius *fabulam dedit.* HOR. sat. 1, 2, 60 -am *moechi* ... evitare (-am matronae *intellexit* PORPH.). OV. Pont. 3, 1, 43 (*uxori*) magna tibi imposita est nostris -a libellis (*cf. ibid. 42* ad partis ... tuas *et* 146 sis -ae, quam tueare, memor). RVT. LVP. 2, 6 *natura* ita divisit ⟨virilem et⟩ muliebrem -am, ut *eqs.* SEN. epist. 85, 35 duas -as habet gubernator, alteram communem cum omnibus, qui eandem conscenderunt navem: ipse quoque vector est; alteram propriam: gubernator est. SCRIB. LARG. praef. 4 medicina non fortuna neque -is homines aestimat. QVINT. inst. 6, 1, 34 *supplicabimus,* nisi ... -a nos et ante acta vita ... prohibebit. Ps. QVINT. decl. 9, 22 an ille animus ... ferret ... -am ... sceleris? (*i. gladiatoris*). APVL. met. 8, 2, 5 *Thrasyllus* amici ... -am mentiebatur. *al.* *respicitur munus vitae*: APVL. flor. 16, 18 quoniam poeta optimus -am vitae deposuerit.

b *in iudicio* (*ficto l. 51. 56*): CIC. Quinct. 45 possumus petitoris -am capere, accusatoris deponere? Verr. II 2, 43 imponatur honestae civitati turpissima -a calumniae? (*i. calumniatoris*). de orat. 1, 169 qui hanc -am susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur. 2, 102 *orationem meditando* tris -as unus sustineo: ... meam, adversarii, iudicis. off. 3, 43 *vir bonus* ponit ... -am amici, cum induit iudicis. LIV. 3, 72, 4 *hoc iudicio de finibus sociorum* populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienae -am laturum. SEN. contr. 2, 6, 10 *id* non putabat in accusatoris -a Latro faciendum. QVINT. inst. 12, 8, 10 *cum advocatus litigatorem audierit,* in aliam rursus ei -am transeundum est agendusque adversarius. OPTAT. 7, 7 p. 181, 4 *nemo* potest ... in una causa ... duas portare -as, ut in eodem iudicio et accusator esse possit et iudex. *al.*

c *in re publica et inde in ecclesia*: α *spectat ad partes singulorum*: CIC. leg. agr. 2, 49 mihi praetori ..., Quirites, ... -am hanc imposuistis, ut *eqs.* Mur. 6 has ⟨p⟩artis lenitatis ..., quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter, illam vero gravitatis severitatisque -am non appetivi, sed ab re publica mihi impositam sustinui. Sull. 8 -am vehementem et acrem, quam mihi tum tempus et res publica imposuit, iam voluntas et natura ipsa detraxit. Planc. 100 abiecta quaestoria -a comitisque sumpta. Phil. 8, 29 -am in re publica tueri principis (Brut. 80. NEP. Epam. 1, 2 musicen ... abesse a p. -a). Brut. 165 magistratus -am et consularem dignitatem *tuebatur Domitius.* Att. 10, 15, 3 nisi cuius gravioris -ae suscipiendae spes erit ... oblata. SEN. dial. 11, 6, 1 magnam tibi -am hominum consensus inposuit: haec tibi tuenda est. TAC. Agr. 9, 3 ubi officio satis factum, nulla ultra potestatis -a. HIST. AVG. Prob. 10, 7 agenda est -a, quam mihi miles inposuit. *al.* *in ecclesia*: VET. LAT. lev. 19, 32 (Cypr. testim. 3, 85) honorabis -am presbyteri (*ad clericos refert Cypr.*; VVLG. -am senis). NOVATIAN. cib. Iud. 1, 3 ministerii inposita -a ... a me *hoc poscit.* CONC.^{S} I 2 p. 103, 14 demandavimus ei, ut vice nostra et pro nobis et pro -a nostra

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disponeret *eqs.* *al.* β *spectat ad partes communitatis*: CIC. dom. 133 viri, qui sua dignitate -am populi ⟨Romani⟩ atque auctoritatem imperii sustinerent (SYMM. rel. 9, 1 -am p. R. nulla inplet oratio). off. 1, 124 est ... munus magistratus intellegere se gerere -am civitatis (*cf.* AVG. civ. 1, 21 p. 35, 25 -am gerentes publicae potestatis). OPTAT. 2, 9 p. 45, 18 sanctae ecclesiae est constituta -a. PRVD. c. Symm. 1, 569 si -a aliqua est aut si status urbis, in his *senatoribus christianis* est (*cf.* 1, 599 -a ... patriae).

d *in familia*: MET. NEP. Cic. fam. 5, 3, 1 commutatā -ā te mihi fratris loco esse duco (*nisi ad p. 1726, 24*). PAVL. FEST. p. 14 plus sorores a fratribus quam fratres diligi solent, videlicet propter dissimilitudinem -arum. SEN. epist. 81, 16 plurimum ... momenti -a solet adferre ...: 'dedisti mihi beneficium in servo, iniuriam fecisti in patre *eqs.*' QVINT. inst. 4, 2, 95 a se parasiti -am esse susceptam. decl. 298, 9 (*pater ad filium*) dissimulata et remota -a mea *te* parasitum abdico. AVG. in psalm. 50, 24 l. 24 (*hortatur patrem, ut filium corrigat*) tu imple -am tuam. *al.*

2 *respiciuntur potius mores, consuetudines, habitus proprii alicuius* (*cf. B2*): CIC. off. 1, 97 nobis *hominibus* ... -am imposuit ipsa natura (*explicatur postea*: constantiae, moderationis, temperantiae, verecundiae partes). 1, 107 duabus quasi nos a natura indutos esse -is, quarum una communis est ex eo, quod omnes participes sumus rationis *eqs.*; altera autem, quae proprie singulis est tributa (*cf. p. 1724, 31*). SEN. benef. 2, 17, 2 indixisti pecuniae odium ...; hanc -am induisti: agenda est. PLIN. epist. 8, 7, 2 sumam ... -am magistri (SVET. gramm. 24, 4 *non* ita docuit, ut m. -am sustineret). *al.*

B *significatur potius is, qui partes quasdam agit* (*afferimus exempla selecta huius usus, qui saepius transit ad C; contra aegre ab A separantur exempla, quibus accedit gen. vel pron. poss. [e. g. l. 39 sq. 43. 70. p. 1726, 56], cf. tamen similes locutiones sub C1; disting.* homo *p. 1726, 33, cf. p. 1719, 26. 1724, 41; ceterum v. quae ad A adnotavimus*): **1** *de eo, qui munere, officio quodam fungitur vel locum quendam obtinet*: **a** *in universum*: α *exempla varia*: CIC. Arch. 3 in eius modi -a, quae ... minime in iudiciis ... tractata est, uti ... novo ... genere dicendi *volo.* Mil. 32 illud Cassianum 'cui bono fuerit' in his -is valeat (*sc. in Clodio ac Milone*). de orat. 2, 333 suadere aliquid aut dissuadere gravissimae mihi videtur esse -ae. VITR. 1, 2, 9 faciendae sunt aptae omnibus -is aedificiorum distributiones (*sim.* 6, 5, 3 ad singulorum generum -as). VELL. 2, 31, 4 (*Pompeius et Antonius Creticus eadem potestate ornati comparantur*) interdum -a ... invidiam auget aut levat. VAL. MAX. 8, 7, 7 tantorum virorum laudibus non inpudenter se -a histrionis inseruit. 9, 14, 1 *apparuit figura* amplissimi civis, *sc. Pompei,* in -is mediocribus, *quae ei similes erant.* CELS. 1 prooem. 50 nemo *medicus* in splendida -a periclitari *vult.* SEN. benef. 3, 17, 4 *beneficium* respondeat non solum ... amicis, sed humilioribus quoque -is. 4, 40, 2 quid ... regi, quid pauper diviti reddam ...? quid amplius in horum -a possum quam velle? dial. 5, 40, 2 *si* tanta -a eris, ut possis iram *alterius* comminuere *ut Augustus.* MART. 1 praef. cum salva infimarum quoque -arum reverentia ludant *epigrammata.* QVINT. inst. 11, 1, 27 istud magis minusve vitiosum est pro -is dicentium; defenditur enim ... aetate, dignitate, auctoritate. decl. 284, 2 neque ... illa (ulla *var. l.*) excipitur -a (*i. etiam sacerdos puniendus est*). FRONTIN. aq. 105, 4 ne sit in arbitrio libratorum ... pro gratia -arum calicem probare. SVET. Iul. 43, 1 lecticarum usum ... nisi certis -is et aetatibus ... ademit. Tib. 32, 2 parem moderationem minoribus ... -is ... exhibuit. COMM. instr. 2, 16, 2 timent -as. *al.* β *locutiones, quae spectant ad aequalitatem -arum* (*in sacr. script. sec. gr. πρόσωπον λαμβάνειν, προσωπολημψία sim. [cf. Lohse, Theol. Wb. NT VI 780 sq.] et inde apud ecclesiasticos, etiam c. respectu rerum paganarum [e. g. l. 62]; apud paganos cf. e. g. l. 50. p. 1726, 61; quaedam vergunt ad A, sed similia separare noluimus*): *saepe in iuncturis* accipere -am, acceptio -ae *sim., v. vol. I 282, 5. 13 sq. 77 sqq. 283, 62 sq. 318, 54 sqq. V 2, 1224, 65 sqq.* *ceterum*: VET. LAT. prov. 24, 23 (Lucif. Athan. 1, 28 l. 37) erubescere -am in iudicio non est bonum (VVLG. cognoscere -am). Matth. 22, 16 (cod. 10. *al.* = VVLG.) non ... respicis -am hominum (*cf.* TERT. nat. 1, 4, 4 *philosophi vituperant* sine respectu -arum [adv. Marc. 4, 3 p. 427, 25 praescr. 23 l. 30]). Ioh. 7, 24 (cod. 5. *al.*) nolite iudicare secundum -am (*gr. κατ' ὄψιν, cod. 4. al. et Vulg.* sec. faciem). LACT. inst. 6, 11, 17 quid *in largiendo* -as eligis? AMBROSIAST. in Gal. 3, 28 apud deum ... nulla discretio -arum est. REGVLA mag. 2, 16 non ab eo, *sc. abbate,* -a in monasterio discernatur. *al.*

b *in iudicio* (*specimina pauca; huc spectant multa sub IB2a allata, fortasse etiam l. 31 sq.; ceterum cf. gen. p. 1729, 15 sqq. collectos*): CIC. Cael. 30 sunt ... duo crimina ...; in quibus una atque eadem -a versatur (*sc. Clodia testimonium praebens*). or. frg. A 15, 6 haec in Milonis -am questus es: de aere alieno *eqs.* de orat. 2, 304 cum -arum, quas defendunt, rationem non habent *oratores.* S. C. de Cn. Pisone (Vestigia 48, 1996) 9 causa Plancinae ..., pro qua -a quid petisset ..., exposuisset antea Tiberius. PLIN. epist. 2, 14, 1 vel -arum claritate vel negotii magnitudine insignis *causa.* OPTAT. 1, 6 p. 9, 3 traditores nullis certis -is aut nominibus accusasti. *al.*

c *in re publica et inde in ecclesia*: CIC. leg. agr. 2, 45 *grave nomen imperii* etiam in levi -a *legati* pertimescitur. Phil. 12, 18 inter ⌞has -as⌟ me interiectum (⌞ ⌟ *sc. principes viros*). Att. 8, 12, 4 *mihi dicas,* ecquae pacifica -a desideretur an in bellatore sint omnia. fam. 3, 5, 2 neque ... obscuris -is nec parvis in causis res agetur. 6, 6, 10 *Caesar* numquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. 'at in eius -a multa fecit asperius.' NEP. Pel. 4, 3 haec fuit altera -a Thebis, sed tamen secunda ita, ut proxima esset Epaminondae. SEN. suas. 6, 21 ⌞hoc⌟ ... in paucissimis -is usurpatum a Sallustio, T. Livius ... omnibus magnis viris praestitit (⌞ ⌟ *sc. ut mortuos laudaret*). QVINT. inst. 9, 2, 68 cum -ae potentes obstant (SCHOL. Hor. carm. 4, 2, 53. *al.*). TERT. paenit. 11, 5 ad omnem occursum maioris ... -ae decrescentes, *sc. qui magistratum petunt* (AVG. conf. 8, 6, 13). Ps. ASCON. div. in Caec. p. 197, 10 senatoria -a *non* potest indicium profiteri. COD. Iust. 5, 37, 24 pr. (*a. 396*) sub praesentia publicarum -arum (CASSIOD. var. 3, 30, 2. INST. Iust. 1, 20, 5 apud ... p. -as, id est magistratus. *al.*). *al.* *in ecclesia*: OPTAT. 1, 27 p. 29, 4 in ipsa causa ... duorum videbantur laborare -ae, et ordinati et ordinatoris. 5, 5 p. 132, 7 insectamini -as hominum (*v. vol. VII 1, 1856, 63*). CONC. Rom. a. 501 p. 420, 22 de religiosae actione -ae ... concilium *iudicet* (CASSIOD. var. 5, 37, 2. *al.*). a. 502 p. 451, 1 liceat quibuscumque ecclesiasticis -is *contradicere* (GREG. M. epist. 3, 32 l. 21). Carp. a. 527 p. 50 l. 4 ad synodum aut per vos aut per -am vicariam ... adesse *debetis.* GREG. M. epist. 13, 11 l. 51 iudicum atque saecularium -arum. *al.*

d *in familia* (*addidimus quaedam ad IC spectantia, e. g. l. 29. 37 sq. 42*): CIC. leg. 2, 48 nulla est ... -a, quae ad vicem *mortui* ... propius accedat *quam heres* (*quaeritur, cui sacra facienda sint, ut*: 2, 49 extrema illa -a est *eqs.*). FEST. p. 182 '⟨o⟩rba' ... ⟨significatur 'privata aliquā⟩ -ā carā' (*suppl. e* PAVLO). SEN. contr. exc. 3, 4, 1 *ea* lex ... ad -as tantum extraneas pertinet, *non* ad filium et ad patrem (GAIVS inst. 2, 95 per e. -am nobis adquiri non posse. *al.*). VAL. MAX. 2, 1, 8 inter necessarias -as (VLP. dig. 24, 3, 21 n. mulieri -as. *al.*). SEN. benef. 3, 18, 1 officium esse filii, uxoris, earum -arum, quas necessitudo suscitat. epist. 94, 1 *philosophia* dat propria cuique -ae praecepta nec in universum componit hominem (*seq. exempla*: marito ..., patri ..., domino). QVINT. inst. 6, 2, 14 (*de affectu*) est ... inter coniunctas maxime -as. decl. 268, 5 quorum libertatem *dicendi* non impediunt -ae. SVET. Nero 1, 2 *Domitii* modo continuantes unum *cognomen* ... per trinas -as, modo alternantes per singulas. GAIVS inst. 1, 60 -as, quae ex transverso gradu cognatione iunguntur *eqs.* (*cf.* 1, 156 sunt ... agnati per virilis sexus -as cognatione iuncti. 3, 24). TERT. adv. Marc. 4, 19 p. 483, 11 (*ad Matth. 12, 48 sq.*) proximas ... -as foris stare ... indignatus est *Christus* (adv. Prax. 3 p. 231, 5 VLP. dig. 38, 17, 2, 22). PAVL. dig. 38, 10, 10, 14 proavia ... quattuor -as complectitur. HIER. epist. 52, 5, 5 consanguinitatis castimoniaeque -ae. AVG. quaest. hept. 3, 61 -as, quas appellat domesticas, ... distinguit a ceteris. *al.*

2 *de eo, qui certis moribus, consuetudinibus sim. instructus est* (*mores nimirum respiciuntur etiam nonnullis locis supra allatis, cf. etiam attributa p. 1728, 66 collecta*): CIC. Q. Rosc. 21 si Fannius Roscium fraudasse diceretur, utrumque ex utriusque -a veri simile videretur. Cluent. 78 Staieni -a populo iam nota atque perspecta ab nulla turpi suspicione abhorrebat. Sull. 68 istorum facinorum ... crimen ... Sullae -a *non* suscipit. Flacc. 53 in Maeandri -a esse expressam speciem civitatis. rep. 1, 24 oratio *non* abhorrens a -a hominis gravissimi (SCHOL. Cic. Bob. p. 101, 2 ['consortes sunt mendicitatis'] destruens hominum -as. p. 103, 28 -a h. defloratur). Att. 15, 1ª, 2 (*Cic. Attico orationem Bruti misit*) *ὑπόθεσις* vides quae sit ⟨et⟩ -a dicentis (*sc. Ἀττικώτατος in dicendo*). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 5 *a luctu* animum ... avoca atque ea potius reminiscere, quae digna tua -a sunt. VELL. 2, 68, 1 (*de M. Caelio*) -a umbram actae rei *non* capit (*i. res ab ea gesta narrari debet*). VAL. MAX. 6, 2, 5 (*de Catone*) huic facto -a admirationem ademit. SEN. clem. 1, 2, 1 *clementia* habet ... in -a quoque innocentium locum. 1, 5, 3 *virtus* quaedam ... quibusdam -is aptior est. SCRIB. LARG. praef. 10 delectus non est -arum, sed eodem numero malus bonusque habetur. TERT. nat. 1, 7, 8 ut ... de -a persecutoris ponderetis: si pius *Nero eqs.* VLP. dig. 47, 10, 15, 44 multum interest, qualis servus sit (*sc. iniuria affectus*), bonae frugi *eqs.*; habebit igitur praetor rationem ... -ae servi. HIER. epist. 18A, 1, 2 de -a ... fuit vir iustus *rex Ozias.* *al.*

C *respectu partium agendarum evanido significatur quilibet homo* (*deus p. 1727, 26; cf.* AVG. trin. 7, 4, 7 l. 74 '-a' generale nomen est in tantum, ut etiam homo possit hoc dici. BOETH. c. Eut. 3, 22 [*antea egit de notionibus p. 1716, 42. 1717, 45 descriptis*] homines, quorum certa pro sui forma esset agnitio, et Latini -am [*an* -as?] et Graeci prosopa nuncupaverunt. *similiter adhibetur saepe sub IB2 et C1 et D1, ceterum v. quae p. 1725, 26 adnotavimus*): **1** *in circuitione verborum* (*saepius in locutione* 'in -a *alicuius*'): **a** *accedit pron. poss.* (*cf. e. g. p. 1719, 29. 33*): CIC. Verr. II 1, 98 ego defensorem in mea -a, non accusatorem ... laudari volo. VAL. MAX. 4, 1, 10 ne ego in tua -a et accusatoris et testis et iudicis partes *agam.* 4, 1,

[Dubielzig]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14 *Cato beneficium praebitum recusavit,* ne quid in -a sua novaretur. SEN. dial. 12, 19, 2 (*ad matrem*) *soror tua* in mea *exulis* ... -a non tantum pro te dolet. nat. 4 praef. 6 futuros multos *adulatores* in -a tua ... cogita! Ps. SEN. epist. Paul. 10 debeo ... id observare in tuam -am (*abl. var. l.*). SIDON. epist. 7, 5, 4 meum duco vestras invitare -as. ALC. AVIT. epist. 51 p. 80, 8 usque ad nostras ... -as ... parentum ... sortem ... perduci. *al.* *in formula modestiae* (*cf.* personula): CAES. AREL. reg. mon. prol. 1 regula ... meā -ā parvā rogante transmissa.

b *accedit gen. explicativus, qui spectat:* **α** *ad singulos homines*: FEST. p. 334 *pater occultatus profuit* ⟨pa⟩triae consilio sub -a filii. SEN. contr. 9, 3, 9 *pacti rescissi* iniquum ... facit fortuna eius, qui passus est, non -a facientis. VELL. 2, 31, 1 converterat Cn. Pompei -a totum in se terrarum orbem et ... maior civi habebatur. SEN. dial. 6, 1, 2 *scimus,* qualem te in -a[m] patris tui gesseris. TERT. adv. Hermog. 20, 3 *in omni operatione describenda* tria nomina sunt edenda ...: -a factoris, species facti, forma materiae. LACT. epit. 55, 3 transfer in alterius -am, quod de te sentis, et in tuam, quod de altero iudicas! OPTAT. 3, 3 p. 79, 7 *id* ad ipsius *Donati* -am pertinere (3, 7 p. 87, 17). AVSON. 14, 19 (362 S.), 42 *clienti est* gravis imperiis -a patroni. CONC. Carth. a. 525 p. 274 l. 59 quid praeiudicat olim mortui -a viventibus? CASSIOD. hist. 10, 14, 8 *episcopi pauci* -am Iohannis amplectebantur (*cf. Socrat. 6, 17, 6 τὰ Ἰωάννου ἠσπάζοντο*). *al.* **β** *ad plures homines vel coetum quendam*: SEN. nat. 4 praef. 15 non mihi in amicitia Gaetulici Gaius fidem eripuit; non in aliorum -a infeliciter amatorum ... *potentes* propositum meum potuerunt evertere. TERT. nat. 1, 10, 13 *maiorum* institutis renuntiare non nostis, ma⟨xi⟩me in -a deorum vestrorum. CYPR. epist. 1, 2, 2 ne ultra hoc fiat circa -am clericorum. RVFIN. hist. 10, 2, 2 ad -am episcoporum frequentius *scribebant principes* (*gr. εἰς πρόσωπον ἐπισκόποις*). PALLAD. hist. mon. II 15 p. 370^{C} in vinculis inter ... reorum -as.

2 *cetera exempla:* **a** *usu vario* (*in exemplis vetustioribus saepe opponuntur vel distinguuntur aliae voces generales [sc.* res, locus *sim.] sicut p. 1719, 35. 1720, 12; dicitur tam de humilibus, miseris sim. [e. g. l. 43. 54 sq. 61 sq.] quam de nobilioribus [e. g. l. 41. 59. 65]; iuxta ponitur* homo *l. 60 sq.; est fere i. q. aliquis e. g. l. 53*): VARRO ling. 9, 4 *dicam* de copulis -arum (*sc. eorum, qui analogiis utuntur; antea*: de copulis naturae et ⟨u⟩suis). VAL. MAX. 2, 6, 5 (*Pericles corona ornatus est*) probabile institutum, si rem sive -am intueri velis. 6, 9 ext. 7 *opes* nullo in loco, nulla in -a *stabiles.* SEN. dial. 5, 6, 5 ut ... irascatur nunc -ae, nunc negotio, nunc loco, *eqs.* epist. 93, 1 *aequitas* tibi in omni -a, in omni negotio superest. 94, 35 *praeceptorum differentias* exigunt tempora, loca, -ae. SCRIB. LARG. praef. 7 non deterreor -a (*sc. medico illustri*), cum rem ... prodesse videam. MART. 10, 33, 10 parcere -is, dicere de vitiis. IVV. 4, 15 cum ... foedior omni crimine -a est (SCHOL. non 'homo', sed '-a' [*cf. l. 33 supra*]). TAB. devot. Audollent 111, 1 (*saec. II ex.?*) denuntio -is infra scribtis Lentino et Tasgillo, uti *eqs.* TERT. anim. 40, 3 *non est* ita caro homo tamquam ... alia -a. adv. Hermog. 1, 3 (*antea de vitiis Hermogenis egit*) sed viderit -a: cum doctrina mihi quaestio est. monog. 7, 1 vetera exempla originalium -arum (*i. patriarcharum; opp.* instrumenta ... scripturarum). virg. vel. 5, 9 separatum est nomen *Evae* ... ab ipsa -a. CLEM. ad Cor. 1, 1 paucae -ae superbae ... in tantum temeritatis incensi sunt, ut *eqs.* CYPR. epist. 11, 3, 1 pro quibusdam -is designatis *orare.* ARNOB. nat. 3, 39 p. 196, 6 'servi', 'milites', 'magistri' non sunt -arum subiacentium nomina, sed officiorum (*sim. disting.* officium: AMBR. myst. 5, 27). SORT. Sangall. 72, 8 inpediris a -a. FIRM. math. 4, 14, 9 propter servos aut propter -as in custodiam redactas (*cf. supra l. 29 et* PASS. Quirin. 3 custos -arum aperuit carcerem). HIST. AVG. Ver. 4, 5 *in popina* ministrantibus sibi omni genere turpium -arum. SVLP. SEV. Mart. 11, 5 vocem loquentis ... audiebant, -am tamen non videbant. SIDON. epist. 2, 2, 5 quot solet *recipere* sigma -as. VITA Hil. Arel. 20 l. 21 vidit reverendam ... astare -am. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 23, 28 quaelibet una -a aut unus homo (*ibid.* l. 29 homines sive -ae). CAES. AREL. serm. 79, 1 p. 311, 27 vix invenietur homo, qui, cum infelicem -am ... vexari a diabolo viderit, non expavescat. COD. Iust. 3, 14 rubr. inter ... viduas vel miserabiles -as (*in ipsa constitutione 1, 1* [*a. 334*] alii ... miserabiles). ARATOR act. 2, 170 progreditur -a vetus (*173* senex). VITA Caes. Arel. 1, 9 erat ... ipsis -is familiarissimus quidam *rhetor* (*postea*: generosae -ae). *al.* **b** *ponitur ita, ut singuli homines distinguantur a multitudine, universitate* (*omisimus iuncturas plenas q. s.* singulares -ae [VLP. dig. 4, 2, 9, 1 VICTORIN. POETOV. in apoc. 1, 7 p. 28, 10. *al.*], singulae -ae [IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 23, 27], una quaeque -a [LACT. inst. 1, 6, 5]): CELS. 5, 18, 13 quae *remedia* in -is varie responderunt. SEN. dial. 6, 7, 4 *natura* nihil in -am constituit (*opp. antea*: in omnibus, *fort. sec. sermonem iuris: cf. p. 1720, 26 sq.*). PLIN. nat. 29, 22 (*agitur de avaritia medicorum*) haec -is inputentur, *non universo ordini.* TERT. adv. Marc. 2, 15 p. 355, 22 ut ... iustitia ... non genus, sed -as iudicaret. praescr. 8 l. 42 omnia quidem domini dicta omnibus posita sunt ..., sed pleraque in -as directa *eqs.* AVG. civ. 1, 21 p. 35, 20 quos deus occidi iubet sive data lege sive ad -am ... expressa iussione. CONC.^{S} IV 2 p. 176, 23 non acervatim, sed singuli per nomen et -am confessi sunt. ENNOD. dict. 10, 9 p. 457, 16 quid ... generalem facio gratiarum relationem, qui vix pro -a sufficio? (*i. pro uno*). ARATOR act. 2, 216 gentis ... salutem ⌞-ae⌟ signavit ⌞iter⌟ (*sc. curationes singulorum [act. 3, 2 sqq. et 14, 7 sqq.], quae ad Iudaeos et gentiles referendae sunt*). *al.* **c** *ponitur ita, ut homo nomine determinetur* (*iuxta ponitur* nomen *e. g. l. 2. p. 1717, 75. 1725, 75, disting. p. 1727, 49*): PLIN. nat. 34, 87 *Cephisodotus* fecit ... contionantem ...; -a in incerto est. SVLP. SEV. dial. 3, 14, 8 nomen *hominis* non ignoratis, sed celanda -a est. PAP. Tjäder 1, 16 (*a. 445/6*) *quidam,* quorum -am ignoramus. VITA Caes. Arel. 1, 30 -am ipsius texere silentio.

D *usus varii peculiares:* **1** *significatur animans, quod quodam modo rei attribuitur: respiciuntur tutelae deorum, quae signis tribuuntur*: MANIL. 2, 438 rerum natura ... condidit ... varias sacro sub nomine vires, pondus uti rebus -a imponere posset. *respicitur id, quod virtutes euangeliorum repraesentat*: IREN. 3, 11, 8 l. 204 fiducia plenum est euangelium *Iohannis* ...; talis est enim -a eius (*sc. leo; cf.* 3, 11, 9 l. 240 *quidam* pauciores inferunt -as euangelii).

2 *significatur figura corporis, forma, qua apparent:* **a** *animantes* (*sive re vera sive per somnia, ostenta sim.*): APVL. met. 11, 30, 3 *apparuit* Osiris non ⟨in⟩ alienam quampiam -am reformatus (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 22, 1 *diabolum* in Iovis -am ... transfiguratum). TERT. nat. 1, 11, 5 *a vobis* ⟨creda⟩tur deus noster asinina aliqua -a. anim. 57, 5 *daemon latet* sub -is defunctorum *evocatorum.* VET. LAT. sap. 17, 4 -ae tristes apparentes pavorem ... praestabant (*gr. φάσματα*). TRACT. in Luc. 5, 1 *turba ad Iesum confluxit*: non, ut speciosam -am viderent aut pulc(h)errimam ... facie⟨m⟩ mirarentur, sed *eqs.* (*cf.* EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 1, 1 p. 39, 16 *perceptio* visibilis -ae *Christi*). SIDON. epist. 3, 13, 5 homo pervenustus ... cuiusque sit spectabilis -a visentibus. ALC. AVIT. carm. 4, 223 mortalis ... oculus -am *angeli* ferre supernam vix valet. Ps. ORIG. in Iob 1 p. 403^{B} non in -a venit ... diabolus ante deum, sed consiliis et cogitationibus. *al.* **b** *nummi*: EVSEB. GALLIC. hom. 9, 4 (*in explicatione trinitatis*) si trium solidorum -ae uno eiusdem auri exprimantur metallo.

3 *fere i. q. facies, vultus* (*sec. gr. πρόσωπον excepto* ARNOB.; *arcuimus* prov. 8, 30 Is. 57, 1 act. 3, 20 II Cor. 2, 10, *ubi locutiones gr. ad faciem, conspectum spectantes apud* TERT. *redduntur voce* -a, *sed ab eo aliter intellegi videntur, v. p. 1722, 14 et Braun illic cit. p. 217 sq. 219 adn. 1; cf. p. 1715, 64 sq.*): HERM. vulg. (*sim.* Pal.) vis. 3, 6, 3 in -a ... pacem habentes (*opp.* in cordibus; *gr. πρόσωπον εἰρήνης*). Pal. vis. 3, 10, 1 horum -am non vidi, quoniam aversi erant (*vulg.* faciem). ARNOB. nat. 6, 10 p. 318, 19 (*de deo, cuius imago est facies leonis*) sine reliquo corpore -a est et facies sola. CHALC. transl. p. 45^{A} *deus* in homine ... e regione certa capitis -am subdidit vultus eamque appellavit faciem.

*?**4** *est nomen herbae* (*si recte trad.; fort. per metonymian, cf. p. 1732, 48*): COLVM. 6, 17, 1 (*v. p. 1729, 48*).

***perspicuus,** -a, -um. *a* perspicere (*item* PRISC. gramm. II 136, 7. *al.*). *scribitur* -spec- ORIBAS. syn. 5 add. Ab p. 47 *et in var. l.* AMBR. hex. 4, 2, 7 in Luc. 7, 15 VEN. FORT. Mart. 2, 134. NOT. Tir. 67, 45 -um. *compar. et superl. desunt, sed ad posit. accedunt* magis CIC. fin. 5, 31 GELL. 14, 1, 25, maxime CIC. fin. 5, 32 PLIN. nat. 31, 79, *ceterum* satis CIC. Font. 19. CLAVD. DON. Aen. 9, 160 p. 209, 27 (satis superque), admodum MART. CAP. 1, 2, valde CASSIOD. hist. 1, 1, 13. *de notione* (*v. etiam p. 1747, 23 et 1748, 43*): CHAR. gramm. p. 410, 19 novi. non ambigo. -um mihi est. satis scio. certus sum. p. 411, 31 conpertum habeo ... -um habeo. non est mihi occultum *eqs.* SYNON. Cic. p. 416, 17 aperta ... plana. evidentia. -a. patefacta. apparentia. p. 422, 21 dilucida. evidentia. obviam occurrentia. clara. -a. in promptu posita. manifesta. SCHOL. Cic. Gron. B p. 337, 4 (*ad p. 1750, 3*) -um *est,* quod omnibus notum est. GLOSS. -us: *κατάδηλος. προφανής. πρόδηλος. περίοπτος. εὐπερίβλεπτος. καταφανής. φανερός.* -um: *τρανόν. ἔκδηλον. καταφανές, διαυγές, προῦπτον.* manifestum, splendidum, pulchrum. manifestum, limpidum, clarum. lucidum. -a: clara, aperta. *sim. al. legitur in oratione prosa inde a* CRASSO, RHET. Her., *sed apud plerosque raro* (*omnino deest e. g.* CAES., SALL., TAC.), *frequentatur apud* CIC. (*fere 125ies*) *et* AVG., *in poesi occurrit apud* LVCR. (*semel*), OV. (*bis in* met.), SIL. (*ter*), STAT. (*septies*), MART. (*quinquies*). *al.* [*confunditur in codd. cum* con- EVCHER. laud. her. 42 MART. CAP. 8, 810, prae- (pre-) TYCON. in apoc. 21 HIER. epist. 57, 8, 5 VVLG. gen. 26, 9. *al.* (*v. vol. X 2, 897, 34 sqq.*), pro- VVLG. gen. 26, 9 CLAVD. carm. min. 38, 3 PAVL. NOL. carm. 18, 26. *al.,* praecipuus APVL. met. 11, 21, 8. *al.*]

I *vi passiva i. quod perspici potest, facile conspicitur. neutr. pro subst. v. maxime p. 1747, 27. 52. 1748, 2 sqq. 66, c. dat. personae p. 1747, 20. 1748, 53. 55. al., praepos.* ex (*imprimis in locutione* -um est): *l. 57 sq. 70, adde* CIC. inv. 2, 117 (*bis*). Tusc. 4, 3. *al., cf.* de RHET. Her. 4, 46, 59; *accedit supin. p. 1747, 34. praeter locutionem* -um est (*v. A1a*) *nota* -um facere *sim.*: RHET. Her. 4, 40, 53 CIC. inv. 1, 31. 2, 117 S. Rosc. 18. *al.,* -um habere: CHAR. gramm. p. 411, 31 LEO M. serm. 52, 1 l. 8 VEN. FORT. Mart. 2, 134. *voces opp. v. maxime p. 1747, 10. 16. 24. 1748, 3. 40. 58. 68 sqq.*

A *perspicitur potius mente, animo*: **1** *in sermone communi*: **a** *in locutione* -um est *sim. c. struct. verbalibus* (*cf. l. 27 et struct. pers. p. 1747, 34; copula antecedit* CIC. Verr. II 2, 142. 165. *al., deest l. 64. p. 1747, 4; in quaest. rhet.* 'nonne -um est?' CIC. S. Rosc. 105. 108 div. 2, 42 HIER. adv. Rufin. 3, 14 l. 19. *al.; addimus locutionem* -i iuris est *l. 67*): **α** *c. acc. c. inf.*: CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 170 simulasse te ... -umst. VARRO frg. Non. p. 141, 26 ex quo -um est *eqs.* CIC. inv. 1, 66 ex his illud iam -um est esse quandam argumentationem *eqs.* (S. Rosc. 41. leg. 1, 27 -um fit illud. *al.* COD. Iust. 9, 5, 1, 2 [*a. 486*]. *cum aliis pron. praepar.*: CIC. de orat. 3, 210 id. fin. 3, 41 mihi ... nihil tam -um videtur, quam *eqs.* nat. deor. 2, 4 quid ... potest esse tam apertum tamque -um ... quam *eqs.* [*sim.* div. 2, 38 MIN. FEL. 17, 4]. *al. apud* CIC.). fin. 3, 62 ⟨ut⟩ -um est natura nos a dolore abhorrere, sic apparet *eqs. et saepe.* LVCR. 2, 275. SIL. 15, 148 *Romani iubent,* iret *Scipio,* qua ducere divos -um (*sc. per visum caeleste*). COD. Theod. 7, 20, 2 pr. CHAR. gramm. p. 97, 10 DIOM. gramm. I 512, 14 HIL. in psalm. 65, 1 HIER. epist. 49, 15, 1. *al.* -i iuris est: COD. Iust. 2, 49, 1 (*a. 239*) omnia in suo statu esse debere. 2, 42, 3, 4 (*a. 293*) nullum tibi superesse auxilium. 5, 9, 8, 4 (*a. 528*).

β *c. enunt. secund.*: Ⓘ *interrog.*: RHET. Her. 3, 8, 15 -um est iam nimirum ex hac dispositione, quemadmodum sit tractanda ... divisio. CIC. Verr. II 4, 147 facile esse -um, quantum ... interesset. fin. 4, 46 ut *Epicureis* ... -um sit, quid *eqs. al.* LIV. 3, 40, 10 quod *seditiosi* in turbido minus -um fore putent, quid agatur. CHAR. gramm. p. 14, 8 HIER. epist. 49, 15, 3. *al.* Ⓘⓘ *c. coni.* quod (*fere c. coniunctivo*): TER. MAVR. 204 'k' -um est littera quod vacare possit. CHALC. transl. p. 29A ⌞-um est, quod⌟ ... *quo-*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dammodo mundi sit instituta molitio (*gr. δῆλον ὡς*). HIER. adv. Rufin. 1, 18 l. 38 quod ... simus (sumus *var. l.*). 3, 14 l. 19 quod ... damnaveris. VVLG. gen. 26, 9 quod uxor tua sit. CONC.^{S} I 5 p. 352, 20 corpus *Iesu* ... *est* proprium vitae ..., ⌞-um autem quod⌟ unigeniti, *sc. est* (*gr. I 1, 4 p. 60, 11 δῆλον δὲ ὅτι*). VITA Caes. Arel. 2, 14 quod ... potuisset dicere.

γ *structura subaudienda* (*comprehenditur adverbio* ut *l. 11*): CIC. leg. agr. 3, 6 si *Rullus* ... Sullam dictatorem nominasset, -um fore (*sc. quae fuerit eius voluntas*) ... arbitratus est. Att. 1, 13, 4 *ille* nos ... aperte laudat; occulte, sed ita, ut -um sit, invidet. fam. 4, 2, 2 si, quid rectissimum sit, quaerimus, -um est; si, quid maxime expediat, obscurum. BOETH. arithm. 1, 32, 25 ut in subiecta descriptione -um est. cons. 4, 2, 7 ut ... defuisse valentiam dubitare non possis. :: -um est (*sim. in responso*: 4, 2, 39).

b *iuxta subst. vel pron.* (*pron. praepar. v. supra p. 1746, 58 sqq.*): **α** *fere i. q. manifestus, certus*: Ⓘ *de rebus*: RHET. Her. 1, 9, 16 plane certam viam et -am rationem (CIC. inv. 2, 65 utilitatis r. aut -a nobis aut obscura. MOD. dig. 28, 7, 27 pr. *al.*). 2, 7, 11 rem -am, non suspiciosam videri ([*sim.* 4, 40, 53]. CIC. inv. 1, 16 S. Rosc. 82. 98. *al.* APVL. apol. 89, 1. ARNOB. nat. 6, 14 p. 324, 11 in tam promptis ac -is rebus. *al.; cf. p. 1748, 7 sq.*). 4, 46, 59. CIC. inv. 1, 62 quiddam ... -um et quod stare inter omnes necesse est. 1, 65 quae -am omnibus veritatem continet adsumptio, nihil indiget approbationis (Quinct. 80 MIN. FEL. 14, 3 AMM. 17, 5, 11. CLAVD. DON. Aen. 4, 335 p. 403, 10 ipsa per se -a. AVG. conf. 6, 11, 18. *al.*). 1, 92 -um est, de quo non est controversia. 2, 86 tanta et tam -a audacia (Verr. II 1, 141. 2, 189). 2, 117 quae ... ex ... scriptura -a fiant, haec ambigua non *esse debent*. Caecin. 31 in praesenti metu mortis -oque periculo caedis (*cf.* dom. 64 se in medios hostes ad -am mortem ... iniecisse). Balb. 64 si de certo, de -o, de utili, de probato, de iudicato vobis iure esse constituendum videtis. fin. 5, 55 clariora vel plane -a minimeque dubitanda indicia naturae. *et saepe.* LIV. 10, 34, 8 *equites* consuli referunt excessum urbe; solitudine haud dubia id -um esse et ... vestigiis fugae. VITR. 2, 1, 9 ne obscura, sed -a legentibus sint. 3 praef. 3. QVINT. inst. 2, 20, 5 GELL. 14, 1, 25. *al.* *in nom. c. inf.* (*explicari potest e struct. impers. sub 1a; cf. etiam vol. VIII 311, 80 sqq.*): DIOM. gramm. I 321, 13 quae *ordinatio* ... ut sit magis intellectu -a et ad imaginem illorum *Graecorum* esse composita. Ⓘⓘ *de animantibus*: APVL. mund. 31 *cum* operum vestigiis sit ⌞-us atque manifestus⌟ *deus* (⌞ ⌟ *gr. 399b22 θεωρεῖται*). HERM. vulg. sim. 4, 2 omnes *fideles* -i erunt (*gr. φανεροποιηθήσονται, Pal.* palam fient). CYPR. Demetr. 10 p. 357, 26. COD. Theod. 11, 36, 9 -i debitores ... solutionem cupiunt evitare.

β *fere i. q. dilucidus, planus, sc. de oratione, verbis sim.* (*de brevitate verborum l. 53*): RHET. Her. 4, 39, 51 -am et dilucidam cum gravitate expositionem (QVINT. inst. 4, 2, 104). *ibid.* -a ... oratione (CIC. inv. 1, 31 partitio inlustrem et -am totam efficit o. SEN. epist. 100, 10 *T. Livii oratio* non est ... torrens, quamvis effusa sit; non est -a, sed pura [*sublucet imago aquae*]). CIC. de orat. 2, 329 erit ... -a narratio, si verbis usitatis ..., si non interrupte narrabitur (QVINT. inst. 4, 2, 31 [*syn.* lucida]. IVL. VICT. rhet. p. 71, 17. *al.*). VARRO ling. 6, 26 cum -o *vocabulo* (*cf.* QVINT. inst. 8, 1, 1 ut *verba* sint Latina, -a, ornata *eqs.* [GELL. 18, 2, 6]). 7, 103 (*de translationibus*) partim quae sunt aperta, partim obscura: -a ut *eqs.* QVINT. inst. 5, 14, 33 *argumenta* distincta ... ac -a debere esse ([*antea*: sermone puro et dilucido et distincto]. GELL. 17, 5, 5. 11). 8, 3, 61. CLAVD. DON. Aen. 3, 85 p. 276, 19 *Aeneas* -a desiderabat audire (*antea*: responso dubio). 10, 230 p. 323, 17 in -a brevitate totum dictum est. CONC.^{S} II 2, 2 p. 22, 4 -a definitione docuerunt (*gr. II 1, 3 p. 120, 19 δι' ὅρου σαφῶς*). *al.*

γ *fere i. q. insignis, clarus* (*maxime de hominibus*): Ⓘ *indicatur, qua (in) re:* *per abl.*: FIRM. math. 1, 2, 2 ut *gentes* propria sint morum ... unitate -ae (*e. g.* leves Graeci). 3, 3, 8 regali ... potestate (err. 6, 6 magicae artis p.). 8, 22, 1 potentia ac nobilitate (8, 25, 7 medici. *al. apud eundem. cf. l. 69*). FAVSTIN. trin. 2, 10 p. 58 Iohannes *apostolus* ... domini dilectione -us. CAEL. AVR. gyn. 1, 46 cum corpus ... omni tranquillitate -um est (*sim.* ORIBAS. syn. 5 add. Ab p. 47). VITA Fulg. Rusp. p. 119 epistolam ... exhortatione -am. *al.* (*maxime apud* FIRM.). *alio modo*: AVELL. 2, 94 *episcopus factus est,* qui ... in vita esset -us (GREG. TVR. Franc. 4, 16 p. 147, 20 virum ... ⌞in omni bonitate⌟ -um [omnibus *var. l.*]). APRING. in apoc. 21, 3 quos ... beatitudinem perpetuam *deus* facit esse -os (*ad acc. cf. vol. VII 1, 1907, 15; an ad IIA, ut acc. sit obi.?* [*cf. Hofmann-Szantyr 34*]). THEOD. MOPS. in Philem. argum. p. 265, 15 Paulum ... -um per omnia extantem. PASS. Peregr. Autiss. (BHL 6623) 1 Sixtus papa, summae sanctitatis -us. Ⓘⓘ *sine additamentis*: FIRM. math. 2, 19, 9 nobilitatis ornamenta -a. 3, 13, 3 -is actibus. 6, 32, 16 patrem clarum -um copiosum. AMM. 28, 1, 54 senatorem -i generis (*cf. vol. X 2, 897, 40*). ANTH. 407, 4. VEN. FORT. carm. 5, 2, 13 -o datur India Bartholomaeo, *sc. ut eam convertat.* *al.*

2 *fere technice in sermone philos.* (*sc. apud* CIC.; *sub 1 huc vergunt e. g. l. 23. p. 1746, 63*): CIC. fin. 4, 8 *Stoici disputandi* caput esse faciunt ea, quae -a dicunt (*cf. e. g. Sext. Emp. adv. math. 8, 141 πρόδηλα*). 4, 55 fit illa conclusio non solum vera, sed ita -a, ut *eqs.* 4, 67 utrum ... -isne dubia aperiuntur, an dubiis -a tolluntur? (*eodem opposito ibid. ter*). ac. 2, 34 *Academici* -a a perceptis volunt distinguere et conantur ostendere esse aliquid -i, verum illud quidem et inpressum in animo ..., neque tamen id percipi ... posse. *ibid.* ita neque color neque corpus nec veritas ... neque -um ullum relinquitur. 38 obiectam rem -am ... adprobare (46 -is et evidentibus rebus). 44 (*antea*: dilucide perspicere). 102 nihil ... cernis, nihil audis, nihil tibi est -um. *al.*

B *perspicitur potius sensibus* (*sc. visu praeter p. 1749, 25*): **1** *-um est, quod visu penetrari potest, sc.*: **a** *materia translucida* (*cf. l. 48; hic illic intercedit fortasse notio sub 2aγ illustrata*): **α** *aqua, lacus sim.* (*de imagine ab aqua reiecta l. 22 [aliter l. 22. 43]; cf. p. 1747, 44*): OV. met. 4, 300 stagnum lucentis ad imum usque solum lymphae ...; -us liquor est. 5, 588 sine vertice aquas ... euntes, -as ad humum (STAT. silv. 2, 3, 1 MART. 4, 22, 8. CARM. de pascha 28 [*nisi attrib. pertinet ad* fons]). SIL. 3, 414 -o ... ponto. 4, 83 caeruleas Ticinus aquas et stagna ... -us (-as *var. l.*) servat turbari nescia *eqs.* STAT. Theb. 4, 825 amnis *epotus est,* ... modo ... gurgite puro -us, nunc sordet ... alveus (*alii iungunt* -us ... alveus). silv. 1, 2, 155 -i vivunt in marmore fontes (LACT. Phoen. 26 CLAVD. rapt. Pros. 3, 253. EPIST. pontif. 391 Conc.^{S} I 2 p. 107, 29 [*in imag.*]. *cf. l. 16*). 1, 5, 55 hic, *sc. in balneo magnifico,* te -um melius, Narcisse, videres. PLIN. epist. 8, 8, 4 *arbores riparum* -us amnis velut mersas ... imagine *reddit.* AMBR. epist. 7, 36, 3 fluvii ... -i (SIDON. epist. 2, 9, 9). CLAVD. rapt. Pros. 2, 117 late pervius umor ... -i prodit secreta profundi. *al.* **β** *lapides, vitrum sim.*: PLIN. nat. 31, 79 probatur quam maxime *sal* -us (*antea*: glaebis ... perlucidis). 37, 47 summa laus Falernis *electris* ... molli fulgore -is (*antea*: tralucentibus). STAT. silv. 3, 3, 94 -ae ... nives, *i. crystalla.* MART. 4, 85, 2 -us ... calix *vitreus.* 8, 68, 5 condita -ā vivit vindemia gemmā (*sc. tecto vitreo*). PRVD. cath. 5, 144 CLAVD. carm. min. 38, 3. **γ** *res variae* (*cf. p. 1749, 1*): STAT. Theb. 7, 393 -as ... luce fores et virgea ... claustra (*sc. praesaepia*). AMBR. hex. 4, 2, 7 puro aëre atque -o, quando nulla eam *lunam* ... nebula caligantem facit (*gr. Basil. hex. 6, 3 καθαρῷ tantum; cf.* EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 3 natura *aëris est* ... -a [*gr. διαφανής*]). HIER. in Is. 2, 3, 22 pro 'linteamina' LXX '-a laconica' interpretati sunt (*sc. Is. 3, 22 διαφανῆ. postea*: tenuissimas). SEDVL. carm. pasch. 4, 175 *hydropicus* -o distentus ventre tumebat (*cf.* op. pasch. 4, 15 *velut* -us utris). *al.*

b *spatium, hiatus sim.*: *de interiore parte non obscura* (*cf. p. 1740, 72*): MELA 1, 74 *specus* aliquamdiu -us, mox et quo magis subitur, obscurior. *de risu oris aperti*: MART. 2, 41, 18 (*ad puellam paucorum dentium*) mimos ... vita et quidquid ... laxat -o labella risu.

2 *-um est, quod facile percipitur, sensibus patet* (*cf. A2 et* DIFF. ed. Brugnoli 58 [*disting.* apertum *et* patens] -um est, quod potest aspici, sicut saepius per aquam imago cuiuslibet rei videtur. *nota* -um esse *fere pro perspici [posse] e. g. l. 52. 59; accedit abl. l. 49. 74. p. 1749, 10. 23, praepos.* in *p. 1749, 5*): **a** *oculis*: **α** *varia ratione* (*saepius eo quod visui nihil obstat, quod percipienda non latent; de homine e. g. l. 49 sq. 60; perspicitur res per materiam translucidam imprimis l. 43. 49. 53*): Ⓘ *exempla varia*: SEN. contr. exc. 2, 7 *ancillae* laborant, ut adultera tenui veste -a sit. SEN. benef. 1, 9, 3 *matronam in lectica* vulgo admissis inspectoribus vehi -am undique. MELA 3, 22 ea, quibus ante ripae collesque, ne cernerentur, obstiterant, tunc velut ex loco superiore -a sunt. PLIN. nat. 2, 111 solem ... -um ... urinantibus in quamlibet ... altitudinem. 37, 126 *gemmae optimae* funda includuntur -ae (*cf. 116* patentes ab utraque parte). MART. epigr. 26, 6. APVL. Socr. 11 p. 145 *Minerva Achilli* soli -a est, aliorum nemo tuetur (*vertit Hom. A 198 φαινομένη*). VET. LAT. Bar. 6, 60 (cod. 133. *al.*) fulgur cum apparuerit, -um est (*gr. epist. Ier. 60 εὔοπτος*). CYPR. zel. 9 ubi plaga ⌞-a est⌟ (*syn.* videtur, *opp.* abstrusa sunt et occulta). PANEG. 5, 6, 4 cuius *pagi* in uno loco vitium cultura -a est; nam retro cetera silvis ... invia *eqs.* AMM. 20, 5, 4 (*Iulianus ad milites*) *ego* vobiscum in omni labore -us. AVG. conf. 12, 28, 39 *rerum creatarum* -as promptasque naturas (*opp.* intellegibilis ... creatura). gen. ad litt. 6, 1 p. 170, 12 in ... -a forma *hominis* ([*opp.* hominem latenter fecit]. 6, 2 p. 171, 7 -a visibilique f.). THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 16 p. 138, 4 'adparuit angelis': hoc est '-us et angelis factus est'. *al.* *neutr. sing. pro subst.*: APVL. met. 2, 8, 3 (*de capillo*) pars ista corporis in aperto et -o posita prima nostris luminibus occurrit. Ⓘⓘ *-a opponuntur eis, quae spiritaliter, figurate intellegenda sunt* (*cf. p. 1750, 17*): TYCON. in apoc. 21 non de -a, sed de spiritali morte. LEO M. serm. 51, 4 *Christum,* quem sub velamine mysteriorum ... signa promiserant, manifestum atque -um praesentis gloriae splendor ostendit (*sc. in transfiguratione, cf.* 60, 1 quod erat sub velamine figurarum profundum, fit revelata luce [voce *var. l.*] -um).

β *eo quod insigne, speciosum, magnum est* (*cf. A1bγ*; *gr. resp. περίοπτος, nisi aliud indicatur*): SEN. epist. 110, 14 puerorum -os cultu atque forma greges *eqs.* STAT. Theb. 12, 15 ubi -ae scandentem limina turris ...

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

columbae aspexere draconem (*nisi adi. spectat ad ostiola columbarii, ut pertineat ad 1a*). APVL. met. 4, 32, 1 Psyche cum sua ... -a pulchritudine nullum ... fructum percipit (FIRM. math. 8, 21, 6). AMM. 18, 3, 1 *apium* examen ... -um. 23, 6, 46 rivorum ... multitudo -a (*nisi per enallagen ad 1aα*). CLAVD. DON. Aen. 9, 160 p. 209, 27 *duces* in ipso armorum habitu satis superque -i. MACR. Sat. 2, 5, 3 profusos cultus -osque comitatus. CASSIOD. hist. 3, 10, 9 *Arius cum satellitibus* per mediam tunc civitatem -us apparebat. Ios. antiq. 15, 268 p. 445 theatrum ... *et* amphitheatrum, utraque -a. 15, 325 p. 448 habitacula constructionis -ae (*gr. ἀξιοθεάτου*). 16, 7 p. 455 *iuvenes* -i omnibus facti magnitudine corporis et ornatu regio *eqs. al.*

γ *eo quod lucet, splendet sim.* (*cf. p. 1748, 12*): Ⓘ *proprie: de sole, luce sim.*: CE 1552A, 85 (*saec. II in.*) sua -is aperit Pharos aequora flam(m)is. AVSON. Mos. 17 *in campo* visentibus aethram libera -i non invidet aura diei (CYPR. GALL. exod. 320 -o remeante die *post grandinem.* CONC.^{S} II 2, 2 p. 22, 6 in medio ⌞et -o⌟ die [⌞ ⌟ *gr. deest*]). CLAVD. DON. Aen. 6, 640 p. 591, 30 caelum. *al. de variis rebus*: PRVD. perist. 3, 191 marmore -o. 11, 193 -o ... metallo *ornamentorum.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 12 *sol* decor ... naturae, velut oculus quidam -us *eqs.* (*gr. διαυγής*). CASSIOD. hist. 1, 1, 13 poculum valde -um (*cf. Sozom. praef. 13 λαμπρῶς*). *al.* Ⓘⓘ *in imag.* (*manifestiora, cetera v. sub A*): AMBR. in Luc. 7, 15 -a nivis ritu ... cadunt verba (-ae *et* -e *var. ll.*). CHROMAT. in Matth. 19, 4, 2 -am lucem praedicationis divinae ... obtegere. EVCHER. laud. her. 42 Vincentium *eremitam,* interno gemmam splendore -am. FAVST. REI. epist. 8 p. 208, 20 lucida pectora et -a penetralia. *al.*

b *auribus*: ISID. orig. 3, 20, 10 -ae voces sunt, quae longius protrahuntur, ita ut omnem inpleant continuo locum, sicut clangor tubarum.

II *vi activa i. quod bene, facile perspicit, perspicax est* (*sc. fere visu vel animo acuto, propter praesentiam manifestam rerum imprimis l. 33. 39; de ipso homine non nisi l. 41, de animalibus fort. vol. X 2, 897, 45 sq.*): **A** *intellectu incorporali*: PAVL. NOL. carm. 18, 26 da -am, sapientia, mentem (pro- *var. l.*). AVG. divers. quaest. 69, 9 l. 237 nondum possunt aequalitatem patris et filii -a mentis luce contueri. c. Faust. 12, 20 p. 349, 10 in illa -a contemplatione ... veritatis (*sc. quae fit in regno dei*). PAVL. PETRIC. Mart. 6, 347 -o ... sensu (CASSIOD. in psalm. 87, 9 l. 138 *apostoli Christum* -is s. conspicere meruerunt [*postea*: sciebatur a paucis]. *cf. l. 38*). CASSIOD. inst. 1, 5, 2 p. 22, 17 *Didymus caecus* -o corde conspexit, quod *eqs.* (perspexit *var. l.*). **B** *visu, sensu corporali*: AVG. civ. 13, 24 p. 597, 4 quibus *animalibus* inesset ... -us ... corporis sensus. CYPR. GALL. num. 292 *Moyses potest* -o ... deum ... cernere visu; ambiguum nihil est *eqs.* (*cf. 286* me perspiciat). PHYSIOGN. 44 *de oculis doctus* etiam meliora *signa* perspiciat (pro- *codd.*) ... et nimirum debet esse -us *eqs.* SIDON. carm. 2, 252 (*describuntur Hunnorum oculi*) maioris luminis usum -a in puteis compensant puncta profundis (*an ad p. 1748, 11?*). EVGIPP. Sev. 35, 2 corporeis luminibus aciem habere -am et ... clarum praeferre conspectum.

adv. ※**perspicuē**. *compar. et superl. desunt; cf.* satis -e *l. 62,* nimis -e CONSVLT. Zacch. 3, 8, 1. *legitur in versibus apud* PLAVT., *in oratione soluta apud* RHET. Her., CIC. (*saepe ut apud* HIER.), PLIN. nat., QVINT., APVL. *al.* [*de* DON. Ter. Eun. 933 *v. sub* perspicacia.]

i. q. modo perspicuo (*vi fere passiva; ad vim activam [cf. l. 27] vergere videntur l. 69 sqq. p. 1750, 9, sed illic perspicuitas etiam rerum evidentia, non percipientis acumine effici potest; ceterum nota locos, ubi potius veritas enuntiati vel vocis affirmatur, imprimis l. 67 sq. 74 sqq.; nota syn. varia l. 62. 65. p. 1750, l. 3*): **1** *usu communi*: **a** *spectat ad perceptionem mentis, animi; determinantur actus, status*: **α** *patendi, apparendi sim.* (*sc. fere per abundantiam quandam*): PLAVT. Aul. 188 anus ... indicium fecit de auro, -e palam est. HIER. in Is. 9, 29, 22 l. 37 quod ... transtulimus ..., -e patet (GREG. TVR. Mart. 4 praef. p. 649, 9). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 189, 28 *quidam* -e ... colloquium quaerere apparebat (BOETH. mus. 1, 1 p. 187, 8 -e nec dubitanter). FACVND. defens. 1, 5, 35 *dicta Cyrilli* sine interpretatione qualibet, sicut -e clarent, *accipiantur.* **β** *dicendi, demonstrandi sim.* (*fere de expositione, oratione dilucida, plana* [*cf. l. 56 sq. 60. p. 1750, 22*]): RHET. Her. 4, 46, 59 hoc ... satis plane et -e et probabiliter dici potuit (QVINT. inst. 8, 3, 3 Latine -eque. HIER. epist. 49, 10, 1). 4, 49, 62 *exemplum rem* ante oculos ponit, cum exprimit omnia -e. CIC. inv. 2, 6 *Aristoteles* praecepta ... -e conscripsit. fin. 3, 19 *res* plane ... et -e expedire (*syn.* dilucide, *disting.* ornate). *al.* PLIN. nat. 18, 274. APVL. apol. 51, 1 *explicare.* COD. Theod. 8, 5, 30 -e sanxeramus, ut *eqs.* HIER. in Dan. 11, 3 l. 855 *hic* -e de magno Alexandro ... loquitur (*cf.* 12, 7 l. 617 quae -e de Antichristo scripta sunt). *al.* **γ** *cognoscendi, videndi sim.* (*nota* -e perspici BOETH.): CIC. inv. 1, 98 haec *enumeratio* ... -e ab omnibus artificio quodam tractari intellegetur (*item iuxta verbum pass.*: Caecin. 100 HIER. epist. 57, 2, 3 AVG. epist. 147, 40). S. Rosc. 101 non tam -e nos istorum maleficia videremus, nisi *eqs.* BOETH. trin. 5, 4 quae -e ... *quodammodo* constare perspiciuntur. *al.* **δ** *varii*: CIC. inv. 1, 63 hoc ... -e verum est (AVG. c. Cresc. 4, 56, 67 p. 566, 17 in illa -e vera *ecclesia*). 1, 80 si ... -e falsum erit *argumentum* (Cael. 26. part. 44 [*disting.* dubia]. ac. 2, 60 tam aperte -eque et perversa et falsa. nat. deor. 1, 30 LACT. inst. 2, 12, 22. *al.*). 1, 90 in quo -e mendacium est. Verr. I 20 *sic homines* loquebantur, aperte iam et -e nulla esse iudicia. div. 2, 41 divinatio ... -e tollitur. *al.* SOL. 2, 13 inter omnes -e convenit *eqs. al.*

b *spectat ad perceptionem oculorum*: **α** *describitur qualitas translucida, pura vel actio eam efficiens*: APVL. mund. 8 p. 306 *caelum serenum est* aer purgatus caligine et -e sincerus. AVG. epist. 147, 43 p. 317, 5 (*in imag.*) aciem mentis a corporearum similitudinum quasi nubilo -e serenare. **β** *describitur status vel eventus facile conspicuus*: ARNOB. nat. 2, 7 p. 73, 11 *cur oleum immersionem alterius umoris non patiens* in suam naturam ⌞impenetrabile (-is *trad.*) semper -e⌟ colligatur (⌞ ⌟ impenetrabili s. specie *Axelson, Eranos 40, 1942, 182*). AMM. 14, 6, 9 ut *vestibus motis* fimbriae tunicaeque *ornatae* ... -e luceant. 20, 3, 2 (*de solis defectione*) quod alias non evenit ita -e. VVLG. lev. 13, 11 -e immunditia est (*sc. in leproso quodam*; -ae immunditiae *var. l.*).

2 *usu speciali spectat ad ea, quae corporaliter, non figurate intellegenda sunt vel fiunt* (*cf. p. 1748, 67 et* manifeste *vol. VIII 313, 68. 314, 67 sqq.*): TERT. adv. Iud. 7, 6 quamquam ista et spiritaliter sint intellegenda ..., attamen etiam -e sunt adimpleta. PHILIPP. in Iob 41 p. 792^{B} ('de ore eorum exiit ignis et fumus') non -e quidem ita exeunt ..., sed verba blasphemi sunt ignis *eqs.* AVG. doctr. christ. 3, 39 quod si -e sonat, non est ad aliud referendum quasi figurate dictum sit.

deriv.: perspicuitas.

compos.: imperspicuus. *Spoth.*

perspīro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* spirare. GLOSS. -o: *διαπνέω.* -at: *διαπνεῖ.* [*vix recte* -at *coniecit Lindsay* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 849–856 (cod. Paris.) prespirat: arguit (*legas* urguet, *v. Synon. Cic. p. 439, 20*) ... inclinat. pro[s]pendit ... procumbit. *cf. in serie simili* 2569 propendit: prespirat.] *i. q. ubique spirare, spiritum transportare, secum ferre*: CATO agr. 157, 7 venae omnes, ubi sufflatae sunt ex cibo, non possunt -are in toto corpore (*ad rem v. Boscherini, Lingua e scienza greca nel 'De agri cultura', 1970, 74 sq.*). *i. q. sine intermissione spirare* (*vix i. q. ubique spirare; part. praes. pro adi.*): PLIN. nat. 2, 116 (*distinguuntur venti et flatus*) *ventos esse* statos atque -antes, quos non tractus aliquis, verum terrae sentiunt *eqs.*

perspissō *adv.* *a* per *et adv.* spisso. *i. q. admodum spisse, tarde*: PLAVT. Poen. 792 si quid *haruspices* bene promittunt, ⌞-o evenit; id quod mali promittunt,⌟ praesentarium est (⌞ ⌟ *om. codd. Plauti, habet* Non. p. 392, 29).

perstabilio, -ītum, -īre. *a* per *et* stabilire. *i. q. penitus stabilire*: ACT. Petr. 3 *Christiani ad Paulum* descenderunt ..., et -ti *sunt* per fidem diebus tribus ..., orantes invicem cum Paulo.

*?***perstātio,** -ōnis *f., a* perstare, *non nisi e coni. dub., v. vol. X 2, 901, 46 sqq.*

persterno, -strātum, -ere. *a* per *et* sternere. *i. q. ubique vel usque ad finem sternere: sc. viam* (*in imag.* AMBR.; *accedit abl. instr.* LIV.): LIV. 10, 47, 4 ab aedilibus ... via a Martis *templo* silice ad Bovillas -ta est (*cf. 10, 23, 12* a Capena porta ad Martis straverunt). AMBR. in Luc. 9, 11 cave ... ne -ta tibi propheticarum viarum itinera derelinquas (*postea*: usque ad dei templum ... semitam munierunt). *sc. aream*: VITR. 7, 1, 7 cum ... *in ruderatione facienda* fuerit hoc ita -tum, supra nucleus inducatur.

perstīllo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* stillare. [*e coni. dub.* IAVOL. dig. 19, 2, 57, *v. vol. X 2, 904, 56 sq.; ceterum* pre- *var. l. praeter* AVG.] *i. q. stillis manare* (*sc. facultate permeandi data*): VVLG. prov. 19, 13 tecta iugiter -antia litigiosa mulier *est* (27, 15). eccles. 10, 18 in infirmitate manuum -bit domus (*pendet* HIER. epist. Pachom. 3 p. 80, 17 -at domus, ubi otiosae sunt manus). AVG. civ. 22, 11 p. 586, 15 (*e Varrone*) nulla eius *cribri* ⌞-ante parte⌟ (parte stillante *codd. praeter unum; de eodem miraculo cf. 10, 16 p. 427, 34* perfluente).

perstimulo, -āre. *a* per *et* stimulare. *i. q. penitus, vehementer stimulare*: TAC. ann. 4, 12, 4 Agrippinae ... proximi inliciebantur pravis sermonibus tumidos *eius* spiritus -are.

[perstīpo, -āre, *verbum e* per *et* stipare *compos., edebatur olim pro* perspicere CAEL. AVR. acut. 3, 8, 93.**]**

*?***perstirpo,** -āvī, -āre. *aut a* per *et* stirpare *aut iuxta* exstirpare (*cf. e. g.* permundare *iuxta* emundare). *i. q. penitus purgare immunditiam exstirpando*: ACT. Petr. 19 totam domum meam permundavi a vestigiis Simonis et scelesti pulveris ipsius -vi (*si recte gen. rei exstirpatae agnoscimus, cf. vol. VIII 1628, 82; aliis locus corruptus videtur*). *Breimeier.*

※**persto,** -stitī, -stātūrus, -āre. *a* per *et* stare. *de formis: stirps perf.* -stet- *hic illic in codd., e. g.* CONC. Agath. a. 506 p. 194 l. 42 (*cod. C saec. VI/VII*); -staturus: LIV. 8, 34, 4; *pass., sc. impers.*: LIV. 37, 9, 4 TAC. ann. 13, 37, 4 LIV. perioch. 49. *de notione*: SYNON. Cic. p. 414, 34 adfirmat.

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contendit. adseverat. -at. permanet. perseverat. p. 421, 19 durat. ... -at. tolerat. *eqs.* GLOSS. IV 457, 41 -[i]stat: permanet. GLOSS.^{L} II Philox. PE 239 -at: *διαστήκει.* III Abol. PRAE 44 -bat (prae- *trad.*): perseverabat. V Abba PE 191 -ans: perseverans. Corp. P 336 -ant: tioludun (*anglosax.*). *al. legitur inde a* CIC., CAES., VARRONE, *in poesi inde a* VERG., *frequentatur apud* OV. (*26 ies*), LIV. (*15 ies*), SIL. (*11 ies*); *in stirpe praes. (quae usque ad* TAC. *multo saepius occurrit quam perf.) inde a saec. IV longe praevalet verbum* persistere; *stirps perf. utrique communis est, v. quae p. 1709, 6 sq. adnotavimus.* [*confunditur in codd. maxime c.* praestare (*restit.* TERT. bapt. 20, 2 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 218, 20; *e coni. dub.* MIN. FEL. 31, 7, *cf.* EDICT. imp. Galer. Lact. mort. pers. 34, 5 [perstetur *cod.*, -et *aut* praestetur *edd.*]), *c.* persistere LIV. 38, 14, 11; *c. aliis compos. verborum* stare, sistere: con- OV. met. 15, 177, ex- OV. fast. 4, 347 PASS. Macc. 13, 3, pro- CIC. fin. 2, 107 SIL. 3, 380, re- OV. fast. 4, 515 Pont. 4, 9, 92 LVCAN. 5, 210. *contextu parum perspicuo* CYPR. GALL. frg. 12.]

i. q. stare diu vel semper, usque ad finem (*post intermissionem p. 1752, 51, ultra quoddam punctum sub IC*): **I** *vi incorporali dicitur de eis, qui (quae) perseverant, permanent sim.* (*de actione, quae saepe redit*: CASSIAN. conl. 24, 2, 5; *vergit in notionem q. e. exstare, esse l. 66; sublucet imago standi e. g. l. 49. 52. 58 sq. p. 1752, 30 sqq.*): **A** *respiciuntur quaelibet actiones, status* (*-ant plerumque animantes eorumve animus, sed res e. g. l. 38. 65. p. 1752, 44 sqq.; indicatur, quamdiu quis -et, l. 38. 60*): **1** *pendent structurae indicantes, quo in statu, qua in actione quis (quid) permaneat*: **a** in *c. abl.* (*acc.* INTERPR. cod. Theod. 4, 8, 5): CIC. Q. Rosc. 26 *accusator* -at in impudentia (LIV. 38, 14, 11 in eadem -as i.). 56 in sententia (CAES. Gall. 7, 26, 4 BELL. Afr. 91, 3. LIV. 37, 52, 10 in eadem -are s. *al.*). ac. 2, 26. off. 3, 39 in eo (VARRO ling. 5, 2. *al.*). OV. ars 2, 560. met. 3, 662 *nautae* remorum in verbere -ant. 6, 50 in incepto (LIV. 32, 23, 12 pertinacius. *al. apud eundem*). LIV. 22, 27, 4 si dictator in cunctatione ... -ret. 23, 14, 7 in societate Romana cum fide (37, 9, 4). 23, 18, 1 si in pertinacia -ent *obsessi* (LVCIF. reg. apost. 5 l. 28). *al.* VAL. MAX. 8, 7, 1 in re publica tuenda. *al.* ASCON. Corn. p. 51, 24 in accusatione (PLIN. epist. 3, 9, 6 etiam in defuncti a. -bat). p. 57, 18. LVCAN. 7, 690 in armis (SIL. 1, 692). *et saepe.* **b** *inf.* (*aliter p. 1752, 67*): CIC. fin. 2, 107 pertinacissimus fueris, si -eris ad corpus ea, quae dixi, referre (*v. Madvig ad l.*). OV. met. 6, 361 *rustici deam* orantem -ant prohibere *aquis.* 13, 77 certare. Pont. 1, 5, 34. MANIL. 3, 293 spatium tempusque cadendi quod tenet *Aries,* in tantum Chelae consurgere -ant. VAL. FL. 7, 58 si ... -as non cedere (*item inf. negatur*: SIL. 11, 598. 14, 118 VLP. dig. 26, 10, 3, 16). 8, 85 SIL. 5, 104 STAT. silv. 5, 3, 177. TAC. ann. 14, 60, 3 plures *ancillae tortae* -ēre sanctitatem dominae tueri. *al.* HIL. in psalm. 145, 3 esse filii hominum -erunt (AVG. fid. et op. 1, 1. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 218, 20 *Christus* -ans e. quod fuit, id est deus. *al.*). *al.* **c** *locut. praedic.: adi., p. p. p., pron., raro subst.* (*abl. qual. l. 65; cf. p. 1753, 3 sq.*): VERG. Aen. 5, 812 (*804* Aeneae mihi cura tui *olim fuit*) nunc quoque mens eadem -at mihi ([*nisi ad 2b*]. GERM. frg. 4, 83 e. inconstantia [*nisi ad B, cf. p. 1752, 65*]). OV. trist. 4, 1, 20 sola comes nostrae -itit illa *Musa* fugae. Pont. 4, 6, 7 -at ... Fortuna tenax votisque malignum opponit nostris insidiosa pedem. SEN. dial. 5, 25, 3 qui non irascitur, inconcussus iniuria -itit (*opp.* motus est). VAL. FL. 7, 511 -ant defixus uterque, *sc. Iason et Medea.* SIL. 6, 385 servabam vultus ducis ... et obtutu -bam intentus eodem. PLIN. epist. 10, 33, 2 *homines* otiosos et immobiles ... *incendii* spectatores -isse. TERT. pudic. 19 p. 264, 1 *sanguine dei* iam ⟨a⟩ delicto *mundatos et* ... in lumine *constitutos* ... mundos exinde -are, si *eqs.* (praestet *Gelenius, sed v. Hartel, Sitz. Ber. Wien. Ak., 121, 1890, 37 sq.*). CYPR. Fort. 12 p. 345, 11 *si* fides ... integra adque invicta -erit (EVSEB. GALLIC. hom. 32, 2 -at lignum viride contra violentiam vasti ignis i.). 13 p. 347, 1 adversus omnes diaboli terrores ... animus immobilis -at, quem *fides confirmat* (CASSIAN. c. Nest. 7, 24, 2 *Hilarius* inter procellas persecutionum ita i. -itit, ut *eqs.* RVRIC. epist. 2, 16). ARNOB. nat. 6, 26 incolumia adhuc -ant *simulacra* (RVFIN. hist. 9, 1, 9 qui i. -erant [*gr. ἐρρωμένους*]. CONC.^{S} II 3, 2 p. 10, 12 -et i. [*gr. II 1, 1 p. 106, 28 σῴζεται*]). HIER. epist. 147, 3, 8 si *peccatores* rigidi -erint. PASS. Macc. 13, 1 puerorum animus ... firmior torquentibus -itit (*gr. ἐπεκράτησαν. in eadem re* 13, 3 inexpugnabiles ... pueri fortissimis turribus similes -erunt). PAVL. NOL. carm. 21, 298 pinus ... semper florente cacumine -ans. CYPR. GALL. num. 13 quae *tribus duodecim Israel* condita -ant. COD. Theod. 4, 4, 6 si voluntas *testatoris* continuata -erit. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 237, 19 unus -itit filius (*gr. I 1, 6 p. 158, 20 μεμένηκεν. antea*: mansit ... quod erat). CASSIOD. hist. 9, 44, 2 *Romani* -erunt Flaviano vehementer infensi (*Theodoret. 5, 23, 2 διέμειναν ... χαλεπαίνοντες*). *al. part. praes.* (*hucine p. 1752, 14. 1753, 22? cf. struct. inversam p. 1752, 36 sqq.*): STAT. Theb. 12, 370 hoc magis increpitans suspecta silentia -at Antigone comitemque premens ipsamque (*sc. Menoetem et Argiam. an ad 2a vel D?*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 106, 32 quibus *capitulis* hactenus -itimus ut haereticis repugnantes (*in eadem re* p. 131, 25 -itimus dimicantes [*gr. I 1, 7 p. 163, 22 διετελέσαμεν. cf. alias vers. IV 1 p. 108, 11 et 135, 4* permansimus]). **d** *abl.* (*vix dat. in formis ambiguis*): SEN. Tro. 589 hic ipse, quo nunc contumax -as, amor. STAT. Theb. 11, 431 ne -ate animis. Ps. CYPR. Iud. incred. 1 p. 119, 11 *Iudaeos* adversus nomen domini *pertinaciter* ... ingenita patrum iniquitate -are. AMM. 20, 7, 8 -bat incassum haec ... disserendo (*item abl. gerund.*: DRAC. laud. dei 1, 99 -at homo semper delicta sequendo. *cf. struct. inversam infra l. 40*). IVLIAN. in Am. 1, 6 l. 171 ingenuis ... moribus.

2 *sine talibus structuris* (*status vel actus continuatus fere facile e contextu intellegitur*): **a** *-at is, qui in voluntate, opinione, actione quadam (pertinaciter) perseverat, perdurat* (*cf.* DON. Ter. Andr. 572, 3 -are ac resistere dicitur, qui aliquid negat. *pendet or. obliqua l. 34 et* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 21 p. 1548, *ut verbi dicendi vice fungatur; indicatur contra quid [quem] quis -et, l. 30 sqq., pro quo quis -et p. 1710, 32; sub 1c fortasse huc pertinent p. 1751, 48 sq. 58. 63 sq.*): VERG. Aen. 2, 650 *Anchises* talia -bat memorans fixusque manebat (*an ad 1c?*). OV. epist. 16, 25 *Venus* dedit faciles auras ...; -et et ... adiuvet. met. 3, 385 -at *Narcissus, sc. Echon vocare.* 11, 402 revocatus ab acri caede lupus -at, dulcedine sanguinis asper, donec *eqs.* 14, 568 *sperabant* posse metu monstri Rutulum desistere bello; -at. trist. 5, 14, 19 (*ad uxorem*) -a et ... serva meque piamque fidem. *al.* VAL. MAX. 1, 8, 8 cum *Cassius* in acie Philippensi ardentissimo animo -ret (*opp.* tergum hosti dedit. *an ad D?*). SEN. Med. 429. ASCON. Mil. p. 35, 4 infestissime. SIL. 8, 324 (*Fabius ad Paulum*) -a et cauti medicamina belli lentus ama (*v. 316 sq.* indevia recti pectora). 9, 64. 10, 6 (*Paulus increpitat milites*) -ate et fortiter ... ac sine vulnere terga ad manes deferte, viri. 13, 890 -antibus ... Aeneadis reddique sibi poscentibus hostem *Hannibalem.* STAT. Theb. 7, 516 quodsi adeo -as *eqs.* TAC. hist. 3, 31, 2 -bat *miles pugnans* (*opp.* cedere fortunae). 3, 66, 4 -are (*sc. in fide*) militem. ann. 11, 29, 2 (*opp.* desistunt). PLIN. epist. 7, 6, 2. CYPR. mortal. 13 fides, si temptata -erit, coronatur. PASS. Mar. Iac. 8, 5 si obnixe -bitis, *sc. in fide Christiana,* manebit poena capitalis. HIER. epist. 141, 1 (*ad Aug.*) contra flantes ventos ardore fidei -isti (COLLECT. Arian. serm. 15, 1 c. adversarias potestates omni tolerantia. *cf.* PAVL. NOL. carm. 15, 171 *sanctus* alacer ... -at quasi murus in hostes). SVLP. SEV. chron. 1, 25, 4 *Gedeon negare* se ... tantum onus suscipere; -are angelus, ne dubitaret posse fieri *eqs.* GREG. M. dial. 3, 27 *martyres* fideliter -erunt atque in sua constantia ... occisi sunt. *al. part. praes. vel gerund. iuxta verbum finitum indicans actionem continuatam* (*cf. struct. inversam l. 5. p. 1751, 70*): IVVENC. 4, 598 Pilatus quaerit, quae tum sit causa tacendi; ille *Christus* magis -ans ... silentia servat. DRAC. laud. dei 1, 95 nullum feriat censura *dei* ..., ni ⌊vitium peccantis agat -ando maligne⌋ (⌊ ⌋ *sc. peccator vitiosus agendo maligne perstans*). Romul. 10, 189 (*loq. Medea*) Triviam te, Luna Diana, confiteor -ans. **b** *-at id, quod haud mutatum, minutum sim. perseverat* (*cf. etiam p. 1751, 45. 55. 60 sq.; ad B traximus exempla, ubi praevalet vis temporalis*): OV. met. 15, 177 nihil est toto, quod -et, in orbe; cuncta fluunt omnisque vagans formatur imago (*loq. Pythagoras ut* 15, 237 non -ant *elementa*). TER. MAVR. 181 brevitas *litterae.* ACT. Archel. 53, 7 *cum procellae* inlisissent in domum ..., -itit (*cf. Matth. 7, 25* non cecidit). ALC. AVIT. carm. 3, 389 nescis decrescere, nescis augeri et pleno -at tibi *deo* gloria regno.

B *respicitur exsistentia, vigor rerum* (*animantium l. 54. 68; indicatur, quamdiu quid -et, e. g. l. 53. 58. 60; ubi quid -et, l. 55. 64 sq.; v. etiam l. 43. p. 1751, 46*): OV. epist. 18, 206 -et hiemps *paulisper interrupta.* fast. 1, 49 nec toto -are die sua iura putaris: qui iam fastus erit, mane nefastus erat. 3, 137 laurea, flaminibus toto quae -itit anno, tollitur *Kalendis Martiis.* 4, 347 templi non -itit auctor (*sc. in hominum memoria*). Pont. 1, 4, 44 *hic moriemur,* -erit laesi si gravis ira dei. 4, 9, 92 ille vetus solito -at in ore *Ovidii* pudor (re- *var. l.*). LVCAN. 5, 210 rabies *vatis* (re- *var. l.*). PS. CYPR. Iud. incred. 1 p. 120, 2 -at et ... semper ... durabit *Iudaeorum perfidia.* LACT. inst. 1, 18, 6 ut in perpetuum vanitatis ... monumenta -rent. SERV. auct. Aen. 2, 639 ('quibus ... solidae ... suo stant robore vires') stant: -ant solidaeque sunt. COMMENT. Lucan. 1, 1 post hunc *regem Emathum* usque in Macedonis exortum Emathiae nomen -itit. HIER. epist. 6, 2, 2 an ipsa patria -et, ignoro. PAVL. NOL. carm. 18, 184 *sanctus episcopus* -ans etiam post corporis aevum (*sc. cum ossa eius miraculose sanent aegrotos*). AVG. in euang. Ioh. 37, 4 *verbi* sonus ..., ut veniret ad me, recessit a te, nec -itit apud me. AVELL. 56, 9 -at ... in successoribus suis haec eadem apostolicae normae doctrinae. ALC. AVIT. carm. 5, 427 vertitur in nubem totus ... ignis, sed species -at. *al. pendet inf.* (*sc. fin. vel consec.*): STAT. silv. 2, 3, 73 Iliacos aequare senes et vincere -a ... *patris et matris* annos (*fortasse per hypallagen quandam pro '-ans ... aeques ... et vincas'*).

C *respicitur extensio verbi, quod longitudinem quandam excedit*: TER. MAVR. 1258 si ⌊pars sermonis⌋ (*i. verbum*) -at nec fine trochaei finitur.

D *respicitur actio insistendi, urgendi* (*pendet inf.; hucine l. 20 et p. 1751, 72?*): AVG. epist. 138, 9 (*spectat ad Matth. 5, 39*) percutienti aliam praebere maxillam et pallium dare ei, qui tunicam auferre -erit (*cf. p. 1711, 30*).

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *vi locali vel corporali* (*in imagine l. 47; -ant fere animantes, sed res l. 12. 43 nec non 47; quam diu quis -et, indicatur l. 9. 14. 18. 21. 38. al., locus indicatur rarius sub A, plerumque sub B; accedit praedic. l. 12 [spectat ad immobilitatem corporis ut l. 26]. 14. 18. 24. al., quae exempla vix ad p. 1751, 43 trahas*): **A** *strictius de eis, qui recti stant, sc. non sedent, iacent sim., vel e vestigio se non movent* (*omnino non se movent l. 12. 17. 27*): VARRO ling. 9, 49 ut 'persedit' et '-itit', sic ⟨'periacuit' et⟩ 'percubuit'. BELL. Afr. 61, 1 sic utrorumque *ducum* exercitus instructi ... *parvo* interiecto spatio, ... a mane usque ad horam x diei -erunt (*sc. proelium non committentes ut*: LVCAN. 4, 30 dum primae -ant acies). HOR. sat. 2, 5, 39 fī cognitor ipse, -a *in iure* atque obdura *eqs.* (*v. Kießling-Heinze ad l.*). OV. met. 15, 339 *Symplegades* nunc inmotae -ant ventisque resistunt. LIV. 24, 38, 2 *fraudem* dies noctesque -ando ac pervigilando in armis vitastis (*de custodum, stationum sim. officio ut*: 44, 33, 10 armati ... diem totum -bant. CVRT. 8, 6, 19). VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 *Masinissam senem* ferunt aliquot horis in eodem vestigio -are solitum. SEN. dial. 12, 6, 7 caelestium ... natura semper in motu est ...; nullum eorum *siderum* -at. epist. 47, 3 *in cena domini* nocte tota ieiuni mutique -ant *servi* (*de eadem re*: 47, 8. PHAEDR. app. 20, 8 si *dominus* cenat, totis -o noctibus). CVRT. 4, 6, 19 *Alexander vulneratus* diu ante ipsa signa ... victo dolore -erat (*cf.* LVCAN. 3, 620 crebra confixus cuspide -at). PLIN. nat. 7, 22 ab exortu ad occasum *gymnosophistas* -are contuentes solem ..., ferventibus harenis toto die alternis pedibus insistere (*an ad p. 1751, 70?*). FRONTIN. strat. 4, 1, 27 Sulla cohortem et centuriones ... galeatos et discinctos -are in principiis iussit, *sc. ignominiae causa* (*sim.* 4, 1, 28). PLIN. epist. 4, 16, 2 *orationem audiens* -itit, et quidem horis septem. PRVD. ham. 768 (*interpol.?*) *mulier Loth* inter patrias -at durata favillas. GREG. M. dial. 3, 22, 2 *fur* immobilis -itit (*antea*: coepit ... stare miser ... reus et ligatus). *al.* **B** *laxius de eis, qui alicubi commorantur, manent* (*respicitur motus intermissus apud* OV.; *locus non indicatur l. 31. 38. 43*): TIB. 1, 5, 71 *amator* in limine -at sedulus ac crebro prospicit ac refugit. OV. fast. 4, 515 *Celeus dum locutus est cum dea,* -itit ..., quamvis onus urget (re- *var. l. et pars edd.*). LIV. 34, 47, 6 pars maior *militum* receperunt sese, pars certaminis studio ... -itit ad vallum. SIL. 3, 380 hic adeo *vere tepido* ... grex -at equarum. 3, 686 inter cornua *arietis* -ans ... responsa canebat *avis.* QVINT. decl. 335, 9 nescio, quis fuerit *adulter,* et forte -et hic mecum (*sim. -at quis apud quendam e. g.* TERT. bapt. 20, 2 ut *apostoli* adprehensum dominum destituerint et, qui cum eo -erit ..., ter etiam negaverit [prae- *trad.*]. AMBR. in Luc. 6, 80 triduo -erunt, *sc. apud Iesum* [*spectat ad Matth. 15, 32*]. AVG. enchir. 9, 29 *multitudo angelorum* cum deo ... -erat). CYPR. GALL. Ios. 450 Chananno -ante domi tectisque parentum (*spectat ad Ios. 16, 10* habitavit). PASS. Saturn. Dat. 11, 1 *presbyter* admonebatur in eorum *martyrum* fide persistere, in quorum cruore -bat. MART. CAP. 7, 725 (vers.) sic abacum -are iubet *Minerva.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 243, 6 *episcopi* -erunt in unaquaque provincia (*gr. I 1, 3 p. 27, 21 μείναντας*). PASCHAS. verba patr. 64, 1 *diabolus* -itit ibi, *sc. apud monachum quendam,* per decem dies inmobilis non valens progredi ulterius (*postea*: permansi). GREG. TVR. Franc. 6, 11 p. 280, 19 *gaudentes,* quod iam in hoc res -isset, ut *eqs. al.*

part. praes. perstāns, -antis *pro adi., i. q. constans*: CYPR. epist. 10, 1, 1 confessione -i suscepta poena *Christianorum.* IORD. Get. 205 confligite -bus animis (prae- *var. l.*).

deriv.: ? perstatio. *Erwin.*

perstrēnuē *adv.* *a* per *et* strenue. *i. q. valde strenue*: GLOSS.^{L} Corp. P 189 -e: fromlice (*anglosax.; cf. s 535* strenue: f.). *ortum fort. e var. l. falsa pro* prae strenue NON. p. 236, 12 (*v. app. crit. Quicherat et Mueller*).

[perstrepito, -āre *non nisi in var. l. infra l. 62.*] *Breimeier.*

⁂perstrepo, -uī, -ere. *a* per *et* strepere. NOT. Tir. 89, 46^{a} -it. *perf. non exstat praeter* QVODV. temp. barb. 2, 2, 6 ALC. AVIT. carm. 6, 456. *legitur singulis locis apud* TER., PROP., SEN. *philos.,* SIL., STAT., *aliquanto saepius inde ab* APVL., *frequentant* AVG. *et* GREG. M. [*confunditur in codd. cum* praestrepere PRVD. cath. 9, 111 CYPR. GALL. num. 413 ISID. nat. 29, 2. *al.* (*v. etiam vol. X 2, 935, 67*), obstrepere COD. Theod. 9, 7, 7 NICET. psalm. 13 l. 41, strepere AVG. epist. 26, 1, perstrepitare AVG. c. adv. leg. 2, 2, 5 GREG. TVR. Franc. 10, 29 p. 523, 14.]

i. q. vehementer strepere vel strepitu complere, penetrare (*saepius de actione, qua aliquis molestatur, aliquid impugnatur, e. g. p. 1754, 4. 12 sqq. 51. 1755, 14; praeverbium accipi potest modo vi intensiva [e. g. p. 1754, 3. 28. 1755, 5], modo locali [e. g. p. 1754, 14. 45. 1755, 13 sqq.], modo temporali [e. g. p. 1754, 35. 1755, 29]. c. abl. instr. vel modi passim, praepos.* in *p. 1754, 30,* de *p. 1755, 21; adhibetur tamquam verbum dicendi sub IIB1*): **I** *intransitive* (*c. dat. p. 1754, 17. 23. 66 sq.*): **A** *-unt animantes*: **1** *homines eorumve coetus, qui verba, clamores, sonos proferunt*: **a** *ponitur ita, ut vituperetur actio inutilis, molesta, adversaria*: **α** *-unt quilibet, qui magna voce vel tumultuose, loquaciter agunt*: TER. Eun. 600 *ancillae* abeunt lavatum, -unt, ita ut fit, domini ubi absunt (SCHOL. Ter. p. 105, 26 *et* GLOSS. strepitum faciunt. *cf. p. 1754, 54 et* HIER. epist. 107, 11, 1 *ne* familiae -entis lusibus misceatur *filia* [130, 4, 1 virg. Mar. 20. *aliter l. 31*]). CLAVD. DON. Aen. 7, 585 p. 87, 33 *Latini pacem poscentes* obliti regalis reverentiae ... tumultuoso conventu graviter -bant. Ps. AMBR. serm. 24, 4 qui otiosis verbis, cachinnis clamorosis ... in ecclesia -it (*antea*: in ecclesia stantes nolite obstrepere). HIER. in Tit. 1, 7 p. 566^{C} *praeceptor iratus* clamore -at. NICET. psalm. 13 l. 25 melius est ... lenta voce psallere quam clamosa -ere; sic enim psallenti fraternitati non obstrepet. Ps. AVG. serm. ed. Mai 10, 1 -ens vocibus et mutus moribus. IVLIAN. in Os. 4, 5 l. 110 quae *turba seniorum* ... profanitate garrula -bat, ... conticescat. GREG. M. dial. 1, 9, 11 *damno deprehenso* coepit magna voce -ere. *al.* *transferri videtur ad poetam, cuius carmina in triviis cantantur*: LVX. anth. 316, 2 trivio carmine -is. **β** *-unt litigantes, obloquentes vel maledicentes* (*cf. l. 51 sq.*): CYPR. epist. 60, 3, 1 *Novatianus* in perniciem fratrum lingua sua -ens. OPTAT. 1, 4 p. 5, 19 *schismatici* per singula loca maledicis vocibus -unt. AMBR. in psalm. 38, 13, 1 *psalmista* ommutuit, ne ipse litigiosa cum obiurgantibus contentione -ret. AMBROSIAST. in Rom. 12, 6, 1 *membrum alterum fidei christianae* non -at alteri. HIER. epist. 54, 5, 3 'rancidulum quiddam balba de nare' (*Pers. 1, 33*) locuta -it *mulier maledica.* AVG. coll. c. Don. 3, 9, 15 catholicis sermonem ... perpetuare conantibus, illis *Donatistis* ... -entibus. epist. 118, 12 circuli atque conventicula *haereticorum* ... -ant. ord. 2, 3, 10 in tua defensione Trygetius nescio quid etiam -ens dicere cupiebat. in psalm. 40, 14 si aliquis -it inimicus et dicit: '...' (*sim.* 93, 20). CASSIOD. in psalm. 118, 115 l. 2063 *haeretici* -ere nobis atque impedire noscuntur. *al.*

b *ponitur in neutram partem*: APVL. met. 11, 20, 5 religiosi primam nuntiantes horam -unt. PANEG. 5, 14, 4 *adventu tuo* flagrabit tota civitas, gaudiis -et. HIL. in psalm. 56, 2 ut ... *David* psalterio et cithara ... -ret. AVSON. 2, 7 (146 S.), 9 (*poeta ad notarium*) instar ... densae grandinis torrente lingua -o. Ps. AMBR. serm. 35, 8 infantes ... balatu innocentis -unt conscientiae. GREG. TVR. Franc. 10, 29 p. 523, 14 *mater abbatis* in dei laudibus -bat. Mart. 2, 39 cum ... omnis familia -ret, mortem condolens patroni (GREG. M. dial. 4, 40, 8 lugens et -ens f.). *al.*

2 *animalia*: SEN. dial. 4, 35, 5 (*Ira feris comparanda est*) sibilo mugituque et gemitu et stridore ... -entem *eam figuremus.* APVL. flor. 12, 8 *psittacus* conviciabitur diebus ac noctibus -ens maledictis. OROS. hist. 7, 27, 5 -entes ... ranas. *addas, si recte trad.,* CLAVD. 20, 450 -it *sus caedenda.*

B *-unt res*: **1** *loca vel actiones, in quibus strepitus fit, quae strepitu resonant*: PROP. 3, 10, 26 publica vicinae -at aura viae, *sc. convivio nostro.* SIL. 8, 430 *coetu Amazonum se exercentium* -it ... tellus. AVIEN. ora 88 *columnae Herculis* duro -unt septentrione (*sim. de sono ventis effecto infra l. 74 sqq.*). HIER. in Is. 5, 23, 4 plateae ... lusibus -bant (*cf.* IVLIAN. in Am. 8, 1 compita, quae multitudine civium -bant). PRVD. perist. 6, 64 cum spectacula -unt cruenta (*cf.* QVODV. temp. barb. 2, 2, 6 obscena spectacula, turpissima convivia ... -uerunt). AVG. util. cred. 7, 16 cum per totum orbem rhetorum scholae adulescentium gregibus -ant. IVLIAN. in Os. 9, 13 *Tyrus* -ens lusibus.

2 *eae, quae strepitum, sonum edunt, efficiunt*: **a** *incorporeae*: **α** *vigente notione sonandi* (*saepius res pro hominibus ponuntur*): STAT. Ach. 1, 750 rumor in arcana ... -it aula ... venisse Pelasgum ductores. CYPR. epist. 45, 2, 5 quae *scripta* religiosam simplicitatem sonabant nec ullis maledictorum et conviciorum latratibus -bant. unit. eccl. 21 *lingua Christiani* non conviciis et litibus -ens audiatur (AVG. c. Petil. 2, 23, 52 quid -it l., antequam probetur vita? serm. 198, 1. GREG. M. moral. 1, 42 absente domina ancillarum linguae -unt). AVG. civ. 7, 28 p. 311, 33 *apud Matrem Magnam* mollium ... insana -it turpitudo. in epist. Ioh. 3, 13 inaniter -unt verba (*sim. de loquela vana*: serm. 8, 5 loquitur ... veritas, -it vanitas. 288, 3 p. 1304). VICTRIC. 3 l. 11 innocentium puerorum -it sonora laetitia. GREG. M. moral. 3, 34 non in foro *Iob sedit,* quo lex -it. *al.* **β** *evanescente notione sonandi -unt ea: quae perturbant*: AVG. in psalm. 41, 7 l. 57 ab ... corporis sensibus, tamquam impedientibus et -entibus abstrahit *animus* se ad se (*cf. p. 1755, 38*). GREG. M. epist. 9, 228 l. 31 curae innumerae -unt. moral. 4, 32 -it in animo turba cogitationum (5, 53 desideriorum ... t. 23, 37 terrenarum cogitationum t.). 5, 9 a clamore -entium perturbationum. *al. apud eundem.* *quae obstant* (*accedit dat.*): Ps. ORIG. in Iob 1 p. 382^{B} *Iob* abstinuit se ab omni re mala ..., ut nihil esset, quod ei -ret. COD. Theod. 9, 7, 7 *praescriptiones civiles* occurrere atque -ere examini consuerunt.

b *corporeae* (*linguam v. l. 52*): PORPH. Hor. carm. 2, 18, 20 ('maris ... Bais obstrepentis') id est Baianis litoribus -entis (*cf.* 2, 20, 14 *Bosphori* -entis. AVSON. 10, 4 [163 S.], 12 per quas *terras* ... furor -it Oceani. AVG. in psalm. 88, serm. 1, 10 -it mare [*in imag. ut* 103, serm. 2, 10]. *de aliis aquis*: PORPH. Hor. carm. 3, 13, 14 'loquaces' ..., quod, dum de saxo cadunt, -ant. AVG. in psalm. 57, 16 [*de torrente ut* 109, 20]. *sim. al.; cf. p. 1755, 5. 17 sq.*). AVIEN. Arat. 1675 cum ... vertex *montis* ... ultro -it aerium, ventos *instare docebit* (*gr. 912 κορυφαὶ ... βοώμεναι*). orb. terr. 847 qua -it eurus. ROMVL. fab.

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

16, 5 rec. vet. (= rec. gall.) cum ... fumus et flamma -rent. CASSIOD. in psalm. 76, 19 l. 377 tonitrui vox ita revolvitur, quasi de rotis venire -entibus audiatur. *al.*

3 *ipsi soni, vox* (*hucine p. 1754, 49. 56 sq.?*): HIER. in Matth. 13, 13 sonitu fluctuum -ente. VVLG. exod. 19, 16 clangor ... bucinae vehementius -bat (*inde* ISID. expos. in exod. 28, 2 *et* RVFIN. *sub IIA2*). AVG. lib. arb. 2, 49 quid *vocum ...* aspere -at (*cf.* CASSIOD. in psalm. 107, 2 l. 44 *psalmistae* vox ... *non* malorum actuum raucedine -bat [GREG. M. moral. 27, 22 *vox dei* apud nos valentius -it]). ALC. AVIT. hom. 29 p. 150, 16 cum ... catenae *Petri capti* (*act. 12, 7*) caderent -ente tinnitu. *al.*

II *transitive* (*pro obi. est or. recta l. 31 [cf. p. 1754, 22], acc. c. inf. l. 34.* [*cf. l. 29 sq. p. 1754, 49*]): **A** *c. obi. externo, quod significat*: **1** *rem strepitu impletam: loca sim.*: AVR. Fronto p. 61, 22 *venatores aut vindemiatores* iubilis suis cubiculum meum -unt. APVL. met. 2, 26, 1 noctis indutias cantus *gallorum* -bat. 3, 1, 5 quati fores ... et frequenti clamore ianuae nostrae -i. PERVIG. Ven. 85 loquaces ore rauco stagna cygni -unt (*sec. Verg. Aen. 11, 458* dant sonitum *eqs.*). AVIEN. Arat. 1075 qua *Oceanus* -it aëra fluctu. CLAVD. 3, 213 turba salutantum ... -it aedes. 17, 286. *instrumentum*: CE 219, 8 (*saec. III*) *symphoniacus* consonanti fistula ... ⌞acris⌟ -ens (⌞ ⌟ *sc. calamos, si recte explicat Courtney, Musa Lapidaria, 1995, 339*). *actiones hominum*: RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1739^{D} desine de aliorum actibus tua -ere ... convivia. PS. MAX. TAVR. hom. 65 p. 385^{C} *Iohannes* clamat ... in deserto, ubi praedicationem nec insolens turba -ret. **2** *homines strepitu commotos, territos*: SYMM. epist. 6, 12, 2 ut noveris, quibus fluctibus (*fati sim.*) -amur. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 92, 2 *Iudaeos* tubarum sonus et fulgura ac tonitrua -bant (*sec. l. 5*).

B *c. obi. interno (acc. pro adv. v. p. 1754, 74), quod significat*: **1** *verba, carmina sim. prolata*: APVL. met. 5, 9, 1 sorores ... multa secum sermonibus mutuis -bant. AMBR. fid. 5, 16, 192 haec cottidie -unt Arriani scientiam omnem in Christo esse non posse. HIER. epist. 50, 5, 4 *adversarius* iactat in vulgus et -it: 'damnavit nuptias'. RVFIN. Orig. in Rom. 2, 9 l. 486 haec ... vel gentiles adversum *deum* legislatorem ... vel heretici -unt. AVG. c. Cresc. 3, 20, 23 audi quid -at *adversarius.* c. Iulian. op. imperf. 2, 98. CYPR. GALL. num. 413 ne stolida ... mittentes verba Chananni -rent nulla populum virtute iuvari. *-it avis*: LVX. anth. 370, 2 pica ... -it ... melos. **2** *cogitationes sim. perturbantes* (*cf. et p. 1754, 59 sqq.*): AVG. epist. 26, 1 hactenus, quae huius vitae vincula -unt, tecum locutus sim. GREG. M. moral. 21, 4 carnales ... sensus puerile quiddam exterius -unt. **3** *personam cantu celebratam*: PRVD. cath. 9, 111 te, *Christe, ... omnes* pudicis -ant concentibus. *Ley-Hutton.*

perstrictē, perstrictim *v.* perstringo.

perstrictio, -ōnis *f.* *a* perstringere. [*hic illic falso in codd. pro* 2. perfrictio, *v. supra p. 1404, 35 sq.*] *i. q. actio vel effectus perstringendi, constrictio sim.*: ANTIDOT. Brux. 58 *medicamentum conficitur* ad lateris dolorem, ad -es (*contextus sequens corruptus videtur, ut loco simili* 110 [111]. perfrictiones *suspicatur Fischer in plagulis*).

?**perstrīdo,** -ere. *a* per *et* stridere. *i. q. stridendo percurrere: sc. vagando super mare*: GERM. frg. 3, 6 Geminis leviter -unt caerula venti (perstringunt *Housman*). *sc. vulnerando hominis superficiem, cutem sim.*: PASS. Saturn. Dat. (BHL 7492) 5, 4 *proconsul* martyrem ... ungulis -entibus laniavit (*si recte trad.; cf. e. g. 9, 3* ungulis sulcantibus).

[perstrīgia *vel* **-um** *falso trad. in* GLOSS. *pro* praestrigia (-um).]

⁂**perstringo,** -strīnxī, -strictum, -ere. *a* per *et* stringere. *scribitur perf.* -ix-, incx- *et p. p. p.* -nct- *hic illic in codd.* NOT. Tir. 65, 1 -it. 65, 7 -xit. 65, 13 -tum (prae-, pro- *ubique var. ll.*). *legitur singulis vel binis locis apud* VERG., HOR., OV., LIV., GRATT., COLVM. *al., pluribus apud* CIC., VAL. MAX., SEN. *min.*, SIL., TAC. *al.* [*confunditur in codd. maxime c.* praestringere (*v. e. g. p. 1756, 69 et vol. X 2, 940, 29 sqq.; hanc variationem infra fere negleximus; e coni. dub.*: AMBR. Tob. 5, 17), *ceterum e. g. c.* perfringere (*v. p. 1406, 32 sqq.*), perstruere VITR. 7, 4, 1 SYMM. epist. 8, 27, 2 VITAE patr. Iurens. 165. *loco obscuro vel corrupto*: VET. LAT. Iob 9, 11 (Aug. in Iob p. 527, 20) *si* celeritate -erit me (pertrinserit *cod. unus,* pertransierit *coni., v. Sabatier; gr.* παρέλθῃ, *Hier. interpr. Iob* transierit, *Vulg.* abierit; *fortasse pertinet ad IB2*).]

I *i. q. stringere aliquid (aliquem) per superficiem et usu inde derivando. vis praeverbii modo intensiva est, ut sit i. q. proxime stringere, modo localis, ut sit i. q. stringendo perforare superficiem (maxime sub A), modo evanida; usus saepe congruit cum verbo* praestringere (*cf. illic imprimis sectionem III; sectioni I respondent fere exempla infra sub A2b collecta; praeterea v. quae exposuit Massaro, Invigilata Lucernis 9, 1987, 105 sqq.*). *sec. respectum superficiei levitas laesionis vel tactus saepe indicatur* (*v. e. g. B1aα*), *sed effectus -endi gravior est e. g. p. 1756, 8. 23.*

A *ita ut afficiatur id, quod -itur* (*fere laedendo, aliter e. g. p. 1756, 4. 1757, 14 sqq.*): **1** *corporaliter*: **a** *exempla varia*: CIC. leg. agr. 2, 67 quod solum tam exile ... est, quod aratro -i non possit? (*cf. p. 1758, 1*). SEN. dial. 9, 2, 1 qui ex ... gravi valetudine expliciti ... levibus ... offensis -untur. nat. 6, 1, 2 *terrae motu* Neapolis ... privatim multa, publice nihil amisit, leviter ingenti malo -ta. APVL. met. 5, 30, 6 (*loq. Venus*) *Amoris comas* manibus meis subinde aureo nitore -xi. VET. LAT. apoc. 18, 4 (Cypr. laps. 10. *al.*) exi de ea *Babylone,* populus meus, ... ne -aris plagis eius (*sec. var. l. gr. βλάβητε, aliter cod. 51 et Vulg.; hinc pendet e. g.* CYPR. epist. 67, 3, 2 ne facinerosis coniunctus eodem facinore et ipse -atur). LACT. inst. 7, 21, 6 quorum peccata ... praevaluerint, -entur igni atque amburentur (re- *var. l.*). ALC. AVIT. carm. 3, 86 (*deus ad Adam*) interdicta tuus -xit germina gustus. CORIPP. Ioh. 1, 231 ancora portus ... morsu -xit obunco. *al.* **b** *vulnerantur, laeduntur armis animantes* (*-itur galea l. 19*): VERG. Aen. 10, 344 *Numitor* femur -xit Achatae ([CLAVD. DON. percussit]. CVRT. 3, 11, 10 Alexandri dextrum f. leviter mucrone -tum est. *cf. l. 17*). OV. met. 12, 273 rapit ... Rhoetus ... torrem dextraque a parte Charaxi tempora -it (perfringit *var. l.*). VAL. MAX. 6, 8, 2 Marium ... levi ... vulnere a Telesino ... -tum (*Paris*: strictum). SEN. Ag. 534 hunc *Aiacem* ... flamma *fulminis* -xit cadens (*nisi ad B2*). CVRT. 3, 12, 2 summa dumtaxat cutis in femine -ta (HIER. epist. 1, 7, 2 *mucro* leviter -ens c.). SIL. 15, 757 *hasta* parce ... petitum -xit corpus. STAT. Theb. 9, 108 Lycus *hasta* ... comantem -it galeam *inimici*; convulsae cuspide longe diffugere iubae. 10, 401 armos. PS. QVINT. decl. 12, 11 p. 243, 5 (*in imag.*) quo *verbo, i. 'laesa'*, -ta tantummodo patria et leviter, quod aiunt, manu offensa intellegi possit. SVET. Claud. 15, 4 ut genam *imperatoris* non leviter -erit *eques graphio iacto. al.*

2 *incorporaliter*: **a** *castigando, insectando contumeliis* (*fere dictis, sed actionibus l. 30. 35. 38*): α *-untur homines*: CIC. Sull. 46 nemo umquam me tenuissima suspicione -xit, quem non perverterim. Sest. 14 ut eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate -rem ([pre- *var. l.; antea*: invehi]. VIR. ill. 81, 4). Att. 1, 14, 3 quod meis ... litteris in Pompeiana laude -tus esset *Crassus.* VAL. MAX. 2, 9, 9 Messala censoria nota -tus (7, 3 ext. 6 nota ... denegati honoris). TAC. ann. 2, 55, 1 *Piso* oblique Germanicum -ens, quod *eqs.* (5, 2, 2. 5, 11, 1 *consul collegam* ut segnem). 4, 17, 2 *pontifices a Tiberio* modice -ti. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 46 amare ... iuris consultum -xit *Horatius,* quasi contra ... ius ... responderit. PANEG. 2, 45, 6 nemo convicio ... *ab imperatore* -tus. AVSON. 14, 20 (363 S.), 23 dicto aut ... vultu (SCHOL. Cic. Bob. p. 167, 12. *cf.* SYMM. epist. 5, 41, 1 incauto sermone. rel. 25, 2 voce [*antea*: arguere, *postea*: accusatione ... remordendum]). SYMM. epist. 4, 28, 2 *nulla* a nobis expostulatione -eris (5, 14). 7, 96, 3 neque praefecturam neque ... virum tali contumelia, *sc. multa,* debuisse -i. HIST. AVG. Aur. 15, 5 nemo est principum, quem non gravis fama -at (Alex. 20, 2). *al.* β *-untur res*: CIC. Planc. 33 *praeco potentium* voluntatem asperioribus facetiis saepe -xit impune. VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 *veteris comoediae maledica lingua* potentiam viri (*i. Periclis*) -ere cupiebat. 9, 2, 3 memoria eius *praetoris* licentiore accusatione -itur. TAC. ann. 2, 59, 2 Tiberius cultu habituque eius *Germanici* lenibus verbis -to acerrime increpuit, quod *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 86, 24 qua *sententia Cicero* -it mores P. Clodi. 86, 29 iudicum -it infamiam (95, 15). *al.*

b *potius irritando sensum corporis vel animum* (*fere generatur stupor, horror sim.*): α *exempla quaelibet* (*de* TAC. hist. 1, 84, 3 *v. vol. X 2, 941, 36, de* ann. 14, 54, 3 *v. ibid. l. 21*): CIC. Brut. 323 *consulatus meus* illum *Hortensium* primo leviter -erat. HOR. carm. 2, 1, 18 (*ad Pollionem historiam belli civilis conficientem*) iam nunc minaci murmure cornuum -is auris, iam litui strepunt (SIL. 15, 459 -erat a. murmur triste tubae. TAC. dial. 27, 2 si quid forte a. vestras -it. ARNOB. nat. 2, 6 p. 71, 19 numquamne illud vulgatum -xit a. vestras, sapientiam ...? 7, 41 p. 395, 2. AVG. pecc. mer. 3, 6, 12 p. 139, 11 cursim). LIV. 1, 25, 4 ut ... fulsere gladii, horror ingens spectantes -it (*cf. l. 57. 61*). CVRT. 5, 9, 1 praesentis periculi species omnium simul corda animosque horrore -erat (TAC. hist. 1, 85, 1 oratio ad -endos mulcendosque militum a. [*v. app. crit.*]. ann. 1, 13, 4 suspicacem a. *Tiberii.* ARNOB. nat. 5, 41 p. 301, 17. HIER. in Ion. 3, 6 l. 223 D. disertitudinis ... fulgore. RVFIN. Basil. reg. 2, 21). VAL. FL. 7, 81 *truci voce Aeetae audita* -erat horror ipsum *Iasona* ... et maesta stabat defixus in ira. 7, 194 novus mentem *Medeae* -ere languor incipit (RVFIN. Basil. reg. 2, 21 [*cf. gr. p. 909^{D} περιέλαμψε*]. AVG. epist. 120, 4 *quietis* luce mens ... -itur. serm. 52, 16 Rev. Bénéd. 74, 1964 p. 26, 230. *cf.* RVFIN. hist. mon. 1, 3, 21 mentis affectum [con-, pre- *var. ll.*]. AVG. anim. 4, 24, 39 acie mentis ... -ta). AVG. in psalm. 40, 2 non te -at mors *Christi hominis.* CASSIAN. conl. 10, 10, 6 gastrimargiae passione -or. PS. PROSP. carm. de prov. 7 si te fracti -unt vulnera mundi. *et saepius.* β *-itur sensus videndi* (*cf. e. g. l. 63. 65; sec. codd. fere omnes huc pertinent iam* RHET. Her. 4, 50, 63 CIC. Rab. Post. 43 VAL. MAX. 2, 10, 6 PLIN. nat. 2, 80. *al., quae cum edd. sub* prae- *inseruimus*): ARNOB. nat. 6, 24 quae *vis fulgentis auri* non oculorum tantum -ret sensum, verum etiam mentes ipsas ... territaret (*de* prae- *cogitat Massaro, Invigilata Lucernis 9, 1987, 109*). NON. p. 21, 13 (*sim.* p. 524, 2) stricturae dicuntur ... scintillae ..., quod oculos sui fulgore -ant ([prae- *coni.*]. PS. AMBR. laps. virg. 22 quomodo o. tuos non -bat lux vigiliarum? HIER. epist.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

64, 15, 3 palleolum ... -ens fulgore o. [prae- *var. l.*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 7, 3. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 15 miraculi lumine). AMM. 18, 8, 4 radiantium armorum splendore -ti *sumus* (prae- *coni.*). AMBR. epist. 6, 27, 10 operiuntur genitalia hominum, ne deformi visu obtutum aciemque -ant oculorum intuentium ([prae- *var. l.*]. RVFIN. hist. 2, 10, 4 ut *veste fulgente* intuentibus -ret a. terror aspectus). *al.*

c *usu vario*: VAL. MAX. 8, 4, 3 servus ... tortus nullum ... verbum, quo dominus *reus* -retur, emisit. PS. QVINT. decl. 4, 16 aliquis *in ortu suo* vagi numinis errore -tus est (*i. planeta erranti*). CYPR. epist. 14, 1, 1 ut etiam cleri portionem sua strage -ret *persecutio* (*antea*: prostravit). PS. CYPR. singul. cler. 12 oportet eum damno -i vel dispendio sarcinarum, apud quem ... fratris sarcinae perierunt. BACHIAR. fid. l. 15 quod cuiusdam haeresis macula solum nostrum originale -erit. *-unt commoda*: PASS. Mar. Iac. 4, 6 nos etiam aliqua fraternae *martyrum* gloriae parte -xit *ea hora,* et pertrahebamur *eqs.* AVELL. 97, 58 *fidelium filii sanctitatis* dignatione -ti 'sancti' ... nuncupantur.

B *ita ut tangatur tantum id, quod -itur* (*pro obi. est locutio cum praepos. l. 65 sq.; obi. effectum v. l. 54 sqq., acc. intern. sub 2b*): **1** *breviter, strictim dicendo, scribendo, tractando* (*vix agnoscas notionem comprehendendi sec. II intellegendam, nisi fortasse l. 51 sq.*): **a** *usu vario*: **α** *illustratur brevitas, paucitas sim. dictorum vel scriptorum*: CIC. S. Rosc. 91 leviter transire ac tantummodo -ere unamquamque rem. Verr. II 4, 105 rei magnitudo me breviter -ere atrocitatem criminis non sinit ([prae- *var. l.*]. *et saepe, v. vol. II 2186, 10 sqq.; cf.* brevi sermone: *l. 60 sq. et* CASSIAN. conl. 21, 1, 1. brevi oratione: FIRM. math. 1, 1, 6. 7 CASSIAN. conl. 19, 4, 3. *sim. al.*). Phil. 2, 47 reliquum vitae *Antoni* cursum videte, quem ... celeriter -am. SEN. dial. 12, 14, 2 leviter (HIER. interpr. par. praef. p. 9,10. tract. in psalm. I p. 349 l. 15 l. summa quaeque [pre- *var. l.*]). PLIN. paneg. 25, 1 *principis merita* carptim breviterque -i (*25, 2* leviter attingi). TERT. anim. 46, 3 (*fides visionum illustratur*) pauca de insignioribus -ens (PS. TERT. haer. 1 p. 213, 3 haereticorum ut plura praeteream, p. -am. PONT. vita Cypr. 8, 1 GAVDENT. serm. 10, 5. AMM. 20, 5, 3 summatim. *et saepius; cf. abl.* paucis: SYMM. epist. 8, 27, 2 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 10). SCHEM. dian. l. 42 *epitrochasmi figura* breviter et succincte ea, quae sunt dicenda, -it ([*inde sim.* CASSIOD. in psalm. 22, 6 l. 204. 114, 1 l. 35]. RVFIN. hist. 1, 1, 6 quamvis ... nonnulla ... breviter s.que -erim, plenius tamen *eqs.* [*cf. gr. ἐπιτομήν*]). *al.* **β** *cetera exempla*: CIC. Att. 16, 11, 1 ab ista causa aegre me tenui; itaque -am sine ulla contumelia Siccae (*sim. obi. subaudiendo*: PAVLA Hier. epist. 46, 3, 1 AVG. catech. rud. 8, 2 GREG. M. moral. 10, 9 l. 117). SEN. nat. 2, 49, 1 nomina fulgurum ... ⌞-am⌟ et, quid de eis sentiam, exponam (⌞ ⌟ aperte stringam *trad.*). MELA 3, 46 quas *oras* angulo Baeticae adhuc usque -ximus. CYPR. epist. 73, 6, 1 locum ... adulteri baptismi subtiliter Hieremias propheta -it dicens: '...' (*sim. -it is, qui adludit ad rem notam*: SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 55 fabulam Aesopi. MAX. TAVR. 20, 3). IVL. SEV. rhet. 1 p. 355, 6 ea me de veteribus -isse, quibus *eqs.* AVSON. 21 (419 S.), 41 succumbo materiae, neque adhuc illa -xi, quae *eqs.* (*sim. modus imponitur etiam actioni -endi*: VINCENT. LER. comm. 17, 12 dies me citius defecerit quam ea ... vel ex minima saltim parte -am. SIDON. epist. 2, 2, 20 nec cuncta. *al.*). VEG. mil. 1, 8, 11 quae Cornelius Celsus, quae Frontinus -enda duxerunt (prae- *var. l.*). COD. Theod. 11, 16, 15 quorum dignitates ... hac lege -imus. PS. ORIG. in Iob 1 p. 376[A] omnes pariter ... in Arabum nomine -untur. ISID. lib. num. 87 undevicesimus numerus lunaris cycli enucleatius rationem -it. *et saepius. pro obi. (subi.) sunt ipsa dicta, scripta, quae -endi actione efficiuntur*: AMM. 15, 5, 18 -batur Vrsicini mentio, ut consiliis ... praestantissimi. ALC. AVIT. epist. 51 p. 80, 17 desistant ... amaritudines, ex opportunitate sermo -tus. ISID. praef. test. 91 Matthaeus praedicationis suae historiam Hebraico -xit stylo (*inde corrigendum vid. ibid.* 92 [*cf. var. l. p. 438[C] allatam*]).

b *accedunt structurae notabiliores*: FIRM. err. 7, 1 quod quatenus factum sit, brevi sermone -am (*item accedit enunt. interrog.*: HIER. in Dan. 9, 24 l. 551 Hebraei quid ... sentiant, brevi sermone -xi. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 10. *al.*). GAVDENT. serm. 20, 1 aliquid de laudibus ... apostolorum (AVSON. 21 [419 S.], 61 aliqua ... de maiestatis tuae laudibus. POMER. 3, 6, 4. *et saepius. sine obi. acc.*: HIER. Didym. spir. 58, 253 *vocabula,* de quibus ... -ximus. OROS. hist. 5, 15, 2 de Iugurtha). AMBR. epist. 5, 21, 2 Hesdrae librum legendum suadeo, qui ... -erit eas *animas* substantiae esse superioris (*item accedit acc. c. inf.*: PS. AMBR. apol. Dav. II 3, 12 illud, quod -ximus, adseramus, facultatem *eqs.* ALC. AVIT. epist. 34 p. 64, 26 *synodus* -ens ... nihil ... regi de his ... patuisse). HIER. hom. Orig. in Luc. 39 p. 219, 18 quia adiectum est de imagine Caesaris, etiam super hoc debemus pauca -ere (adv. Rufin. 2, 6 s. verborum vitiis tacere decreveram, sed ... pauca -am). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 69, 20 breviter aliqua ... inde, *i. ex Iohannis epistula,* -ere.

2 *attingendo res corp.*: **a** *structura sollemni*: SEN. dial. 6, 17, 2 *Syracusas petenti* licebit ... *Charybdis* verticem -ere (*Pincianus,* re- *trad.,* stringere *Muretus*). COLVM. 5, 5, 12 arator vomere -ere ordinem et quam proximam partem vitium excolere studet (*de* CIC. Phil. 2, 102 *v. vol. X 2, 942, 30 sqq.*). SIL. 4, 119 *aquila* rostro ... -ens conum galeae *Scipionis.* 4, 350 *Liris* -it tacitas gemmanti gurgite ripas (16, 477. *item -it fluvius vel mare*: 8, 455 *Tiberis* admota -it moenia ripa. AMM. 16, 12, 54 fluminis ... *barbarorum* terga iam -entis. 22, 8, 3 *mare Aegaeum* Apollinis ... templum et Troada -it. 22, 8, 26). AMM. 29, 1, 32 (*auguratur successurus imperio*) adsiliens anulus *super elementa suspensus* duas -erat syllabas. RVFIN. hist. 11, 23 p. 1027, 11 simulacrum Serapis ita erat vastum, ut dextera unum parietem, alterum laeva -ret. MEROB. poet. 18 *ima Gallia* aerii conscendens arduа montis limite nimboso terras -it Hiberas. *? usu deflexo vergit in notionem q. e. pervenire aliquo, adipisci* (*si recte trad.*): SACR. Leon. 890 ab ipsius mentis debemus excessibus abstinere, ut ... supernae lucis possit -ere claritatem (pertingere *edd. vet.*). **b** *c. acc. int., sc.* iter *prope rem aliam factum*: SYMM. epist. 4, 61, 3 cum vicina itinera -eris, flectere ad nos habenas longum putasti. CLAVD. 21, 200 *Stilicho* a primo descendens fluminis ortu ad ... ora fulmineum -xit i. (prae-, praestruxit *var. ll.*).

3 *permeando, pervagando sim.* (*dub. an respectus superficiei evanescat apud* SEN. *et* GREG. M.): SEN. nat. 1, 3, 1 luna non habet tantum virium, ut nubes transeat et illis colorem suffundat, qualem accipiunt sole -tae. CLAVD. carm. min. 47, 6 *equus solebat* rapido -ere pascua cursu. PRISC. periheg. 23 *Tanais* Scythiam ... gurgite vasto -it (prae- *fere trad.; gr. 15 σύρεται ἐς Σκυθίην*). GREG. M. moral. 4, 28 *dominus* iudex venturus est, qui cuncta penetret, cuncta -at; qui quia ubique est, locus, quo fugiatur, non est.

II *i. q. penitus vel ubique constringere, obstringere, ligare, vincire sim.*: **A** *corporaliter* (*de* TAC. ann. 12, 47, 2 *v. vol. X 2, 941, 65 sqq.*): GRATT. 296 ubi Caurino -xit (*sc. terras*) frigore Vesper. ANON. de mach. bell. 6, 1 quod imperium Romanum circumlatrantium ubique nationum -at insania et omne latus limitum ... appetat dolosa barbaries (*nisi ad IA1*). *in re medica* (*fort. huc etiam* MARCELL. med. 10, 81, *v. vol. X 2, 942, 6*): SCRIB. LARG. 57 medicamentum primum austere erit et nimis -et dentes, postea remissius videbitur (*v. app. crit.; antea*: stringit). PLIN. nat. 28, 61 extremitates corporis velleribus -i contra horrores *prodest.* VINDIC. epit. alt. 27 p. 478, 23 vissica quatriplice contexta membrano est, cuius consertatio (consortio *var. l.*) non est -ta, ideoque et ... contra(h)i potest et ... ampliare.

B *incorporaliter*: **1** *legibus vel admonitionibus obligando sim.*: PS. CYPR. tract. 21 viderit ... agonista ..., quam non corpore tantum, sed et corde ... sincerum -at hominem Christus et praemoneat esse. COD. Theod. 11, 27, 1 officium ... tuum haec cura -at, ut *pauperum infantes adiuventur.* PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 187, 22 *sumus homines rationales,* qui nullius inediae lege -imur, qui ad bene vivendum libero incitamur arbitrio. *?***2** *dolis, fallaciis laqueando vel circumveniendo* (*nisi ad IA2b cum notione occaecandi sim.; utrobique* prae- *coni.; v. etiam Hagendahl, Eranos 22, 1924, 184*): AMM. 16, 9, 2 praefectus praetorio ... per emissarios quosdam fallendi -endique gnaros Persarum scitabatur consilia. 21, 3, 5 *rex erat* ad -endum fallendumque miris modis ... callens.

III *i. q. destringere, decerpere sim.*: HIER. in Ezech. 17, 19 l. 1175 quod *deus sub persona aquilae* nequaquam velit de Libano ... humilia virgulta -ere, sed summitates cedrorum (*cf. Ezech. 17, 22* distringam). CORIPP. Ioh. 2, 73 *regio quaedam* gravidis ... miserrima culmis dumosae nutrit *gentes* -ens hordea terrae (2, 157 messes bis tondet in anno Maurus arans, bino -it et h. culmo. *ad IIA trahit Shea in versione* [*1966*]).

adv. **perstrictē.** *i. q. modo perstricto, succincte*: QVODV. Aug. epist. 221, 3 breviter, -e (et prestrictim *al. var. ll.*) atque summatim ... opiniones rogo cuiuslibet haeresis poni (*huc spectat in responsione* AVG. haer. praef. 3 exponam. 6 responderi).

adv. **perstrictim.** *i. q. modo perstricto*: **1** *c. notione superficiem stringendi: i. q. cursim*: AVG. in psalm. 41, 10 l. 23 acie mentis aliquid incommutabile, etsi -m et raptim, perspicere potuimus. *i. q. succincte*: CASSIOD. inst. 1 praef. 9 ut in sequenti libro de orthographiae regulis -m ... nonnulla poneremus. in psalm. 70 l. 513 de ipsis *disciplinis* -m aliquid commemorare (*postea*: breviter dicta). **2** *c. notione constringendi*: CONC. Carth. a. 525 p. 260 l. 245 post discrimina exitialia *persecutionis,* quibus -m episcopalis honor subiacebat arctatus (*sc. sede episcopi vacante*).

deriv.: perstrictio.

perstrōma *v. sub* peristroma. *Breimeier.*

perstruo, -strūxī, -strūctum, -ere. *a* per *et* struere. [*in codd. variat cum* praestruere (*v. vol. X 2, 944, 4 sqq.; var. l. dub.* EVGIPP. Sev. 25, 2 litterarum tenore -tus. *olim legebatur* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 5).]

1 *vi praeverbii perfectiva i. q. struendo perficere* (*incorporaliter* BOETH.): VITR. 7, 4, 1 cum in altitudinem -tus fuerit *paries* (perstrictus *var. l.*). BOETH. in herm. comm. sec. 5, 11 p. 376, 15 his ... ante -tis atque ordine terminatis ... disputationem ... convertit (prae- *Meiser in app.*).

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *vi praeverbii parum perspicua vel evanida*: **a** *i. q. struere*: HIL. coll. antiar. p. 152, 7 *haeretici* subtrahentes antecedentem ... sententiam aptam doctrinis suis sub apostoli nomine -unt facultatem. PS. PACIAN. sim. carn. p. 129, 8 adeo -itur similitudo carnis peccati, ut *eqs.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 604 p. 702 ista humilitas ⌞consilium -bat⌟ (*gr. ἦν ... προπαρασκευὴ στρατηγήματος*). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 24 rogo, ⌞intentionis obstinacula tam aperta sibi -at⌟? (quis contentionis obstaculo t. a. s. obstruat *ed. princ., fort. recte*). ?**b** *i. q. instruere* (*nisi* prae- *scribendum; cf. etiam* EVGIPP. *supra*): IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 57, 1 quid beatissimus Augustinus ... statuat ..., breviter lectorem -ere necessarium credidi (instruere *Schwartz*). LAVRENT. eleem. p. 105^{C} his talibus monitis filium -bat *Tobias.* *accedit inf.*: CASSIOD. hist. 2, 8, 3 imperator praesens omnes *episcopos* ad unitatem suam concordes ... esse -xit (*nisi ad a, sc. c. notione efficiendi; Socrat. 1, 8, 28 κατέστησεν*).

perstudiōsus, -a, -um. *a* per *et* studiosus. *i. q. valde studiosus*: CIC. Tusc. 5, 63 *hominem* musicorum ... -um. Cato 3 litteris graecis, quarum constat eum *Catonem* -um fuisse in senectute. Att. 5, 20, 10 tua tuosque Thermo ... commendaram ... ipsumque intellexi esse -um tui.

adv. **perstudiōsē.** *i. q. modo perstudioso*: CIC. Brut. 207 cum essem apud Aelium adulescens eumque audire -e solerem.

perstultus, -a, -um. *a* per *et* stultus. *i. q. valde stultus* (*non nisi in locutione* -um est *c. inf.*): HIER. Didym. spir. 54, 240 *cogitationes indicium spiritus sunt,* quia de corpore solitario hoc intellegere velle -um est. AVG. virg. 16, 16 p. 249, 10 tribulationem carnis, quam nupturis praedicit apostolus, suscipere tolerandam -um esset, nisi metueretur incontinentibus. CONSVLT. Zacch. 1, 30, 6 prosperum ... aliquid ab eadem *mathesi* sperare -um est. 2, 14, 13.

adv. **perstultē.** *i. q. modo perstulto*: MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 20, 4 solam vis pertransisse in omnes ... homines mortem? -e, quia si intravit et peccatum et non pertransiit, ibi remansit, quo intravit (*vix voc.*).

perstupidē. *a* per *et* stupide. *i. q. admodum stupide*: GLOSS. V 492, 67 blactet (*i.* blattet): -e loquitur (*item* GLOSS.^{L} V Abba BL 3, *ubi* praecupide *suspicantur edd.; cf. vol. X 2, 515, 37 sqq.*).

perstupror, -ārī. *a* per *et* stuprari. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 2, 35 permolere: -ari. *N. H.*

persuādeo, -sī, -sum, -ēre. *a* per *et* suadere. NOT. Tir. 53, 49 -sit. *de formis: supinum* MACR. Sat. 7, 9, 9 facile -su. VINCENT. LER. comm. 17, 6 -su difficilia. *praes.* -simur *trad. p. 1767, 10; formae tertii ordinis: praes. indic.*: PRISCILL. tract. 1, 36. 7, 112. 10, 136 COMM. instr. 2, 12, 6 EPIST. pontif. 375 Conc.^{S} I 2 p. 15, 20 CONC.^{S} II 5 p. 144, 27. CASSIAN. inst. 7, 14, 1 (*in var. l. ut* CAES. AREL. in apoc. 6 p. 226, 9); *coni.*: VITA Anton. 18 p. 33, 20 (*forma sollemnis in var. l. ut* 68 p. 72, 25). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 69, 26. 79, 28. *al.* *de mensura: in versibus stirps* persua- *est pro spondeo.* *de notione et differentia*: FEST. p. 217 (*suppl. e* PAVLO) ⟨perpulit, -sit⟩, inpulit. DON. Ter. Ad. 360, 1 suademus facilia, -emus difficilia; (2) et suadere facientis est, -ere perficientis. SYNON. Cic. p. 443, 9 ⌞sedet animo. -sum est mihi.⌟ liquet mihi. *eqs.* (⌞ ⌟ *item* p. 445, 35). p. 444, 14 hortatur ... suadet. -et. inducit. implicat. *eqs.* DIFF. ed. Beck p. 84, 31 suademus amicis exorantes eos ad spem venire, -emus eisdem ... ad non peccandum eos impellentes. GLOSS. -o: *πείθω. συμπείθω. συμβουλεύω.* -et: *ἀναπείθει. συμβουλεύει. al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN. (*p. 1761, 55*) *per totam latinitatem, saepe apud* CIC. (*maxime in epist.*) *et* QVINT., *rarius apud poetas; manifesto praeferunt simplex e. g.* PLAVT. (-ere *7*/ suadere *29*), LVCR. (*1/7*), VERG. (*1/13*), OV. (*5/24*), STAT. (*5/11*), SIL. (*1/12*), TAC. (*–/25*), AMM. (*–/34*). [*confunditur saepe c. simplice, c.* pervadere APVL. Plat. 2, 8 p. 231. NOVELL. Valent. 33 (*pro quo falso trad.* QVINT. inst. 8, 2, 21. *cf.* CHIRON 519 enim ut -et *trad.,* venas ut pervadat *Bücheler,* venenum ut persudet *Heraeus in exemplari nostro.* CAEL. AVR. gyn. 2, 102 *imponenda sunt cataplasmata* varia matricem -entia, *coni.* ⟨in⟩ matricem pervadentia *Fischer per litteras,* cicatricem -entia *Drabkin*); *in falsa var. l. e. g.* CIC. Verr. II 5, 64 de orat. 2, 308 QVINT. inst. 11, 1, 14. LEO M. epist. 164 Conc.^{S} II 4 p. 112, 9 (*pro* perversus); *loco vix sano* VINDIC. epit. alt. 33.]

i. q. πείθειν (*quod gr. respondet nisi alia adnotavimus*); *vis praeverbii fere spectat ad perfectionem (raro legitur indic. imperf.): disting.* (*fere iuxta pos.*) suadere *p. 1761, 11. 72. 1762, 10. 23. 59. 1763, 13. 1765, 31. 1766, 4 et e. g.* APVL. apol. 93, 3 met. 7, 4, 5. AVG. spir. et litt. 34, 60 (*sed variat in contextu p. 1762, 8. 74. 1763, 52. 1765, 74 et* TERT. adv. Val. 1, 4, *in versione p. 1760, 36. 1763, 24. 41, cf. etiam* CONC.^{S} I 5 p. 369, 12 *cum I 5 p. 287, 31*). *ceterum vim perfectivam, quam testatur* DON. Ter. Ad. 360, 2 *l. 46, intellegis vario modo p. 1762, 17. 1764, 33. 1767, 51* (*nota etiam iuncturas frequentes* facile -ere, facile -ere posse [*v. vol. VI 1, 66, 64 sqq. 68, 61 sq.*]).

CAPVT PRIVS: *i. q. inducere, hortari, illicere, seducere sim. aliquem, ut quidlibet faciat, fieri sinat sim.; rarius, ut aliquid non faciat, intermittat sim.* (*v. e. g. p. 1760, 68 sqq. 1762, 47 [?]. 51, minus valet quam* co-

gere *l. 26. p. 1762, 12. 16. 58. 64. 69. 71. 1763, 51. al., cf. etiam e. g. l. 37. p. 1763, 3 et* CIC. de orat. 1, 247 *virtutem* instituendo et -endo, non minis ac metu tradi). *vergit ad notionem q. e. praecipere, docere praecipue sub IB2, animum alicuius flectere, aliquem de sententia deducere e. g. p. 1763, 19. 23. 27; confirmare vel incitare sim. l. 59. p. 1763, 64, invitare, sc. ad cenam, fortasse* REGVLA mag. 61, 20; *refl. vel pass. fere i. q. inducere animum, audere sim. l. 37 sqq. 42. p. 1761, 37 sqq. 44, i. q. oboedire p. 1763, 46; ceterum v. quae p. 1763, 46 sq. notavimus.* *-et fere homo inducens hominem, sc. verbis vel praemio proposito (aliter e. g. p. 1761, 45. 1763, 43), sed -et res e. g. l. 59. p. 1761, 33. 56 sqq. 1762, 61. 62. 69; inducitur res p. 1761, 33. 47. 1763, 48. is, qui perducitur ad aliquid, indicatur fere per dat., sed per acc. (nom. iuxta formas pass.) l. 53 sqq. 74. p. 1761, 3. 11. 41 sqq. 48 sqq. 1763, 34 sqq. 53 sqq. et hic illic sub ID; in struct. pass. praevalet tempore antiquiore usus impers.* (*indicatur agens per praepos.* ab *e. g. l. 56. 74. p. 1763, 39, iuxta pass. impers.* AVG. civ. 22, 8 p. 578, 11); *struct. refl. l. 37 sqq. p. 1761, 37 sqq. al.*

I *indicatur, ad quam actionem quis perducatur*: **A** *per enunt. secund.* (*quod potius obi. acc. explicare videtur e. g.* PRVD. c. Symm. 2, 666 [*loq. Roma*] crimen -erat ... Iuppiter, ut ... scelerarem funere *martyrum* ferrum): **1** *c.* ut (quatenus RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 188, 9): **a** *indicatur, quis perducatur*: **α** *per dat. (enunt. secund. praeparatur per pron. demonstr. vel adv. l. 43. 45. al.); iuxta formas*: Ⓘ *act.* (*pauca selecta post* LIV.): PLAVT. Merc. 331 mihi *filio* viso opust, huic -ere ..., ut illam *ancillam* vendat neve det matri suae. Truc. 200. TER. Andr. 577 is mihi -et, nuptias ... ut maturem. CIC. Phil. 2, 46 patri -si, ut aes alienum fili dissolveret. orat. 100 off. 2, 82 Att. 10, 1, 3. 14, 15, 3 fam. 13, 4, 2 BRVT. Cic. ad Brut. 19, 2. 24, 3 TIRO Gell. 10, 1, 7. CAES. Gall. 1, 6, 3 (*opp.* vi coacturos). 3, 18, 2 magnis praemiis pollicitationibusque. civ. 3, 86, 3. *al.* BELL. Afr. 87, 7 quibus cum Cato -ere nulla ratione quiret, ut secum oppidum defenderent. Alex. 60, 3 SALL. Iug. 32, 1. NEP. Eum. 2, 4 pollicitationibus. *al.* LIV. 37, 6, 5 *Africanus* iusserat ... Athenienses non Romanis solum, ut pacem bello praeferrent, sed etiam Aetolis -ere. *al.* SEN. suas. 6, 12 PETRON. 101, 8. PROC. dig. 4, 3, 31 cum quis -erit familiae meae, ut de possessione decedat. PLIN. epist. 7, 28, 3 mihi numquam -**bunt**, ut meos amari a me nimium putem. APVL. met. 7, 4, 5. VET. LAT. Marc. 15, 11 (cod. 1. *al.*) sacerdotes ... -erunt populo, ut magis agerent: 'Barabban dimitte nobis' (*gr. ἀνέσεισαν, cod. 5. 14* suaserunt, *cod. 11 et Vulg.* concitaverunt). CYPR. epist. 59, 15, 3 vix plebi -o, immo extorqueo. *al.* *in struct. refl.*: CIC. fam. 13, 1, 2 si tibi, ut id lubenter facias, ante -eris. 13, 1, 6 QVINT. inst. 1, 12, 18. CASSIOD. hist. 3, 6, 10 *Constantius* non ... sibimet -sit, ut eos, *sc. Arium et Euzonium,* in *ecclesia* ... susciperet (*Sozom. 2, 27, 12 οὐ μὴν ἑαυτῷ ἐπέτρεψεν*). Ⓘⓘ *pass. impers.*: PLAVT. Truc. 637 quantillo mi opere nunc -eri potest, ut *eqs.* CIC. Q. Rosc. 51 si iam -sum erat Cluvio, ut mentiretur. de orat. 1, 204 quibus ... id -sum esset, ut nihil mallent esse se quam bonos viros. Att. 7, 9, 2 cum sit necesse ... -eri Caesari, ut tradat provinciam (*sim.* 7, 9, 3). fam. 12, 10, 2 litteris tuis (*sc. Cassi*) ... ita -sum erat civitati, ut illum *Dolabellam* iam oppressum omnes arbitrarentur. CAES. Gall. 5, 55, 2 neque ... ulli civitati Germanorum -eri potuit, ut Rhenum transiret. *al.* LIV. 24, 49, 4 facile -sum *regi cuidam* ..., ut mitteret exercitum. SEN. contr. 7, 1, 14 VELL. 2, 85, 5. SEN. nat. 5, 4, 2 illud ... nec ut credam mihi -eri potest nec ut taceam. epist. 53, 1 quid non potest mihi -eri, cui -sum est, ut navigarem? GAIVS dig. 11, 3, 15 si -atur ei *servo,* ut dominum contemneret. *al.*

β *per acc.* (*subi. formae pass.*): PETRON. 46, 2 aliqua die te -am, ut ad villam venias? 62, 2 hospitem ..., ut mecum ... veniat. VET. LAT. Matth. 27, 20 (cod. 13) -erunt populum, ut peterent Barabban *eqs.* (cod. 3. *al. et* VVLG. *c. dat.*). FILASTR. 115, 8 Adam -sus a diabolo, ut manducaret. OROS. apol. 17, 13 (*spectat ad Luc. 12, 35*) ipsi -emur, ut praeparatae in operibus bonis sint lucernae ... in manibus nostris. PASCHAS. verba patr. 12, 1. EVTR. VAL. epist. 1 l. 192 si gastrimargia te -et, ut relaxes *eqs.* *al.*

b *intellegitur fere e contextu, quis perducatur* (*pass. non nisi* CYPR.): PLAVT. Bacch. 964 (*loco interpol.*) *Vlixes* -sit, *sc. Hecubae,* se ut amitteret. CIC. Cluent. 126 -si, ut scribam iurati legerent *quendam.* Att. 7, 1, 2. SALL. Iug. 46, 4 multa pollicendo. HOR. epist. 1, 7, 81 *patronus* -et, uti mercetur agellum *cliens.* LIV. 24, 3, 14. 38, 18, 3 SEN. benef. 3, 15, 1 QVINT. decl. 352, 3. CYPR. epist. 81, 1 cum ... -sum esset, ut de hortis nostris ... secederem. OPTAT. 6, 1 p. 143, 11 ut ... removerent *altaria,* ex parte verecundia -sit (iussit *var. l.*). CASSIOD. var. 3, 39, 1 aequitatis ratio. *al.*

2 *c.* ne (quominus *l. 72*): PLAVT. Merc. 331 *v. supra l. 22.* CIC. fam. 7, 6, 1 quibus *matronis* illa *Medea* ... -sit, ne sibi vitio illae verterent, quod *eqs.* (*v. ad l. Skutsch, Studia Enniana, 1968, 168*). BELL. Afr. 28, 3 SALL. Iug. 32, 5. SEN. dial. 4, 2, 1 quorum *motuum corporis* quia nihil in nostra potestate est, nulla, quominus fiant, ratio -et. 7, 26, 4 nihil magis ... -si mihi quam, ne ad opiniones vestras actum vitae meae flecterem. *al.* PETRON. 81, 5 qui *Giton,* ne vir esset, a matre -sus est. PS. QVINT. decl. 10, 13 ne crederem morti. FRONTIN. strat. 3, 15, 4. VET. LAT. act. 14, 17 (cod. 55)

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⟨vix persu⟩aserunt, ne immolarent sibi illi homines (*gr. κατέπαυσαν, cod. 50 et Vulg.* sedaverunt). VLP. dig. 43, 30, 1, 5 ut patri -atur, ne acerbe patriam potestatem exerceat. FVLG. myth. 3, 6 p. 69, 14 quam *animam* -et, ne *eqs. al.*

3 *c. coni. nudo*: LVCIL. 675 mihi quidem non -etur, ⌊pulices⌋ mutem meos (⌊ ⌋ *v. app. crit. et e. g. Christes, Der frühe Lucilius, 1971, 34 sq.*). HEMINA hist. 9 his -etur, ilico manerent. SALL. Iug. 35, 2 *Numidae cuidam consul* -et, ... regnum Numidiae ab senatu petat. TIB. 1, 9, 69 ista *mariti* ⌊haec⌋ -et facies, auroque lacertos vinciat *uxor* et Tyrio prodeat apta sinu (⌊ ⌋ *n. pl., ad antecedentia referimus, v. etiam comm. Murgatroyd, 1980, 273*). FRONTIN. strat. 3, 3, 3. APVL. met. 9, 25, 5 uxorem eius tacite suasi ac denique -si, secederet paululum.

B *per inf.*: **1** *solum* (*inf. pass. impers. l. 16. 35*): **a** *intellegitur fere e contextu, quis perducatur* (*pass. impers.* PLAVT.): PLAVT. Bacch. 1016 -sumst facere quoius me nunc facti pudet. PLIN. nat. 29, 10 Charmis *medicus* ... frigidā ... etiam hibernis algoribus lavari -sit (*'an* praecepit*?' Mayhoff*). TAC. Germ. 14, 3 nec arare terram aut expectare annum tam facile -eris quam vocare hostem *eqs.* TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290, 11 *libri innovandi* occasio aliquid adicere -sit. CYPR. epist. 59, 20, 2 sollicitudo nostra ... scribere ad vos ista -sit. PANEG. 8, 15, 3 quae alia ratio -sit nullum praesidium fugae reservare? CONC.^{S} I 2 p. 46, 9 desistere a vanis ... dogmatibus (*gr. I 1, 1 p. 33, 24 συμβουλεύοντες, aliae vers. IV I p. 160, 21* adhortantes, *Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 236, 28* consilium dantes, ut). CASSIOD. var. 5, 14, 1 iustitiae ratio -et excedentes reprimere. *al., nota* Ps. AVG. serm. ed. Mai 49, 1 -sum habet ⌊ac tenet⌋ (⌊ ⌋ hactenus *var. l.*) error *quidam* ... religionem ... superstitionibus fingere (*cf. p. 1765, 52; vix ad* 2. persuasus).

b *indicatur, quis perducatur*: **α** *per dat.* (*rei* PALLAD.; *iuxta formas act. praeter* CIC.): CIC. Phil. 13, 35 an corrupti sunt, quibus -sum sit foedissimum hostem ... bello persequi? NEP. Dion 3, 3. VERG. georg. 2, 315 *non* tibi ... quisquam -at auctor tellurem Borea rigidam spirante movere. SEN. dial. 10, 13, 4 quaerentibus ..., quis Romanis primus -erit navem conscendere. SIL. 7, 336. MART. 3, 85, 1 quis tibi -sit nares abscidere moecho? APVL. met. 10, 4, 4. PALLAD. ins. 119 -et moris tetrum variare colorem ficus *insita.* EVAGR. GALL. alterc. p. 20, 10 quomodo ... mihi credere -es? CONC.^{S} I 2 p. 78, 27 *in episcopi domo* inventis clericis -simus nuntiari, quia oporteret nos conloqui *ei* (*gr. I 1, 3 p. 19, 28 παρῃνέσαμεν, Rustic. Conc.^{S} I 3 p. 103, 15* ammonuimus [monuimus *vers. Tur.*]). *al.* *in struct. refl.*: Ps. SEN. extr. voc. 197 qui sibi -sit aequo animo pati *omnia.* VITA Anton. 18 p. 33, 20. CONC.^{S} II 2, 1 p. 16, 30 de eius *dei* natura disputare mihi non -bam (*gr. II 1, 1 p. 143, 2 ἐπέτρεπον, alia vers. II 3, 1 p. 126, 4* permittebam). *al.* **β** *per subi. formae pass.*: *part. perf.*: PROP. 4, 1, 146 *non* te signata iuvabunt limina: *puellae* -sae fallere rima sat est. VAL. MAX. 3, 8, 1. 5, 9, 4 *uxoris* iure iurando nil tale (*sc. filium suppositum*) suspicari -sus. IVST. 2, 11, 14 nihil erat difficile -ere -sis mori. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 14 *aeger* iussus vel oscitatione -sus inspectioni linguam exserere. *al.* *formae finitae*: FEST. p. 302 *sunt,* qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari, quod quasi -etur in alium ex albo transire. **γ** *per acc.* (*pauca probabiliora, quae vix ad 2 pertinent*): PRISCILL. tract. 7, 112 nos ita deo Christo servire -dit, ut *eqs.* PASS. Theclae Ca 15 p. 39, 7 multos -sit Christianos fieri (rec. Bc turbam ... -sit [*sim.* Cb *et* Cc]; *gr. συνεπείσθησαν*). FVLG. myth. 2, 2 *Hercules* amavit Onfalem, quae eum -sit ... rotare *fusum.* HIER. in Eph. prol. p. 439^{A} quod in hac vita sapientem virum teneat et inter ... turbines mundi aequo animo manere -at.

2 *acc. c. inf.* (*cf. Iaγ*; *Skutsch, The Annals of Q. Ennius, 1985, 757 huc trahit* ENN. frg. inc. 4 quis te -sit): **a** *c. inf. pass.* (*saepe* fieri, *sed arcuimus l. 50; praeparatur per pron. demonstr. l. 65*): *-ent res*: SEN. clem. 1, 12, 1 quotiens id fieri (*sc. occidere*) publica utilitas -et. PLIN. nat. 11, 42 relinqui ex ea *mellatione* duas partes apibus ratio -et (EDICT. imp. Diocl. praef. 12 L. communis humanitatis. COD. Theod. 8, 18, 4 aequitatis [12, 5, 1]. CASSIOD. var. 3, 8, 1). COD. Theod. 12, 4, 1 in quibus *civitatibus* consuetudo ... vel pacta ... vel alia necessitas ampliorem summam exigi -et (NOVELL. Theod. 2, 1. Valent. 34, 5 cui magis consuli iusta n. -et). NOVELL. Valent. 33 l. 19 quam *venditionem* praedicta fames de ingenuis fieri -sit. CASSIOD. inst. 1, 16, 2 elemosinas creberrime fieri -et *sancta scriptura.* COD. Iust. 7, 62, 6, 2 cum id iustitia ipsa -at ab eo haec recognosci. *-ent homines*: GELL. 4, 5, 4 quod cum ita fieri -issent. FIRM. err. 24, 1 bonum animum gerere socios ... -et *sacerdos.* ARNOB. IVN. ad Greg. 20 p. 429, 27 vestiri pauperem nemo mandavit, cohiberi libidinem nemo -sit. ALEX. TRALL. 2, 64 qu(a)e *adiutoria* ... -o adhiberi (*gr. II 385 συμβουλεύω*). EVGIPP. Sev. 11, 2 ieiunium triduanum ... indici (*seq.* praecepit). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 189, 6 ut -ret ... Alexandrum adunari Antiocheno. **b** *c. inf. act.*: IVL. VAL. 2, 5 cum ... suaseris et merito olim constanterque -eris arma nos sumere adversum Persas. COD. Theod. 8, 5, 16 pr. quotiens eos *rusticos* commeare per provinciam necessitas publica -erit. PELAG. in II Thess. 2, 4 p. 444, 6 quae res, *sc. actio Antichristi,* Iudaeos eum pro Christo suscipere -bit (*inde* Ps. HIER. doctr. p. 120). RVFIN. hist. 2, 11, 2 *magus quidam* -et populi magnitudinem ... urbes excedere *eqs.*

C *per obi. acc.* (*quod audacius indicat, quo quis utatur vel quid quis accipiat l. 22. 28. 32, quid alicui eliciatur l. 27; accedit dat. e. g. l. 13. 19. 25; accedit gerund. praedic.*: AVG. epist. 255 quae *vita aeterna* tibi nondum credenda -sa est. vera relig. 20): **1** *pron. neutr.* (*supplendum ex enunt. relat. e. g. l. 17*): RHET. Her. 3, 3, 4 id, quod velimus, exemplo allato -ere possumus (*antea*: cohortabimur, suadebimus). CIC. inv. 1, 3 nisi homines ea, quae ratione invenissent, eloquentia -ere potuissent. Phil. 2, 24 duo ... tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim; ... quorum si utrumvis -issem, in has miserias numquam incidissemus. Brut. 53. rep. 1, 3 qui id cogit omnis imperio legumque poena, quod vix paucis -ere oratione philosophi possunt. leg. 2, 14 (*opp.* vi ac minis cogere). CAEL. Cic. Att. 10, 9^{a}, 3 (= fam. 8, 16, 3) quod si totum tibi -ere non possum (*nisi ad caput alterum*). CAES. Gall. 1, 2, 3. TIB. 1, 9, 69 haec (*v. p. 1761, 9*). OV. epist. 17, 185 quod male -es, utinam bene cogere posses. 19, 187 cupio non -ere, quod hortor, sisque ... monitis fortior ... meis. LIV. 42, 39, 6. *al.* **2** *subst. vel adi. pro subst.*: SEN. contr. 3 praef. 5 numquam ... haec felicitas illi *oratori* -sit neglegentiam. SEN. epist. 25, 5 omnia nobis mala solitudo -et. PLIN. nat. 8, 55 nihil non -surus vir tam artificis ingenii videbatur. QVINT. inst. 1, 6, 42 nec 'parricidatum', quod in Caelio vix tolerabile videtur, nec 'collos' mihi Calvus -erit. APVL. met. 4, 11, 6 cum ... nulli nostrum spontale ⌊parricidium⌋ suadens -ere posset (⌊ ⌋ *si quidem ἀπὸ κοινοῦ*). PAVL. sent. 5, 4, 14 puero praetextato stuprum aliudve flagitium. CYPR. epist. 59, 15, 3 patientiam fratribus nostris. Ps. AVR. VICT. epit. 21, 4 *ut more Alexandri* incedens fidem vultus simillimi -ret sibi. ZENO 1, 43, 4 *non* dolor patri (*sc. Abrahae*) lacrimas -sit, sed exsultat. SCHOL. Cic. Bob. p. 125, 18 quod ... rogationem suam non aequitate -erit, sed armis optinuerit. VEG. mil. 3, 4, 9 si *supplicium* ... necessitas extrema -erit. AMBR. myst. 6, 32 *hominem* subplantavit serpens et -sit errorem. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 144 p. 606 nemini eorum, qui in templum confugerant, pacem -ere poterat. AVG. civ. 10, 16 p. 427, 12 falsam religionem. conf. 3, 4, 7 *Ciceronis liber, qui Hortensius inscribitur, non* mihi locutionem, sed quod loquebatur -erat. spir. et litt. 14, 23 illos, quibus circumcisio -batur. util. cred. 13, 29 ut accedentibus ad religionem fides -atur ante omnia. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 150 omni parti ... corporis ... fluentia faciat cohiberi miti densitate -sā, *sc. aëre adducto.* 4, 3, 29 *medicamentum* perseverationem sui -ens. *al.*

D *per praepos.*: ad: TERT. resurr. 21, 3 quando spes resurrectionis ... neminem ad huiusmodi praesertim religionem ... -ret. VLP. dig. 47, 2, 50, 3 qui -et et impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum (*item c. gerund.*: RVFIN. Adamant. 3, 2 *serpens* Evam ad praevaricandum. CAES. AREL. serm. 40, 2 ad idola colenda. *al.*). EVSEB. VERC. epist. 2, 3, 1 ad quam *infidelitatem* nos -ere non poterant *haeretici.* HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 197, 23 *angelum* bonum, qui ad optima quaeque -at (*opp.* ad perversa exhortatur). OROS. hist. 2, 10, 2 (*iuxta*: admonens). *al.* de: TERT. adv. Val. 9, 4 Sophia ... -sa ⌊⟨de⟩ declinata⌋ (⌊ ⌋ de inclinata *vel* declinata *codd.*) investigatione patris conquievit. RVFIN. hist. 4, 17, 2 *mulier e turpi* pudica effecta viro quoque de pudicitia -bat. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 189, 29 *alicui* de communione ... ineunda ⟨-ere⟩. *alias*: VITA Anton. 90 p. 89, 17 et laicis ... -bat ab hac consuetudine, et mulieres corripiebat, ne hoc agant (*gr. ἐνέτρεπε*). FILASTR. 108, 6 *Iudaeis* -sit contra dominum. OROS. hist. 1, 11, 1 indigne -sis in facinus Argivis (CONC.^{S} IV 2 p. 102, 41).

II *non indicatur, ad quam actionem quis perducatur* (*dubitanter inseruimus frg. l. 61 sq. p. 1763, 10. 12*): **A** *intellegitur fere e contextu, quis perducatur*: PLAVT. Epid. 362 *pater* adornat, ... ut maritus fias. :: uno -bit modo, si *eqs.* Mil. 1119 cognatos -ere, amicos cogere (*sc. ut uxorem ducam*). Rud. 57 (*antea*: infit ... suadere, ut secum ... eat). TER. Ad. 360 credo abductum *filium* in ganeum aliquo: -sit ille impurus. 470 (*466 sq.* virginem vitiavit) -sit nox amor vinum adulescentia. LVCIL. 758 (*sunt, qui ad caput alterum trahant*). Acc. trag. 349 -sit maeror anxitudo error dolor. CIC. S. Rosc. 74 quo modo -sit (*sc. sicariis*)? 'pretium dedit'. fam. 1, 9, 18 cum *Plato* ... eum *populum Atheniensem* nec -endo nec cogendo regi [posse] vidisset, cum -eri posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. CAES. Gall. 7, 20, 3 quod castra movisset, factum ... ipsis hortantibus; quod propius Romanos accessisset, -sum loci opportunitate. NEP. Att. 4, 2 ⌊qui⌋ *Sulla* cum -ere tentaret, *sc. Attico ut secum Romam veniret* (⌊ ⌋ cui *var. l.*). OV. ars 1, 371 -entia verba addat *ancilla.* epist. 21, 131 cogere cur potius quam -ere volebas, si poteram audita condicione capi? LIV. 32, 36, 2 *v. p. 1763, 33.* SEN. epist. 94, 37 illae *leges* non -ent, quia minantur, at haec *praecepta* non cogunt, sed exorant. STAT. silv. 3 praef. qui *sermo* -ere malit quam placere. VLP. dig. 11, 3, 1, 3 -ere *τῶν μέσων ἐστίν,* nam et bonum consilium quis dando potest suadere et malum. Ps. HIL. libell. 6 p. 78, 8 *filius dei* docebat ut magister, -bat ut frater, efficiebat ut deus, *eqs.* PRISCILL. tract. 10,

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

136 hinc fides Christi, inde saeculi perfidia -sit. CLAVD. DON. Aen. 2, 670 p. 239, 3 *vox* ad -endum vehementissime accommodata. PRVD. ham. 712 -sit ... hortatu, non impulit acri imperio *serpens.* AVG. civ. 3, 16 p. 119, 23 modesto iure gestam rem publicam metu premente, non -ente iustitia. REG. eccl. Carth. l. 1132 *congreganda est synodus* in ea provincia, ubi opportunitas -erit. Ps. ORIG. in Iob 2 p. 476[A] uxor *Iob* os ad -endum aperire properavit. *al.*

B *indicatur, quis perducatur:* **1** *per dat. iuxta formas:* **a** *act.:* TER. Haut. 363 hoc demiror, qui tam facile potueris -ere illi *meretrici tam superbae.* COM. pall. inc. 64 -sit animo vinum, deus qui multo est maximus. QVADRIG. hist. 15 ⌞-ent i⌟ cuidam adulescenti (-enti *trad.*). GANN. Paul. Fest. p. 369 mulieri non astutae facile veterator -sit. CIC. Phil. 2, 27 an C. Trebonio ego -si? cui ne suadere quidem ausus essem. MARCELL. Cic. fam. 4, 11, 1 *frater* non prius mihi -ere potuit, quam tuis est effectum litteris, ⌞ut uterer vestro ... consilio⌟ (⌞ ⌟ *nisi ἀπὸ κοινοῦ, ut locum ad p. 1760, 20 trahas*). CAES. Gall. 1, 9, 2 qua *via* Sequanis invitis ... ire non poterant *Helvetii*; his cum sua sponte -ere non possent, *eqs.* 5, 38, 4 oratione Nerviis (*antea*: hortatur ..., ne). SALL. Iug. 61, 5 LIV. 1, 34, 7. 22, 22, 15. SEN. epist. 70, 10 non -sit illi (*sc. ne manum sibi afferret*). QVINT. inst. 9, 3, 55. VLP. dig. 47, 2, 36, 3 si duo servi invicem sibi -erunt et ... aufugerunt. VET. LAT. gen. 3, 13 (Lucif. Athan. 1, 1 l. 22. *al.*) serpens -sit mihi, et manducavi (*gr. ἠπάτησέν με, Vulg.* decepit). II Macc. 4, 45 (rec. P) Menelaus pollicitus est multas pecunias *Ptolomeo* ... se daturum, ut -ret regi (*recc. L, X, V* ad suadendum, *rec. B* ut vinceret). Luc. 16, 30 (cod. 4. *al.*) si quis ex mortuis resurrexerit, -bit illis (*gr. μετανοήσουσιν, cod. 3. al. et Vulg.* paenitentiam agent). PASS. Macc. 12, 10 (*antea*: 'da consilium parvulo et mentem rigidam ad prosperiora converte') promisit se -suram filio. RVFIN. hist. 5, 1, 63 nova nescio qua -ente sibi superstitione laeti se tormentis ... subiciunt *Christiani. al.* **b** *pass. impers.:* TER. Phorm. 135 -sumst homini (*A,* -sit *codd. cet.*). CIC. Verr. II 4, 11 si magnitudine pecuniae -sum est ⌞ei⌟ (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). Att. 6, 3, 2 -eri ei non posse arbitror (*sim.* 8, 9[a], 2). LIV. 1, 52, 4 haud difficulter -sum *est* Latinis. 32, 36, 2 aut -surum se aut -eri sibi passurum. *al.*

2 *per subi. formae pass.: part. perf.:* BELL. Afr. 55, 1 *perfugarum* auctoritate facile adducti Caesarisque nomine -si a rege Iuba desciscunt *Gaetuli.* PHAEDR. 1, 8, 7 tandem -sa est iure iurando gruis, *sc. ut lupum adiuvaret.* 3, 5, 8 -sus ille fecit, quod monitus fuit. PLIN. nat. 10, 66 *coturnices* remeantes comitatum sollicitant, abeuntque unā -sae *aliae aves.* HYG. astr. 2, 18, 2 ab Aeolo ... -sam concepisse *Thetin.* VET. LAT. act. 12, 20 (cod. 50. *al.* = VVLG.) -so Blasto, qui erat super cubiculum regis *Herodis,* postulabant pacem (*cod. 5* cum suasissent). TYCON. reg. 3 p. 25, 7 *homo carnalis* non furtum odit, sed poenam metuit; furetur autem necesse est -sus et victus. SCHOL. Hor. carm. 3, 3, 25 quam *Helenam* Alexander pulchritudine sua et ornatu -sam rapuit. VVLG. act. 14, 18 *Iudaei quidam* -sis turbis lapidantesque Paulum traxerunt extra civitatem. DIDASC. apost. 24, 14 quoniam non es[t] -sus nec credidisti salvatori deo nostro, ut faceres, sicut ille fecit *eqs.* (*nisi ad p. 1760, 53*). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 27 *curatione quadam* consensu -sae altiores in corpore materiae ad exteriora concurrunt. *al.* *formae finitae*: VET. LAT. Luc. 16, 31 (cod. 2) si Moysen et profetas non audiunt, neque, si qui abierit a mortuis, -buntur (*cod. 3. al. et Vulg.* credent). CAEL. AVR. chron. 3, 8, 110 quod alii -antur atque cogantur, alii neque suaderi neque cogi posse probentur.

3 *per acc. iuxta formas act.:* VET. LAT. Iudith 10, 19 (cod. 131. *al.*) non est bonum derelinquere viros, ne ... possent -ere totam terram (*gr. καταισοφίσασθαι, cod. 62* suadere, *130* invadere, *Vulg. aliter*). II Macc. 4, 46 (recc. L, X) in quoddam conseptum ... regem excepit et -sit (*gr. μετέθηκε, recc. B, P* transtulit, *V* a sententia deduxit). MAR. VICTORIN. in Gal. 1, 10 -ere ... non homines volo, sed deum Christum (*c. altero obi. vergit per zeugma quoddam ad notionem q. e. conciliare*). PS. AMBR. act. Seb. 21, 79 non solum ipse Christianus crudelis est, verum etiam multos -et et decipit ac docet omnes deos daemones esse. Ps. ORIG. in Iob 2 p. 476[A] eum *Hiob* seducam atque fraudulenter -am. CONC.[S] II 5 p. 144, 27 illud ... malitiam refrenat, hoc autem bonos -dit (*Migne gr. 37, 144[A] χρηστοὺς εἶναι πείθει*). CORIPP. Ioh. 5, 444 ceu duo ... leones, -et quos dira fames. *al.*

CAPVT ALTERVM: *i. q. alicui fidem rei alicuius facere, ut ei credat vel eam veram esse existimet* (*exempla ut* alicui -o, ut credat, putet *sim. vel* alicui -o fidem *sim. in capite priore attulimus, quo et dubia relegavimus, v. e. g. p. 1760, 33. 45. 1762, 26*). *minus valet quam* cogere *p. 1767, 59 sq.,* imponere SEN. epist. 82, 20; *disting.* (e)docere: QVINT. inst. 2, 15, 18 *Socrates Gorgiae* -endi, non docendi concedit facultatem. APVL. Plat. 2, 8 p. 231. TERT. adv. Val. 1, 4 prius -ant quam edoceant *eqs.* (*sed variat c.* (e)docere *p. 1767, 42.* AVG. bapt. 6, 22, 39; *vergit ad notionem docendi, probabiliter monstrandi e. g. p. 1765, 16. 24. 1767, 3 sq.*). *alias distinctiones v. p. 1765, 32. 1766, 3.* *struct. refl.* sibi -ere (*v. p. 1764, 2*) *significat i. q. existimare, arbitrari sim., pass. i. q. credere e. g. p. 1766, 35. 1767, 30.* *-ent fere animantia, raro res, e. g. l. 42. p. 1765, 17 sqq. 1766, 30 sqq. 38. 1767, 63, 67 et sub IF.* *accedit passim dat. personae (saepius refl.* sibi -ere, *v. l. 21. 23. 44 sqq. p. 1765, 52. 66. 1767. 35 nec non hic illic sub IC et ID1), sed invenitur usus transit. in formis pass. p. 1765, 39 sq. 1766, 35. 63. 1767, 10. 17. 24 sqq.* (*adde p. 1768, 5; accedit* ab *p. 1767, 25. 30* [*cf. p. 1765, 67. 1766, 16 sq. et* MART. CAP. 8, 858]), *act. p. 1766, 69. 70. 1767, 18 (falso trad. infra l. 30); persona non indicatur maxime sub IIB, ceterum e. g. p. 1765, 71. 1766, 10 sqq. 38.*

I *indicatur, cuius rei quis fidem faciat:* **A** *per acc. c. inf.* (*acc. c. inf. gerund. e. g. l. 35. p. 1765, 2. 7. 27; antecedunt adminicula praeparantia l. 31 sqq. 46 sqq. 68 sqq. 74 sq. p. 1765, 45 sqq. al.*). *praemonenda de struct. mancis: deest copula e. g. l. 33. 41. p. 1765, 15. 23. 35.* *deest acc.:* BRVT. Cic. ad Brut. 25, 6 te *Atticum* nisi tantum amarem, quantum Ciceroni -sum est ⌞diligi⌟ ab Octavio, *eqs.* (⌞ ⌟ diligi se *var. l.*). VET. LAT. sap. 17, 2 -sum habent iniqui posse ⌞dominari⌟ nationi sanctae (⌞ ⌟ *nisi pass. impers.; gr. ὑπειληφότες c. inf.*). *deest acc. et copula*: LIV. 33, 32, 3 vix cuiquam -batur Graecia omni cessuros, *sc. esse Romanos.* FRONTIN. strat. 1, 11, 18 ut -ret contemnendos, *sc. esse quosdam milites.* AVG. epist. 137, 9 quod *Christus* in somnos solvitur ..., hominem -et hominibus, *sc. eum fuisse.* *pendet inf. locutionis impers.* (*cf. p. 1765, 62 sqq.*): CIC. Att. 1, 17, 2 confidebam ac mihi -eram fore, ut *eqs.* (TAC. hist. 1, 22, 2. *cf.* FRONTIN. strat. 3, 6, 6 [*antea struct. integra*] futurum, ut). BRVT. Cic. ad Brut. 3, 6 ut tibi -as non fore illi abutendum gloria tua. AVG. c. acad. 3, 11, 26 l. 57 ut ita tibi apparere -as. civ. 7, 1 p. 273, 12 non perveniri ad *aeternam vitam.* ROMVL. fab. 58, 2 (rec. gall., *sim.* rec. W) melius esse, ut. CONC.[S] I 5 p. 334, 29 oportere. *al.*

1 *iuxta formas act.:* **a** *indicatur, cui quis fidem faciat, per dat.:* α *quemlibet*: CIC. inv. 2, 129 accusatores iudicibus -ere affinem esse alicuius culpae eum, qui accusaretur. Tull. 39 ut ... ⌞reciperatoribus⌟ -res non esse iniuria M. Tullio damnum datum (⌞ ⌟ reciperatores *cod.*). Verr. II 3, 91 cum ... hoc nemini -ere possis te tam amentem fuisse, ut *eqs.* (*item antecedit pron. demonstr.*: Cluent. 30 SEN. epist. 66, 18 PLIN. epist. 1, 10, 11). de orat. 3, 82. Tusc. 1, 103 (*loq. Socrates*) Critoni ... non -si me hinc avolaturum *post mortem.* Att. 5, 11, 3 fam. 7, 2, 3. *al.* ANTON. Cic. Att. 14, 13[a], 3 ad hanc opinionem ... dirigere puerum et tenero animo eius -ere non esse tradendas posteris inimicitias. CAEL. Cic. fam. 8, 7, 2. CASS. Cic. fam. 15, 19, 2 difficile est ... -ere hominibus *τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν* esse. CATO Cic. fam. 15, 5, 3 NEP. Dat. 10, 3 Eum. 3, 5 LIV. 23, 29, 7. *al.* SEN. contr. 7, 2, 4 CELS. 1 prooem. 71. SEN. epist. 36, 2 non est, quod tibi isti -ant eum esse felicem, qui a multis obsidetur. *al.* CVRT. 9, 7, 5 Bito ... insidiatum sibi Athenodorum plerisque -erat. PLIN. nat. 8, 117. QVINT. inst. 2, 16, 8 *nonne saepe oratio* tot pugnandi pericula ineuntibus laudem vita potiorem esse -et? *al.*

β *pron. refl.* (*iuxta ponuntur* existimo, puto *sim. e. g. l. 52. 54. 69. 70*): Ⓘ *iuxta stirpem praesentis* (*sc. saepe in forma* tibi -e, -as [velim]): Ⓐ *acc. c. inf. praeparatur per:* *pron. demonstr.*: CIC. de orat. 3, 83 hoc tibi ... primum -as velim me non multo secus facere. Att. 2, 22, 5 unum illud tibi -as velim omnia mihi fore explicata, si te videro. *al.* (fam.). PLANC. Cic. fam. 10, 4, 3 hoc unum. CAES. Gall. 5, 29, 5 HOR. sat. 1, 6, 8. LIV. 3, 21, 7 ut ... de me hoc tibi -as me ita accepturum, ut *eqs. al.* *adv.* sic, ita: CIC. Verr. II 3, 26 sic mihi -o ... hoc vobis falsum videri. Caecin. 6. Mur. 7 sic existimo, sic mihi -o me tibi ... tantum debuisse. fam. 1, 8, 6 tu velim tibi ita -as nullam *tuarum* rem esse ..., quae mihi non carior sit quam meae res omnes. 5, 8, 3 de me sic existimes ac tibi -as ... velim. 6, 20, 3 ut te saepe ... hortatus sum, ita velim tibi -as. 12, 6, 2 tu velim sic existimes tibique -as. *al.* (*sc. 13[ies] in* fam.). ANTON. Cic. Att. 10, 8[a], 1 sic ... volo te tibi -ere mihi neminem esse cariorem te. Ⓑ *cetera exempla*: CIC. Marcell. 2 nec mihi -ere poteram nec fas esse ducebam versari me *eqs.* nat. deor. 2, 93. 3, 19 a te ... quaeram, quibus rationibus tibi -as deos esse. off. 3, 121 vale ..., mi Cicero, tibique -e esse te quidem mihi carissimum. Att. 1, 5, 8. 12, 18[a], 2. fam. 12, 30, 3 tu tibi ... fac ut -as. *al.* (*sc. septies in* fam.). ad Brut. 22, 2 BRVT. Cic. ad Brut. 25, 6 PLANC. Cic. fam. 10, 4, 2. 10, 24, 8. SEN. epist. 69, 6 tibi ipse -e. *al.* PETRON. 4, 3 (*suppl.*). QVINT. decl. 310, 11 -ere tibi ipse non potuisti esse te nocentem. PLIN. epist. 7, 17, 15 APVL. Plat. 2, 20 p. 249. ARNOB. nat. 7, 19 p. 364, 23 an ipse apud se credat sibique ipse -at. AVSON. app. A 6 Od. 23 (467 S.), 4. *al.*

Ⓘ *iuxta stirpem perf.:* CIC. Vatin. 38 quod ita tibi -eris ... te *amore Caesaris* ... omnia ... consecuturum (nat. deor. 3, 5 *quiddam* putavi mihique ita -si *eqs.* fam. 4, 3, 4. 13, 10, 1. *cf.* Cato 78 sic -si mihi, sic sentio). ac. 2, 115 qui *adrogantes* sibi -erint scire se solos omnia. fam. 13, 7, 3 confido mihique -si. *al.* CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 6 unum tibi si -eris non hoc esse tui muneris, *ut eqs.* CELS. 2, 10, 1 *quiddam* iudicabant -erantque sibi *eqs.* SEN. epist. 44, 3 si hoc protinus tibi ipse -eris a nullo te ... superari (QVINT. decl. 334, 1). *al.* QVINT. decl. 309, 5. AVG. c. acad. 2, 9, 23 nisi ...

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prius tam mihi -ero verum posse inveniri, quam sibi illi non posse -erunt. 3, 16, 35 l. 21 non ... faciendum esse adulterium pro vero sibi -sit. *al.*

b *intellegitur fere e contextu, cui quis fidem faciat*: α *-ent homines* (*oppidum* Hor.): Cic. Verr. II 1, 21 ostendere ac -ere hominem nocentem adductum esse. de orat. 1, 93. Tusc. 1, 40 -ent ... mathematici terram ... ad universi caeli complexum quasi puncti instar optinere. 4, 65 nihil earum rerum, quae perturbent animum, aut in bonis aut in malis esse habendum. *al.* Q. Cic. pet. 45. Caes. Gall. 6, 14, 5 in primis hoc volunt -ere non interire animas. Nep. Them. 2, 7. Hor. sat. 1, 5, 100 *Gnatia* flamma sine tura liquescere limine sacro -ere cupit. Sen. contr. 2, 5, 19. Vell. 2, 118, 3 opprimi posse Romanos et dicit et -et. Sen. benef. 7, 23, 1 epist. 82, 16. 87, 23. Plin. nat. 13, 125 tantum ... impudentiae est, ut venenum artis esse -ant *medici.* 29, 26 Qvint. inst. 6, 1, 35 Frontin. strat. 1, 11, 9. *al.* Svet. Aug. 89, 2. Ampel. 16, 5 (*de Pseudophilippo*) cum ex similitudine formae Philippi filium se -isset. Pallad. 11, 14, 3 quidam *resinam siccam* ... dolio inmergunt ... et vina diuretica sic fieri posse -ent. *al.* β *-ent res*: Lvcr. 5, 108 ratio potius quam res -at ipsa succidere horrisono posse omnia victa fragore (Scavr. gramm. VII 20, 6. Tert. apol. 35, 5 quo modo celebranda *sollemnia Caesarum* occasio voluptatis magis quam digna r. -sit [*rec. Φ,* quo more celebrari *rec. vulg.*]. *cf. p. 1766, 10*). Sen. epist. 71, 19 *sapientia* -bit unum bonum esse, quod honestum. Tert. anim. 17, 2 mendacium visui obicitur, ... quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam -at. Pelag. in I Cor. 4, 20 p. 150, 10 qui non faciat, quae facienda -et *doctrina.* Avg. civ. 20, 2 p. 407, 19 *nescimus, cur* contristetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuisse -et. 22, 6 p. 562, 29 quae *miracula* -erunt deum esse Christum. Vita Hil. Arel. 5 l. 1 iustitia -et nihil ... redemptori ... praeponendum. *al.*

2 *iuxta formas pass.*: **a** *stirpis praes.*: α *forma* '-etur mihi, -endum est mihi' (*dat. deest e. g. l. 31*): Cic. Tull. 43 *non putaverunt* posse hoc talibus viris -eri non iniuria factum *esse.* Verr. II 1, 105. part. 95 effici posse, quae suademus, erit -endum. nat. deor. 1, 61 hoc, quod primum est, esse deos -eri mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim. Att. 11, 17ª, 2. *al.* Q. Cic. pet. 5 ad eos *nobiles* adlegandum est -endumque est iis nos semper cum optimatibus de re publica sensisse. Caes. Gall. 1, 40, 3 sibi ... -eri ... eum neque suam neque populi Romani gratiam repudiaturum. Qvint. decl. 275, 6. Frontin. strat. 3, 5 tit. quemadmodum -atur obsidionem permansuram. Plin. paneg. 20, 4 -endum provinciis erat. *al.* β *forma* '-or': Tert. anim. 44, 3 ut deliquium solis aut lunae ... sane -rer divinitus factum. adv. Marc. 2, 27 p. 373, 3 non exigetis utique diutius -eri deum conformasse semetipsum humanitati.

b *part. perf.*: α *forma* '-sum est mihi' (*dat. deest e. g. l. 47*): Cic. Verr. II 3, 142 ecquis est iudex, cui non ... -sum sit istum in aratorum bona ... impetum fecisse? Pis. 98 mihi, cui semper ita -sum fuerit ... factis cuiusque fortunam ponderari (fam. 11, 12, 1 Liv. 2, 2, 7. 10, 28, 3 Plin. nat. 30, 17. *cf.* Nep. Alc. 6, 2 sic). leg. 2, 15 sit ... hoc ... -sum civibus dominos esse *eqs.* (*item antecedit pron. demonstr.*: Att. 10, 9, 1 Brvt. Cic. ad Brut. 24, 5 Qvint. inst. 10, 1, 24). off. 3, 85 satis -sum esse debet nihil esse utile, quod non honestum sit. Att. 5, 10, 2 -sum est omnibus meis serviendum esse famae meae. fam. 11, 21, 4. *al.* Brvt. Cic. fam. 11, 9, 2 mihi -sissimum est. Brvt. Cic. ad Brut. 3, 2 Cael. Cic. fam. 8, 14, 2. 8, 14, 4 Caes. Gall. 5, 31, 6 Liv. 5, 45, 1 Cvrt. 5, 11, 10 Plin. nat. 16, 172 Qvint. inst. 9, 4, 9. *al.* β *forma* -sum habeo (-sissimum *l. 58. 63; c. pron. refl. l. 56. 61; cf. p. 1766, 61. 67 et contextu manco* Pap. Lips. 44 II 15 [*saec. IV*] ut iu⟨sti⟩us -sum ⟨habe⟩an⟨t⟩; *ceterum* -sum tenere *p. 1766, 42* [*iuxta* habere *p. 1761, 25*]): Caes. Gall. 3, 2, 5 Romanos ... ea loca finitimae provinciae adiungere sibi -sum habebant *Galli.* Val. Max. 2, 6, 10 Colvm. 1, 1, 4. 4, 3, 3. 11, 1, 32 si ⌞-sum habuerit⌟ (-erit *var. l.*). Plin. nat. 23, 40. Svet. Nero 29 comperi -sissimum habuisse eum 'neminem hominem pudicum ... esse'. Arnob. nat. 7, 36 p. 390, 6. Ps. Ascon. Verr. p. 229, 24 (*ad Verr. II 1, 21* quis est ..., qui hoc non ex priore actione abstulerit? [*seq. acc. c. inf.*]) 'abstulerit': pro suo; habuerit -sum sibi. Prvd. c. Symm. 1, 211 Avg. rhet. 4 p. 139, 15. *pendet inf. locutionis impers.* (*cf. p. 1764, 20*): Colvm. 12, 1, 5 -sissimum habere debebit ... se morari oportere. Plin. epist. 1, 20, 9 posse fieri, ut. Tert. apol. 48, 1 ab animalibus abstinendum.

B *per obi. acc.*: **1** *pron. neutr.* (*fere sing.; accedit* ita *73. p. 1766, 1; struct. refl.* mihi -o *l. 75. p. 1766, 3. 5. al.; pauca selecta inde a* Qvint.): Cic. inv. 1, 23 *si* ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori -sum videtur. Q. Rosc. 4 *ut,* quod sibi probare non possit, id -ere alteri conetur. Verr. II 4, 106 hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis ita -sum est, ut *eqs.* Tusc. 3, 72 plures sunt causae suscipiendi doloris: primum illa opinio mali, quo viso atque -so aegritudo insequitur necessario (*sc. 'cum -sum est id malum esse'; de brevitate locutionis v. e. g. comm. Dougan-Henry, 1934, ad l.*). nat. deor. 1, 85 quod tibi ita -sum est. Att. 13, 38, 2 quod ipse tibi suaseris, idem mihi -sum putato. 14, 13ᵇ, 5 ego, quae *vis* ..., semper ... faciam: hoc velim tibi penitus -as. ad Brut. 6, 1 L. Clodius ... valde me amat; quod cum mihi ita -sum sit, non dubito ... quin *eqs. al.* Mat. Cic. fam. 11, 28, 1 Nep. Them. 5, 1 Liv. 38, 51, 3. Cels. 2, 33, 6 ut magis, quid quisque -erit sibi, appareat, quam quid evidenter compererit. Sen. epist. 71, 30 suadeo adhuc mihi ista ..., nondum -o; etiam si -issem *eqs.* 113, 31 hoc ... sibi quisque -at: me iustum esse gratis oportet. *al.* Petron. 98, 4 haec ... iam credenti. Plin. nat. 11, 5 id ... ratione. 37, 41 quod ... eum ... sperasse aliis -eri (-ere *var. l.*) posse quis non miretur? Qvint. inst. 12, 1, 11 (*antea*: id agere, ut iudici *proposita* ... vera et honesta videantur). Priscill. tract. 1, 27 quidquid *quaeque haeresis* ... -sit (*syn.* induxit, mentita est). Filastr. 151, 1 quod nec rerum natura suscipit nec virtus aut ratio -et. Avg. bapt. 6, 22, 39 quod ... antiquior consuetudo consilio posteriore firmata robustius -sit. *al.* *nota additamenta*: Clavd. Don. Aen. 1, 335 p. 70, 32 hoc ... pro vero -ere (*cf. p. 1765, 2*). Avg. c. acad. 3, 5, 11 l. 10 quod ... sibi ... probabiliter -erant (3, 20, 43 l. 2 de Academicis). **2** *subst. vel adi. pro subst.* (*rei praeter l. 27*): Sen. contr. 10 praef. 15 *Latro dicebat* multa se non -ere iudici, sed auferre. Tert. resurr. 18, 3 a quibus *testimoniis* ... -etur *resurrectio* (*cf.* Avg. civ. 22, 5 p. 559, 32 rem tam incredibilem, *sc. Christi resurrectionem,* tam efficaciter ... etiam doctis -ere *potuerunt apostoli*). Vet. Lat. IV Esdr. 7, 131 *erit* gaudium super eos, quibus -sa est salus. Mar. Victorin. in Gal. 1, 22 *Paulum* euangelium suum omnibus -isse. Pacian. epist. 1, 2, 5 nec veritas cuiquam -eri potuit, nisi *eqs.* Avg. civ. 8, 19 p. 349, 16 sententiam suam ... iudicibus. c. epist. fund. 3 p. 195, 12 *olim* omnia illa figmenta *Manichaeorum* ... instanter, quibus potui, -si et ... defendi. c. Faust. 13, 17 divinitatem Christi homini gentili. c. Pelag. 2, 3, 5 p. 463, 22 novum et exsecrabile dogma *Pelagianum* ... -eri *catholicis* ... posse. vera relig. 292 deum laudat et eum (*sc. sibi*) -et fide et expectat spe et quaerit caritate. *al.* **3** *audacius in struct. refl.* se -ere (*-ent ea, quae se exsistere, se vera esse probant; cf. p. 1767, 21*): Avg. civ. 22, 5 p. 560, 15 in tam contemptibilibus testibus multo mirabilius divinitas se ipsa -sit. c. epist. fund. 3 p. 195, 8 diu flevi, ut incommutabilis ... substantia ... sese mihi -ere intrinsecus dignaretur. pecc. mer. 1, 35, 65 valeat aliquid ad se ipsam -endam ipsa evidentia.

C *per adverbium* (*cf. p. 1764, 51 sqq.*): Cic. S. Rosc. 7 brevem postulationem adfero et, quo modo mihi -o, aliquanto aequiorem (*cf.* Iren. 3, 12, 11 *nostros sermones* sic habere, quemadmodum docebant et -bantur *apostoli*). fam. 5, 12, 3 ut mihi -o (Brvt. Cic. fam. 11, 4, 1 est ita, ut mihi -si: me tibi esse curae. Sen. amic. p. 31 ⟨ut⟩ vulgo sibi homines -sere. Plin. nat. 8, 77 ut argumenta ... -ent. Qvint. inst. 12, 10, 51 illi subtiles, ut sibi ac multis -erunt, magistri. Arnob. nat. 3, 5 ut vultis et creditis atque ut vobis -sum est, hi dii sunt *eqs.* Hier. epist. 57, 2, 3). Tert. adv. Marc. 1, 2 p. 292, 25 quae *argumenta* ita -ent perverso cuique. Avg. epist. 23, 2 de te mihi bene -sum tenebam (*cf.* male *p. 1768, 4. 5*). vera relig. 26 eos, qui de patre deo ... aliter sentiunt et hominibus -ere conantur, quam veritas postulat.

D *per enunt. secund., quod inducitur*: **1** *coniunctione* (*antecedit pron. demonstr. vel adv. l. 47. 64. 73* [*?*]): **a** ut: Cic. Verr. II 5, 11 *non* metuo, ne hoc cuiquam -atur, ut ... id *facinus* tu gratis suscipere conatus sis. Qvint. decl. 297, 7 nobis adhuc -eri *non* potest, ut vir ... oculos volens eruerit *meretrici.* 301, 7 non -o ... mihi, ut crediderit. Rvfin. Orig. in Ios. 3, 1 p. 300, 11 numquam ego mihi -o, ut fortuitu acciderit *eqs.* **b** quasi, tamquam (*c. coni., v. Hofmann-Szantyr 597*): Svet. Tib. 21, 2 scio vulgo -sum *esse* quasi egresso ... Tiberio vox Augusti per cubicularios excepta sit '*eqs.*'. Gaivs dig. 4, 3, 23 si legatarius ... heredi ... fallaciā -erit, tamquam ... ad solida legata solvenda sufficiat hereditas (Pavl. dig. 4, 3, 25). **c** quod (*c. coni. praeter l. 61. 65; c. prolepsi obi. l. 56. 58* [*sim.* de *l. 66*]): Apvl. met. 3, 4, 4 *scio,* quam sit arduum *caedis reum* ... tantae multitudini, q. sit innocens, -ere. Scaev. dig. 13, 5, 31. Tert. anim. 46, 10. resurr. 4, 3 (*loq. haereticus*) *carnem* et visui et contactui ... ereptam -ere vis, q. se receptura ... sit in integrum. Vet. Lat. I Macc. 13, 2 (rec. B) -sit populo Simon, q. esset Trifon pavidus (*gr. et cett. rec. aliter*). Rom. 8, 38 (Tert. scorp. 13 p. 175, 11) -sum ... habemus, q. *nihil* ... poterit nos a dilectione dei separare (*cod. 75. al. et Vulg.* certus sum). Herm. Pal. sim. 5, 7, 2 ne aliquando -aris et in cor tuum ascendat, q. corpus tuum pereat (vulg. -atur tibi *c. acc. c. inf.*). Lact. ira 12, 5. Mart. Cap. 6, 625 etiam hoc de eius *Herculis* sacrae virtutis possibilitate -sum, quod ... admisit. Act. Phileae 4 quomodo -sus es de eo *Christo,* q. deus esset? *al.* **d** quoniam (*c. indic.*): Vet. Lat. sap. 13, 7 -sum habent, q. bona sunt quae videntur. Conc.ˢ I 2 p. 104, 25 qui ... *magna* certamina se ... habiturum suspicabatur in -endum nos, q. oportet *eqs.* (*gr. ἀναπείθων, alia vers.* I 3 p. 188, 5 ad -endum nobis, q.). II 3, 1 p. 87, 7 in -endum nos, q. **e** quia (*c. coni.* Anian., Sidon.): Vet. Lat. I Ioh. 3, 19 (Aug. in epist. Ioh. 6, 1) -emus cordi nostro, quia, ..., maior est deus corde nostro (*cod. 32. al. et Vulg. praebent simplex*). Barnab. 1, 4 cum -sum mihi sit ⌞hoc⌟ et plenus sciam, q. *eqs.* (*nisi ad antecedentia pertinet*). Anian. Chrysost. hom. 18, 3 p. 162, 8. Sidon. epist. 8, 9, 4. Rvstic. Conc.ˢ I 4 p. 107, 5.

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *pron. interrog.*: SVET. Aug. 40, 3 rescripsit non aliter se daturum, quam si ... sibi -isset, quam iustas petendi causas haberet. AVG. c. acad. 1, 1, 2 non ... tibi alienis exemplis -endum est, quam fluxa ... sint omnia. civ. 1 praef. p. 3, 19 ut -atur superbis, quanta sit virtus humilitatis. VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 13. *al.*

E *per praepos.*: de (*cf. et l. 60. p. 1764, 50. 1766, 14. 42 sq. 64*): CASS. Cic. fam. 11, 2, 1 de tua fide et benevolentia in nos nisi -sum esset nobis, non scripsissemus haec tibi. TERT. anim. 9, 4 si res ipsa de singulis -erit, credas. DIDASC. apost. 42, 14 de generatione *Christi* ... et voluntate passionis ⌞-si ⟨su⟩mus⌟ per divinas scripturas (-simur *cod., cf. Tidner, Sprachl. Komm., 1938, 132*). 42, 17 de quibus ... nos -sos cordibus confortari. 42, 21 de quibus ... -si estis. VITA Caes. Arel. 1, 17 de perennitate beatitudinis. *alias*: PACIAN. epist. 1, 2, 3 ne ob hoc ipsum auctoritatem mutueris errori, quod ... per orbem totum nullus inventus sit, qui te revinceret aut -ere tibi posset contra quam crederes. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 69, 26 *cum* nunc ... quae nostra sunt laudent, nunc vero in contrarium -antur (*gr. I 1, 7 p. 79, 39 μεταπειθομένων*). CASSIOD. Ios. antiq. 6, 252 p. 169 vos ad talia -sit.

F *per nom.: praedic.*: PROP. 1, 2, 13 litora nativis -ent picta lapillis (*i. se picta esse lapillis, cf. Vahlen, Ges. philol. Schr. II 113 sq., ceterum v. app. crit. ed. Fedeli*). *subi.*: HIER. epist. 45, 5, 2 *ii,* quibus resurrectio -sit corporum (*i. se veram esse, cf. p. 1766, 28*).

II *non indicatur, cuius rei quis fidem faciat*: **A** *indicatur, cui quis fidem faciat, per*: **1** *subi. formae pass.* (*accedit praepos.* ab *l. 25. 30*): RHET. Her. 1, 6, 9 cum animus auditoris -sus esse videtur ab iis, qui ante contra dixerunt. 1, 6, 10 si -sus auditor fuerit, id est, si oratio adversariorum fecerit fidem auditoribus. CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 2 si scit et -sus est. OV. ars 3, 679 iamdudum -sus erit *vir* (*673* efficite ..., ut nos *viri* credamus amari). VET. LAT. II Thess. 2, 11 (Victorin. Poetov. in apoc. 11, 4) ut omnes -antur mendacio, (12) qui non sunt -si ⌞a⌟ veritate (⌞ ⌟ *om. recc. Y Φ; gr. εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει et οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, Vulg.* credant, ... crediderunt). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 15, 5 *daemones Christum* deum credebant; -bantur enim ex his, quae patiebantur.

2 *dat. iuxta formas: act.*: CIC. Tusc. 1, 49 ut velle (*sc.* -ere) ceteris, sibi certe -isse videatur *Plato.* part. 5 ut inveniat *orator,* quem ad modum fidem faciat iis, quibus velit -ere. Att. 2, 20, 1 Pompeius amat nos ...; 'credis?' inquies. credo; prorsus mihi -et. SEN. contr. 2, 1, 17. suas. 7, 3. SEN. epist. 45, 8 subtilissima collectione. PLIN. nat. 9, 16 in qua sententia fuisse Aristotelem video et multis -isse doctrina insignibus. QVINT. inst. 2, 15, 12 -ere iudici et sententiam eius ducere in id, quod velit. FEST. p. 201 *Verrius* mihi non satis -et (*item* p. 209). PS. CYPR. adv. Iud. 10, 3 puer edocet senem et anus -et diserto. AVG. c. acad. 1, 1, 2 ita expertus *es calamitates* ..., ut ex te ceteris -ere possimus. *al. pass. impers.*: CIC. nat. deor. 3, 7 quid est ..., si tibi -sum est, cur a me velis discere? SEN. contr. 1, 2, 8 at omnes favere fabulis tuis, at omnibus -sum est? SEN. nat. 4, 4, 1. QVINT. inst. 7, 3, 15 -endum ... iudici est, ⟨qui⟩, etiam si verbis devictus est, tamen, nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. PLIN. epist. 1, 10, 7 -eri tibi, etiam cum -erit *philosophus quidam,* cupias. *al.*

B *non indicatur, cui quis fidem faciat* (*saepe inf. vel gerund.; plerumque in libris de arte rhet. conscriptis*): RHET. Her. 1, 10, 18 tota spes vincendi ratioque -endi posita est in confirmatione et in confutatione. 3, 11, 19. CIC. inv. 1, 6 officium *eloquentiae est* ... dicere adposite ad persuasionem; finis -ere dictione. 1, 53 *Socrates* nihil ipse afferre ad -endum *ei, quicum disputabat,* volebat, sed *eqs.* Pis. 59. de orat. 2, 115 omnis ratio dicendi tribus ad -endum rebus est nixa: ut probemus vera esse ..., ut conciliemus eos *auditores* nobis..., ut animos eorum *moveamus.* orat. 65 *Sophistis est* propositum ... *non* tam -ere quam delectare (*postea*: concinnas magis sententias ... quam probabiles). ac. 2, 116 geometrae provideant, qui se profitentur non -ere, sed cogere (*sim.* SEN. nat. 1, 4, 1 quae *rationes geometrarum* non -ent, sed cogunt). Tusc. 4, 59 si forte de paupertate non -eris (*sc. eam malum non esse*). *al.* SEN. epist. 71, 30 *v. p. 1766, 4.* 82, 20. QVINT. inst. 2, 15, 3 'rhetoricen esse vim -endi'. 2, 15, 6 *non modo orator, sed etiam* pecunia -et et gratia et auctoritas dicentis et dignitas. 2, 15, 11 -ent ... dicendo vel ducunt in id, quod volunt, alii quoque, ut meretrices, adulatores ...; at contra non -et semper orator. 10, 1, 82 in labris *Periclis* ... sedisse quandam -endi deam (*cf. Eupol. frg. 102, 5 Kassel-Austin*). 12, 10, 48 *sententiae* feriunt animum ... et delectatione -ent. *al.*

part. praes. **persuādēns,** -entis *pro adi. maxime p. 1762, 69.* CHALC. comm. 270; *pro subst. e. g.* PS. QVINT. decl. 11, 7.

adv. **persuādenter.** *i. q. modo ad persuadendum apto*: CHALC. comm. 127 credule mage quam -r et probabiliter ostendit. CLAVD. DON. Aen. 5, 20 p. 428, 9 -r monstrat. *i. q. leniter, caute*: SORAN. p. 95, 9 adprehensis secundis temptare huc atque illuc adducens, ne aliquid remaneat, et sic -r auferre (*gr. p. 146, 11 πειθηνίως*).

p. p. p. **persuāsus,** -a, -um. **1** *pro adi.: maxime in iunctura* -sissimum est, habeo *p. 1765, 49. 58. 63.* **2** *pro subst.: neutr.:* AVG. serm. 207, 2 ne vobis -a subrepant (*nisi* perversa *legas ut fort. etiam* GREG. M. moral. 4, 18 illi *sectatores diaboli* dum ad -a deserviunt [perversa *var. l.*]. *cf. p. 1759, 63*). POMER. 3, 28, 2 male sibi -a deponant (*opp.* recta). *masc.*: CASSIOD. in psalm. 143, 15 l. 302 audite, male -i, audite, dementes.

deriv.: persuadibilitas, persuasibilis, persuasio, persuasor (-s(i)trix), persuasorius, 2. persuasus (-ūs).

[persuādibilis, -e *non nisi in var. lect. l. 16.*]

persuādibilitās, -ātis *f.* *a* persuadere, *cf.* persuasibilitas. *i. q. facultas persuadendi*: PROVERB. Graec. B 2 quarta *columna regni iusti est* -s in verbis.

persuāsibilis, -e. *a* persuadere. *i. quod persuadet, persuadere potest* (*in definitionibus ad rhetoricen spectantibus praeter* VVLG.; *n. plur. pro subst. l. 15. 16*): QVINT. inst. 2, 15, 13 *invenire* omnia in oratione -ia ([-suad- *var. l.*]. 2, 15, 16 quod sit in oratione -e. 2, 15, 17 -ia [*antea*: credibilia]). 2, 15, 16 *videre,* quid in quaque re possit esse -e. 2, 15, 21 *id,* quod in quoque potest sumi -e. 2, 21, 1 argumenta. VVLG. I Cor. 2, 4 in -bus sapientiae verbis (*gr. ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις,* in persuasione sapientiae verbi *cod. A*).

adv. **persuāsibiliter.** *i. q. modo persuasibili* (*in definitionibus ad rhetoricen spectantibus*): QVINT. inst. 2, 15, 14 -r dicere (2, 15, 22 [*e Celso*]).

deriv.: persuasibilitas.

persuāsibilitās, -ātis *f.* *a* persuasibilis. *i. q. facultas persuadendi*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 84, 11 nulli hoc verbum absque omni -e videatur.

†persuāsio, -ōnis *f.* *a* persuadere. GLOSS. *συμβουλή. legitur in prosa oratione apud* RHET. Her. (*semel*), CIC. inv. (*ter*) *et inde a* SEN. *philos.* (*qui frequentat ut* PLIN. nat., QVINT., PS. QVINT.), *in versibus non nisi apud* PRVD., MAR. VICTOR. [*confunditur in codd. cum* suasio FLOR. epit. 2, 4, 7 OPTAT. 3, 10 p. 94, 22. *al., part.* persuasum *p. 1771, 33. 34,* persecutio CYPR. epist. 59, 10, 3. 65, 1, 2, pervasio NOVELL. Valent. 32 pr.; *trad. loco lacunoso* CALP. decl. 13 CHALC. comm. 340.]

i. q. actio ipsius persuadendi vel status, actio, quae persuadendo provocatur, efficiatur (*nota prosopop. p. 1769, 6*): **I** *-o fit aliquo ad actionem vel statum perducendo, illiciendo, monendo, seducendo sim.* (*vergit in malam partem e. g. l. 45 sqq. 73 sqq. p. 1769, 31. 40 sq. 60 et in locutione* -e [-bus] decipere, *v. p. 1769, 11. 1771, 24 et* CYPR. epist. 65, 1, 2 FIRM. err. 25, 1 HIER. vir. ill. 17, 1. *al.*): **A** *significatur actio persuadendi* (*accedit saepe gen. subi. [cf. adi. vel pron. poss. l. 61. 64. p. 1769, 11. 21. 52 nec non praepos.* ex *p. 1769, 12. 47], gen. obi. p. 1769, 48 et* AVG. in psalm. 64, 6 l. 21): **1** *varia exempla*: **a** *usu sollemni*: **α** *quolibet contextu*: RHET. Her. 2, 3, 5 *defensor* confugiet ad inprudentiam, stultitiam, adulescentiam, vim, -em (*item reus defenditur ut seductus*: CIC. inv. 2, 37 imprudentiae, necessitudini, -i, adulescentiae ... attribuentur *peccata.* HIER. epist. 55, 4, 4 [*ad adulteram*] nolo mihi proferas ... matris -em). CIC. inv. 1, 41 prudentiae ... ratio quaeritur ex iis, quae *reus* clam, palam, vi, -e fecerit. VET. LAT. Iudith 9, 10 (cod. 147. *al.; Iudith ad deum*) percute servum ex labiis -is meae (*gr. ἐκ χειλέων ἀπάτης, cod. 150. al.* suasionis, *cod. 132* seductionis, *cod. 151 et Vulg. 9, 13* ex labiis caritatis meae). CYPR. epist. 45, 1, 1 -e litterarum nostrarum. IVST. 34, 4, 2 (*antea*: hortati ... sunt, ut) nec difficilis -o fuit. CHALC. transl. p. 48^{A} intellectu ... salubri -e rigorem necessitatis assidue trahente ad optimos actus (*gr. τῷ πείθειν. huc spectat*: comm. 270 ut *deus* vi persuadeat vimque inroget persuadentem, hoc est ut -o vim et vis adhibeat -em). PS. HIL. libell. 19 p. 91, 2 nec -e nec interdictione maiorum natu. VITA Anton. 88 p. 88, 10 *memoria* retinentes praecepta et -es *sancti* (*gr. τὰς παραινέσεις*). CLAVD. DON. Aen. 1, 155 p. 37, 29 dicto eius *viri praestantis* et -bus adquiescunt *populi turbati.* 1, 205 p. 48, 21 decurso -is textu (*de oratione ut*: EVGRAPH. Ter. Ad. 925 hic initium -is est. *cf. p. 1770, 4*). 1, 235 p. 54, 3 *ostendit Iovem* inimica -e perversum. HEGES. 2, 6, 1 Claudius ... Neronem Romano imperio principem dedit captus ... Agrippinae -bus (*gr. 2, 249 ἀπάταις*). AVG. civ. 22, 7 tit. quod ut mundus in Christum crederet, virtutis fuerit divinae, non -is humanae (*spectat ad I Cor. 2, 4, v. supra l. 19*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 54, 22 vix praevalui -e ac violentia ... usus *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 68, 9 πειθοῖ*). EVGRAPH. Ter. Andr. 383 ipsa propositio -is ('dic te ducturum'). CASSIOD. var. 1, 3, 4 *Siculos* ab obstinatione praecipiti deviasti ...; egit salubris -o, quod vehemens poterat emendare districtio. ACT. Petr. 6 nulla ... -e ... potuit ei persuadere, ut *eqs. al. ponitur e parte eius, cui quid persuadetur* (*hucine p. 1769, 13? cf. p. 1770, 12*): CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 141, 20 quando -o videatur utilis animabus (*Rustic.* oboedientia; *gr. I 1, 3 p. 49, 11 ἡ πειθώ, v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 131*). **β** *de seductione a diabolo, Eva, haereticis, persecutoribus facta, qua homines a dei legibus, fide vera sim. avertunt* (*a religione Hebraica p. 1769, 11; arguitur Christianus -is*

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 21): TERT. adv. Iud. 2, 4 *Adam et Eva* si proximum diligerent, id est semetipsos, -i serpentis non credidissent. CYPR. epist. 59, 10, 3 *haereticus quidam* non tantum in persecutione ipse cecidit, sed et maximam partem plebis suae sacrilega -e deiecit. FIRM. err. 4, 4 fide tantum et paenitentia potestis redimere, quicquit sceleratis diaboli -bus perdidistis. 23, 3 quid te sic extollis, sacrilega -o? PS. MAR. VICTORIN. phys. 12 mulieris -es praeponendo deceptus est *Adam.* EVSEB. VERC. epist. 2, 3, 3 diversorum increpationes et -es audio. FILASTR. 108, 6 inmundi spiritus ... ⌊malae -is⌋ scelera ... diffuderant (⌊ ⌋ *cf. eundem gen.*: FVLG. aet. mund. p. 159, 24 virulentae -is nocturna coniugis venena sorbebat *rex*). HIER. chron. a. Abr. 2068 sub Felice procuratore Iudaeae extiterunt multi, qui populum sua -e deciperent. VVLG. Gal. 5, 8 -o non est ex eo, qui vocat vos (*gr. ἡ πεισμονή*). PASS. Macc. 6, 16 Eleazarus, qui in poena tacuerat, in -e non tacuit (*item -e temptatur confessor*: 11, 16. RVFIN. hist. 4, 15, 5 -bus adgredi virum *martyrem* [*gr. πείθειν*]). AVG. lib. arb. 3, 104 *duae sunt* origines peccatorum, una spontanea cogitatione, alia -e alterius. AVR. epist. p. 1012[A] *ne malum* supradictorum *haereticorum* serpentina -e ... subrepat. LEO M. epist. 50, 2 Conc.[S] II 4 p. 22, 9 monemus, ut a fide ... non insidiis, non cuiusquam -e moveamini. MAX. TAVR. 50a, 4 ne nos *Eva* a casta observatione *ieiunii* inlecebrosa -e subvertat. PASS. Petr. 8 p. 31, 1 (*praefectus ad Petrum*) *feminae* tua -e a maritali thoro discedunt. GREG. M. moral. 4 praef. 4 l. 150 *diabolus* malorum mentes ... ad -em ⌊nostrae deceptionis⌋ instigat (*gen. inhaer.*). *al.*

b *usu peculiari*: α *de actione, qua quis se ipsum inducit ad aliquid, sibi ipsi quid persuadet, sc. de voluntate, decreto* (*cf. l. 44*): QVINT. decl. 260, 23 *licet* totam innocentiam credamus esse -is, multum contra iustitiam necessitas valet. 349, 11 cotidie me hortor ... et illud nescio quid, quod -i meae repugnat, volo perdomare. *fortasse de eo, quo actio provocatur, elicitur, i. q. impulsus sim.* (*cf. l. 56*): AVSON. 27, 9a (405 S.) adiuro benevolentiam tuam ... eos *epodos* mihi subita -e fluxisse; nam quis hos diu cogitaret? COD. Iust. 1, 54, 6, 6 (*a. 399*) ut ... praecipiti -e condemnent, quem culpa non ingravat (*an ad B?*). β *de vi aliquem (ad se) illiciendi*: DAMIG. lapid. 6, 2 *smaragdus lapis* -em ... habet in omni negotio. POMER. 3, 17, 1 cum ... quis -e ac pulchritudine virtutis illectus *est.*

2 *pendent structurae indicantes, ad quam actionem quis perducatur, illiciatur, impellatur sim.* (*se inducat* RVFIN.; *structurae l. 47 sqq. allatae fere pendent e locutione verbali, sc.* -o est *sim.*): *gen.* (*potius gen. inhaer. l. 22*): CALP. decl. 12 tamdiu ... fuit novercae quieta crudelitas, quamdiu aetas illius *filiae* ad -em conscientiae perveniret? FIRM. err. 26, 1 scelerum tuorum, *diabole,* malitiosa -o (*siquidem huc pertinet*). AMBR. paenit. 2, 5, 34 ut iterandi baptismatis apud desperantes facilius inducant -em *haeretici.* PASS. Macc. 1, 16 in qua *cogitatione* asserui maximam -em esse martyrii. RVFIN. symb. 3 l. 34 pagani nobis obicere solent, quod religio nostra, quia rationibus deficit, in sola credendi -e consistat. AVG. nupt. et concup. 2, 32, 54 *diabolus homines* antiqua peccati -e *sauciavit* ... inoboedientiae persuadendo peccatum. REGVLA mag. 61, 13 *si* apud te erit -o frangendi ieiunii. *al.* *enunt. secund.*: VET. LAT. II par. 22, 7 (cod. 91) ex deo ... erat -o Ozochiae, ut veniret ad Ioram (*gr. καταστροφή, cod. 109* eversio, *Vulg.* voluntatis ... dei adversum O.). EVGRAPH. Ter. Andr. 380 hic iam -o est, ut polliceatur. Haut. 420 haec scaena -em habet, quemadmodum pater filium suscipiat. *praepos.* ad, de (*c. gerund.*): CYPR. epist. 20, 2, 1 *fratribus* ad deprecandam dei misericordiam adlocutio et -o nostra *non* defuit (HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 655[A] *facta laudabilia* subicientia quamdam -em ad gloriandum [*postea*: materiam elationis, *gr. 12 p. 95, 1 πιθανότης*]). OROS. hist. 7, 37, 10 *cum hic eventus* paganis residuis de instaurando cultu idolorum esset indubitata -o.

B *significatur actio illa, ad quam quis perducatur* (*de actione vitiosa sim., ut vergat ad notionem q. e. peccatum, crimen, l. 61; cum gen. explic.* AVG.): AVG. civ. 21, 24 p. 532, 3 nimiae praesumptionis est dicere ..., et per huius praesumptionis -em facere, ut *eqs.* EDICT. Theodor. 30 cum ... nihil ibi, *sc. in testamento,* sibi aliena debeat -o vindicare (*sc. falsificando, fallendo*).

II *-o fit fide rei cuiusdam facienda, re probanda, demonstrando, docendo, decipiendo*: **A** *spectat ad actionem* (*de facultate persuadendi l. 70. p. 1770, 8. 10; de oratione sim. maxime p. 1770, 4; quid demonstretur, indicat gen. p. 1770, 7; cui quid persuadeatur, adi. l. 69*): CIC. inv. 1, 6 officium *eloquentiae* ... videtur esse dicere apposite ad -em (*sim. in definitione rhetoricae*: QVINT. inst. 2, 15, 19 scientia ... agendi in quaestionibus civilibus per orationem popularis -is [2, 15, 20]. 2, 15, 22 vis ... eloquendi ... cum quadam -e et quodam corporis habitu *eqs.*). SEN. epist. 82, 17 his adversantibus, quae nobis offundit longa -o. FRONTIN. strat. 1, 11, 2 quae -o (*sc. legionem hostium corruptam esse*) ... attulit ... fiduciam. 2, 5, 18 (*antea*: huic adfirmationi ut fidem faceret) hac -e sollicitati. *al.* VLP. coll. Mos. 15, 2, 1 mathematicorum callida inpostura et obstinata -e. FIRM. err. 28, 1 ut ... miseros homines ad sanam mentem revocet plena -o. CHALC. transl. p. 51[E] alterum, *sc. intellectus,* nulla -e transducibile *est,* alterum, *sc. opinio vera,* nutans *eqs.* (*gr. ἀκίνητον πειθοῖ. pendet* comm. 341 *intellegens* neque veri similibus -bus mutat sententiam). DON. Ter. Ad. 806 in duas partes dividitur tota -o: nihil passurum Demeam damni, nihil ⟨filios⟩ corruptelae (*de oratione ut*: SCHOL. Cic. Gron. B p. 327, 30 auctoritatem magnam habere debet orator, ut possit -o ipsius valere). MART. CAP. 5, 447 aliud *genus* eius *auditoris est,* qui ... dubius alienae sententiae -em ... exspectat. CASSIOD. inst. 1, 20 Ambrosius, lactei sermonis emanator ... inviolenta -e dulcissimus. DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 301, 26 forsitan eorum sermones aliquid -is afferrent (*gr. I 1, 6 p. 160, 20 sq. ἦν ... οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος, cf. Rustic. Conc.[S] I 4 p. 238, 26* esset ... non inverisimilis ratio). *al.* *ponitur e parte eius, cui quid persuadeatur* (*cf. p. 1768, 70 sqq.*): EVGRAPH. Ter. Andr. 911 dolis in -em *adulescentes* deducis.

B *spectat ad opinionem, cogitationem, existimationem* (*notione vergente ad bonam vel neutram partem significatur existimatio omnium e. g. l. 22. 40. 45. 48. 67 [cf. etiam sub 2b], fiducia, fides, spes e. g. l. 50. p. 1771, 23, fiducia sui l. 39; notione vergente ad malam partem adhibetur de opinione falsa, praecipue haeretica, ut sit i. q. error, deceptio, superstitio e. g. l. 40. 42. 47. 62. p. 1771, 24 et saepe sub 2a, de arrogantia e. g. l. 36. 59. 71. p. 1771, 2. 43 [cf. etiam p. 1771, 3], de pertinacia infra l. 61 sq.*): **1** *exempla varia*: SEN. dial. 7, 8, 5 ratio illa certa ... *non* haesitans in opinionibus ... nec in -e. 12, 5, 6 verbum ... ipsum (*sc. 'malum'*) -e quadam et consensu iam asperius ad aures venit. epist. 28, 4 cum hac -e vivendum est: 'non sum uni angulo natus *eqs.*'. 82, 23 -em humani generis (*sc. de morte timenda*). 94, 30. 95, 44 -o ad totam pertinens vitam: hoc est, quod decretum voco; qualis haec -o fuerit, talia erunt, quae agentur, quae cogitabuntur (*item de decreto*: 95, 62 *v. p. 1771, 51. cf. vol. V 1, 155, 64 sqq.*). PLIN. nat. 27, 107. 28, 28 *quiddam* multorum -e religiosum est. 28, 260 cui *ioco* ... aliqua debeat subesse causa in tanta -e (TERT. anim. 23, 1 quidam de caelis devenisse se credunt t. -e, quanta et illuc indubitate se regressuros repromittunt). 32, 21 ista *varia pretia lapidum* -e gentium constant. QVINT. inst. 5, 10, 13 quae -e ... civitatis ... in mores recepta sunt. 5, 11, 38 me ... non adiuvabit earum -o nationum, quae fletibus natos, laetitia defunctos prosequuntur? (*sim. de moribus, consuetudine*: PELAG. in Gal. 6, 13 p. 342, 1 si circumcisio legem faceret custodiri, aliquid videretur habere rationis ista -o. OROS. hist. 4, 21, 8). 11, 3, 11 illi -e sua fruantur, qui hominibus, ut sint oratores, satis putant nasci. decl. 307, 9 perferre, quam semel indueris -em. *al.* PS. QVINT. decl. 2, 5 -em senis nulla voluit excusatione corrumpere. 2, 9 *homo caecus* non habet -em hominis, qui possit imponere. 5, 1 pudet -is! 7, 4 ignoscant -es, si *ceteris peius est* facinus istud (*sc. liberum hominem torqueri*). 8, 7 vos *viri* matrimonia *filiorum* ceterosque actus vestra -e firmetis. 10, 11 *calamitosi* indulgent mala -bus suis. 15, 2 malignitas est -is humanae formam vacantem vocare meretricem. 16, 2 non pudet, iudices, hanc fateri -em: minus debetur homini *eqs.* 16, 7 nos in hanc fidem -es *hominum* receperunt, ut, si hoc faciam, nemo miretur (-is *codd.*). *al.* FRONTIN. strat. 1, 5, 3 quo magis -em hostium confirmaret. 3, 3, 4. TAC. Agr. 11, 3 *Gallorum* sacra ... ⟨ac⟩ superstitionum -e⟨s⟩. Germ. 45, 1 sonum ... emergentis *solis* audiri ... -o adicit. EDICT. imp. Nervae Plin. epist. 10, 58, 7 cum hoc sibi civium meorum spondere possit vel non admonita -o, me securitatem omnium quieti meae praetulisse. PLIN. paneg. 18, 3. SVET. Iul. 88 *in deos* relatus est non ore modo decernentium, sed et -e volgi. FLOR. epit. 4, 7, 15 hoc quoque ex -e sectae fuit, ne violarent manus *mortem sibi ipsi consciscentes.* Verg. 3, 3 non miror ⟨te⟩ eius nunc esse -is, qua et ipse quoque ... laboravi. PASS. Scill. 7 (*proconsul ad confessores*) desinite huius esse -is ([*seq. p. 1771, 37*]. *sim. de fide christiana*: TERT. nat. 1, 19, 2 de -bus omnis obstinatio nostra praestruitur, mortuorum enim praesumimus resurrectionem. PS. SEN. epist. Paul. 12 *paganis* incapabilis erit -o. PRVD. perist. 2, 332 -is vanitas). ARNOB. nat. 1, 1 qui se plurimum sapere suis -bus credunt. 2, 30 p. 102, 6 quod ista -o ... est incitatrix ad vitia. PRISCILL. tract. 3, 62 de sofisticis quaestio est, ubi ... sectas de -e fecerunt. QVEROL. p. 28, 6 magna hercle hominis difficultas et -o. COD. Theod. 16, 7, 3 pr. auctores ... -is huius, qui lubricas mentes in proprium deflexerant consortium. LEO M. epist. 28, 6 Conc.[S] II 2, 1 p. 32, 14 a sua -e discedere. ORIG. in Matth. ser. 44 p. 89, 19 omnem -em verisimilitudinem veritatis habentem. *al.* *ponitur c. respectu eius opinionis, existimationis, quam quis habet apud homines*: QVINT. decl. 333, 4 (*antea*: videbar disertus) ut, si mihi exuere hanc partem -is liceret, ... velut omnem usum loquendi perdidisse maluerim, quam *eqs.*

2 *accedunt adi., quibus indicatur*: **a** *-em falsam esse*: SEN. epist. 94, 21 pravam animi -em (PS. QVINT. decl. 5, 11. *al.*). PETRON. 132, 16 nihil est hominum inepta -e falsius nec ficta severitate ineptius (MIN. FEL. 9, 3 *quosdam asini caput* i. nescio qua -e venerari. LACT. inst. 5, 1, 8 hos ad veritatem ab i. -e traducere). PLIN. nat. 19, 187 vana ... -o (QVINT. inst. 2, 2, 12 tumor et v. de se -o. decl. 314, 17. LACT. inst. 1, 11, 39. ACT. Petr. 31 non credentem deo vivo sed -i v. [*gr. ἠπατημένῳ, sec. Lipsius-Bonnet inter-*

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pres legit ἀπάτῃ κενῇ]. *al.*). 29, 28 attonitas ... -es. QVINT. inst. 1, 2, 18 inani -e (PS. QVINT. decl. 10, 1. 10, 7 ARNOB. nat. 7, 10 p. 353, 12). 2, 4, 16 adrogans de se -o (PS. QVINT. decl. 8, 9 de arrogantissimae -is hominibus, *sc. medicis,* queri). TERT. apol. 50, 10 desperata. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 7 stultae -is (LACT. inst. 2, 1, 1 *deorum* varios ... cultus ... consensus hominum s. -e suscepit. *al.*). *sim. al.* **b** *ubi -o divulgata sit*: SEN. epist. 117, 6 utor hac publica -e: neminem invenies, qui non putet *eqs.* (LACT. inst. 1, 11, 31 ut veritas ipsa -i p. nihil derogaret. 1, 19, 5. *al.*). QVINT. inst. 1, 2, 2 qui ab hoc prope publico more privata quadam -e dissentiant. 2, 8, 6 contra receptas -es rationem *sequi* (3, 7, 23 publice r. *adde l. 19 nec non 52*). 3, 1, 6 nec facile inculcatas pueris -es mutaveris. 3, 4, 4 mihi in illa vetere -e permanenti (SVET. Vit. 7, 3 quam v. de se -em ... recentibus etiam experimentis auxerat. *cf.* LACT. inst. 1, 16, 2 inveteratam [2, 1, 1]). 5, 11, 37 -e populari (ARNOB. nat. 7, 5 AVG. civ. 4, 31 tit.). LACT. inst. 5, 19, 2 inhaerente -e vulgari libenter errant.

3 *accedunt structurae variae indicantes*: **a** *cuius rei fides habeatur, quid cogitetur, speretur, doceatur, iustum esse putetur, sim.* (*cf. supra l. 7. p. 1770, 4. 23. 44*): **α** *gen.* (*arcuimus p. 1770, 47*): SEN. epist. 95, 34 falsorum recepta -o. PS. QVINT. decl. 5, 3 inter adversa -em carioris *filii* invenio (*sc. alterum filium mihi cariorem esse*). 7, 6 non refert, cuius ad eculeum nominis -em *adferas.* 15, 1 potionis *venenatae* supervacua -o. TAC. ann. 2, 69, 3 veneni ... accepti (*cf. c. gen. gerund.*: AMM. 26, 7, 12 vana -e rapiendi Illyrici destitutus usurpator). HIL. trin. 6, 1 ad piae fidei huius male usurpatam -em. FILASTR. 26, 5 *pseudoprophetae* decipiunt multos ... -e non alterius rei quippe, nisi quasi similis et veri. RVFIN. patr. 2, 25 l. 32 ei *Iacob* post -em mortis vivere *Ioseph* nuntiatur (*sc. gen. 45, 26*). *al.* **β** *acc. c. inf.* (*inf. solus l. 37; antecedit pron. demonstr. e. g. l. 29. 31*): SEN. epist. 74, 1 quidni ... maximum putes instrumentum beatae vitae hanc -em unum bonum esse, quod honestum est? 74, 31 ASCON. Pis. p. 13, 8. PLIN. nat. 25, 10 durat ... tradita -o ... herbis id cogi. 25, 94 praecedente -e illa, quicquid *dictamni* in Creta nascatur, infinito praestare ceteris *generibus.* 30, 115 ut nervos ... abscisos inlitis *vermibus* solidari ... -o sit ([persuasum *var. l.*]. *item pendet e locutione* -o (in)est: TAC. hist. 5, 13, 2 pluribus -o inerat *eqs.* PROB. Verg. georg. 3, 89 sqq. iis [persuasum *var. l.*]. NOVELL. Valent. 32 pr.). PS. QVINT. decl. 2, 15. SVET. Tib. 69 plenus ... -is cuncta fato agi. *inf. solus*: PASS. Scill. 7 (*antea p. 1770, 55*) mala est -o homicidium facere (*i. 'mala est -o, qua putes iustum esse homicidium facere'*). **γ** *enunt. secund.: c.* ut (*c. indic. l. 41*): QVINT. inst. 8, 2, 21 pervasit ... multos ista -o, ut id ... putent *eqs.* (*sim. abundantia*: PLIN. paneg. 63, 6 haec -o superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur principes esse desinere, si *eqs.* GARG. MART. pom. 2, 1 tenet quosdam ... vana -o, ut putant *eqs.*). TAC. dial. 26, 8 quotus ... quisque scholasticorum non hac sua -e fruitur, ut se ante Ciceronem numeret. FIRM. err. 7, 9. EVGRAPH. Ter. Andr. 268 his rebus perfecta -o est, ut amori adulescens debeat obtemperare. *c.* ne: FRONTIN. strat. 1, 4, 8 in eam ... -em hoste perducto, ne ullam viam ... teneret *dux Romanorum.* *c.* quod: RVFIN. hist. 11, 23 p. 1028, 10 -o ... fuerat dispersa, q. *hoc simulacro tacto* ... caelum ... rueret. *interrog. obliqua*: EVGRAPH. Ter. Andr. 383 (*spectat ad v. 385*: 'ex ea re quid fiat, vide') -o sequitur ..., quid fieri habeat.

b *de quo vel qua re -e cogitetur, existimetur sim.*: **α** *gen.* (*cf. fortasse pron. poss.* sua *l. 42. p. 1770, 59*): SEN. epist. 95, 62 certa rerum -o. QVINT. inst. 1, 1, 8 falsam ... scientiae -em. PS. QVINT. decl. 16, 2 receptas nominum -es. *adde* TAC. *sub β.* **β** *praepos.* de: TAC. hist. 5, 5, 3 *Hebraeis* eademque cura et de infernis -o *atque Aegyptiis,* caelestium contra. *adde l. 3. 12. p. 1770, 74.*

persuāsitrīx *v. p. 1772, 22.*

persuāsor, -ōris *m.* *a* persuadere. GLOSS. *v. p. 997, 10 sqq. 60 sq.; vol. VII 1, 717, 40.* *legitur inde a saec. IV, sed f., quod suo iure a verbo formari potuit, iam apud* PLAVT. [*confunditur in codd. c.* suasor QVODV. c. Iud. pag. Ar. 2, 3 GREG. M. moral. 9, 102; *c.* pervasor EVSEB. GALLIC. hom. 15, 5 sq. (*in ed. vet.* APON. praef. l. 4); *in falsa var. l. pro* persuadentem DAMIG. lapid. 34, 18.]

i. qui persuadet (*de femina p. 1772, 8; distinguitur* dissuasor *l. 73*): **1** *usu vario*: DON. Ter. Ad. 939 ('idne estis auctores mihi') id est -es. FILASTR. 109, 3 *id* fecit deus non angelo -e in creatione hominis, sed *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 1, 205 p. 48, 28 ('spem vultu simulat') *Aeneas* videri ... debuit -r ... reiecisse *maestitiam* ..., ne persuasionis effectum perderet. 5, 730 p. 509, 8 effectus provenit, si auditor commodum proprium in ipsa disputatione -is advertat. ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 4 p. 491 at ... eruditus erat forte -r *Paulus*? (*gr. 4, 11 πιθανὸς ... ὁπωσοῦν εἰπεῖν*). AVG. in psalm. 120, 13 l. 40 -i malo (*de diabolo ut*: GREG. M. moral. 4, 55. 4, 69. 9, 102 callidi -is [13, 49]. 34, 34. *cf.* 22, 30 serpens ille -r). PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 2. MART. CAP. 5, 467 -r dissuasorque (*item ibid. bis disting.* dissuasor). CONC.S IV 1 p. 97, 29 (*de haeretico*). CASSIOD. in psalm. 10, 1 l. 24 -es ... haereticos. **2** *indicatur, quid cui persuadeatur, per: gen.* (*iuxta alterum gen. l. 17*): AMBR. parad. 13, 65 erroris (*antea*: delicti ... auctorem). AVG. gen. c. Manich. 2, 14, 20 perversitatis ille -r (*de diabolo ut*: in psalm. 142, 8 l. 14 [*ad Ioh. 14, 30* 'princeps mundi'] operis mali -r, supplicii exactor. trin. 4, 12, 15 peccati). in Iob p. 565, 8 falsorum dogmatum -em in damnationem. serm. 216, 10 fugae ac desertionis. QVODV. c. Iud. pag. Ar. 2, 3 turpium voluptatum (*inde* CAES. AREL. serm. 178, 2). CONST. Sirmond. 14 l. 20 *episcopus* veniae -r alienae, praeceptor indulgentiae. CASSIAN. conl. 8, 11, 2 mulier..., quae huius rei -r extitit. ARNOB. IVN. ad Greg. 16 p. 412, 9 dolosissime huius -r insaniae. CASSIOD. var. 1, 4, 5 facilis ... recti -r est innocens iudex. *interrog. obliquam*: AVG. in psalm. 6, 4 *deus* tamquam bonus -r animae, quid mali sibi ipsa pepererit (*antea*: ut ei *animae* persuaderetur, in quae mala se ... praecipitaverit). *acc. c. inf.*: EVGRAPH. Ter. Phorm. 515 ('haud longum est id quod orat') accessit ... -r alius fieri posse certe facile, quod non sit longum. *praepos.*: GREG. M. in euang. 37, 6 ad malum. **3** *indicatur, cui quid persuadeatur, per: gen.*: AVG. *l. 11.* PASS. Theclae Bc 14 p. 36, 15 *Paulum* -em esse populi doctrinae christianae (Cd 14 p. 37, 21 quasi -em populi; *A* sicut seductorem, *Bb* pro nova ista doctrina, qua seducit turbas *eqs., sim. Ca, Cb, Cc; gr. ὡς ἀναπείθοντα*). *pron. poss.*: GREG. M. moral. 15, 15 *iniqui* cum eodem suo -e cruciantur (EVGIPP. Sev. 10, 1 [*quae antecedunt, v. l. 60*] *fluvio* transvectus est cum suo -e captivus).

f. **persuās(i)trīx,** -īcis. -sitr- MART. CAP. (-str- *var. l.*). *i. quae persuadet*: PLAVT. Bacch. 1166 eunt eccas tandem probri perlecebrae et -es (*pendere videntur*: GLOSS.L III Abstr. PE 104 persuastri⟨ces⟩: persuasione⟨s⟩ [persuastra *vel* persuasura *var. l.*]. GLOSS.L I Ansil. PE 1105 ⌞persuastri⌟: persuasione [*an* persuasu*?*]. GLOSS. V 510, 14 ⌞persuastra⌟: persuasiones [*an* persuasa*?*]). MART. CAP. 5, 514 dysprophoron, ut si quis dicat '-es praestrigiatrices atque inductrices striges'. *Keulen.*

persuāsōrius, -a, -um. *a* persuadere. *compar. et superl. desunt, cf.* valde -us *l. 40.*

1 *usu sollemni i. q. ad persuasionem spectans, persuasionem efficiens*: **a** *technice, sc. de certis generibus sim. artis oratoriae vel rei iudiciariae*: IVL. VICT. rhet. p. 10, 5 si modo res apud iudicem agatur, -a est controversia negotialis. PELAG. in I Cor. 2, 4 ars rhetorica habet colores -os in una quaque materia. *f. pro subst.*: SERV. auct. Aen. 1, 664 sane et hic -am (*sc. orationem*) agit, sicut antea. **b** *exempla cetera* (*fere de dictis sim.*): DON. Ter. Eun. 1067, 3 -am rem *dicere.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 1 *ne lupi* diripiant gregem subrepticiis verbis et -is (*Migne gr. 35, 1229D βιαίοις*). CHROMAT. serm. 6, 4 seducti voce -a *diaboli.* ORIG. in Matth. ser. 47 p. 97, 26 frequenter valde -i sunt sermones haereticorum. PASS. Secund. Theb. (BHL 7568) 6 -a blandimentorum fallacia dicta. *n. plur. pro subst.*: ORIG. in Matth. ser. 47 p. 97, 19 omnia ... -a, quae proferuntur ad defensionem Antichristi verbi (a persuasoribus *var. l.*).

2 *usu peculiari i. q. consolatorius*: GREG. M. dial. 4, 27, 6 *episcopus* studuit ..., ne mortem timere debuisset, verbis hunc *peste morientem* -is confortare.

[persuastra, persuastri *v. l. 24 sqq.*]

persuāstrīx *v. sub* persuasor.

[persuāsūra, -ae *f. non nisi var. lect. l. 25.*]

1. persuāsus *v.* persuadeo. *M. H.*

2. persuāsus, (-ūs) *m.* *a* persuadere. *non nisi abl. sing.* -u *praeter var. l.* GLOSS., *cf. p. 1761, 25 sq.* GLOSS.L III Abol. PE 41 -u: persuasione (-um: persuasionem *var. l.*). *i. q. persuasio* (*de actione praeter l. 63*): **1** *c. gen. subi.*: CIC. or. frg. A 2, 14 huius -u et inductu. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 beneficio ... Scipionis et -u (persuasi, per sua, persei *var. ll.*). PAVL. dig. 21, 1, 43, 2 qui -u alterius a domino recessit, fugitivus est ([*seq.* citra consilium eius, qui persuasit]. AVG. c. Secundin. 19). ARGVM. Plaut. Epid. 2. AVG. c. adv. leg. 2, 10, 35 serpentis. OROS. hist. 3, 17, 3. 7, 43, 7 uxoris suae ... -u et consilio (persuasus *et* suasus *var. ll.*). AVELL. 2a, 3. EVGIPP. Sev. 10, 1 *cuiusdam* -u ... ad colligenda poma ... egressus. **2** *cetera exempla*: PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 2 *Eva* de -u in dolore filios parere meruit (*antea*: quia marito persuasit). CLAVD. MAM. anim. 3, 18 p. 189, 16 sin ... -u ⌞istuc⌟ uti obstinatio est (pro suasu *var. l.*; ⌞ ⌟ *abl. sec. Hårleman, De Claudiano Mamerto ... quaestiones, 1938, 49 adn. 2*). REG. eccl. Carth. l. 253 vel conviviis sibi concinnantes plebem vel certe -u maligno, ut *idem velint.* *Keulen.*

persuāvis, -e. *a* per *et* suavis. *i. q. valde suavis: propriе*: IVL. VAL. 3, 18 potiti *sumus* ... desiderato ac -i potu (*gr. p. 109, 5 sq. γλυκέος ὕδατος, ὥστε δοκεῖν μέλιτος διαφέρειν. cf. Epist. Alex. p. 198, 11* dulcissimae aquae). *translate*: CASSIAN. inst. 5, 21, 2 (*inter cibos noxios animae*) detractatio cibus est eius, et quidem -is.

persuāviter *adv.* *potius a* per *et* suaviter *quam a* persuavis. *superl.* CIL. *i. q. modo persuavi, valde suaviter*: CIL IV 10675 *duo sodales hic* consumpserunt -issime cum ⌞futuere⌟ HS *tot* (⌞ ⌟ *i.* futuere(nt)*?*). AVG. mus. 4, 13, 16 dic mihi, quomodo tibi aurem tangat metrum hoc:

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'triplici vides ut ortu ...'. :: -r (*postea*: hoc repetendo permulcet auditum).

persubeo, -iī, -īre. *a* per *et* subire. *i. q. penitus subire, sc. ascendendo: proprie*: PEREGR. Aeth. 3, 4 cum ... -issemus in ipsa summitate *montis dei* (*cf. Vermeer, Observations sur le vocab. du pèlerin. chez Égérie, 1965, 22*). *translate*: REGVLA mag. 10, 87 omnibus humilitatis gradibus a discipulo perascensis, vitae huius in timore dei bene -itur scala (*postea*: pervenientes).

persubhorrēsco, -ere. *a* per *et* sub *et* horrescere (*cf.* subhorridus). *i. q. per totam superficiem paulum horrescere, turbidum fieri sim.*: SISENNA hist. 104 subito mare -ere caecosque fluctus in se provolvere leniter occepit (*ita* Non. p. 449, 8, *sed* subhorrere *ibid. p. 423, 8,* subhorrescere *Bentinus*).

persubtīlis, -e. *a* per *et* subtilis. NOT. Tir. 51, 24 -is. *i. q. valde subtilis: corp.*: LVCR. 3, 179 *animum* esse aio -em (-supt- *O*) atque minutis perquam corporibus factum constare. *incorp.*: CIC. Planc. 58 tua fuit perelegans et -is oratio. PS. PAVL. NOL. epist. app. 2, 17 (*ironice*) grande et -e artificium *est* laudare alterum in commendatione sui *eqs.* (subtile *var. l.*). BOETH. in herm. comm. pr. 2, 14 p. 215, 10 -is argumentatio tali ratione formata est: '...' (*cf. p. 215, 2* maiore a.).

persubtīliter *adv.* *i. q. modo persubtili, valde subtiliter*: BOETH. in herm. comm. sec. 2, 7 p. 140, 17 *philosophus* -r ait '...'.

persūdo, -āre. *a* per *et* sudare. *i. q. vehementer vel ubique sudare*: CHIRON 386 coges eum (*i. iumentum*) ambulare ... usque donec sudet, et defricabis eum manibus totum corpus, donec -et (*Veg. mulom. 2, 53, 3* ut vehementius sudet). ORIBAS. syn. 9, 61 add. Aa p. 396 *aegrotum post lavacrum involvere* vestimentis, donec -et (-it *Ab*). *dub. an trans. et notione q. e. exsudare*: CHIRON 519 hoc ... facit et ad ⌞homines, venenum ut -ent⌟ (*Heraeus dubitans in exemplari suo* [*coll. e. g. Veg. mulom. 2, 113, 2* ut morbi virus exsudent. *cf. etiam p. 1818, 71*]; omnes enim, ut persuadet *trad.*).

?**persufficio,** -fēcī, -ere. *a* per *et* sufficere (*non legitur nisi in textu, qui fort. medii aevi est*). *i. q. sine intermissione vel per totum temporis spatium sufficere* (*sec. gr. actio continuanda indicatur per part. praes.*): ACT. Timoth. (BHL 8294) l. 66 *Iohannes euangelista Ephesi* -fecit moderans ... *episcopi* sedem usque ad Traiani imperium (suffecit *var. l.; gr. διήρκεσεν διέπων*).

persulco, -ātum, -āre. *a* per *et* sulcare. [*confunditur cum* persultare *l. 45 et* APVL. met. 4, 31, 6 (*vix recte trad.* PS. FVLG. RVSP. serm. 1 p. 859[A] ut ... volatum suum *Iohannes euangelista* pertendat ad caelum, volatu cantuque -ans: '...' [*seq. Ioh. 1, 1; legas* persultans, *cf. p. 1774, 49 sqq. 57*]).] *i. q. sulcando permeare*: CLAVD. 3, 136 longaevum mentita *Megaera* senem rugisque severas -ta genas. PS. MAX. TAVR. hom. 16 p. 257[B] qui *tamquam arator* directo tramite ac spirituali vomere vitia mundana -ans incedit ad dei regnum. DRAC. Romul. 10, 118 *ubi Cupido volat,* -ans per inane polos micat orbita florum (persultans *var. l.*).

?**persulo,** -āre. *mire sec.* ex(s)ulare *formatum, si recte trad.* (*cf.* peregrinari). GLOSS. I p. 79 -at: *ἐξορίζεται* (*cf. II 304, 10 ἐξορίζω*: exulo, relego, extermino. *Jocelyn et Wieland in plagulis coni.* perexsulat).

Breimeier.

persultātor, -ōris *m.* *a* persultare. *i. qui saltat, vagatur per aliquod spatium*: SYMM. epist. 6, 22, 1 (*irridet adversarium*) Baiani litoris -r.

persulto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* saltare. NOT. Tir. 90, 3 -at. *inter verba primae coniug. affert* PS. ASPER gramm. suppl. 49, 14. *legitur in versibus apud* LVCR. (*semel*), SIL. (*quinquies*), AVIEN. (*quater*). *al.; in oratione soluta inde a* LIV. (*bis*), SEN. *philos.* (*bis*), TAC. (*sexies*). [*contextu manco*: FRONTO p. 212, 1. *restituendum vid. supra l. 40; falsa var. lect. l. 45.*]

I *usu primario respicitur motus celer, vehemens, alacer, ut sit fere i. q. (saltando) permeare vel (intra aliquod spatium) saltare, vagari* (*fortasse vis intensiva inest praeverbio hic illic sub A, sim. et sub II*): **A** *notione saltandi magis minusve vigente*: **1** *proprie* (*-ant animantes praeter l. 72. 75*): **a** *indicatur locus* (*per acc., abl. vel praepos.*): LVCR. 1, 15 *vere* pecudes -ant pabula laeta (*item c. acc.*: APVL. met. 4, 31, 6 maria -antes Tritonum catervae [-sulc- *codd. det.*]). LIV. 44, 9, 7 *duo armati in testudine* inter se concurrentes haud secus quam stabili solo -bant. TAC. ann. 4, 47, 2 *Thraeces* ante vallum more gentis cum carminibus et tripudiis -bant. AVIEN. orb. terr. 1371 excito ... ferox -at in agmine Mavors. **b** *cetera exempla*: SEN. dial. 4, 31, 6 *aspice* taurorum, pueris pariter ac feminis -antibus, terga impune calcata. AVIEN. Arat. 1840 si -ans aries lascivius herbas appetat (*cf. l. 63*). HIST. AVG. trig. tyr. 29, 4 *tyranni occisi* imago in crucem sublata *est* -ante vulgo. PRVD. cath. 5, 86 pontum rabidis aestibus invium -are vetas, *Christe, ut populus mare rubrum transire possit.* ALC. AVIT. carm. 5, 555 accenso -at turba tumultu (*sc. Israhelitae calamitatem plangentes, exod. 14, 10 sqq.*). 5, 717 consona quo *triumpho* celebrat -ans turba tropaeum. *per enallagen de civitate equis celeribus nota*: SIL. 3, 385 non

... Vxama, *civitas Hispanorum,* ... tam levibus -at equis *ac Vettonum civitas.*

2 *translate*: CLAVD. 26, 369 inter vina chorosque -at ... effrena licentia. MAX. TAVR. 61c, 1 laetitia natalis dominici ... corda nostra -ant (*sim.* 101, 1). GREG. TVR. vit. patr. 11 prol. ut ... anima angelicis choris inserta in requie sempiterna -et.

B *notione saltandi evanescente fere i. q. permeare, peragrare* (*locus indicatur saepe per acc., per praepos.* LIV. *sub I*): **1** *speciatim de gentibus, exercitibus, qui insultando, populando sim. regiones hostium -ant*: LIV. 34, 20, 6 (*de gente Hispana*) memores, quam saepe in agro eorum impune -assent *inimici* (ins- *var. l.*). TAC. hist. 3, 49, 1 *Antonius victor* ut captam Italiam -are (*item c. acc.*: ann. 11, 9, 1 Hibero exercitu campos -ante. AMM. 15, 8, 6 -ant barbari Gallias rupta limitum pace [16, 12, 5 licentius ... G. -vit *rex Alamannorum*]. 17, 13, 27 -bat Illyricum furor hostilis. 25, 6, 8. 26, 4, 5. 26, 5, 11 ne -tis Thraciis perduellis ... invaderet ... Pannonias. 27, 1, 1). ann. 12, 40, 1 *Silures* late ... -bant. IVLIAN. in Os. 14, 5 tempore ..., quo -at hostis, squalore ... vestiuntur *arva.*

2 *generatim; -ant*: **a** *equites* (*ungula l. 18*): SIL. 4, 556 *Apulus quidam* Iapyge campum -bat equo (6, 217 cornea gramineum -ans ungula *equorum* c.). 6, 705 ardua celsis -et iuga *Alpium* victor equis. 12, 576 *Hannibal* -ans agmina. TAC. Agr. 37, 4 *iussit Agricola* rariores silvas ⌞equitem -are⌟ (⌞ ⌟ *Rhenanus,* equite -ari *vel* equites perlustrari *codd.*). **b** *pedites*: SEN. dial. 1, 4, 14 *Germani* super durata glacie stagna -ant. TAC. hist. 5, 15, 1 Germani notis vadis -bant (*sc. per paludes*). AMM. 14, 2, 5 *Isaurorum multitudo montes* ut loca plana -at. SIDON. carm. 5, 455 *turmae Xerxis* Hellespontiaco -vere profundo. **c** *incorporea*: AMM. 20, 5, 4 cum ... pauca, quae semiintegra sunt relicta, cladis immensitas -ret. PRVD. psych. 468 (*cohors Avaritiae describitur*) crimina -ant toto grassantia campo.

II *usu secundario respicitur sonus, clamor*: **A** *-ant loca vocibus sim. resonantia* (*usu fortasse sec.* resultare *novato*): AVIEN. orb. terr. 939 nullis pecorum balatibus agri -ant. 997 Pactolus aquas agit auriger, arva canoris -ant cygnis (-ans *trad., tuetur van de Woestijne*). HIER. in Ezech. 23, 36 l. 1140 voce composita -bat *mensa lascivorum* (*vertit* Ezech. 23, 42, *ubi LXX φωνὴν ἁρμονίας ἀνεκρούοντο, Vulg.* vox multitudinis exultantis erat in ea). CLAVD. carm. min. app. 5, 57 cum pede vox resonet: -ent atria larga.

B *-ant ii, qui sonum edunt* (*in imag. l. 42 sq.; saepe respiciuntur exsultantes, gaudentes, lascivientes sim. [cf. IA2]; aliter l. 49. 52. 57; exsequiae magnificae describuntur l. 41; cf.* GLOSS. -o: vocifero): **1** *animantes eorumve actiones sim.*: **a** *exempla varia*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 3 p. 351, 20 *cum dicentis sermo* in lascivum -verit eloquium. HIL. AREL. vita Honorat. 35 l. 21 -vit ... dei gloria et in dissonis diversarum linguarum choris amor consonus. VITA Hil. Arel. 32 l. 6 in decacordo praeceptorum moribus ... et vocibus -asti. MAX. TAVR. 73, 5 *cum* aves ad gratificandum psalterii suavitate -ent. 97, 1 eādem, qua illi *angeli* sententia, -emus dicentes (*seq. Luc. 2, 14. eodem spectat* 97, 2 hac ... voce -runt angeli). EVSEB. GALLIC. hom. 9, 10 legimus trium ⌞una gloria⌟ (*acc. var. l.*) personarum caelestem -are concentum (personare *var. l.*). VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 3 velut ... tonitru oris eorum vox euangelica -bat. **b** *c. obi. int.*: PRVD. ham. praef. 10 vox ... summo missa -at throno: Cain, quiesce *eqs.* (*sim. pro obi. est oratio recta*: FAVST. REI. spir. 1, 7 p. 112, 22 *Esaias* trina repetitione -at [persistat *var. l.*]: sanctus, sanctus, sanctus [*inde* CAES. AREL. serm. 212, 4, *ubi*: responsione]). perist. 11, 77 '...'; haec -anti *quaesitori* ... ante tribunal offertur senior. FAVST. REI. epist. 7 p. 203, 13 quem *hymnum* ... per omnes ... regiones -at ecclesia.

2 *instrumenta musica: c. obi. loci*: RVT. NAM. 1, 629 responsuros -at bucina colles. *c. obi. int.*: GILD. Brit. 50 chron. III p. 55, 31 audiamus ... quid prophetica tuba -et: '...' (*Ier. 13, 22 sq.*).

deriv.: persultator.

Vestergaard.

1. persum *v. Onom.* **2. persum** *v.* pessum.

persummo, -āvī, -āre. *sec.* consummare *a* per *et* summa. SYNON. Cic. p. 440, 4 effecit. expedivit. explevit. -vit. consummavit. peremit. extruxit.

persūmo, -ere. *a* per *et* sumere. *i. q. (penitus) sumere*: BOETH. diff. top. 4 p. 1216[A] rhetor ..., quoniam causas ex circumstantiis tractat, ex eisdem circumstantiis argumenta -et (*cf. p. 1216[B]* utatur; argumenta sumuntur).

persuo, -ere. *a* per *et* suere. NOT. Tir. 83, 58 -it (*in serie compos.*).

persuperfluus, -a, -um. *a* per *et* superfluus. *i. q. omnino superfluus*: COLVMB. epist. 1 p. 160, 7 (MGH epist. III; *fere a. 600*) -um puto commendare tibi meos, quos salvator ... recipiendos esse decernit.

persuppleo, -ēre. *a* per *et* supplere. *i. q. penitus supplere, implere*: VET. LAT. II Tim. 4, 5 (Ps. Cypr. aleat. 4, 2) ministerium tuum cum integritate -e (supple *edd. vet.; gr. πληροφόρησον, aliae vers.* im-, adim-, exple, *v. ed. Beuron.*).

persus *v. Onom.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

persuscito, -ātum, -āre. *a* per *et* suscitare. *i. q. (penitus) e morte suscitare*: BREV. de Hier. 2 rec. b l. 41 *in monte Calvariae* fuit -tus, per quem fuit crux Christi declarata (*ad rem v. Paul. Nol. epist. 31, 5 p. 273, 3 sqq.*).

pertābēsco, -tābuī, -ere. *a* per *et* tabescere. *fere i. q. tabescere* (*sc. penitus? in contextu obscuro et notio praeverbii parum dilucida est*): AETNA 475 si quis lapidum ⌞summo⌟ -uit igni, ... quaedam sordida faex est (summus *Richter,* subito *Goodyear*). *Breimeier.*

pertaedeo, -sus sum (-uī), -ēre. *a* per *et* taedere. *formas finitas act. praebent* GELL. *l. 56. p. 1776, 35 (?) et* CASSIOD. *p. 1776, 38. ceterum non nisi p. p. p. occurrit sive c. verbo auxiliari (sc. pro depon. sub I, sensu pass. sub IIA2) sive pro part. coniuncto vel adi. positum (v. sub IIA1). cf.* CHAR. gramm. p. 213, 1 *quaedam in perfecto* duplicantur ..., ut taedet -sum est ...; nec enim aut taeditum aut taesum nec rursus taeduit ... dici potest (*sim.* p. 331, 20 DIOM. gramm. I 398, 15 sqq. SERV. Aen. 5, 714 PRISC. gramm. II 561, 3 [*cf. infra l. 49*]. *aliter* CLEDON. gramm. V 58, 23 -uit ... et -sum est ... usurpatum est). *formam p. p. p. sollemnem* -taes- *praebet e. g.* ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 26. *forma* -tis- *Scipionem Africanum usum esse testatur* LVCIL. 964 quo facetior videare et scire plus quam ceteri pertisum hominem (hominum *L. Müller*) non pertaesum dicere (*cf.* FEST. p. 273 *et* PAVL. FEST. p. 72 *antiqui* distisum et pertisum dicebant, quod nunc distaesum et pertaesum [*sim.* p. 216]. *usum reicit* CIC. orat. 159 in verbis iunctis ... concisum non concaesum, ex quo quidam pertisum etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit). -tes- (-tens-) *scribitur* CE 736, 2 (*non ante saec. IV*), *in codd.* POMPON. Atell. 94. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1119. 1120 (-tens- 1118), *in var. l.* VERG. Aen. 4, 18 *R.* NEP. Att. 15, 2. *al. legitur inde a* LVCIL., GRACCHO or. [*restituendum videtur* GLOSS.^{L} Corp. P 191 pertessum (perp- *cod.*): aðroten is (*anglosax.; ad scripturam cf. l. 24. p. 1776, 5*).]

I *verbum impers.* -sum est (*act.* -bat *l. 56*) *i. q. (magno) taedio afficit, (valde) molestum est* (*taedium movetur fere eis, quae quis experitur vel iam expertus est [hominibus l. 36. 49 sq.], rebus imminentibus autem l. 64; personae affectae indicantur per acc. passim, ceterum per dat. l. 41. 53. 59. 64, per praepos.* apud *l. 58, saepius subaudiuntur*): **A** *taedium moventia indicantur*: **1** *per casus*: **a** *dat.* (*si recte explicavit* DIOM. gramm. I 311, 23): GRACCH. or. frg. Diom. gramm. I 311, 23 usque adeo -sum vos mihi esse. **b** *gen.* (*testantur* DIOM. gramm. I 311, 20 SERV. Aen. 4, 18 ARVS. gramm. 436. *an huc l. 20?*): CIC. ad Q. fr. 1, 2, 4 -sum est levitatis *Graecorum,* adsentationis *eqs.* SALL. or. Macri 8 prius illi *optimates* invidiam metuēre, quam vos, *Quirites,* iniuriae -sum est (*cf.* DOSITH. gramm. 62, 2 -sum est mihi i. CHAR. gramm. p. 382, 4. GLOSS.^{L} II Philox. PE 292 -sum est i.: *σιχχαί⟨ν⟩ομαι τὴν ὕβριν*). NEP. Att. 15, 2 numquam suscepti negotii eum -sum est. VERG. Aen. 4, 18 (*Dido ad Annam*) si non -sum thalami taedaeque fuisset, huic uni forsan potui succumbere culpae. 5, 714 (*senex ad Aenean*) *Acestae* trade ..., quos -sum magni incepti rerumque tuarum est. LIV. 3, 39, 4 *non* nominis *regis* homines tum -sum esse ...: superbiam ... perosos (*spectat ad Tarquinium Superbum ut* ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 26 -sum est mentes regni. *ceterum cf.* LIV. 3, 67, 7 decemvirorum vos -sum est [*antea*: taedet]. TAC. ann. 3, 26, 3 postquam regum -sum *est*). SEN. dial. 6, 20, 3 non est molestum servire, ubi, si dominii -sum est, licet uno gradu ad libertatem transire. CVRT. 10, 2, 25 (*Alexander ad milites*) Asiaene -sum est, quae vos gloria ... dis pares fecit? FLOR. Verg. 3, 3 ita mihi -sum erat huius professionis, ut nusquam vivere putarem hominem miseriorem. GELL. 5, 14, 26 ubi me ... vitae illius ferinae iam -sum est, ... reliqui specum *leonis* (AMM. 26, 6, 4). 15, 20, 6 *Euripides* duas simul uxores habuerat ..., quarum matrimonii -bat. PANEG. 2, 20, 3 cuius *arrogantiae* ita maiores nostros -sum est, ut *eqs.* DON. Ter. Eun. 795, 1 adeo apud illam *meretricem* amicitiae eius *militis* -sum est. OROS. hist. 4, 9, 12 quibus *senatoribus* iam nauticae rei -sum esset.

2 *per inf.*: POMPON. Atell. 94 dedi nebuloni, quem -sumst ⟨esse⟩ pauperem (pertesunt *trad.*). LVCR. 3, 1061 exit saepe foras ... ille, esse domi quem -sumst. 5, 1150 hanc ob rem est homines -sum vi colere aevom. SIL. 2, 595 sperare saluti -sum, *sc. Saguntinos obsessos.* TRACT. Pelag. 4, 4, 2 *multos* ita malae institutionis consuetudo ... infecit, ut -sum illis sit inveteratam iam consuetudinem ... mutare.

B *taedium moventia subaudiuntur*: OV. am. 2, 9, 27 dulce puella malum est: cum bene -sum est animoque relanguit ardor, nescioquo miserae turbine mentis agor. GELL. 10, 12, 1 ex quibus *scriptis* pauca haec inviti meminimus, quia -sum est.

II *adhibetur ut verbum pers.*: **A** *part.* pertaesus, -a, -um (*hic illic vergit in vim adi.*): **1** *sensu act. de hominibus, qui taedium sentiunt*: **a** *accedit acc.* (*hominis* SVET. Tib.): AVGVSTVS Suet. Aug. 62, 2 -us morum perversitatem eius *Scriboniae divortium feci.* SVET. Iul. 7, 1 *imagine Alexandri conspecta* -us ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset, *consilia mutavit.* Tib. 67, 1 semet ipse -us ... *epistula* professus est *mala sua.* IVST. 38, 9, 4 Demetrius *captivus,* privatam etsi opulentam vitam -us, ... fugam meditatur. Ps. AMBR. mans. 13 p. 23^{C} populus manna -us carnes, pisces ... concupivit (35 p. 34^{A}). CYPR. GALL. gen. 229 dominus, diri -us crimina mundi ..., constringit *vitam* (*sec. gen. 6, 5 sqq.*; -taessus *var. l.*). **b** *accedit gen.* (*hominis* AMM.): TAC. ann. 15, 51, 1 *Epicharis* lentitudinis eorum *coniuratorum* -a ... primores classiariorum ... labefacere ... conisa est. ITIN. Alex. 30 rescit *Alexander* ... a transfuga -os comites fugae eius ... Darium habere sub vinculis. 54 *Alexander* bellorum ultra -us ... exercitui *concessit* (*cf.* IVL. VAL. 1, 20 armiger ... aetate provectior, ⌞diu iam⌟ militiae laborisque -us [⌞ ⌟ *Kübler,* divinam *vel* de vi *codd.,* de vi iam *Rosellini*]). IVL. VAL. 2, 25 (*Darius ad Alexandrum*) non ... adeo -os deos regni mei et orientis sui esse sedis existimo, ut ad occidua tecum pariter migraturi sint. AMM. 14, 11, 27 *Gallus Caesar supplicio damnatus* ipse quoque sui -us excessit e vita. MACR. somn. 1, 13, 9 *qui se interfecit* -us necessitatis. CE 736, 2 (*non ante saec. IV*) *mariti* ab occasu *Prudentia* vincli -a iugalis ... vidua permansit (*cf. p. 1775, 44*). GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1119 -um: deserta loca et noctem petit *animal* -um lucis.

2 *sensu pass. de eis, quae (qui) taedium movent, taediosa sunt* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 290 -us: *εἰς μ[ε]ῖσος γενησόμενος* [*cf.* 318 -um: *μ[ε]ῖσος*]. III Abstr. PE 71 -um: taediosum vel permolestum [*sim.* V Abba PE 147 I Ansil. PE 1118. 1120]. GLOSS. II 589, 18 -um: odiosum [V 320, 46]): **a** -um esse: IVL. VAL. 2, 25 *Alexander* respondit non minus sibi -as esse vaniloquentias et iactantias barbari quam *eqs.* HIL. in psalm. 2, 19 inprobabiles esse hostias, abominabiles sollemnitates, -a ieiunia (*sc. deo, sec. Is. 1, 14*). 13, 2 sunt ... in psalmo omnia aspera, horrenda, -a, blasphemiis plena. *de homine*: HIL. in psalm. 118 lamed 13 p. 464, 19 scit propheta vel saeculi hominibus vel diabolo ... eum, qui se dei profitetur, esse -sum (perosum *var. l.*). **b** -um habere: AMBR. hex. 5, 19, 62 fertur ... turtur, ubi ... fuerit ... viduata, -um thalamos et nomen habere coniugii (*part. c.* nomen *congruente? an neutr. pro subst. accipiendum?* -t(a)esunt, -taesuam *al. var. ll.; ceterum cf. Basil. hex. 8, 6 ἀπαρνουμένην, Eustath. 8, 6, 1* abnuere *nec non* VERG. *p. 1775, 44*).

B *formae act.*: *?***1** *de hominibus, qui taedium sentiunt* (*nisi pertinet ad* pertaedesco): GELL. 1, 2, 6 has ille *philosophus* inanes glorias cum flaret iamque omnes finem cuperent verbisque eius defetigati -uissent. **2** *de rebus, quae taedium movent*: CASSIOD. var. 3, 21 *Romae* iugiter immoranti ... indutias tibi postulas debere concedi, non quod habitatio tam clara -at, sed quo dulcior fiat renovata regressio.

deriv.: pertaedesco.

pertaedēsco, -ere. *a* pertaedere. *dub. utrum verbum pers. an impers.; huc fortasse pertinet plusquamperf.* -uissent *supra l. 35. i. q. pertaedere incipere, taedio commoveri*: CATO agr. 156, 6 nolito multum *brassicae* dare, ne -at (*sc. aegrum? aeger?*). *Vestergaard.*

pertango, -ere. *a* per *et* tangere (*per recompositionem q. d., cf.* prae-, retangere; *notione discrepat a compos. sollemni* pertingere). [*vix recte coni. Humelberg* APIC. 6, 8, 1.] *i. q. (ubique?) tangere, sc. spargendo liquore*: APIC. 8, 8, 1 *leporem* -ito de conditura infra scripta: teres piper *eqs.* (*postea*: in ipsa percoquitur conditura).

pertega *v.* pertica.

pertego, -tēxī, -tēctum, -ere. *a* per *et* tegere. [*confunditur in codd. cum* pertergere LVCR. 4, 249. 252. 277, protegere *l. 60 et* IVL. VAL. 1, 43; *vix recte olim edebatur pro* praetegere CAEL. AVR. chron. 1, 1, 18.]

i. q. penitus vel ubique tegere: **1** *tegendo operitur aliquid*: **a** *corp.*: PLAVT. Rud. 123 *seces* harundine⟨m⟩, qui -amus villam (*cf. e. g. 101* integundam ... totam. *sim. aedificia -untur, tecto instruuntur*: VITR. 5, 9, 1 Themistocles columnis ... dispositis *odeum* navium malis ... e spoliis Persicis -xit. 7 praef. 16 *ingentem* cellam ... Ictinos ... sine exterioribus columnis ... -xit [-xuit *var. l.*]). VARRO Men. 267 pedem paenula scortea -ere. VITR. 10, 6, 3 supra eas *regulas* ... figuntur tabulae, quae -ant eam involutionem (pro- *var. l.*). THEOD. PRISC. gyn. 19 *in vas ad semina lini etiam* oleum ... adiciemus, ut semina -antur. **b** *incorp.*: PLAVT. Trin. 323 benefacta benefactis aliis -ito, ne perpluant. Ps. HIL. gen. 66 *deus* sidera distinguens variis ⌞-ta⌟ figuris (*cf. e. g. 69* Anguis ... Pliades; pertexta *Weitz,* per tecta *Coustant*).

2 *tegendo imponitur aliquid* (*cf. similia sub* in-, obtego): LVCIF. Athan. 1, 43 l. 18 quandoquidem ... tenebrae ... obsederint animum tuum atque -erint errorum caligines (caligine *dub. Latinius*).

pertemerārius, -a, -um. *a* per *et* temerarius. *ponitur in tmesi. i. q. valde temerarius*: COD. Iust. 12, 20, 6, 1 (*a. 491/518*) cum perabsurdum perque temerarium sit ... concedi *eqs.*

pertemere *adv.* *a* per *et* temere. *i. q. admodum temere*: HIL. coll. antiar. p. 56, 12 illi *Athanasio* -e credendo communicaverunt *episcopi* (*postea*: temere illi fidem ... habere). *Breimeier.*

⁂pertempto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* temptare. *scribitur* -tent-, -temt- *saepius in codd. medii aevi. legitur singulis vel paucis locis* *[Hays]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apud TER., CIC., LVCR., BELL. Alex., VERG., LIV., VITR., FEST., PETRON., STAT., TAC. *al.* [*confunditur in codd. maxime c.* temptare TER. Andr. 588 LIV. 27, 10, 2 RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 1 IORD. Get. 68. *al.*, praetemptare STAT. Theb. 2, 369. 3, 381 FVLG. aet. mund. p. 166, 14 CLAVD. 5, 477. *al.* (*var. l. dub.* VEG. mil. 1, 8, 1).]

fere i. q. temptare (*vis praeverbii fere incerta est, fortasse intensiva sub II, distributiva l. 55 sqq., perfectiva e. g. l. 29 sqq.*): **I** *c. notione experiendi*: **A** *spectat ad scrutationem tantum* (GLOSS. -o: *ἐκπειράζω*. -at: perquirit. -are: probare. *pro obi. est enuntiatum interrog. l. 22, cf. l. 46. 51*): **1** *incorpoream*: **a** *-antur homines eorumve animi sim.* (*quaeritur, quid sentiant, respondeant sim.*): TER. Andr. 588 ea gratia simulavi *nuptias futuras,* vos ut -rem. LIV. 2, 3, 6 legati ... nobilium adulescentium animos -ant; a quibus placide oratio accepta est, iis litteras ab Tarquiniis reddunt ([*nisi ad B2bβ*]. 27, 10, 2 -tis prius aliarum coloniarum a. [tempt-*P*]. TAC. hist. 1, 29, 1 *coniurationem timentibus* placuit -ari animum cohortis *praetoriae*). STAT. Theb. 2, 369 fratris -are fidem (prae- *var. l.*). 3, 381 *Polynices* variis -at pectora dictis obliquatque preces. TAC. ann. 6, 20, 2 *Galbam* accitum et diversis sermonibus -tum *imperatorem futurum agnovit Tiberius.* GELL. 18, 13 tit. Diogenes ... -tus a dialectico quodam sophismatio inpudenti (*sim. in disputatione*: HIL. c. Const. 14 *haereticus* ad me -andum accesserat. in Matth. 23, 1 an violaret *Christus* saeculi potestatem, de propositae interrogationis condicione -ant *Pharisaei* [*cf. Matth. 22, 18* quid me temptatis?]). GAVDENT. serm. 15, 13 *arbor,* in qua servorum suorum oboedientiam -ret *deus.* AVSON. app. A 6 Il. 2 (422 S.), 11 *Agamemnon* in contione multitudine congregata -at militum voluntatem. PELAG. epist. ad Demetr. 25 p. 39[C] (*antea: diabolus* explorat omnes aditus animae tuae) singula quaeque -ans quaerit vulneri locum (*nisi ad B2bβ*). **b** *-antur res variae*: CIC. inv. 2, 38 ex facto ... ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negotii ex omnibus partibus -bitur (*sim.* 2, 117 scripturam ... totam omnibus ex partibus -are). 2, 68 unam quamque iuris partem. de orat. 2, 318 tota causa -ta atque perspecta. ad Q. fr. 1, 4, 5 (*ex exilio*) perspice rem et -a et ad me ... vere perscribe. PLIN. epist. 1, 20, 15 *in causis dicendis* omnia -o, omnia experior. RVFIN. Orig. princ. 1, 7, 3. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 6 perscrutari dialecticam, syllogismorum nexus inquirere, mensuras geometriae -are (tempt- *var. l.*). CLAVD. 5, 477 quaesitor ... -at crimina Minos.

2 *corpoream*: BELL. Alex. 17, 5 locis cognitis vadisque -tis pauci nostri in litore constiterunt. VITR. 8, 1, 6 cum haec, *sc. signa aquae,* ita erunt -ta ..., tum deprimendus est puteus. FEST. p. 214 conto -ant cognoscuntque navigantes aquae altitudinem. TAC. hist. 2, 49, 2 cum utrumque *pugionem* -asset. HYG. grom. p. 97, 22 ita vim legum perscrutanda[ru]m suadeo, ac si[c] ... per articulamenta membrorum -ari solent corpora. GELL. 18, 10 tit. *quidam* in exploranda febri venarum pulsus -ari putant, non arteriarum. TERT. pall. 3, 5 Mercurium ... delibasse ⟨o⟩veculam, dumque -at *eqs.* (*sc. qualitatem lanae*). VET. LAT. gen. 27, 21 (Hil. myst. 1, 25, 2) -bo te, fili, si tu es ... Esau (*gr. ψηλαφήσω, Vulg.* tangam ... et probem). SCHOL. Hor. ars 294 *marmorarii* iuncturas marmorum ungue -ant. HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 24 cum ... gladiorum suorum aciem in defunctorum cadaveribus -rent (*gr. ἐδοκίμαζον*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 362 *Ceres* certo -at bracchia *arborum* nisu (prae- *var. l.*). SORAN. p. 91, 8 in orificium matricis manum ... intus inicere et ⌞-are et quaerere⌟ in quem locum eum *embryulcum* aptiorem infigat (*gr. ζητεῖν*). VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 23 *Thomas* tali voluit experimento dominum -are.

B *spectat ad varias actiones, quas quis experiendo, explorando init, suscipit*: **1** *vi praeverbii distributiva, sc. pro obi. sunt res plures, quae vicissim temptantur, explorantur*: LVCR. 5, 190 (= 5, 425) primordia rerum ... consuerunt ... omnia -are, quaecumque inter se possent congressa creare. APVL. met. 8, 7, 4 puella protinus festinat ad maritum suum *mortuum* demeare cunctasque prorsus -at vias. EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 16 *formica* cuncta ... discurrendo -at, quo possit sufficientia sibimet alimenta recondere.

2 *cetera exempla*: **a** *pro obi. est is quem (id quod) quis afficit*: **α** *aggrediendo armis, vi*: PETRON. 89 vers. 24 bipenni latera *equi* -at *Laocoon.* FVLG. aet. mund. p. 166, 14 *Alexandrum* -ta Maeotide ... *incolas* lacessisse. OROS. hist. 6, 18, 32 Taurus ... totam paene Siciliam ferro -tam conterritamque in fidem recepit. IORD. Get. 68 Caesar ... Gothos ... crebro -ans nequivit subicere. CORIPP. Ioh. 6, 750 *viri leonem* vocibus ... et tantum iniectis -ant longius hastis. **β** *persuasione, dolo, minis sim.* (*saepe subest imago aggressionis*): TAC. hist. 1, 25, 1 data *est* pecunia ad -andos plurium animos (PS. AVR. VICT. epit. 12, 6 *quendam* promissis ingentibus a. militum -antem. *cf. et l. 13*). HIL. in psalm. 128, 5 inimicae ... virtutes firmos fide ... viros ... saepe -ant. AMBR. epist. 4, 11, 23 *diabolus* -at sensus nostros fraude ac dolo. PAVL. NOL. epist. 23, 24 *mali angeli* petulantius infirmiora vasa, *i. mulieres,* -ant. AVELL. 232, 3 clerici ... omnibus -ti minis atque persuasionibus tamen nequaquam flexi sunt, ut *eqs.*

b *pro obi. est id quod quis (quid) efficit vel agere, efficere conatur*: **α** *c. obi. acc.*: COD. Iust. 9, 34, 4, 1 (*a. 244*) *si debitor* dispendium tuum ad occultum compendium suum -at (trahere -at *recc.*). Theod. 2, 6, 4 ut ea res (*sc. hereditatem adire*) ... *non* clam ... -etur. 12, 1, 173, 2 ut ... nihil ad ... inopum perniciem audeant -are. CLAVD. 18, 272 (*ad eunuchum*) quid te ... bellis inseris aut saevi -as Pallada campi? tu potes alterius studiis haerere Minervae *textricis.* COD. Iust. 1, 11, 8 pr. (*a. 472?*) nemo ea, quae ... interdicta sunt, audeat -are. 11, 43, 9 (*a. 474/491*) huiusmodi aliquid. 11, 43, 10 pr. (*a. 474/491*) decernimus, ne quid ... contra ... aquaeductus ... -etur. CANON. Turner I p. 14 rec. II hoc, *sc. alienam paroeciam pervadere,* non a semetipso -et *episcopus* (*rec. I* praesumat). LIBERAT. 13 Conc.[S] II 5 p. 120, 1 nullum audere tale aliquid -are. 20 Conc.[S] II 5 p. 135, 5 dum haec, *sc. excubias agere,* Theodosius nocte -at. **β** *c. inf.* (*acc. c. inf. l. 25; saepe c. colore praesumendi*): COD. Iust. 12, 1, 6 (*a. 357/360*) nequis ex ... officiorum faece ... aliqua frui dignitate -et. HIL. in psalm. 136, 8 *vitia* admiscere se fidei sacramentis ... -ant. GAVDENT. serm. 17, 21 quid ... animos nostros ... depravare -as? PHILIPP. in Iob rec. long. 38 p. 750[A] si ... ventus ... pressurarum te funditus commovere -at. RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 1 *angelorum nomina* pro viribus nostris discutere -bimus (tempt- *var. l.*). EPIST. Maxim. Aug. in psalm. 36, serm. 2, 20 l. 29 quisquis ... innocentem conficere -arit. REG. eccl. Carth. l. 1024 ut ... *ecclesias* invadere -verint. COD. Theod. 7, 8, 15 nemo ... alterius domum infestare -et. CORIPP. Ioh. 8, 556 *equus* surgere -ans dominum deturbat harenae. FACVND. fid. 40 qui ... synodi auctoritati contradicere in aliquo praesumit aut -at. *et saepius.* *c. acc. c. inf.*: COD. Theod. 6, 28, 4 *ne causarum patroni* sub unius persona susceptis ... aliena negotia inserenda esse -ent.

II *c. notione penitus afficiendi*: **A** *-antur res, quae: concutiuntur*: LVCR. 6, 287 tremor terras graviter -at. *incantatione quadam moventur*: PETRON. 127, 5 haec ... cum diceret *Circe,* ... tam dulcis sonus -tum mulcebat aera, ut putares ... canere *Sirenas.*

B *-antur animantes*: **1** *-at passio corporis*: VERG. georg. 3, 250 ut tota tremor -et equorum corpora, *cum equas odorantur* (SERV. id est penitus temptet). APVL. met. 1, 11, 4 vinolentia ac ... fatigatione -tus ... stertebat. DICT. 1, 19 *militum* corporibus -tis lues invadit. AMBR. hex. 3, 9, 39 priusquam vitalia ipsa *sturnorum* -et *vis conii* (*Basil. p. 101[D] καθάψασθαι*). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 289 do⟨lor⟩es ... muliebres ⟨int⟩eriora pertemp⟨tant⟩. **2** *-at affectus* (*vel eius causa* DICT.): gaudia: VERG. Aen. 1, 502 Latonae *Dianam spectantis* tacitum -ant g. pectus (*cf.* GELL. 9, 9, 15 *Probum miratum esse, quod Vergilius* g. fecerit pigra et levia ... et quasi in summo pectore supernantia; nescire enim sese, quid significaret aliud '-ant' [*sec. IB2a intellectum?*]. SERV. modo vehementer temptant, alibi leviter, ut [*affert l. 43*]. GLOSS.[L] I Ansil. PE 1112 commovent. 1113 permovent). 5, 828 Aeneae ... g. -ant mentem (SERV. sollicitant. *inde* CORIPP. Ioh. 1, 204 -ant g. mentem). VICTRIC. 3 l. 40 infantum ... animos g. ista -ant. *cetera exempla*: VERG. Aen. 7, 355 dum prima lues *Furiae* udo sublapsa veneno -at sensus *Amatae.* STAT. Theb. 5, 446 tacitis corda aspera flammis Lemniadum -at amor. APVL. met. 9, 36, 2 indignatio totos audientium -vit animos. IVVENC. 3, 656 cibi -ans corda voluntas. DICT. 3, 11 *Achilles lugens* adeo reliquorum animos -verat, ut *eqs.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 616 p. 650 spes eum -bat hilarior ... nihil esse deprehensum. AVG. epist. 129, 1 utinam ipsos non -et ista cogitatio. c. Faust. 22, 66 cor regis fuerat superbia -tum. *Hays.*

pertendo, -tendī, -tentum, -ere. *a* per *et* tendere. NOT. Tir. 11, 83 -it. 12, 8 -tus. *forma p. p. p. non nisi* NOT. Tir. *loco cit. in serie compositorum.* GLOSS. -o: *διατείνω*. *legitur fere singulis vel binis locis apud* TER., CIC., VARRONEM, BELL. Alex., PROP., LIV., SEN. nat., QVINT., FRONTIN. *al., aliquanto saepius apud* SVET., RVFIN., AVG. [*confunditur in codd. maxime cum* pro- PAVL. NOL. carm. 20, 160 AVG. civ. 15, 17 p. 95, 15 PRISC. periheg. 55. 543. *al. et* prae- QVINT. inst. 9, 2, 83 HEGES. 4, 21 MAXIM. eleg. 2, 68. *al.* (*restit.* SVET. vita Plin. p. 93, 5; *cf. p. 1780, 59 sqq. et vol. X 2, 979, 27 sq.*). *falso trad.* GLOSS. II 149, 2 -it: *σημαίνει* (portendit *Heraeus in exemplari nostro, cf. vol. X 2, 11, 34 et 46*). V 319, 38 -it: intellegit (perpendit *Goetz, cf. p. 1616, 32. 41*). *loco corrupto vel obscuro*: GLOSS.[L] I Ansil. PE 1115 -ere: provenire. 1116 deberi inmineri.]

I *notione sollemni est fere i. q. (porro vel usque ad finem) tendere*: **A** *praevalente respectu perseverantiae*: **1** *exempla varia*: TER. Haut. 1053 ne tam offirma te ... :: ... video non licere, ut coeperam, ⌞hoc⌟ -ere (SCHOL. Ter. p. 126, 25 adimplere. ⌞ ⌟ *acc. int., ut vid.*). Eun. 51 si incipies neque -es gnaviter (SCHOL. Ter. Bemb. perseveras). VARRO ling. 5, 2 *pertinacia* ostenditur esse a perten⟨den⟩do; in qua re sit impositum, dicitur cum demonstratur, in quo non debet -i et -it, pertinaciam esse. PROP. 2, 15, 17 si -ens animo vestita cubaris, scissa veste meas experiere manus. AVG. conf. 8, 6, 15 -bat ille et loquebatur adhuc. *singulariter de ventis*: SOL. 6, 3 incolae persentiscunt, quinam flatus in triduo -ant (portendantur *edd. vet.; Plin. nat. 3, 94* flaturi sint). **2** *accedunt*

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

structurae verbales: *acc. c. inf.* (*ut sit pro verbo dicendi; cf.* Avg. *sub 1*): Qvint. inst. 9, 2, 83 ut *reus* se in tormentis innocentem esse -at (*prec. cod. rec.*). *inf.*: Diom. gramm. I 397, 2 *frustra alicui suadentes* concedimus arbitrio eius remittentes, quod -at facere, ut cum loquimur 'ne facias' sane suadentes, illo -ente, ut magis faciat, addimus 'videris feceris'. Rvfin. apol. Orig. epil. 7 l. 55 cum ... -ret impudenter adserere falsitatem. Avg. cons. euang. 3, 13, 46 ne usque ad *Iesu* mortem saevire -rent *milites Pilati.* *enunt. secund. c.* ut: Diom. gramm. I 397, 3 (*v. l. 4*).

B *praevalente respectu motus sim.* (*notio perseverandi saepe invenitur etiam hic, sive quod porro itur, e. g. l. 14. 37 sq., sive quod usque ad finem itur*): **1** *proprie vi locali*: **a** *respicitur actio eundi sim.* (*saepe de motu militum*): **α** *intransitive*: Ⓘ *finis indicatur per praepos.* (*cum gerund. l. 17. 28*): ad: Bell. Alex. 30, 1 Caesar ... protinus victor ad castra regis -it. Frontin. strat. 1, 4, 6 rex ... magnis itineribus ad angustias -it. Svet. Iul. 32 (*de omine*) *vir repente conspectus* rapta ... tuba prosilivit ad flumen et ... classicum exorsus -it ad alteram ripam. Cal. 44, 2 ad forum usque. vita Plin. p. 93, 5 cum ... flagrante Vesuvio ad explorandas propius causas Liburnica -isset (prae- *trad.*). Clavd. Don. Aen. 2, 480 p. 214, 33 fenestra facta est, non qua posset totus homo ad interiora -ere, sed per quam interim cerneretur oculis, quid interius ageretur (9, 580 p. 262, 26 sagitta ... usque ad i. uteri -ens). Collect. Arian. serm. 3, 4 *Christus* it ... et per infernas sedes et usque ad ipsius Herebi profunda -it. Rvfin. hist. 2, 14, 4 *Simon magus* ab oriente ad occidentem usque -it (*gr. ᾤχετο*). Hyd. chron. II p. 29, 174 rege cum exercitu ad Bracaram ... -ente (*inde* Isid. Goth. 31 chron. II p. 279). *al.* in *c. acc.*: Liv. 5, 8, 12 desertis munitionibus perpauci in maiora castra, pars maxima ... Romam -erunt. Rvfin. Orig. in gen. 5, 2 p. 60, 9 -it ... Lot in Segor. Avg. divers. quaest. 52 *scripturae appellant* pedes dei vim, qua in omnia ... gubernanda -it. usque: Greg. Tvr. Franc. 4, 16 p. 149, 11 exinde usque Divionensem castrum -it. Ⓘⓘ *finis indicatur alio modo:* *acc. loci*: Liv. 5, 8, 12 Romam (*l. 26*). Svet. Tib. 72, 2 Asturae in languorem incidit, quo paulum levatus Circeios -it. Hyd. chron. II p. 31, 200 Maiorianus Hispanias ingreditur imperator; quo Carthaginiensem provinciam -ente *eqs.* *adv.* quo: Svet. Iul. 4, 2 ab Rhodo, quo -erat, transiit in Asiam. Avg. in psalm. 126, 9. Ⓘⓘⓘ *finis non indicatur*: Heges. 4, 21 *Tito, audita morte Galbae, quem petebat, visum est reverti,* quod inconsulto patre si -ret, ne ipsi quidem principi placiturum putaret (*opp.* Agrippa Romam contendit). Greg. Tvr. Franc. 6, 31 p. 301, 21 lassatis sociorum equis solus -it episcopus.

β *c. obi. int.*: Ivvenc. 1, 241 hinc iubet Herodes Persas -ere gressum. Pavl. Nol. carm. 20, 160 -ere cursum. Sidon. carm. 7, 393 *Avitus* ad populos ac rura feroci tenta Getae -it iter (*addere possis* Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 264 p. 617, *ubi* per- *coni. Bulhart in schedis nostris, sed v. vol. X 2, 987, 56*). Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 1 (*v. supra p. 1773, 38 sqq.*).

b *respicitur actio se extendendi, aliquid ad locum quendam perducendi* (*vel diffunditur aliquid vel notione motus evanescente describitur situs terrarum sim.*): **α** *intransitive*: Ⓘ *indicatur quo*: Sen. nat. 6, 25, 4 apparet ... in tantum spatium motum *terrae* -ere, quantum illa sub terris ... inanitas pateat (7, 9, 4 etiamsi in summum -ret *turbo,* ubi sideribus iter est, utique ... solveretur. Sol. 23, 15 Creticus *sinus,* qui in Pamphyliam ... -it [*inde* Isid. orig. 13, 16, 2]. 45, 2 *Cappadocia* parte regionis alterius [ult- *?*] in Scythiam -ens [*inde l. 67*]. Isid. orig. 14, 8, 10 ut in Lemnum umbra eius *Athonis* -at). Clavd. Don. Aen. 7, 530 p. 80, 17 ('consurgit ad aethera') *mare* excitatum maioribus incrementis usque ad astra -it (Chiron 142 -entes et dirigentes a collo usque ad femora venas. CIL VI 26942, 6 [*inscr. pag.*] hortulu(m) ... at cisterna(m) perten⟨dentem⟩. Prisc. periheg. 543 ad boream ... haec *insulae* -unt ordine longo [*gr. 519 τιταινόμεναι*]. Isid. orig. 11, 1, 58 *gutturis* meatus ad os et nares -it). Prisc. periheg. 55 *sinus Oceani* Pamphylum ... latus Libyae -it ab oris (*gr. 46 συρόμενος. item acc. loci*: 905 *Euphrates* longus ... Noton -it [*gr. 979 ἐπὶ νότον εἶσι*]). ⓘⓘ *exempla cetera*: Cens. 8, 8 linea illa, qua *solis* visus -it, quartam partem orbis *ecliptici* abscidit. Avg. in psalm. 99, 3 -ens ... benedictio, incipiente ecclesia ab Ierusalem per omnes gentes, impietatem ubique prosternit, pietatem ubique construit.

β *transitive*: Avg. civ. 7, 16 p. 294, 4 ideo ambos *Apollinem Dianamque* sagittas habere, quod ipsa duo sidera de caelo radios terras usque -ant (9, 16 p. 391, 32). Mart. Cap. 6, 690 *Cappadocia* partem in Scythiam -ens (*cf. l. 51*).

γ *mediopassive*: Ps. Cens. frg. 2, 4 incipit signifer non ab extremo circulo nec ad extremum -itur. Rvfin. Basil. hom. 1, 4 p. 1728^{C} (*sec. gen. 28, 12*) pars *scalae* ... -batur atque erigebatur ad caelum (*Migne gr. 29, 217^{C} ἀνετείνετο*). Orig. in Ios. 19, 3. Avg. in psalm. 126, 9 possessio -itur et crescit usque ad fines terrae. Pavl. Nol. carm. 28, 17 longius una coactum porticus in spatium tractu -itur uno. Isid. orig. 19, 22, 2 vestimentum ... est, quod usque ad vestigium -itur.

2 *translate vel in imagine* (*fere de motu, de ambitu fort. hic illic sub aα; finis saepe indicatur per praepos.* ad *vel* in *c. acc. aut per adv.*): **a** *intransitive (pass. impers. l. 24); spectat ad*: **α** *res varias*: Vet. Lat. sap. 8, 1 (Aug. in psalm. 141, 4. *al. apud eundem*) *sapientia dei* -it a fine usque ad finem fortiter (*gr. διατείνει, Vulg.* adtingit, Aug. epist. 205, 17. *al.* -it ... in f.; *huc spectant*: Avg. divers. quaest. 53, 2 usque ad numerum etiam capillorum nostrorum divina providentia -ente [*cf. l. 55*]. c. Faust. 23, 10 dei virtus atque sapientia. lib. arb. 2, 187 potentia *dei.* serm. 12, 12 Christus. *al. apud eundem*). Rvfin. Orig. in iud. 7, 2 p. 507, 4 -it ... nostra 'probatio' (*Rom. 5, 4*) non usque ad verbera solum, sed usque ad profusionem sanguinis pervenit. Avg. epist. 140, 75 hucusque -it intentio virginum sapientium, ut *eqs.* mus. 3, 5, 13 ut adhibita rursus ea lege ..., qua duas breves pro una longa poni licet, ad sexdecim syllabas -amus. serm. 213, 1 coll. Morin p. 441, 9 a draconibus et elefantis usque ad muscas et vermiculos -it haec salus *praesentis temporis.* Petr. Chrys. serm. 78, 2 sciens ad totam domum vindictam -ere. 173, 5 honor capitis ad membra -it. Facvnd. c. Moc. 11 praevidens apostolica sedes, quod ... haec remissio ad destructionem concilii memorati -ret, ... Acacium ... damnavit. *al.* *part. praes. masc. pro subst.*: Explan. in Don. gramm. IV 486, 15 ars ... dicta est eo, quod artius ad peritiam urgeat -entes. **β** *scripta, sc. indicatur, quo usque res describantur vel quo tendant scriptores*: Tert. adv. Marc. 2, 25 p. 369, 25 iam nunc, ut omnia eiusmodi expediam, ad ceteras ... incongruentias ... interpretandas purgandasque -am. Rvfin. hist. 1, 4, 5 in quibus *voluminibus* de Noe atque eius filiis omnique prosapia scribitur et usque ad Abraham -itur. 6, 3, 6 Clemens in opere *Στρωματέων* ... ad finem imperii Commodi -it. Virg. gramm. epit. 8, 8, 2 veteres ... *a praeterito perfecto* ad praesens et a praesenti ad futurum scribendo -bant. **γ** *cursum temporis*: Rvfin. hist. 1, 10, 2 *cum* Annae pontificatus tempore incipiente docere coeperit *Christus* et usque ad initium Caiphae -erit (*gr. παραμείναντος*). 3, 10, 2 *libri* Moysei, continentes ... successionis humanae prosapiam usque ad ipsius Moysei terminum -entem (*nisi ad β*). Avg. civ. 15, 17 p. 95, 15 in his *generationibus* ..., quae propagantur ex Cain, in ipso fine, quo usque -unt, novissima femina genita nominatur. 16, 10 p. 139, 29 *iste generationum ordo,* qui -it ad Abraham. Maxim. eleg. 2, 68 quis suam in alterius condemnet crimine vitam *senectutem inridendo* et, quo -it, claudere certet iter? **δ** *progressum spiritalem* (*in deterius* Chrysost.): Avg. conf. 10, 17, 26 transibo et hanc vim meam, quae memoria vocatur, transibo eam, ut -am ad te, *deus.* in euang. Ioh. 83, 1 hoc gaudium nostrum (*i. gratia*) crescit ... et ad suam perfectionem perseverando -it. perf. iust. 9, 20 finem (*i. perfectionem vel iustitiam*) commemorant *testimonia,* quo currendo -ant *homines.* Petr. Chrys. serm. 72, 5 promissum intendit et -it ad regnum *dei.* Chrysost. repar. laps. 2 l. 26 quousque -is? sta iam et desine infelicem animam ... demergere. 13 l. 71 noli ... -ere in illam partem, ubi *eqs.* Greg. Tvr. vit. patr. 13 praef. athletae Christi ... -ere ad illam vitam voluerunt, quae in exultatione perpetua manet.

b *transitive:* *exempla varia*: Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 158, 23 *haeretici* eo usque impietatem suam -erunt, ut *eqs.* Gennad. vir. ill. 89 Victorius ... conposuit 'Paschale recursum' ... et -it annorum seriem usque ad annum quingentesimum tricesimum secundum. *-itur perceptio*: Avg. in euang. Ioh. 121, 3 ('noli me tangere') noli tuum sensum huc usque -ere, quod ... factus sum ([*i. ad Christum hominem tantum*]. Alc. Avit. carm. 2, 53 *diabolus* vivaces -it in abdita s.). serm. 74, 5 Iudaeus ... non transiens ad dominum non -it aciem mentis in finem, quomodo ... filii Israel non -bant aciem oculorum suorum in finem, id est in faciem Moysi.

c *mediopassive*: Avg. c. acad. 1, 1, 1 divina providentia -itur usque ad nos (ord. 1, 1, 1. *cf. supra l. 7*). lib. arb. 3, 105 dei ... iustitia, quae usquequaque -itur. in psalm. 118, serm. 19, 3 iugum grave ... in omnibus -itur usque in diem sepulturae.

II *notione novata sec. alia composita:* *?***A** *i. q. praetendere (si recte trad.):* *c. notione muniendi vel obtegendi*: Hil. coll. antiar. p. 152, 4 *haeretici* ad occasionem tanti periculi auctoritatem apostolicam -unt (prae- *Faber*). *sec. usum specialem de militibus ad fines positis* (*v. vol. X 2, 985, 72 sqq.*): Cod. Theod. 7, 12, 1 (*a. 323*) *nemini militum* a castris atque signis vel his etiam locis, quibus -ant, discedendi commeatum dare (prae- *edd., sed* per- *trad. etiam* Iust. 12, 42, 1 pr.). **B** *i. q. (animum) intendere vel attendere*: Lavrent. paen. p. 99^{C} aspicite, publicani, intueamini, peccatores, -ite, avari. *Balling.*

perteneo, -tenuī, -ēre. *a* per *et* tenere (*per recompositionem q. d.; notione discrepat a compos. sollemni* pertinere). *i. q. sine intermissione vel fine tenere*: Hier. epist. 66, 13, 2 tunc me tenebat heremus – atque utinam -isset –, quando *eqs.* (-tin- *var. l.*).

pertento *v.* pertempto. *Breimeier.*

pertenuis, -e. *a* per *et* tenuis. Gloss. -e: multum subtile. *compar. deest, superl. non nisi in falsa var. l.* Sen. nat. 2, 10, 2. *legitur sexies apud* Cic., *ceterum raro; de* Catone *v. sub 1c.*

[Jiménez-Villarejo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. valde tenuis: **1** *de qualitate sensibus percipienda*: **a** *pertinet ad spatium*: CIC. leg. agr. 2, 87 cum -i discrimine separentur *maria isthmo Corinthiaco.* IVL. VAL. 1, 5 *ex ovo* dracunculus ... -is egredi visitur (*gr. p. 11, 11 μικρόν*). NON. p. 37, 9 homines macie -es. SVLP. SEV. epist. 1, 10 multum ignem scabro iam et -i pavimento subdiderunt. PHYSIOGN. 72 -es et breves *pedes* malignum produnt (*gr. Adamant. 2, 6 μικροί*). **b** *pertinet ad compositionem, sc. quae fit ex parvis particulis*: PLIN. nat. 18, 34 (*verba Catonis afferre dicit, sed in agr. non legitur*) omnis creta coquet, nisi permacra, sabulumque, nisi id etiam -e est. **c** *pertinet ad quantitatem*: AVR. Fronto p. 65, 3 febriculae *infantis sunt* depulsae; macies tamen -is et tussiculae nonnihil restat (*an ad a, ut sit macies magna? [cf. l. 4 et Hofmann-Szantyr 794]*). IVVENC. 2, 743 -i velantur pulvere saxa (*sec. Matth. 13, 5* non habebat terram multam). HIST. AVG. Alb. 4, 3 natus lare modico, patrimonio -i. RVFIN. hist. 3, 6, 22 quibus *reliquiis opum* victum cottidianum -em duceret (*cf. gr. τι τροφῆς*). **d** *pertinet ad vim, vehementiam*: PHYSIOGN. 77 cum quietus est spiritus ita ut aut nullum aut -em praebeat sensum incurrens ac recurrens (*gr. Adamant. 2, 41 ὡς ἀπνόῳ ἐοικέναι*).

2 *de qualitate animo percipienda*: CIC. Verr. I 17 quae res primo ... -i nobis argumento indicioque patefacta est. Caecin. 47 *cum in iure et legitimis hominum controversiis* vim nominamus, -is vis intellegi debet. Cluent. 168 -is suspicio. de orat. 1, 107 mihi dicendi aut nullam artem aut -em videri. fam. 14, 3, 2 spes ... salutis -is. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 51 p. 255, 29 quarta reprehensio -is est ...: contra firmam adversarii argumentationem nos, quoniam nihil possumus reprehendere, aliam argumentationem aeque firmam ... proponimus. *Jiménez-Villarejo.*

pertepidus, -a, -um. *a* per *et* tepidus. *i. q. admodum tepidus*: HIST. AVG. Car. 17, 5 in quo *loco* fontana esset -a, ut adsolet per hiemem naturaliter (*postea*: aquam ... muliebrem).

perterebro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* terebrare. *i. q. terebrando perforare: res corp.*: CIC. div. 1, 48 Hannibalem Coelius (*v. hist. 34*) scribit, cum ... dubitaret ..., utrum ea *columna aurea* solida esset an extrinsecus inaurata, -visse (*postea*: exterebratum *aurum*). VITR. 3, 5, 15 *in aedium simis capita quaedam* -ta sint ad canalem, qui excipit ... aquam caelestem (*opp. postea*: solida). 8, 6, 8 *si aquae ductus ex tubulis conficitur,* lapis est ... in ipso geniculo conlocandus isque -tus. *partes animantium*: ARNOB. nat. 3, 13 p. 171, 12 aures ... ut habeant *dei* curvis -tas anfractibus, oculorum orbiculos mobiles *eqs.* (*cf. 3, 18* perforatas). CHIRON 175 nunquam ... humor amarus ... medullas eorum *iumentorum* -ret.

[perteres, -etis *adi. legitur in additam. medii aevi* APVL. met. 10, 21, 1.]

perterg(e)o, -sī, -sum, -ēre *et* -ere. *a* per *et* tergere. NOT. Tir. 49, 5 -it. 49, 12 -sit. -geo *sim.*: LVCR. (perteg- *ter in Q, bis in O*), VAL. MAX.; -go *sim.*: CHIRON, VEG., NOT. Tir. (*et var. l.* VAL. MAX.).

fere i. q. penitus vel ubique tergere: **1** *-ent res* (*sc. lux vel aura, quae oculos transeundo quasi purgare videntur*): LVCR. 4, 249 *aer imagine rei protrusus* per nostras acies perlabitur omnis et quasi -et pupillas atque ita transit (*sim.* 4, 252 oculos -et ... aura [4, 277 lux o. -et et aer *eqs.*]. *cf. 4, 316* quasi purgat). **2** *-ent animantes aliquid purgantes*: HOR. sat. 2, 8, 11 *escis* sublatis puer ... gausape ... mensam -sit (*sec. Lucil. 568* tersit). VAL. MAX. 2, 4, 5 p. 71, 5 vidisse se in somnis a nescio quo deorum spongea corpora sua -eri ([-i *var. l.*]. COLVM. 12, 9, 2 extrinsecus munda s. vasa -ere. VEG. mulom. 2, 126, 2 *fauces* spongia -ito [terge *var. l.*, tergito *ed. princ.*]). CHIRON 952 (*in curatione tumoris; contextu lacunoso*) -ito.

perterminis, -e. [*a* per *et* terminus (termen); *de compos. similibus v.* Leumann, Gramm. 1977, 346. *Fo.*] *in sermone augurali de auspicio fieri solito, cum Romani terminum finium transirent* (*cf.* peremnis *p. 1316, 37 sq.*): MAR. VICTORIN. gramm. 4, 42 -e dicitur auspicium, quod (quia *trad.*) fit, cum de fine Romano in agrum peregrinum transgrediuntur (*v. Mariotti ad l. et Dahlmann, Zur Ars Gramm. des Mar. Victorin., 1970, 106 sqq.*).

pertero, (-trīvī), -trītum, -ere. *a* per *et* terere (*cf. l. 67 sq.*). [*falsa var. l. pro* proterere COLVM. 12, 38, 7 (*coniciebatur olim ibid. et* APVL. met. 4, 29, 3), *pro* praeterire MANIL. 1, 628.] *i. q. penitus terere: proprie* (*in remediis conficiendis*): COLVM. 8, 5, 21 *ad pituitam uva quaedam prodest* -ta et cum aqua potui data. Ps. MVSA herb. Vett. l. 47 herbae vettonicae ... folia ... -ito sucumque eorum excipito *eqs.* (*cf. Marcell. med. 9, 75* terito). *translate, sc.* -tus *de rebus valde tritis, notissimis sim.* (*fortasse est compos. e* per *et* tritus): SEN. contr. 7, 3, 7 *incurrit* illa ... vulgaris ... et -ta quaestio ..., an *eqs.* SEN. epist. 63, 12 scio -tum iam hoc esse, quod adiecturus sum (*postea*: ab omnibus dictum est). *Breimeier.*

perterrefacio, -fēcī, -factum, -facere. *a* perterrere *et* facere. *de origine*: PRISC. gramm. II 434, 26 *inter* verba ... ex tribus partibus composita. GLOSS.[L] III Abol. PE 46 -ecit (-terne- *trad.*): perturbavit. *legitur apud* TER. *et inde a saec. IV ex.*

i. q. perterrere: **1** *stirps praes.*: TER. Andr. 169 nunc tuomst officium, ... *ut* -as Davom. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 542 p. 764 multos ... abscissis manibus dimittebat in civitatem ... -ens inimicos (*gr. καταπλήξασθαι*). **2** *stirps perf.* (*pass. praeter l. 11*): AMM. 17, 1, 7 hinc equitum ... accursu, inde ... militum impetu repentino -ti *evaserunt* (*item c. abl.* 28, 1, 48 *inimici* adventu -ti *se receperunt.* 29, 5, 38 *imperatorem* turmarum specie dira -tum. AMBR. hex. 6, 5, 33 -tus ... inmanitate *elephanti equus diffugit*). 30, 1, 7 *ut milites* -ti vividius quam venerant remearent ad muros. CLAVD. DON. Aen. 9, 120 p. 203, 19 ('conterritus') *auriga* in tantum -tus est, ut equos suos tenere non posset. HEGES. 4, 23, 3 ita, *sc. mariti crudelissimis minis,* -ti uxorem *captam dimittunt* (*gr. 4, 544 καταπλαγέντες*). CONC.[S] I 5 p. 92, 13 *Christus infans* satanan et eius -ecit exercitum (perterreri fecit *var. l.; gr. I 1, 2 p. 42, 6 θορυβεῖ, cf. aliam vers. I 3 vers. Tur. p. 124, 14* perturbat).

perterreo, -uī, -itum, -ēre. *a* per *et* terrere. *de notione*: SERV. Aen. 10, 770 hoc est '-tus' quod et 'territus.' GLOSS. *ἐκφοβῶ. καταπτοῶ. legitur inde a* PLAVTO, TER., RHET. Her., *raro apud poetas; de stirpe perf. pass. praevalente et de ratione, quae intercedit inter* -ere *et* terrere, *v. tabulam adiectam (afferimus auctores potiores) et cf. p. 1567, 43 sq.*:

	perterrere		terrere	
	formae variae	*p. p. p.*	*formae variae*	*p. p. p.*
CIC.	3	42	36	–
LVCR.	–	1	–	–
CAES.	3	60	13	–
HIRT. *et* BELLA	1	29	2	–
SALL.	–	1	11	3
NEP.	1	6	–	–
VERG.	–	1	22	4
OV.	–	5	53	28
LIV.	–	2	52	61
SEN. *philos.*	–	1	21	4
trag.	–	–	14	4
CVRT.	–	6	22	32
PLIN. *maior*	–	–	12	10
SIL.	–	3	19	3
STAT.	–	1	14	5
TAC.	–	–	29	11
AMM.	9	7	22	18

[*confunditur in codd. c.* terrere HIRT. Gall. 8, 27, 3. 8, 42, 1. 8, 43, 2 (*in falsa var. l.* CAES. Gall. 1, 49, 3), *in falsa var. l. pro compos.* pro- CIC. Caecin. 24, de- CIC. Att. 2, 1, 2, *ceterum v. p. 1219, 59; falso trad.* HIER. epist. 22, 38, 3.]

i. q. (penitus vel vehementer) terrere (*deterrendo p. 1783, 69; accedit adv.* vehementer *l. 59. p. 1783, 39. 57, cf. attributa abl. p. 1783, 46. 48, sim. al.; pro obi. sunt plerumque homines eorumve animus sim., raro animalia [e. g. l. 74 sq. p. 1783, 16. 20] vel res [e. g. p. 1783, 13. 24. 70]; p. p. p. pro subst. e. g. l. 69, pro adi. maxime p. 1783, 14. 56*): **I** *c. solo obiecto* (*quod suppleas l. 61 sq., cf. p. 1783, 57*): **A** *formae act.*: **1** *-ent personae* (*sidus* AVIEN.): PLAVT. Most. 1136 inscitissimus adveniens -uit me. TER. Eun. 922 (*920* hunc meo excruciem modo) hunc -bo sacrilegum. NEP. Milt. 5, 5 *ut hostem* adeo ... -uerint, ut *eqs.* AVIEN. Arat. 770 Andromedam ... -et Cetos (*gr. 354 κατεπείγει, cf. Germ. 358* terretur). AMM. 25, 1, 2 *miles* obvium quemque -ens. VVLG. iud. 4, 15 -uit ... dominus Sisaram. *al.* **2** *-ent res*: CIC. Quinct. 59 et vehementius eum *reum* gratia adversarii -bit quam fides iudicis consolabitur? AMM. 15, 5, 7 suopte ingenio Silvanus etiam nulla re -ente timidior (*item obi. suppl. in abl. abs.*: 19, 2, 14 sanguine et pallente expirantium facie -ente. 27, 10, 10). Ps. AMBR. laps. virg. 40 VVLG. Dan. 4, 2. PASS. Macc. 14, 1 nullum ... formido -uit. AVG. civ. 15, 25 p. 114, 7 ut *scriptura* et -at superbientes et excitet neglegentes. *al.*

B *formae pass.* (*sc. stirpis perf.; saepe part. coni.; accedit abl. limit. l. 71*): CIC. Phil. 2, 68 necesse est ..., cum tibi obiecta sit species *Pompeii* ..., -tum te de somno excitari. nat. deor. 2, 148 hac *eloquendi vi* deducimus -tos a timore. Att. 14, 19, 4. *al.* CAES. Gall. 3, 6, 2 reliquos -tos in fugam coniciunt. civ. 2, 36, 3 quae res eorum -tos animos confirmavit. 3, 95, 4 *milites* animo -ti. *et saepe.* HIRT. Gall. 8, 27, 3. *al.* BELL. Afr. 27, 1 *cum* elephanti -ti se ad suos convertissent. 88, 2 mentem ... -tam atque in fugam destinatam habere. *al.* SALL. Catil. 28, 1. NEP. Alc. 5, 5 ut Lacedaemonii ... -ti pacem peterent; victi enim erant *octies.* OV. met. 11, 771 *fugit* -ta fulvum cerva lupum. Pont. 1, 2, 17 *sagittis venenatis* eques instructus -ta moe-

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nia lustrat. *al.* Liv. 1, 37, 5. Sil. 3, 296 -ta late agmina praecipitant volucres formidine cervi. Homer. 567 *Astyanax Hectore osculante* subito -tus. 906 Stat. Theb. 3, 464 Qvint. inst. 2, 16, 8 Frontin. strat. 2, 4, 2 Plin. epist. 7, 27, 2 Svet. Iul. 60. 66. Apvl. met. 8, 19, 3 (*antea*: non mediocrem pavorem incussit). Marcian. dig. 40, 9, 9 pr. *si dominus, sc. vi servi,* -tus scripsit liberum eum esse. Vvlg. Iob 4, 14 pavor tenuit me et tremor et omnia ossa mea -ta sunt. *al.*

II *accedunt additamenta indicantia*: **A** *qua re vel a quo vel quomodo quis -at vel -atur*: **1** *abl. (absol. e. g. l. 17, cum gerund. l. 19)*: **a** *quilibet; pertinet ad*: **α** *p. p. p. (saepe part. coni.; exempla selecta inde a* Liv.): Rhet. Her. 1, 11, 19 magnitudine tempestatis omnes -ti navem reliquerunt. Cic. Catil. 2, 14 *Catilina* obstupefactus ac -tus mea diligentia. Brut. 324 paulo ante quam -tum armis hoc studium ... conticuit. nat. deor. 3, 89 vectores adversa tempestate timidi et -ti. Att. 2, 8, 1 -ti voce et vultu *meo. al.* Lvcr. 5, 1316 nec poterant equites fremitu *taurorum* -ta equorum pectora mulcere. Caes. Gall. 7, 13, 2 *militibus Gallis* profligatis rursus oppidani -ti *se dediderunt.* civ. 3, 28, 4 tirones ... multitudine navium -ti. *al.* Hirt. Gall. 8, 35, 5. *al.* Bell. Afr. 66, 3. *al.* Alex. 18, 3. *al.* Hisp. 9, 3. Varro rust. 3, 16, 30 iaciundo in eas pulvere et circumtinniendo aere -tae *apes.* Nep. Them. 4, 2 *arcis Athenarum* flamma -ti classiarii. *al.* Verg. Aen. 10, 426 caede viri tanta -ta ... agmina. Ov. met. 9, 141 *Deianeira* Veneris ... novae -ta fama indulsit ... lacrimis. Liv. 35, 31, 14. Sen. epist. 9, 12 non lucro captus nec varietate fortunae -tus. Petron. 136, 6 (vers.) tremuit -tus aether planctibus insolitis. Homer. 255 *Paris* se ... velut viso -tus angue recepit. Apvl. met. 8, 31, 3 adeone ... praesenti malo -tus mente excidisti tua? Porph. Hor. sat. 1, 2, 64 sq. *maritus a servis adulteri* pugnis caesus est et ferro -tus. Hier. epist. 42, 2, 2 *Petrus* ancillae interrogatione -tus dominum negavit. Cod. Iust. 1, 11, 7, 2 (*a. 451*) ut hac legis nostrae severitate -ti metu poenae desinant sacrificia interdicta celebrare. Pallad. hist. mon. I 51 *ad virginem* tam inopinatae rei novitate -tam *sanctus est locutus* (*gr. p. 158, 13 sq. ξενισθεῖσα ... διεπτοήθη*). Vita Caes. Arel. 2, 10 periculo vulneris. *al.* **β** *alias formas pass.*: Cic. S. Rosc. 67 *impios non* -eri Furiarum taedis ardentibus. ad Q. fr. 1, 1, 9 *propraetoris* itineribus ... -eri homines *provinciae.* Amm. 17, 5, 11 accipe ... veritatem ... nullis ... minis inanibus -endam. **γ** *formas act.*: Rhet. Her. 4, 19, 26 acrimonia, voce, voltu adversarios -uisti. Caes. Gall. 7, 4, 10 *Vercingetorix punitos* singulis effossis oculis domum remittit, ut ... magnitudine poenae -ant alios. 7, 50, 2 *socii armis similibus atque hostium* vehementer nostros -uerunt. Arnob. nat. 5, 23 *Iuppiter* pallidas nationes fragore -et (*sim.* Amm. 20, 11, 25). Veg. mil. 3, 25, 4 *dux* hac fiducia ... -bit inimicos. *al.*

b timore, metu *sim.* (*ubique iuxta p. p. p.*): Rhet. Her. 4, 55, 68 multitudo subito timore -ta fugere coepit (Cic. Sest. 40 div. 1, 58. Caes. Gall. 1, 27, 4 t. -ti, ne ... supplicio adficerentur [*sim. e* timore *pendet* ne: 7, 26, 5]. *al.* Nep. Dion 8, 4. Vvlg. gen. 18, 15 negavit Sarra dicens 'non risi', t. -ta. I reg. 31, 4 nimio. Cod. Iust. 7, 4, 16, 4 iusto. *al.; cf. l. 64*). Cic. Verr. II 5, 111 metu -tus fugit (*al., v. vol. VIII 908, 70 sqq. 84 sq., ubi addas e. g.* Frontin. strat. 4, 7, 10. Optat. 7, 1 p. 160, 31 magno. *al.*). Caecin. 42 formidine (*cf. p. 1782, 63*). Cvrt. 4, 16, 5 subito pavore (Apvl. met. 2, 26, 2 nimio. Vvlg. gen. 41, 8. *al.*).

2 *praepos.*: Caes. civ. 2, 39, 6 ex fuga -tos adoriri (Rvfin. hist. 6, 41, 11. Greg. M. in euang. 38, 15 p. 1292^{B} quae *res* vos ex divina districtione -uit). Bell. Alex. 30, 3 ab ea victoria *Caesaris* -tis Alexandrinis (Hier. adv. Iovin. 2, 3 p. 284^{D} Petrus ab ancilla -tus negat. Avg. c. Cresc. 1, 2, 3 abs te). Hil. in Matth. 31, 2 *natura Christi hominis* de angore maesta, de timore sollicita, de dolore -ta (Rvfin. Greg. Naz. orat. 8, 8 de qua *die iudicii* vehementissime -et quidam prophetarum [*Migne gr. 35, 944^{C} ἐκφοβεῖ*]. Greg. M. moral. 29, 34). Cod. Iust. 7, 25, 1 per quod *verbum inane* animi iuvenum ... -ti ... *inutilia* accipiunt.

3 *exempla cetera*: Caes. Gall. 7, 68, 3 -tis ... hostibus, quod equitatu ... erant pulsi (civ. 1, 30, 3 Rvfin. hist. 6, 41, 7). Vet. Lat. Is. 57, 11 (Hier. *ad l.*) quem *deum* timens -ta es (*gr. ἐφοβήθης, Vulg.* timuisti. *item accedit part. coni.*: Amm. 16, 12, 36 quos *hostes* ... miles ... tela concrispans ... -bat. Vvlg. I par. 21, 30 nimio ... fuerat timore -tus videns gladium angeli domini. *hucine p. 1782, 54?*). Fvlg. myth. 3, 2 melius est ... labore partiliter securiore doceri quam ex necessitate ⌞venientem⌟ repentaliter -eri (⌞ ⌟ veniente *var. l.; de acc. iuxta verba affectuum v. Norberg, Synt. Forsch., 1943, 142*).

B *a qua re quis deterreatur, arceatur, sc. inf.*: Amm. 19, 10, 1 *procellae naves* introire portum Augusti discriminum magnitudine -bant.

deriv.: cf. perterrito.

compos.: imperterritus, perterrefacio, perterricrepus. *Ottink.*

perterricrepus, -a, -um. *a* perterrere *et* crepare. *i. q. modo perterrente crepans*: Trag. inc. 142 habeo istanc ego -am (*contextu manco; apud Cic. orat. 164 est exemplum asperitatis verborum*). Lvcr. 6, 129 (*quaeritur, quomodo tonitrus oriatur*) *nubes* -o sonitu dat scissa fragorem.

perterrito, -āre. *a* per *et* territare *vel a* perterrere, *cf.* conterritare. *i. q. vehementer territare, terrore implere*: Avien. Arat. 1170 Scorpius ingentem -at Oriona proserpens pelago (*gr. 636 φοβέει*). Coripp. Ioh. 2, 479 *Mauris in somnio* languescunt membra timore ...; -at hostis cuncta ferus.

?**pertēstor,** -ārī. *a* per *et* testari. Gloss. II 272, 37 *διαμαρτύρομαι*: contestor, obtestor, -or (pro- *Pokrowskij, Arch. Lat. Lex. 15, 1908, 123*).

pertexo, -uī, -tum, -ere. *a* per *et* texere. [*confunditur in codd. maxime cum* praetexere, *v. infra* (*falsa var. l.* Sol. 30, 1).]

1 *fere i. q. intexere aliquid aliqua re, texendo permiscere*: Acc. trag. 518 eius serpentis squamae squalido auro et purpura -tae (praetextae, textae *var. ll.*).

2 *i. q. (ab initio) usque ad finem texere vel texendo ad finem perducere, perficere sim.* (*vi praeverbii locali l. 21 sq.*): **a** *incorporaliter -untur: dicenda, narranda sim.*: Cic. de orat. 2, 145 -e modo ..., quod exorsus es (pretexe, praetexte *var. ll.*). Att. 1, 14, 3 totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus ... soleo pingere, de flamma, de ferro ..., valde graviter -uit *Crassus.* Lvcr. 1, 418 ut repetam coeptum -ere dictis (6, 42 quo magis inceptum pergam -ere d.). Apvl. met. 1, 3, 2 qui sermonem ieceras priorem, ne pigeat te ... reliqua -ere. Ps. Apvl. herm. 13 p. 279 hic ... modus *concludendi* secundum hos *Peripateticos* -tus retro talis est: '...' (prae- *var. l.*). Hist. Avg. Aurelian. 15, 1 longum est cuncta -ere (pre- *var. l.*). Avg. c. Pelag. 3, 1, 1 *Pelagiani* nondum ea, quae ipsi sentiunt, -ere incipiunt (pro- *var. l.*). *tempora vitae*: Pavl. Nol. carm. 24, 592 *filius tuus* iugiter sanctus ... per tota vitae tempora inrupto sacrum -at aevum stamine. 27, 127 primus ... vitae gradus est -ere cunctos continua bonitate dies. **b** *corporaliter -untur telae*: Apvl. met. 11, 3, 5 *tunica Isidis* multicolor, bysso tenui -ta. Vlp. dig. 34, 2, 22 quod in tela est nondum -tum vel detextum, contextum appellatur. *Breimeier.*

pertica, -ae *f.* [*cf. osc.-umbr.* perka-, *quod similes notiones praebere videtur; cum haec vox possit referri ad* *pertikā- *et derivari e praepos. osc.-umbr.* pert(i) '*trans*' (*cf.* transtrum), *cui respondet lat.* per, *sequitur Latinos* *pertikā- *mutuatos esse ante syncopen osc.-umbr. effectam; cf. Fruyt, Probl. méthod., 1986, 119; de suffixo cf. Brugmann, Grundr.*^{2} *II 1, 480. Fo.*] *de origine*: Isid. orig. 15, 15, 3 -a ... a portando dicta, quasi portica. *scribitur litt. gr. Hero metr. p. 184, 25 Hultsch περτικά. abbreviatur* pert *p. 1785, 53,* pertic *l. 50.* Not. Tir. 107, 64. *de notione*: Gloss.^{L} II Philox. pe 258 *μόχλος ληνοῦ.* Gloss. *κανών. κάμαξ. κοντός. legitur inde a* Plavto, Caecil., Catone, *praecipue apud scriptores rerum rusticarum et grom.* [*it.* pertica; *sard.* pertiga; *raet. or.* piártie, *var. raet. centr. et occ.; francog.* perche; *prov. vet.* perga, pertega *et var. prov., francoprov., vasc.; hisp.* piertega; *port. vet.* pertiga, pertega. *cf. M.-L. 6432. Battisti-Alessio IV 2867. Wagner II 250. Wartburg VIII 278 sqq. Corominas*^{2} *IV 503. Machado*^{3} *IV 353. St.*] [*in falsa var. l.* Plin. nat. 14, 13. 17, 143; *falso trad.* Gloss. II 251, 54 (pergulas *Heraeus in exemplari nostro, cf. p. 1437, 24*). 589, 14 -a: pilicerta (*i.* pili circa*?*) oculos (*interpretamentum potius* cilium *vel* palpebra *explicaret*). *contextu parum perspicuo* Cato agr. 15; *incertum est, qua de re agatur* CIL V 2787 (*a. 86?*) *quidam* dicavit euras VIII et pertic(am) uncinor(um) XII (*v. e. g. Bücheler, Rhein. Mus. 58, 1903, 317 sq., et Linderski, Ktema 17, 1992, 67 sq.*).]

significatur lignum oblongum formam asseris, baculi sim. praebens (*sing. collect. p. 1785, 5; genus ligni indicat adi. l. 64. p. 1785, 4*): **1** *quolibet contextu*: **a** *respicitur potius lignum desectum et magis minusve dolatum*: **α** *-a adhibetur ut adminiculum transversum* (-a transversa *v. l. 63. 71. p. 1785, 17*): Ⓘ *quo vitis iugatur, sc. iugum vel cantherius* (*ad pedamentum adhibetur p. 1785, 7*): Cato agr. 33, 4 quae *vinea* iam in -am ibit. Varro rust. 1, 8, 2 iugorum genera fere quattuor, -a, harundo, restes, vites: -a, ut in Falerno *eqs.* (*cf.* Plin. nat. 17, 166 iugum fit -ā *eqs.*). Alf. dig. 33, 7, 16, 1 palos, -as (*inter instrumentum vineae; sim.* Vlp. dig. 47, 3, 1, 1 -ae, pedamenta). Colvm. 4, 12, 1 (*construitur cantherius*) quibus *hastilibus* adnectantur singulae transversae -ae. 4, 16, 4 statuminibus ... firmiora iuga sunt inliganda eaque ... saligneis -is *fiunt.* 4, 17, 1 -arum iugum. 4, 26, 2 *iugum* -is vel harundinibus conectatur. 4, 26, 3. 4, 26, 4. Ⓘⓘ *in compagine ad plantas tegendas vel fructus siccandos construenda*: Cato agr. 48, 2 furcas ... offigito, eo -as intendito, eo sarmenta ... inponito, quae frigus defendant et solem. Colvm. 12, 15, 1 pali ... figuntur et -is iungantur; ... deinde ... cannae iugis superponuntur *eqs.* (*sim.* 12, 39, 1). Ⓘⓘⓘ *in quo sedent aves* (*dicitur fere de parte aviarii*): Varro rust. 3, 5, 4 in eis, *sc. -is ad parietem inclinatis,* traversis ... modicis intervallis -is adnexis (Colvm. 8, 10, 2. 8, 11, 4 Pallad. 1, 26, 1). *ibid.* ad -arum supplementum (*si recte restit.*). 3, 9, 7 (*bis*). Colvm. 8, 3, 7 -ae dolantur in quadrum, ne teres lēvitas earum supersilientem volucrem non recipiat. *al. in eodem libro.* Lex Sal. Merov. 7, 2 (*item* caus. 1, 4) si quis

[Cohee]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accipitrem de -a furaverit (pertega, -teca *var. ll.; cf. p. 1784, 43*).

β *adhibetur vario modo*: PLAVT. Asin. 589 vellem habere -am. :: quoi rei? :: qui verberarem asinos. CATO agr. 43, 1 (*inde* PLIN. nat. 17, 81) *aquarum sulcos lapidibus vel* -is saligneis viridibus controversus conlatis consternito; si -a non erit, sarmentis conligatis. CAECIL. com. 72. VARRO Men. 323 gralatores qui (*instr.*) gradiuntur, -ae (*item de grallis*: PAVL. FEST. p. 97 -is furculas habentibus). rust. 1, 8, 4 *genus quoddam pedamenti est* palus e -a, meliore dura, quo diuturnior. 1, 52, 2 grege iumentorum ... agitato -is. 1, 55, 2 ut harundine potius quam -a feriantur *oleae* (*in eadem re*: NVX 68 sq. ad partes -a saeva venit; -a dat ... vulnera ramis. PLIN. nat. 15, 11 *olivas* -is decutiunt). 3, 5, 4. OV. fast. 3, 117 -a suspensos portabat longa maniplos (*de eadem re*: PS. AVR. VICT. orig. 22, 3). PAVL. FEST. p. 21. CVRT. 5, 2, 7 -am ... supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat. COLVM. 2, 4, 3 solidi rigoris ... -a (*inde* PALLAD. 2, 3, 2). 12, 39, 3 *uvam integram purgatam* ⌞in -is⌟ suspendito; -ae uti semper in sole sint, facito (*vix breviter pro 'in cannis, quae -is superpositae sunt' vel pro tota compagine, cf. et p. 1784, 69*). 12, 44, 3 (*antea*: fustes) transversas -as artare *in dolio.* PLIN. nat. 18, 298 *messis* -is flagellatur. APVL. met. 7, 28, 2 -a, qua stabuli fores offirmari solebant. VLP. dig. 13, 6, 5, 7 (*inter partes machinae*). 33, 7, 12, 18 (*inter instrumenta ad exstinguendum incendium*). 33, 7, 12, 22 -ae, quibus araneae detergantur. CET. FAV. 21 p. 303 (*respicitur Vitr. 7, 3, 1 sq.*) *in cameris canniciis* binae -ae graciliores inter eos *asseres* ... missae (*inde* PALLAD. 1, 13, 1). NON. p. 151, 19 *hortator remigum* eam -am tenet, ..., qua et cursum et exhortamenta moderatur (*de eadem re*: SCHOL. Stat. Theb. 6, 800 sq.). *al.*

γ *usus non indicatur*: VARRO rust. 1, 7, 10 Caesar Vopiscus ... campos Roseae Italiae dixit esse sumen, in quo relicta -a postridie non appareret propter herbam (*inde* PLIN. nat. 17, 32 -as pridie relictas. *cf. infra l. 47 sq.*). 1, 16, 3 *veneunt vicinis* pedamenta aut -ae aut harundo. PLIN. nat. 1, 17, 34 *de arboribus* ad -as et palos caeduis. 16, 141 *cupressus* immittitur in -as asseresve amputatione ramorum. PAVL. dig. 32, 56 pali et -ae in numero materiae redigendi sunt. *al.*

b *respicitur potius pars arboris viva* (*exsecta l. 34; exempla certiora, cf. l. 4. 8. p. 1784, 64*): COLVM. 4, 30, 4 -ae cacuminum *salicis* modicae plenitudinis (*de parte rami ad propagandum exsecta ut*: PLIN. nat. 17, 141 talea ... vel -a. *aliter fit propagatio* COLVM. 4, 33, 3 mergi more -ā *castaneae* declinatā). 4, 31, 2 *salix,* cum germinavit, ad unam -am submittitur. 4, 32, 2 *bulbus harundinis* anno celerius maturam -am praebet. PLIN. nat. 16, 174 *salices* emittunt iugis vinearum -as. 17, 143 -as ex eą *salice* caedi. *per similitudinem transfertur ad mediam partem candelabri*: VET. LAT. num. 8, 4 (cod. 100) solidum aureum -a eius (*gr. καυλός, Vulg.* medius stipes).

2 *spectat ad mensuram*: **a** *de instrumento metiendi: agrimensorum, sc. de decempeda*: DIRAE 45 -a qua nostros metata est impia agellos (*sc. cum agri veteranis dividerentur, cf.* PROP. 4, 1b, 130 abstulit exculta -a tristis opes). FRONTIN. grom. p. 17, 19 capitulum -ae. p. 18, 3. p. 44, 1 quo -a cecidit. p. 44, 4 *quaeritur,* ⌞cursu an -a metiamur⌟ (⌞ ⌟ *Thulin*; cursum an praetium etiam *cod.*). SERV. georg. 2, 201 *in Rosulano agro* longam -am magnitudo superabat herbarum (*de eadem re*: Aen. 7, 712. *e falsa interpr. loci supra l. 26 allati, ut videtur*). SERV. auct. ecl. 9, 7 -am limitarem (militarem *cod.*). GROM. p. 353, 2. ISID. orig. 15, 13, 15 *agros* in -a divisos. *quorumlibet* (*in locutione proverbiali*): PLIN. epist. 8, 2, 8 *homines* non una, ut dicitur, -a, sed distincte gradatimque tractavi.

b *de ipsa mensura, modo* (*cf. Schulten, RE XIX 1059 sq.*): α *longitudinis*: INSCR. Année Épigr. 1993 n. 1035b, 4 (*saec. I?*) pert(icae) CXXXXV (*item* 7. 11). BALB. grom. p. 95, 7 decempeda, quae eadem -a appellatur, habet pedes X (*sim.* ISID. orig. 15, 15, 2. *longitudinem duodecim pedum testantur* GROM. Bubnov p. 549, 3 decempeda habet ped(es) X digitorum XVI; -a habet ped(es) XII digitorum XVIII. *v. Schulten, loco cit., 1059, 60 sqq.*). GROM. Bubnov p. 548, 8 centuria habet ... -as CCXL per CCXL. p. 549, 4 actus habet ped(es) CXX, -as ⌞XII⌟ (⌞ ⌟ METROL. p. 129, 27 X). *al.* β *areae quadratae*: GROM. Bubnov p. 548, 8 *centuria habet* -as $\overline{\text{LVIIDC}}$, ped(es) constratos *tot, eqs.* GROM. p. 354, 2 kastrensis iugerus quadratus habet -as CCLXXXVIII, pedes autem quadratos *tot.* p. 354, 5 habet ... tabula una quadratas -as LXXII (p. 355, 19. 356, 19). p. 355, 6 sq. *e multiplicatione duorum laterum* fiunt -ae CCCCLV, quae faciunt iugerum unum, tabulas II, -as XXIII (*sim. al. ibid.* p. 354 sqq.). ISID. orig. 15, 15, 1.

c *de area coloniae deducendae assignata, cuius mensuram agrimensores -a fecerunt* (*cf.* FRONTIN. grom. p. 15, 2 solum ... quodcumque coloniae est adsignatum, id universum -a appellatur. SIC. FLACC. grom. p. 124, 22. 23 *dicitur* -a illa tamquam colonia, ubi civis deductus fuerit [*disting.* praefectura *ut*: HYG. lim. grom. p. 136, 1 -ae fines]. *huc pertinere videtur* CHAR. gramm. p. 406, 14 intra -am civitatis suae. *potius de actione assignationis vel de statu soli assignati p. 1786, 4. 9?*): FRONTIN. grom. p. 7, 13 portio moenium extremae -ae adsignatione inclusa. p. 8, 9. p. 44, 7 per mediam coloniae -am ire flumen. TAB. aliment. Baeb. (CIL IX 1455) 1, 8 -a (*supplendum est adi., cf.* 2, 1 fund(i) Pastoriani, -ā Beneventanā, pago Aequano [2, 5. 2, 49]). HYG. grom. p. 73, 20 totius -ae modus (pecuniae *codd.*). p. 80, 22 intra -am. INSCR. Année Épigr. 1963 n. 94 (*saec. II*[1]) *immunitas* -ae Carthaginiensium. SIC. FLACC. grom. p. 124, 3. p. 128, 24 *complurium municipiorum territoria* una limitatione comprehensa sunt: facta est -a omnis, id est omnium territoriorum, coloniae eius. HYG. lim. grom. p. 144, 14 colonia omnes quattuor -ae regiones continet. p. 145, 7. p. 162, 5 *ararum lapidearum* inscriptio ex uno latere -ae applicato finem coloniae demonstret, ex altero, qua foras erit *eqs.* p. 162, 15. p. 164, 10 interiores -ae partes. p. 165, 14 libros aeris et typum -ae totius lineis descriptum *tabulario inferemus.* CIL X 7951 (*lapis periit*) tabular⟨ius⟩ pertic⟨aru⟩m Turris et Tarrhos (*si sic legendum; cf.* Année Épigr. 1982 n. 433). PHILARG. Verg. ecl. 8, 6 rec. I p. 143, 7 Alphenus Varus ... agros eorum *Mantuanorum* -ae Cremonensium iunxit.

d *de forma soli assignati* (*vix huc l. 10*): SIC. FLACC. grom. p. 118, 20 *agrorum divisorum* formae varias appellationes accipiunt: ... alii dicunt -am, alii centuriationem, alii metationem *eqs.*

deriv.: perticalis, perticarius, perticatus, perticula.

cf. Onom. *Cohee.*

perticālis, -e. *a* pertica. *i. q. aptus ad perticas faciendas*: COLVM. 4, 31, 2 -is fere salix eundem agrum, quem viminalis, desiderat (PLIN. nat. 17, 143 -is et virgā et taleā seritur).

perticārius, -ī *m.* (*nisi est adi.*). *a* pertica. *de mercatore perticarum*: CIL VI 9672 negotianti pe⌞rtica⌟rio (⌞ ⌟ *pars nunc deperdita*).

perticātus, -a, -um. *a* pertica. *i. q. pertica praeditus, perticam ferens, librans*: MART. 5, 12, 1 nutantia fronte -a (pertinaci *var. l.*) gestat pondera Masclon superbus.

perticula, -ae *f.* *a* pertica *deminutive.* [*e coni. falsa* APVL. met. 9, 8, 2, *falso trad.* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 20 *pro* partic-.] *i. q. (parva) pertica*: HIER. in Ion. 4, 6 l. 167 D. *cucurbita* naturam non habet sine -is et calamis vel hastilibus in sublime consurgere. *M. H.*

pertimefacio, -factum, -ere. *a* per *et* timere *et* facere. *i. q. in timorem magnum agere, perterrere*: PACVV. trag. 302 triplici -tus maerore animi incerte errans vagat. BRVT. Cic. fam. 11, 20, 2 denuntiatione periculi ... te -to, adulescente (*i. Octaviano*) impulso. *Breimeier.*

pertimeo, -ēre. *a* per *et* timere. *formas stirpis perf. v. sub* pertimescere. [*in var. l. spernenda pro* prae- PS. LACT. PLAC. fab. OV. 5, 1, *pro* timere VVLG. I Petr. 3, 6.]. *fere i. q. timere*: PHILIPP. in Iob rec. long. 11 p. 644[A] qui est sincerae ... mentis ..., -et vitia. PATRIC. conf. 10 erubesco et vehementer -o denudare imperitiam meam (pro- *var. l.*). DIFF. ed. Beck p. 80, 9 'quare' ... interdum suadentis aut -entis vim possidet.

pertimēsco, -uī, -ere. *a* per *et* timere; *cf.* extimescere (timescere *non nisi in* NOT. Tir. *invenimus*). *scribitur* -isc- *hic illic in codd. medii aevi, e. g.* AMM. 31, 12, 14 VVLG. deut. 20, 3. 21, 21. NOT. Tir. 43, 11 -it. 43, 10 -uit. *de formis v. l. 52 sqq.* GLOSS. -o: *φοβοῦμαι. ἀποδειλιῶ. ἐκφοβῶ.* -es: *εὐλαβηθήσει* (*ad* CIC. Catil. 1, 17). *legitur inde a* PLAVTO, TER., AFRAN. *per totam latinitatem, sed raro exceptis* CIC. (*maxime in orationibus [106*[ies]*] et epist. [27*[ies]*]; in philos. praefert* extimesco) *et* GREG. M. (*plus 170*[ies]; ex- *septies*); *inter poetas frequentat unus* OV. (*18*[ies], ex- *decies*), *omnino deest* VERG., HOR., TIB., PROP. *et plerisque poetis saec. I* (*etiam* ex- *perraro* [*sed sexies apud* STAT.]). *usu sub IA descripto et omnino apud scaenicos veteres praevalet stirps perf., quae sola nimirum occurrit apud dactylicos; contra apud* CIC. *et* GREG. M. *longe praevalet stirps praes.* (*formae pass. praeter gerund. [saepe] non nisi* CIC. *p. 1789, 15.* GREG. M. in euang. 26, 11 moral. 9, 86. 12, 12 ISID. sent. 2, 23, 2. 2, 29, 4).

fere i. q. (valde) timere (*incipere*). *vis ingressiva apparet passim sub IA, praeterea e. g. p. 1787, 73. 1788, 19. 21. 50. 64, alibi parum manifesta est, v. l. 73 et passim sub IB. praeverbium vi intensiva accipi potest p. 1787, 33. 59. 1788, 23 et in usu hyperbolico* (*v. p. 1787, 37. 45. 1788, 16, addas e. g.* AVG. c. acad. 2, 6, 14 civ. 10, 23 p. 437, 10), *sed plerumque evanuisse videtur; accedunt enim saepius adv. gradum timoris augentia, v. p. 1787, 24. 41. 43. 74. 1788, 10. 12. 75. al., adde* vehementissime HIST. AVG. quatt. tyr. 134, 1, valde GREG. M. epist. 1, 4 l. 21. *al., contra* leviter HIST. AVG. Max. Balb. 15, 2. *pro subi. sunt fere homines vel animalia, raro res, v. p. 1787, 75. 1788, 31. 41. 69. 1789, 24.* *syn. vel iuxta pos. potiora*: timere *p. 1787, 58. 1788, 23. 46. al.*; metuere *p. 1787, 50. 74 et* CIC. leg. agr. 2, 68 ad Q. fr. 1, 3, 4. *al.*; commoveri *p. 1787, 7. 13. 57. 1788, 40. al.; opp.* contemnere *p. 1787, 40. 1788, 6. 40. 45. al.*; concupiscere *p. 1789, 31.*

I *mera notione metuendi, timendi sim.*: **A** *non indicatur, quid quis timeat* (*unde timor oriatur, indicant praepos. variae, v. p. 1787, 48 sq.* [*addas* ab CIC. Sest. 24 HIL. in psalm. 55, 12. *al.*, ex AMM. 26, 8, 14, in TERT. cult. fem. 2, 2 l. 46, ob GELL. 6, 3, 5], *abl. p. 1787, 46* [*addas* EPIT. Alex. 41], *enunt. caus. p. 1787, 22; v. et structuras p. 1787, 18 sqq. collectas*): **1** *in universum* (*fere vi ingressiva, quae evanescit p. 1787, 10. 25 et* CIC. fam. 1, 9, 13): **a** *formae stirpis perf.* (*est fort. usus originarius, ut sit quasi perf. ingressivum verbi* timere, *cuius perf. raro hoc modo adhiberi videtur; cf. Leu-*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mann, Gramm. 1977, 537⁴): Plavt. Bacch. 862 audin quae loquitur? ... :: ... perii, -ui miser (Afran. com. 393 hem quid hoc? perii, -ui: quid tumulti exaudii?). Rud. 230 -ui, quis hic loquitur prope? Truc. 773 pro di immortales, Calliclem video senem ...; -ui! postquam ..., timeo, ne *eqs.* Ter. Phorm. 601 Phaedriae pater venit; sed quid -ui autem belua? Rhet. Her. 2, 5, 8 si -erit *reus deprehensus,* magnitudine periculi, non conscientia peccati se commotum esse dicet; si non -erit *eqs.* (*antea*: erubuisse, expalluisse, titubasse *eqs.*). 4, 51, 64. Cic. S. Rosc. 26 usque adeo ... *Chrysogonus* -erat, ut mori mallet, quam de his rebus Sullam doceri. Verr. I 3 numquam ... neque tantum periculum mihi adire visus sum neque tanto opere -ui, ut nunc in ipso iudicio. 5 semel ait se in vita -isse: tum, cum primum a me reus factus sit (*item iuxta* cum: II 2, 101 cum haec ad istum adferrentur, -uit aliquando et commotus est. Flacc. 80 Att. 4, 2, 4 Hyg. astr. 2, 23, 3. *al.; sim. iuxta* ut: Ov. epist. 12, 141 [*loq. Medea*] ut subito nostras hymen cantatus ad aures venit ..., -ui. met. 1, 641 nova ... ut conspexit in unda cornua, -uit *Io.* fast. 2, 340 Homer. 937 Hyg. fab. 64, 4; *iuxta* ubi: Gell. 6, 3, 5). II 2, 74 iste quamquam est incredibili ... audacia, tamen subito solus destitutus -uit et conturbatus est (*item iuxta part. vel abl. absol.*: Cluent. 180 hoc initio suspicionis orto ... puer ille conscius -uit. Catil. 2, 14 *si* consiliis ... meis circumclusus ac debilitatus subito -erit. Flacc. 48 repente testimoniis ... recitatis homo audacissimus -uit, loquacissimus obmutuit. *al.*). 5, 116 -erat adulescens, quod ... videbat *eqs.* Font. 48 qui numquam in acie -erit. Catil. 2, 6 *Catilinae consilia* patefeci in senatu hesterno die: ... -uit, profugit. fin. 2, 21. Att. 8, 7, 1 *Domitius* incredibiliter -uit, nihil spectat nisi fugam. fam. 1, 9, 13. *al.* Sall. or. Macri 21 *Pompeium* ipsum, ubi -ēre, sublatum in cervices suas, mox dempto metu lacerant *nobiles.* Lygd. 4, 14 efficiat vanos noctis Lucina timores et frustra immeritum -isse velit (prae- *var. l.*). Ov. epist. 5, 66 (*Oenone Paridem conspiciens*) in summa fulsit mihi purpura prora: -ui, cultus non erat ille tuus. 21, 1 met. 14, 440. 15, 34. Liv. 34, 14, 5 *hostes* -isse et cedere rati Romanos porta erumpunt. 40, 39, 5. Tac. ann. 1, 29, 3 (*de militibus seditiosis*) terrere, ni paveant; ubi -erint, impune contemni. Vet. Lat. apoc. 11, 11 (Primas.) quicumque eos viderunt, -erunt (*gr. φόβος μέγας ἐπέπεσεν, Vulg.* timor magnus cecidit). *al.* **b** *formae stirpis praes.* (*raro indic. praes.*): Plavt. Curc. 648 exoritur ventus turbo, spectacla ... ruont, ego -o: ... me nescio quis arripit timidam atque pavidam. Cic. Verr. II 5, 14 *servos* comprendi iussit – quis non -at? (*ironice*). Catil. 2, 1 *postquam Catilina abiit,* non in foro, non in curia, non denique inter domesticos parietes -emus. Flacc. 5 condemnatus est is, qui Catilinam ... interemit; ... cur non is, qui Catilinam ex urbe pepulit, -at? prov. 39 quam ego plagam etsi non contemno ..., tamen vehementius arbitror -endum, si *eqs.* Phil. 7, 3 utrum ... in nefariis civibus ulciscendi ... an -endi diligentior cautio est? 8, 20 ad hunc *Antonium* legatos? cur? an ut eorum reditu vehementius -atis? de orat. 1, 123 (*antea syn.* in dicendi exordio permoveri). 2, 203. fam. 1, 9, 23 *orationes, quas tibi mittam, non sunt* ita multae, ne -as. Hyg. astr. 2, 37 ne homines navibus fractis -rent. Hist. Avg. Max. Balb. 1, 4 ne, dum singulatim -itis, in timore potius quam in virtute opprimamini. Hier. in Dan. 6, 17a qui de leonibus securus est, de hominibus -it. tract. in Marc. p. 319, 9 ad cuius *leonis* vocem omnia animalia -unt. Vvlg. deut. 20, 3 non -at cor vestrum, nolite metuere. Iob 21, 6 ego quando recordatus fuero, -o et concutit carnem meam tremor. Mvtian. Chrysost. hom. 24 p. 385 -imus veluti homicidae ..., cum perducendi sunt ad tribunal (*gr. p. 169 φρίττομεν*). *al.*

2 *indicatur cui (rei) quis timeat, sollicitus sit: per praepos.* de (*aliter, sc. de eis quos timentes fugiunt, l. 48*): Cic. div. in Caec. 71 eos qui alterum accusant non minus de laude, de honore, de fama sua quam illos qui accusantur de capite ac fortunis suis -ere. Verr. II 5, 115 *Siculi his iudiciis* graviter commoventur et de suis periculis fortunisque omnibus -unt. Sest. 94 nec dum vos de vobis aliquid timebitis, illi *Clodiani* umquam de se -ent. div. 2, 59 de re publica. Nep. Epam. 7, 1 ut omnes de salute -rent. Hier. in Ioel 3, 14 quod omnis creatura in tormentis aliorum de suo iudicio -at. Avg. in psalm. 109, 2 illi in morte de anima sua -bant. *al.* *vario modo*: Cic. dom. 8 et meam et aliorum vicem -ere (*antea*: sibi timere). ad Q. fr. 1, 4, 1 *eorum, quibus credidi,* familiarissimus quisque aut sibi -uit aut mihi invidit (*item c. dat. comm.*: Tert. anim. 25, 3 respondete, matres, ..., an si desierit inquies eius *fetus,* illi ... -atis. Ambr. hex. 5, 13, 42 *alcyon in litore nidificans* saluti propriae ... *non* -it, sed secura ... ventis se committit). Lex Visig. 9, 2, 3 pro vita sua non -at.

B *indicatur, quid quis timeat* (*inclusimus obi. int. p. 1788, 34; timorem movent tam praesentia quam futura [ita e. g. l. 74. p. 1788, 9. 13. 27. 57 sqq.], praeterita p. 1789, 3* [*cf. p. 1788, 66*]): **1** *per acc. obi.; -untur*: **a** *res* (*fere incorp., aliter maxime l. 73. p. 1788, 6. 32*): Afran. com. 270 inepti -istis cassam terriculam. Varro Men. 576 frigidos nimbos ... caduciter ruentis -erunt ... querquedulae natantes. Cic. Quinct. 1 gratia Sex. Naevi ne P. Quinctio noceat, id ... non mediocriter -o (*antea syn.* metuo, commoveor). div. in Caec. 31 quae *accusatio tua* criminis non modo suspicionem, verum etiam mentionem ipsam -at (Ascon. Mil. p. 44, 5 Tac. ann. 2, 76, 2). 44 ego ingenium *Hortensii* ita laudo, ut non -am (*sim.* Cael. 27 tametsi probabam eius *accusatoris* eloquentiam, tamen non -bam). Verr. II 2, 179 nullius vim, nullius potentiam (Catil. 1, 17. p. red. in sen. 37 vim inimicorum ac tela. *al.*). Cluent. 123 ne censorium stilum ... aeque ... atque illum dictatorium gladium -amus (Phil. 2, 118 contempsi Catilinae gladios, non -am tuos. Hier. adv. Rufin. 3, 1. *al.*). 128 miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque -uit (Catil. 4, 9 populares i. Phil. 12, 30. *al.*). Manil. 20 belli genus ... non esse ita magnum, ut sit -endum (*cf.* Catil. 2, 24 bellum magno opere -endum). 69 *nullius* vim aut minas (Ov. epist. 9, 74 Cypr. epist. 59, 2, 2. Cod. Iust. 2, 19, 7 [*a. 293*]). Catil. 1, 29 non est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia quam inertiae ac nequitiae -enda (Rab. Post. 10 Liv. 3, 56, 11). 4, 8 mortem (Sen. epist. 36, 10). Mur. 58 magis *accusatoris* auctoritatem quam criminationem (Q. Cic. pet. 55 *tuam* a. vimque dicendi ... -ent *competitores*). Pis. 20 *ut* frontis tuae nubeculam aut collegae tui contaminatum spiritum -rem. 22 fortunae rotam. Phil. 5, 51 -rem ... in maxima re periculosam opinionem temeritatis. fam. 7, 26, 1 *δυσεντερίαν. et saepe.* Lent. Cic. fam. 12, 15, 1. Ciris 82 quotiens ... novos expalluit artus ipsa suos, quotiens ... -uit latratus *Scylla mutata* (CE 1175, 10. *sim.* Ov. met. 1, 638 *Io* conata queri mugitus edidit ore -uitque sonos propriaque exterrita voce est). Ov. epist. 16, 352 (*Paris Helenae, ne fugam timeat*) terror in his ipso maior solet esse periclo: quaeque timere licet, -isse pudet (*de textu v. Owen, Class. Quart. 31, 1937, 3 sq.*; post timuisse *Francius olim. sim. obi. ἀπὸ κοινοῦ posito*: trist. 5, 9, 16 *cum amicorum* perhorruerit casus pars maxima nostros, pars etiam credi -isse velit [prae- *coni. Burman*]). Liv. 33, 20, 7 adventum regis. Val. Max. 5, 4, 2 infelicis proelii ... exitus. Sen. dial. 3, 1, 1 adfectum ... maxime ex omnibus taetrum, *iram.* 9, 14, 1 mutatione⟨m⟩. epist. 82, 14. Qvint. inst. 5, 13, 10 debet ... advocatus pro rei salute ... neglegentiae reprensionem non -ere. Plin. epist. 8, 21, 5 taedium *amantis.* Apvl. met. 6, 22, 1 Tert. Scap. 1, 1. Amm. 20, 7, 13 aries ... taurinis copertus exuviis ideoque minus casus flammeos -ens aut tela. Hier. tract. in psalm. II p. 390 l. 16 gehennae flammas (Avg. serm. 304, 4 incendiorum f. non -bat in corpore *martyr*). *et saepius.* *c. obi. int.*: Vet. Lat. Sirach 32, 22 superbus non -it timorem (*gr. 35, 18 καταπτήξει φόβον*). Cod. Theod. 10, 18, 2 pr. neque calumniae formidinem ... -at (Interpr. nullam calumniam). **b** *animantes* (*sc. homines vel animalia*): Cic. Verr. II 3, 78 Siculi Siculos (*sc. administros Verris*) non tam -bant *quam Apronium Romanum.* Font. 34 ne, quos ita adflictos a vestris patribus ... accepissetis, ut contemnendi essent, eos -isse et eorum minis ... commoti esse videremini. leg. agr. 1, 21 *agrum Campanum solum* vectigal esse, quod ... militem sustentet, hostem non -at (Liv. 4, 32, 2 Veientem h.). Catil. 2, 5 non tam exercitum illum esse nobis quam hos, qui exercitum deseruerunt, -endos (Phil. 3, 11 nomen Caesaris exercitumque). Sull. 59 hominum genus horribile et -endum, qui *eqs.* Flacc. 44 subito eundem, quem contempserant, -unt (*antea*: nihil timent). nat. deor. 2, 1 indisertum Academicum *non* -issem. Att. 10, 13, 1 tu Antoni leones -as cave (*item -untur animalia*: Varro rust. 3, 9, 5 *galli,* qui animalia, quae nocent gallinis non modo non -ant, sed etiam pro gallinis propugnent. Ov. met. 2, 495 conspectos ... horruit ursos -uitque lupos *Callisto in ursam mutata.* Apvl. met. 6, 6, 4. *al.*). fam. 7, 11, 2. *al.* (*in oratt.*). Sall. Iug. 106, 3 *Sulla* negat se totiens fusum Numidam -ere. 108, 2 Iugurthae legatum. or. Macri 8 Nep. Dat. 4, 5. Ov. ars 1, 14 *Achilles* annosum ... senem, *sc. Chironem.* met. 9, 445. fast. 6, 244 leto consulis *Flaminii* omnes attoniti Mauras -ēre manus. Rvt. Lvp. 1, 11 inimicorum factionem. Homer. 984 Hist. Avg. Max. Balb. 15, 2. *al.*

2 *per structuras varias*: **a** *enunt. secund.*: Cic. Verr. II 1, 72 -uit iste, ne Philodamus Neronis iudicio liberaretur (Font. 48 conturbato animo -it, ne *eqs.* leg. agr. 1, 25 -am ..., ne mihi non liceat contra vos in contione consistere. Mur. 48 ne consul Catilina fieret. nat. deor. 1, 70 Att. 2, 20, 3. *al.* Caecin. Cic. fam. 6, 7, 1 Nep. Alc. 5, 1 Ov. met. 14, 186 Hist. Avg. Pert. 4, 7. *al.; v. etiam p. 1787, 74*). Sest. 134 tanta legum contemptio nonne quem habitura sit exitum -it? (*item c. enunt. interrog.*: Zeno 2, 7, 2. Amm. 20, 8, 2 summa coeptorum quorsum evaderet -ens. Vita Eugen. rec. vet. p. 395, 14). Pis. 99 circumspectantem omnia, quicquid increpuisset, -entem. Hyg. astr. 1 praef. 6 in his ... tam multis et variis rebus non erit mirum aut -endum, quod tantum numerum versuum scripserimus. *al.* **b** *inf.* (*indicat quid quis pati timeat; aliter sub IIB2*): Sen. Herc. f. 565 mortis dominus *Pluto* -uit mori. Avell. 13, 1 (*a. 378/9*) *iudicum ordinariorum* auctoritas labefactari atque convelli nec a potentioribus nec ab impudentibus -it. Rvfin. Adamant. 1, 15 suum *oculum* -it amittere. Avg. anim. 4, 8, 12 a te comparari pecoribus *non* -it *apostolus.* epist. 88, 9 ab eis *adversariis* pati mala immania -unt. Favst. Rei. grat. 1, 5 p. 20, 23 reprobari -it electus *apostolus.* Greg. M. epist. 9, 148 l. 87 de suis carnalibus actibus reprehendi -unt. *et saepe apud eundem.* **c** *acc. c. inf.*: Hil. coll. antiar. p. 59, 6 quae adpalam fieri magnopere -bant. in

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 69, 1 qui se incidere in oblivionem eius, a quo vel auxilium vel veniam expectat, -it. 118 mem 2 p. 467, 28. GREG. M. dial. 3, 15, 8 se ... fratribus maledixisse -uit. epist. 9, 228 l. 23 me ... de eorum numero esse -o, de quibus scriptum est: *eqs.* moral. 21, 8 in cunctis actionibus suis a domino se videri -ant *iusti.* 26, 76 honoris sui gloriam despici pro veritate -unt. *al. apud eundem.* **d** *nom. c. inf.* (*iuxta verbum act.*): GREG. M. epist. 5, 37 l. 100 qui ... repperiri reus superno ... iudicio -o. 5, 58 l. 53 *laicus quidam* dux religiosorum fieri non -it.

II *accedunt notiones secundariae*: **A** *reverendi* (*exempla certiora; c. acc. obi. praeter* PLAVT.): PLAVT. Pseud. 1289 (*dominus ad servum*) quid video ego? :: cum corona ebrium Pseudolum tuom. :: libere hercle hoc ...; (*dominus secum*) num meā gratiā -it magis? cogito, saeviter blanditerne adloquar. CIC. Verr. II 4, 78 hanc ... religionem si tum ... non -bas, ne nunc quidem ... perhorrescis? leg. agr. 2, 45 *nomen imperii* etiam in levi persona -itur. dom. 89 (*ironice*) o speciem dignitatemque populi Romani, quam reges, ... quam gentes ultimae -ant: multitudinem ... ex servis ... congregatam! OV. ars 3, 526 quis vetat a magnis ad res exempla minores sumere, nec nomen -isse ducis? Pont. 3, 1, 156 (*uxori*) *si Iunonem (sc. Liviam) adieris,* vix poteris uoce tremente loqui; ... sentiet illa te maiestatem -isse suam. SEN. nat. 1, 16, 5 quidnam homo impurus reliquit, quod in tenebris faceret? non -uit diem, sed illos concubitus portentuosos sibi ipse ostendit. CLAVD. DON. Aen. 5, 385 p. 467, 17 *victorem,* quem tanta multitudo -uit (*antea*: in unum favebant). COMM. apol. 635 hunc *Christum* mare -uit, hunc venti, hunc tartarus ipse.

B *abhorrendi* (*exempla certiora, sc. pro obi. sunt ea, quae suo arbitrio facere vel subire potest is, qui -it; huc vergunt p. 1788, l. 17. 29*): **1** *c. acc. obi.*: CIC. Catil. 3, 7 non arbitrabar in tantis rei publicae periculis esse mihi nimiam diligentiam -endam. Sest. 140 ne quis ex nostro ... casu hanc vitae viam -at (MART. 6, 43, 8 quondam ... quocumque libebat ad undas currere nec longas -isse vias). Att. 12, 23, 3 *ne* ista pretia hortorum *emendorum* -eris. CELS. 1, 1, 4 concubitus ... neque nimis concupiscendus neque nimis -endus est. HIER. epist. 22, 7, 3 cellulam meam quasi cogitationum consciam -bam et ... deserta penetrabam. **2** *c. inf.* (*indicat quid quis facere abhorreat; aliter sub IB2b*): HIL. c. Aux. 12 committere epistulae ... blasphemiarum dedecora -o (*antea*: me pudor inhibet). HIER. epist. 70, 5, 3 Iuvencus ... *non* -uit euangelii maiestatem sub metri leges mittere. AVG. civ. 12, 16 p. 534, 23 adfirmare aliquid -o. CASSIAN. inst. 7, 7, 5 humilitatis modum transcendere (*antea*: perhorrescit). MAX. TAVR. 59, 1 sanguinis pretium -it iniquitas *Iudae* possidere. GREG. M. epist. 1, 24 l. 130 saepe ... rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta -unt. moral. 15, 59 prave agere pro temporali saltim percussione -unt. *al.* (*maxime apud* GREG. M.). *Kruse.*

pertināci̯a, -ae *f.* *a* pertinax. *de origine*: VARRO ling. 5, 2 a qua re sit -a cum requi⟨ri⟩tur, [h]ostenditur esse a perten⟨den⟩do; ... cum demonstratur, in quo non debet pertendi et pertendit, -am esse (*disting.* perseverantia). *scribitur* -natia *hic illic in codd. medii aevi. plur. p. 1790, 65.* *de notione*: NON. p. 433, 1 -a semper malarum *rerum perseverantia est* (*disting.* pervicacia, *affert l. 70. sim. notionem ad malam partem vergentem testantur*: DON. Ter. Hec. 202, 2 -a ... numquam non mala *est.* AGROEC. gramm. VII 122, 20 [*disting.* constantia]. *al., v. etiam l. 59 sqq.*). ISID. diff. 1, 331 libido quomodocunque vincendi, quae -a dicitur. SYNON. Cic. p. 417, 13 continuatio. -a. perseverantia. GLOSS.^{L} II Philox. PE 291 *ἐγκράτεια, φιλονεικία.* V Abba PE 140 duritia, perseverantia. *al.* *legitur in versibus apud* PLAVT. (*?*), TER., ACC., *in oratione soluta inde a* CIC. *per totam latinitatem, frequentant* LIV., SEN. *philos. et* AVG. (*79ies*). [*confunditur in codd. c.* pervicacia PLIN. epist. 10, 96, 3.]

significat actionem vel qualitatem eius, qui (quod) pertinax est, ut sit i. q. perseverantia, pervicacia, obstinatio, duritia (*ponitur plerumque in malam partem [cf. l. 47 sqq.], in bonam e. g. p. 1790, 11. 41. 1791, 20; disting.* constantia *l. 50. 74. p. 1790, 10. 23. 31 sq. et* AVG. c. Iulian. 4, 3, 20. *al.*, pervicacia *l. 48. 70* [*iuxta pos. p. 1790, 52*], perseverantia *l. 45. 72 sq. al.; metonymice de homine p. 1790, 14 et* SEN. dial. 9, 14, 1; *vergit ad notionem q. e. inoboedientia p. 1790, 26 [cf. p. 1790, 74], fides p. 1791, 35*): **1** *exempla varia; de actione vel qualitate*: **a** *hominum eorumve animorum* (*deae p. 1790, 20, animalis p. 1790, 13. 15*): **α** *qui in qualibet re perseverant*: PLAVT. Merc. 849 (*versum del. Ribbeck; inter res malas*) stultitiam, exitium, -am. TER. Hec. 202 *omnibus mulieribus* viris esse adversas aeque studiumst, similis -ast. 496 quae haec est -a? (*sc. adulescentis uxorem reicientis; de eodem 504* percontumax). 591. ACC. trag. 4 (*loq. Achilles*) tu -am esse ... hanc praedicas, ego pervicaciam aio et ea me uti volo; haec fortis sequitur, illam indocti possident. CIC. inv. 2, 165 uni cuique virtuti finitimum vitium reperietur ... *ut* -a, quae perseverantiae finitima est *eqs.* (*cf.* part. 65 disputandum est, aliud an idem sit *id, de quo agitur,* ut -a et perseverantia [*sim.* top. 87]). Sest. 77 ex -a aut constantia intercessoris oritur saepe seditio. Balb. 62 illam ... fortasse -am nonnulli, virtutem alii putabunt. Planc. 94 libertatem ... non in -a, sed in quadam moderatione positam putabo (*cf.* LIV. 32, 3, 7 modestia facilius quam -a, quod velint, impetraturos). ac. 2, 65 off. 1, 64 PLANC. Cic. fam. 10, 18, 2. CAES. civ. 1, 85, 4 quod plerumque hominibus nimia -a atque adrogantia accidere soleat. NEP. Ham. 1, 5. LIV. 2, 27, 12 nisi aegre victa -a *Appii consulis* foret consilio ... principum. 2, 56, 14 sustinebat ... Appius -a tantam tempestatem (*sc. plebis in forum concursum*). 4, 6, 3 cum et tribunum acerrimum auctorem plebes nacta esset et ipsa cum eo -a certaret. 37, 56, 9 senatum omni modo expugnaturum *esse* -am legatorum. 42, 62, 13 miraculo *fuit Macedonibus* ignaris ⟨Romani⟩ moris -a (*antea e parte Romana*: constantia). *al.* VAL. MAX. 7, 5, 3. CELS. 3, 12, 5 saepe ... -a iuvantis malum corporis vincit. SEN. clem. 1, 5, 5 elephanti leonesque transeunt, quae impulerunt (*i. prostraverunt*); ignobilis bestiae -a est. dial. 3, 18, 2 in male coeptis honestior illi *irae* -a videtur quam paenitentia. 4, 12, 4 -a inpedimentum omne transcendit. 9, 14, 1 (*disting.* levitas). *al.* CVRT. 9, 1, 33 -a *canis.* PETRON. 111, 10 *ancilla* expugnare dominae -am coepit (*in eadem re*: 111, 13). PLIN. nat. 37, 52. QVINT. decl. 269, 14 (*contra tormenta*). *al.* Ps. QVINT. decl. 17, 1. 17, 18. SVET. Aug. 27, 2 *adhibitae in proscriptionibus* -ae paenitentiam. APVL. apol. 2, 11. *al.* ARNOB. nat. 5, 25 p. 281, 7 obstinatissime durat Ceres *filiam quaerens* et rigoris indomiti -am retinet. AMM. 20, 8, 10 (*loq. Iulianus ad milites, qui eum Augustum appellant*) precibus vincere -am conabar. AVG. serm. 275, 1 martyres discernit causa, non poena; multi enim dolores toleraverunt -a, non constantia. COD. Theod. 10, 26, 1 ne eos inconsultae -ae sero paeniteat. OROS. hist. 5, 5, 13 Lepidus *innoxiam gentem* ... etiam senatu prohibente pertinaciter expugnare temptavit; ... *postea* improbae -ae poenas luit. *al.*

β *qui in bello non cedunt, se vinci non sinunt* (*sive pugnando sive alio modo resistunt; cf. imagines l. 9. 16*): CIL I^{2} 887 (*in glande; a. 49 a. Chr.?*) -a vos (*sc. obsessos*) radicitu⟨s⟩ tol(l)et. CIC. Marcell. 21 aut sua -a vitam amiserunt aut tua *Caesaris* misericordia retinuerunt (*sim. de Pompeianis post cladem perseverantibus*: 31 [*disting.* constantia; *cf. ad l.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 297, 31 perseverare cum Pompeio constantia est; post Pompei mortem adhuc tenere animum armatum ... *est* -ae]. Lig. 17. VELL. 2, 52, 6 munus misericordiae *Caesaris* corrupit -a *Pompeianorum.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 291, 22). CAES. Gall. 1, 42, 3. civ. 2, 36, 2 de deditione omnes ... loquebantur et cum P. Attio *Pompeiano* agebant, ne sua -a omnium fortunas perturbari vellet. 3, 10, 3 debere *Pompeium et Caesarem* ... -ae finem facere et ab armis discedere. HIRT. Gall. 8, 15, 2 *barbarorum* -a cognita Caesar *castra munit.* 8, 39, 2 BELL. Afr. 86, 1. LIV. 7, 22, 5 *agris populatis* victa utriusque, *sc. Faliscorum et Tarquiniensium,* -a populi est. 23, 18, 1 si in -a perstent. 27, 18, 13 adsuetudine ... succedendi muros et -a animi subierunt primi. *al.* VITR. 10, 16, 4 Demetrius, qui propter animi -am Poliorcetes est appellatus. VAL. MAX. 9, 2, 4 Flaccus ... *Caesaris* divinis opibus vaecordi -a resistebat. *al.* CVRT. 7, 6, 17. *al.* QVINT. decl. 255, 11. TAC. hist. 4, 56, 1 ne sublata spe veniae -am accenderent *hostium.* ann. 2, 81, 3. SVET. Iul. 68, 2 patientia et -a hostis. *al.*

γ *qui in disputatione, dissensione sententiam non mutant, corrigi non possunt sim.* (*v. etiam sub δ*): CIC. fin. 1, 28 cum iracundia aut -a recte disputari *non* potest. ac. 2, 9 *plerique malunt suam* sententiam ... pugnacissime defendere quam sine -a, quid constantissime dicatur, exquirere. 2, 18 contra Academicorum -am (AVG. c. acad. 2, 1, 1 A. vel calumnia vel -a vel pervicacia. *cf. de eadem re*: 3, 18, 41 omni pervicacia -aque demortua). Tusc. 2, 5 et refellere sine -a et refelli sine iracundia parati sumus. CAES. Gall. 5, 31, 1 ne sua dissensione et -a rem in summum periculum deducant. QVINT. inst. 12, 1, 13 *malorum hominum in persuadendo* deformis -a et inritus labor. PELAG. in Rom. 1, 29 p. 17, 8 contentio est, ubi non ratione aliquid, sed animi -a defenditur. *al.*

⁂pervādo, -āsī, -āsum, -ere. *a* per *et* vadere. NOT. Tir. 63, 76 -it. 63, 80 -sit. GLOSS. II 149, 23 -sit (-it *trad.*): *διώδευσεν, ἐπέρασεν. al.* *legitur in versibus paucis locis apud* ACC., LVCR., SIL. *al., in oratione soluta inde a* CIC., PS. SALL., VITR., *saepius apud* LIV., TAC., AMM. [*confunditur in codd. maxime c.* persuadere CIC. Verr. II 1, 44 LIV. 26, 15, 9 VEG. mil. 4, 25, 1. *al.* (*restit.* QVINT. inst. 8, 2, 21 PANEG. 4, 32, 3. *cf. p. 1759, 56 sqq.*), invadere VEG. mil. 4, 25, 1 COD. Theod. 4, 22, 2 IORD. Get. 216, *et p. p. p.* -sus *c.* perversus LEO M. epist. 156, 5 Conc.[S] II 4 p. 103, 32 SEDVL. carm. pasch. 3, 309 (*var. l. dub.* HIL. trin. 8, 1; *falso trad.* PAVL. PETRIC. Mart. 6, 249). *loco corrupto*: AMM. 15, 10, 5 ⌞graves⌟ ... difficile -untur (⌞ ⌟ calles *Petschenig*).]

I *fere i. q. per aliquid vel usque aliquo vadere* (*active tantum, nisi agnoscas l. 36 [cf. p. 1835, 59]; praeverbium spectat fere ad locum, ad tempus l. 50. 61*): **A** *potius transeundo aliquid certo itinere vel appetendo quendam locum* (*saepe de militibus iter sibi ferro aperientibus sim., e. g. l. 54. 67. p. 1835, 3 sq., de evadentibus, fugientibus e. g. l. 51. 70; in imag. l. 49. 65. 70. p. 1835, 8*): **1** *indicatur res penetranda vel percurrenda* (*abl. viae v. sub 3*): **a** *per obi. acc.*: ACC. trag. 480 utrum terrai motus sonitusne inferum -sit auris inter tonitra? (*nisi ad 2b*). 678 -e ⌞polum⌟ (*i. caelum, cf. Varro ling. 7, 14* valet 'vade *περὶ πόλον*'). VITR. 9, 2, 4 (3, 1) sol signa -ens (*cf.* PS. CENS. frg. 3, 2 sol ... signiferum *orbem* -it anno). LIV. 42, 13, 8 *Perseus* Doridem cum exercitu -sit. PS. SALL. rep. 1, 6, 3 capesse ... rem publicam et omnia aspera ... -e, *Caesar.* SEN. dial. 10, 17, 6 Quintius dictaturam properat -ere; ab aratro revocabitur. APVL. met. 9, 9, 5 *qui proficiscentes* luce dubia pomerium -erint. ITIN. Alex. 12 amnem ... urbis eius media -ere. AVSON. 20, 3 (333 S.), 8 (*ad annum*) sollemnes -e vias *caeli.* AMM. 17, 2, 3 ne ... barbari gelu vinctum amnem -rent. VEG. mil. 3, 6, 22 illud ... vitandum, ne ... interrumpatur acies ...; continuo enim hostes interpellata -unt. PAVL. NOL. carm. 24, 327 si *naufragus* veste ... pannea -ret castella, vicos, oppida. *al.* **b** *per praepos.* per: VITR. 9, 1, 10 Saturni *stella* ... -ens per signi spatium. LIV. 25, 14, 9 omnes per aequa atque iniqua loca ... -unt. AVIEN. Arat. 1551 per chaos umbriferum vis flammea *solis* -sit.

2 *indicatur finis attingendus*: **a** *per praepos.*: *-unt res*: LVCR. 1, 555 ut nihil ... posset conceptum ⟨ad⟩ summum aetatis -ere finem (*acc. loci def. Bailey ad l.*). CIC. nat. deor. 2, 145 nares ... contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit -ere. SIL. 5, 391 sub ossa -sit ... horror. IVLIAN. in Os. 12, 7 l. 172 tantum se opulentiae collegisse dicentes, ut ⌞ad⌟ eos non posset aerumna -ere (⌞ ⌟ *om. cod. unus*). *-unt homines*: LIV. 7, 36, 4 inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis -it (26, 5, 11. 42, 7, 7. TAC. ann. 12, 46, 2 Casperius ... ad Pharasmanen -it. 12, 51, 3 [*v. sub b*]. 14, 7, 2. APVL. met. 11, 21, 9 quo rectius ad arcana purissimae religionis secreta -rem). SIL. 5, 469 -erat altam in silvam *miles* (TAC. hist. 1, 43, 1 Piso in aedem Vestae -sit. 3, 62, 1). **b** *per acc. loci* (*-unt homines, nisi huc trahas l. 45. 61*): LIV. 26, 7, 6 ut ... *nuntius* Capuam -at. TAC. ann. 12, 51, 3 *Radamistus victus* Hiberos ad patrium regnum -it (*si recte trad.*). APVL. met. 10, 26, 6 *veneno affectus* domum -it aegerrime. 10, 35, 3.

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *sine talibus additamentis* (*accedit hic illic abl. viae*): Cic. Verr. II 1, 44 quacumque iter fecit, eiusmodi fuit, non ut legatus populi Romani, sed ut quaedam calamitas -ere videretur. Liv. 4, 33, 8 stragem eques, quacumque -erat, dedit. 9, 43, 3 ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut -ere expeditus nuntius non posset. Vell. 2, 82, 2 ne destinatum iter peterent, sed diverso silvestrique -rent. Tac. ann. 2, 17, 5 nisu ... corporis et impetu equi -sit, *sc. per obstantes.* 4, 51, 3. Fronto p. 54, 11 *si invidia* aliquā -erit, *sc. in cohortem amicorum,* magna molestia ... erit restinguendum. Ser. med. 178 si lympha nocens -erit (*sc. in aures*).

B *potius vagando, sese diffundendo intra quoddam spatium* (*saepe iuxta* totus, omnis *sim.; -it res [fere calamitas vel rumor] praeter l. 15. 28; transfertur a motu locali ad alias actiones e. g. l. 16 sqq.*): **1** *indicatur spatium, quo aliquid diffunditur* (*intra quod aliquis pervagatur*): **a** *per praepos.* per: Cic. Verr. II 1, 96 per omnis partis provinciae te tamquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque -isse demonstro. 3, 66 quantum incendium ... non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum, neque solum per bona, sed etiam per iura libertatis ... isto praetore -erit (*cf.* Liv. 37, 25, 6 per omnes *reges* velut continens incendium -surum *imperium Romanum*). Manil. 23 vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum -erat. **b** *per obi. acc.* (*ad II transferri possunt ambigua, e. g. l. 30. 35*): Liv. 2, 23, 7 tumultus ... passim totam urbem -it. 5, 7, 6 cum ... fama ... ea forum atque urbem -isset (26, 40, 14 Siciliam. Cvrt. 10, 5, 18. Apvl. met. 4, 28, 4 proximas civitates et attiguas regiones). 6, 24, 7 adhortatio in vicem totam alacri clamore -sit aciem. 21, 14, 2 cum ... pavor ac trepidatio totam urbem -isset (*cf.* 38, 30, 9 terror ... omnem maritimam oram -sit. Sil. 7, 427 quis ... ora *vestra* repente -sit pallor? Amm. 29, 1, 27 horror -erat universos. *al.*). 26, 15, 9 murmur ab tribunali totam contionem -sit (45, 1, 2). 28, 3, 14 legionarii ceteras partes urbis *captae* -unt (*vix ad IIA*). *al.* Qvint. inst. 8, 2, 21 -sit ... iam multos ista persuasio, ut *eqs.* (persuasit *trad.*). Tac. ann. 13, 16, 2 *venenum* cunctos eius artus -sit. Ser. med. 111 -it vis frigoris ac tenet artus. Lact. mort. pers. 33, 7 odor ... totam civitatem -it. Pavl. Nol. epist. 12, 3 corpus omne, id est universum genus hominum, ita -erat peccatum, ut *eqs.* Avg. c. Cresc. 1, 5, 7 longe lateque Africam error iste -erat (*item de falsa doctrina*: pecc. orig. 21, 24 eam *provinciam* non tam late occupaverat alteque -erat. Svlp. Sev. chron. 2, 46, 7 perfidiae istius tabes [*i. doctrina gnosticorum*] pleraque Hispaniae -erat). Ivlian. in Os. 5, 11 l. 180 *ea,* quae putredo -it. **c** *per adv.*: Apvl. met. 10, 19, 1 tanta etiam ibidem de me fama -erat. Paneg. 4, 32, 3 qua[m] odium, ⌞qua metus -erat⌟ (⌞ ⌟ quam eius persuaserat *trad., alii alia*).

2 *indicatur, quo usque aliquid diffundatur:* *per adv.* quo: Cic. Verr. II 3, 207 locus ... nullus est ..., quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque -erit. Manil. 44 ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama -erit? *per praepos.* in *c. acc.* (ad *l. 50*): Cic. Verr. II 5, 6 *nulla* pars eius belli in Italiam ... -sit. Sull. 53 quas in oras maxime quasi morbus quidam illius furoris -erat (*i. seditio, ut* Liv. 42, 5, 7 contagione, velut tabes, in Perrhaebiam quoque id -erat malum). Liv. 8, 9, 11 terror ... in totam penitus aciem -sit. 45, 10, 1 victoriae Romanae fama cum -isset in Asiam. Fronto p. 102, 15 (= p. 113, 11) *oratio scripta* -erat in manus plurium, quam ut abolere possem. p. 170, 25 laus ad me de ingenio eius iam -erat. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 28 si *culpa* in ipsum arbitrum iustitiae corruptione -at.

3 *absolute ponitur*: Liv. 24, 31, 2 *eos* ⟨adesse⟩ -sit rumor ([*nisi plura desunt*]. Tac. ann. 15, 39, 3). Qvint. inst. 9, 1, 56 vitium *quoddam oratorum* -sit (*cf. l. 29*). Tac. ann. 1, 69, 1 -erat interim circumventi exercitus fama. Apvl. apol. 50, 4 perniciosa illa dulcedo ... venis omnibus furens -sit.

II *fere i. q. invadere, occupare, usurpare* (Gloss. -o: *ἐφορμῶ.* -ere: alienam rem manifeste praesumere. -isse: *ἐπεληλυθέναι. fere c. obi. acc., sed c. praepos. l. 68. p. 1836, 11, abl. p. 1836, 29; formas pass. huc inseruimus, etiam ambiguas inter I et II, e. g. p. 1836, 6. 15*): **A** *strictius, praevalente vi locali*: Amm. 14, 1, 6 *ministri Caesaris rumores collegerunt* -endo ... divites domus egentium habitu (*nisi ad IB*). 18, 6, 18 *rex* Asiam ... -surus. 19, 11, 8 ut ... *legionarii* aliorsum intentos *hostes* post terga -rent improvisi (*item -untur homines*: 30, 5, 11. Possid. vita Aug. 12, 4 *ut insidiatores episcopum* -sum cum omnibus illi comitantibus ... caede eum gravissima affecissent. Alc. Avit. carm. 4, 362 hauserat hunc *Ionam* valido -ens belua rictu). 20, 10, 2 *Iulianus* regionem subito -sit Francorum. Hist. Avg. Gall. 11, 1 Scythae in Cappadociam -erunt. quatt. tyr. 3, 1 *Firmus* Alexandriam Aegyptiorum incitatus furore -sit. Veg. mil. 4, 25, 1 hostes, qui -erant civitatem (in- *var. l.*). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 408 p. 687 occulte eo *praesidio* -so (*gr. καταλαβόντες*). Oros. hist. 5, 20, 5 copias cecidit et castra -sit. 6, 13, 1 *Crassus* Hierosolymam adit, templum -it, opes diripit. Marcell. auct. chron. II p. 104, 535, 1 *Belisarius* Siciliam properat, Catinam Syracusam sine mora, immo omnem -it Trinacriam. Iord. Rom. 267 Seleuciam ... -sit et tenuit. *al.*

B *laxius, evanescente vi locali* (*praevalent notiones secundariae vim inferendi vel usurpandi* [*in rebus ecclesiae e. g. l. 34. 36; c. acumine in bonam partem l. 39*]): **1** *agunt res*: **a** *peccatum, vitium sim.*: Hil. in psalm. 123, 4 ('vivos degluttissent nos') scilicet ... a morte *spiritali* -sos atque a peccato comestos. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 61 funesta es prorsus obstinatione -sus (*nisi ad IB*). in Os. 4, 17 *omnes* funerea obscenitate sunt -si. in psalm. 13, 7[b] l. 201 omnibus peccandi amore -sis ac vitiorum assiduitate corruptis. Pass. Rogat. 3 cunctos ab errore -sos. *ibid.* falsa credulitate -sus. *al.* **b** *variae*: Rvfin. hist. 2, 26, 1 quantae clades Iudaeorum gentem -erint (*gr. καταλαβούσης*). Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 66 *mors* in eos *praevaricatores* tantum -it (*opp.* in sanctos ... saevire). in Ioel 2, 28 l. 506 elementa ignibus -enda. 3, 14 l. 149 in Hierosolymis conclusos anxietas et formido -sit. Mart. Cap. 1, 15. Cassian. conl. 24, 15, 2 cum *vis noxii umoris* ... aures oculosve -erit. Cass. Fel. 67 p. 166, 15 ipsi cum insanire coeperint, veneno -si vocem latratui canum similem emittunt (Greg. Tvr. Mart. 1, 13 v. pusulae -sus). Petr. Chrys. serm. 170, 2 (*ad ovem errantem*) ne amplius in terrenā pascuā luporum morsibus -aris. Sidon. carm. 16, 57 chirographon illum, quo -sus homo est (*sc. a diabolo usurpatus; cf. Col. 2, 14*). Max. Tavr. 69, 1 aut Pharao illum occupavit aut solitudo -sit. Pallad. hist. mon. I 2 p. 262[D] aquoso languore -sus (*gr. p. 35, 6 ὑδρωπίασε*).

2 *agunt homines, qui invadunt*: **a** *res*: Cod. Theod. 4, 22, 2 ius alienum. *ibid.* si ... tutores minorum his rem debitam ... -ant (Novell. Valent. 8, 1, 4 res -sa in alium transferri iure non potuit. Cassiod. var. 3, 14 res a vestris hominibus iniusta usurpatione -sas. Greg. Tvr. Franc. 7, 21. *al.*). Hist. Avg. Opil. 14, 5 *cum Opilius occideretur,* omnia eius a militibus -sa sunt (pervastata *recc. et edd. plerique*). Rvfin. Basil. hom. 5, 2 velut indebita sibi regna -erit ([*Migne gr. 31, 389[A] εἰσβιασάμενος*]. Iord. Get. 216 regno [regnum *var. l., de abl. cf. vol. VII 2, 114, 72 sqq.*]. *al.*). Ivlian. in Os. 5, 11 l. 195 *nemo* -sam a me praedam ausit eruere. Oros. hist. 5, 19, 23 Marius cum ... septimum consulatum ... -isset. Cassian. conl. 5, 23, 2 qui cum universas cordis expulerint passiones, non tam alienas possessiones -isse quam proprias recuperasse credendi sunt. Epist. pontif. 573 Avell. 56, 2 *haereticus* Alexandrinae urbis ecclesiam (Avell. 92, 9). Leo M. epist. 156, 5 Conc.[S] II 4 p. 103, 32 qui ... audent sibi ius -sae dignitatis expetere. Avell. tit. p. 59, 3 utrique ... episcopatum ... contentionis ambitu -erunt. 83, 105 Abessalom, qui regiam urbem substantiamque -erat. Vita Hil. Arel. 7 l. 7 quemadmodum *novicius* ... servorum dei profectus alacri inspectione -erit (*de eo qui imitando virtutes occupat; postea*: abstinentiam rapuerit). Petr. Chrys. serm. 123, 4 quam poenalis *est,* qui ... in suis incubat, aliena -it (Salv. gub. 3, 43. *al.*). Praedest. 3 praef. p. 627[C] latrocinante perfidia divitiae fidei -sae sunt. Salv. eccl. 1, 7 necesse est ea unusquisque hominum in aeternitate possideat, quae hic quasi manu sua ipse -erit. Cassiod. var. 4, 44, 1 casam ... ab hominibus ecclesiae ... despecto civilitatis ordine fuisse -sam. *al.* *part. praes. pro subst.*: Cassiod. var. 1, 15, 2 quae *occasio, sc. absentia domini,* non potest animum -entis de resultatione terrere. **b** *alios homines*: Conc. Agath. a. 506 p. 206 l. 255 quos *libertos* si quis ... -ere aut spoliare praesumpserit, ab ecclesia repellatur.

deriv.: pervasio, pervasor. *Balling.*

pervador, -ārī. *a* per *et* vadari. Not. Tir. 73, 43[a] -atur (*antecedunt*: vadatur, evadatur). *Fl.*

pervagābilis, -e. *a* pervagari. *i. q. pervagans, (nave) discursum vagum faciens*: Sidon. epist. 2, 2, 16 pelagi mobilis campus cumbulis late secatur -bus.

pervagātio, -ōnis *f.* *a* pervagari. *i. q. actio pervagandi* (*in malam partem dicitur sub 1*): **1** *spectat ad homines, sc. vagatur eorum: mens, animus sim.*: Ps. Hier. mon. Pachom. p. 152, 5 firmi ... maneamus, ut cogitationum -es ... refrenemus (Cassian. conl. 14, 11, 5. 22, 3, 4 inst. 11, 15. *cf.* Pomer. 1, 4, 2 [*inter bona hominis ante peccatum propria*] cogitatio sine -e). Cassian conl. 1, 7, 4 errorum -umque omnium dispersiones ... evadere. 5, 16, 5 de acedia *nascuntur* ... inquietudo, -o, instabilitas mentis et corporis (*opp.* mentis ... puritatem tranquillitatemque. *inde* Isid. expos. in deut. 16, 4). 7, 3, 5 animae -es. 23, 5, 8 -um tempora. 23, 8, 2 -em mentis (*cf.* Pallad. hist. mon. II 11 -em patitur mentis intentio). 24, 2, 1 desideriorum ... -o. 24, 16. inst. 2, 14 volubilitas ac -o cordis (5, 21, 3. 6, 1. 10, 23). 5, 39, 1 otii -e. Epist. pontif. 892 Avell. 86, 7 *episcopi sic* poterunt ..., quae in -e reprehensibilia sunt, vitare. *visus*: Apon. 2, 3 l. 57 -o oculorum (pervasio ocultorum *var. l.*). **2** *cetera exempla*: Evcher. instr. 1 p. 67, 18 spiritus dei quomodo ferebatur super aquas? non -e, sed potestate *eqs.* Cassiod. in psalm. 106, 3 l. 88 *mare* universam terram circulo fertur suae -is includere.

***pervagor,** -ātus sum, -ārī. *a* per *et* vagari. *formae act.*: Rhet. Her. 3, 22, 37 -emus (percurramus *var. l.*). Vet. Lat. II Macc. 4, 39 (rec. B) -asset. Iord. Get. 37 -ant (-antur *var. l.; cf.* 54 -atur). Greg. Tvr. *[Ley-Hutton]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Franc. 1, 32 -vit (*ibid. postea*: -atur [-vit *var. l.*]). *part. perf. sensu pass.* (*vix addas* Cic. *l. 9*): Pavl. Nol. epist. 13, 4 Greg. Tvr. Franc. 2, 7. *de notione*: Synon. Cic. p. 439, 28 perlustrat. peragrat. perambulat. percurrit. -atur. Gloss. -or: *διαρέμβομαι.* -atur: *περιρέμβεται.* Gloss.^{L} I Ansil. pe 1166 (cod. Paris.) -atur: pererrat. 1167 (*ibid.*) -atur: percurrit, pervadit. *al. legitur inde a* Rhet. Her., *saepius apud* Cic. (*praecipue part. perf.*), Liv., Vitr., Avg., Oros.; *in poesi* Sen. Ag. 775 Sidon. epist. 8, 9, 5 vers. 13. [*confunditur in codd. cum* vagari Caes. Gall. 7, 45, 1 Lex Burg. lib. const. 49, 3. *al.*, -tus *cum* pervulgatus Cic. Verr. II 3, 129. 4, 64 fin. 2, 15 Boeth. cons. 2, 7, 12. *al.* (*in var. l. falsa* Cic. inv. 2, 113. *cf.* Verr. II 3, 77 -tum et pervulgatum est *cod. V saec. III/IV,* pervulgatum est *cett.*).]

i. q. vagari per aliquod spatium, peragrare, pererrare. praeverbium spectat ad spatium permeatum (saepius ad obi. accedit totus *sim., v. e. g. l. 32 sqq. p. 1838, 31 sq. 35) vel ad perfectionem cursus (v. imprimis sub IB2), c. colore distributivo (cf. e. g. p. 1186, 69) fortasse l. 42. notio vagandi, palandi minus manifesta est l. 51, evanescit l. 48. 56 sqq. 66 sq. spatium indicatur saepe per acc. obi., rarius per abl. (v. l. 28. 72. p. 1838, 12. al.), per praepos. c. acc.* (per *l. 68. p. 1838, 13. 21. 25. al.*; in *l. 27. p. 1838, 37; per alias l. 46. 57. 66. p. 1838, 26*), *c. abl.* (in *l. 35. 52. 69*; sub *l. 53*), *ceterum per adv. (v. l. 24. 27. 54. p. 1838, 13. al.). spatium subaudiendum est vel omnino omittitur e. g. l. 25. p. 1838, 39, v. etiam p. 1838, 41 sqq.*

I *motu corporali* (*imagines v. sub II*): **A** *-antur animantes* (*animalia e. g. l. 35. 40. 42, naves l. 25*): **1** *bellandi vel populandi, praedandi causa*: Cic. Verr. II 5, 98 hic, *sc. in portu Syracusano,* te praetore praedonum naviculae -tae sunt (*cf.* 5, 99 quem ad modum est -tus *pirata*! *de duce classis*: Oros. hist. 3, 1, 12 ut ... navali discursu oram maritimam -retur). Caes. Gall. 7, 9, 2 ut in omnes partes equites quam latissime -entur (*item de equitibus*: 7, 45, 1 omnibus locis). Liv. 10, 39, 5 -ti Samnium consules maxime depopulato Atinate agro. 25, 40, 6 *dux* -tus est hostium agros. 30, 28, 6. 32, 21, 7. 38, 17, 3 *Gallorum* natio, -ta bello prope orbem terrarum, sedem cepit *in Asia* (*sim. de Germanis* Ps. Qvint. decl. 3, 13). Flor. epit. 3, 5, 31 Pompeio duce populus Romanus totam ... Asiam -tus (*cf.* 3, 20, 5 totam ... Campaniam. Vir. ill. 39, 2 totam ... Siciliam. Vvlg. IV reg. 17, 5 omnem terram. Oros. hist. 2, 6, 1 Cyrus ... totum ... Orientem armis). Hier. in Mich. 5, 7 l. 354 leone ... in ovibus -ante. Greg. Tvr. Franc. 2, 7 p. 50, 13 *postea* a Chunis ... Italia -ta atque subversa est. *al.* **2** *varia ratione* (*imprimis quaerendi vel visitandi causa*): Liv. 1, 29, 3 *ut incolae Alba emigraturi* errabundi domos suas ... -rentur. 26, 45, 7 piscatores ... vadis -tos stagnum. Sen. dial. 6, 7, 2 *amissis catulis* ferae ... silvas -tae *sunt* (*cf.* Colvm. 9, 1, 6 *fera* -ta totum vivarium). 12, 10, 5 omnes regiones -antur *homines cibos luxuriosos quaerentes.* Hyg. astr. 2, 17, 1 *delphinus Amphitriten quaerens* -tus insulas. Lact. mort. pers. 51, 1 Valeria *fugiens* ... per varias provincias ... -ta. Ivst. 37, 3, 4 *Mithridates Asiam* universam nemine sentiente -tus est. Pavl. Nol. epist. 13, 4 *Abraham* nihil ... de -tis ... spatiis comparaverat. Macr. somn. 1, 13, 10 extortae animae diu circa corpus eiusve sepulturam ... -antur. Iord. Get. 37 *Altziagiri* aestate campos -ant. *al. circuitus formicarum in rota figuli describitur ad motum siderum explicandum* (*cf. B2*): Vitr. 9, 1, 15 celerius -ari *interiores quam illae in orbe extremo.*

B *-antur res*: **1** *venti, flammae*: Vitr. 1, 6, 8 *si viae urbis sec. ventorum directiones collocantur,* impetus ac flatus ... vehementioribus viribus -bitur. 2, 6, 3 -antes in agris *Campaniae* ... ardores. 5, 10, 2 ita flamma facilius -bitur sub suspensione (*sc. in hypocausi; sim.* 5, 10, 5). Sen. nat. 2, 14, 2 late incendio -ante (Tac. ann. 15, 38, 3 impetu -tum i. plana *urbis*). Oros. hist. 4, 11, 8 ignis ... plurimas civitatis partes -tus. **2** *sidera* (*sc. planetae vel sol vel luna praeter l. 56*): Vitr. 9, 1, 4 sex signa *zodiaci* ... supra terram ... -antur. 9, 1, 5 per ea signa *zodiaci* ... luna ... sol *et planetae* ... ab occidente ad orientem in mundo -antur. 9, 1, 6 *sol* xii signorum intervalla -ando ... perficit *annum. al.* (*sc. in libro 9*). Ps. Cens. frg. 3, 4 Prob. Verg. georg. 1, 5. Mart. Cap. 8, 882 *Venus* latitudinis ... partibus duodecim *signiferi* ... -atur (*sim. de declinatione intra zodiacum*: 8, 886). **3** *flumina, montes*: Sen. nat. 4, 2, 3 *Nilus* magnas solitudines -tus et in paludes diffusus ... circa Philas primum ex vago ... colligitur. Plin. nat. 5, 113 Maeander ... sinuosus flexibus ... Apamenam ... -atur regionem. Iord. Get. 54 *Caucasus* Scythicas terras ... magnis flexibus -atur. **4** *variae: quae moventur certa via*: Vitr. 3, 5, 14 uti ... acumen ... normae circum rotundationem *striarum columnae* tangendo -ari possit. *quae diffunduntur, sparguntur aliquo*: Cels. 2, 8, 37 torpor atque prurigo -antur, modo per totum caput, modo in parte (*diffunditur per corpus ut* Plin. epist. 1, 12, 6 dolor ... omnia membra -batur. *diffunditur inter homines*: Avg. in psalm. 1, 1 pestilentia est ... morbus late -tus [*cf. imagines p. 1338, 24. 33. 37*]). Plin. epist. 2, 10, 2 sine ... *libri tui* iisdem ..., quibus lingua Romana, spatiis -entur (*cf.* Avg. ord. 1, 5, 14 si haec ... *dicta* litteris ... mandata -entur).

II *motu potius incorporali -antur*: **A** *qui cogitant, scribunt, spectant* (*oculi* Vitr.): Rhet. Her. 3, 22, 37 ut identidem ... *hos* locos ... animo -emus (Pelag. in Eph. 6, 18 *non* prodest ... iacentem corpore a. -ari. *cf.* Petr. Chrys. serm. 99,2 *auditoribus* mente per multa ... -antibus). Vitr. 4, 4, 3 *ita* oculus ... maiore visus circumitione -atur. Tert. patient. 5, 25 ne singula -emur (*sc. exempla narrantes*). Rvfin. Basil. hom. 2, 4 p. 1738^{B} erroribus decepti ... palabundi per aspera quaeque peccatorum et devia -antur. Petr. Chrys. serm. 5, 4 *gentilitas* per elementa vanis est -ta cogitationibus. *al.*

B *quae (qui) vario modo diffunduntur aliquo, penetrant aliquid*: **1** *sermone, fama sim.* (*saepe part. perf., quod hic illic vergit in vim adi., cf. infra l. 41*; Gloss. -ta: *διαπεφημισμένη. πεφημισμένη*): Cic. inv. 1, 55 in hac causa, quae apud Graecos est -ta. Verr. II 3, 129 *hoc scelus Verris* et factum et tota Sicilia -tum *est* (pervulgatum *var. l.*). Scaur. 45 quod *nomen* per omnes gentes -tum est (Avg. in psalm. 7, 7 latissime. 9, 24 late). Planc. 95 nihil ... est ..., quod minus -tum quodque minus ... celebratum sit *eqs.* Mil. 33 in hoc -to civitatis sermone. Marcell. 26 illustris ac -ta ... fama meritorum (Tac. ann. 12, 36, 1 f. eius *Catuli* ... provincias -ta per Italiam quoque celebrabatur. Apvl. met. 4, 29, 1 terrae plusculum provinciasque plurimas f. porrecta -atur. Vet. Lat. II Macc. 4, 39 [rec. B] cum ... -asset foris f. [*gr. διαδοθείσης ἔξω, recc. L, V* divulgata fama]). de orat. 2, 127. fin. 2, 15 de *re* illustri et facili et iam in vulgus -ta loquitur *Epicurus* (3, 5 de rebus non -tis *loqui*). Vitr. 2, 8, 12 haec opinio quare per orbem terrae falso rumore sit -ta (Decl. in Catil. 27 gentium o.). Plin. epist. 6, 10, 3 cuius *viri* memoria orbem terrarum gloria -etur. 10, 96, 9 neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis *christianae* ... contagio -ta est. Avg. agon. 29, 31 p. 133, 7 domini gloriam per ... ecclesiam latissime -tam (Boeth. cons. 2, 7, 12 -ta inter suos gloria ... contentus). Sidon. epist. 4, 3, 10 (*ad scriptorem*) cum ... *tuba tua* aures et ora populorum me etiam circumferente -retur. *de homine fama celebrato*: Synon. Cic. p. 443, 2 summus vir ... memorabilis. -tus fama. **2** *cetera exempla*: Cic. leg. 1, 32 molestiae, laetitiae, cupiditates, timores ... omnium mentes -antur. Sen. contr. 1 praef. 11 *furor bellorum civilium* orbem totum -batur (*cf.* 10, 3, 5 -ta est illa crudelis belli fortuna omnem ordinem *civium.* Paneg. 8, 18, 1 si fiduciam -andi ... habuisset *lues piratica.* Exvp. 4 varia crudelitas *Cinnae* -ta est). Sen. dial. 11, 13, 3 *principis* misericordiam ... totum orbem -antem. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 192, 16 consuetudinem ... in corrumpendis iudicibus -tam. Avg. conf. 9, 9, 21 pestilentia peccatorum latissime -ante. in psalm. 2,3 dominationem *Christi* -turam in posteros. *al.*

C *quae licentius errant, vagantur*: Sen. Ag. 775 -tus ipse se fregit furor *Cassandrae* (*paulo aliter l. 31*).

part. perf. **pervagātus,** -a, -um *pro adi.* (*subst. l. 50*). *compar. l. 44, superl. non nisi in var. l., v. infra p. 1893, 50, sed cf.* valde -us *l. 46. fere i. q. pervulgatus, communis* (*exempla potiora, cf. l. 9*): **1** *de variis rebus*: Cic. inv. 2, 47 pars *argumentorum* est -ior et aut in omnes eiusdem generis aut in plerasque causas accommodata. Scaur. 33 res ... usitata ... et valde -a. de orat. 2, 210 (*de invidia*) commune vitium et -um. top. 69 *anteponuntur* diuturniora bona brevioribus, longe et late -a angustis. **2** *de eis, quae vulgo nota sunt* (*potius in malam partem dictum*): Cic. Verr. II 2, 85 *Verres* cupiditate illa sua nota atque apud omnes -a. Planc. 47 vulgari et -a declamatione contendere. de orat. 1, 165 de istis communibus et -is (*de praeceptis sim. ut* 3, 188 opera cotidiana et -a). orat. 195 ut -um ac vulgare videatur *hoc genus orationis.*

deriv.: pervagabilis, pervagatio; *cf.* pervagus.

pervagus, -a, -um. [*potius a* pervagari *retrograde* (*cf.* circum-vagus: -vagari) *quam a* per *et* vagus. *Fo.*] *i. qui pervagatur vel valde vagus est*: Ov. ars 2, 18 Amor ... tam vasto -us orbe puer. *Ley-Hutton.*

pervaldē *adv. a* per *et* valde. Gloss.^{L} II Philox. pe 311 ˽-e: multum˼, *πολύ, πάνυ, λίαν* (˽ ˼ per: valde, multum *Goetz in indice s. v.* per). *i. q. admodum valde, quam maxime*: Rvric. epist. 2, 24 bonum est ab his (*i. vino cantibus puellis*), dum -e fervet adulescentia, aliquoties respirare (*v. app. crit.*).

pervaleo, -ēre. *a* per *et* valere. [*edebatur olim pro* praevalere Ps. Thom. euang. 13, 1.] **1** *i. q. sine intermissione, perpetuo valere: vi locali*: Lvcr. 6, 916 *anellus dependens* ex alio ... alius *magnetis* lapidis vim ... noscit; usque adeo permananter vis -et eius. *vi temporali*: Cod. Theod. 15, 1, 48 ⟨a⟩ ... proximo consulatu ... urbi ... vectigalium inlibata augmenta -ant (semper valeant *Mommsen,* permaneant *Seeck*). **2** *i. q. ita valere, ut aliquid perpetretur*: Optat. app. 5 p. 208, 22 (*epist. Constantini imp.; a. 314*) pietas dei nostri ... *non* patitur exosas quorundam voluntates usque in tantum -ere, ut *eqs.* (pervadere *edd. vet.,* praevalere *von Soden*).

pervalidus, -a, -um. *a* per *et* validus. [*pro* praevalidus *falso trad.* Liv. 40, 47, 2, *falsa var. l.* Ivlian. in Am. 2, 9 l. 121.] *i. q. admodum validus*: Amm. 29, 1, 2 contra has copias *magnas ... duces* cum agminibus perrexere -is. Vvlg. Is. 30, 14 conteritur lagoena figuli contritione -a

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(pre- *var. l.*), et non invenietur ... testa *eqs.* (*pendet* HIER. in Is. 9, 30, 12 l. 25). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 8 l. 45 producam testem ... -um et cui praescribere non possit (*sc. ipsum Hier.; sim. de testimonio*: hist. 4, 14, 8 [*ex Iren.*] extat ... epistula Polycarpi ... -a [*gr. ἰκανωτάτη, Iren. 3, 3, 4 l. 97* perfectissima]).

pervariē *adv.* *a* per *et* varie. *i. q. admodum varie*: CIC. de orat. 2, 327 (*de Ter. Andr. 51 sqq.*) *longo sermone* mores adulescentis ..., reliqua -e iucundeque narrantur (*pendet* IVL. VICT. rhet. p. 72, 11 reliqua -e collocantur).

[pervarius, -a, -um *e* per *et* varius *compos. edebatur olim* APVL. Socr. 2 p. 122; *medii aevi est Ps. Ven. Fort. vita Mauril. 26, 129.*]

⁂pervāsio, -ōnis *f.* *a* pervadere. *legitur inde a saec. IV ex.; deest in poesi.* [*confunditur in codd. maxime cum* persuasio, *e. g.* COD. Theod. 2, 4, 5 SALV. gub. 4, 20 CASSIOD. var. 9, 18, 1 LEX Visig. 10, 3, 5.]

i. q. actio pervadendi, invasio (*sc. qua fere per vim, iniuriam possessiones vel iura occupantur, usurpantur, laeduntur sim.; accedit gen. obiectivus l. 29. 41. 48. al., subiectivus l. 22. 32. 39. al.*): **1** *pervaduntur potius bona corp.*: **a** *contextu vario* (*pertinet saepe ad praedia, domus, fundos sim.; cf.* ISID. orig. 5, 26, 19 -o est rei alienae manifesta praesumptio; furtum autem earum rerum fit, quae de loco in locum transferri possunt, -o autem et earum, quae transferuntur, et earum, quae inmobilia sunt. GLOSS. V 575, 33 -o: ablatio [ob- *trad.*] alienae rei per vim iniuste et manifeste): COD. Theod. 2, 4, 5 procurandum est, ne -bus inproborum protelandae cognitionis praebeatur occasio (*cf. l. 72 infra*). 2, 4, 6 momentariam possessionem ⌞-e⌟ violatam *esse* (⌞ ⌟ pervasam sive *var. l.; Interpr.*: aliquid sibi ... fuisse pervasum). NOVELL. Valent. 8, 2 pr. -is invidia (VAL. CEM. hom. 20, 6 ad ... *avarum* transit -is i. [*hinc fort. corrigendum* 20, 4, *ubi* persuasionis i. *trad.*]). INTERPR. novell. Valent. 35 l. 120 ⌞pro -e⌟ rei alicuius ([⌞ ⌟ per vagationem *var. l.*]. SALV. gub. 5, 54 rerum alienarum [*cf. 5, 55* a rapina]). CASSIAN. conl. 5, 24, 1 *terras filiorum Sem* per vim ... posteritas Cham -is iniquitate possedit. VAL. CEM. hom. 6, 1 cupiditas furorem improbae -is accendit. SALV. gub. 4, 20 -bus praepotentum aut sua homines imbecilli aut etiam se ipsos cum suis pariter amittunt (*cf.* 5, 43 domicilia atque agellos suos ... -bus perdunt). 4, 22 -es, quas ... nobiles agunt (GREG. TVR. Franc. 8, 40 p. 406, 13 furta, superventa, -es, caedes ... agere). CASSIOD. var. 9, 18, 1 humano generi noxiam -em ... severitate legum ... damnamus. CONC. Aurel. a. 541 p. 138 l. 164 si in -is pertinacia subsistit (pervers(at)ionis *var. ll.; respicitur invasio bonorum ecclesiae ut*: EPIST. pontif. 975 Gassó-Batlle 16, 4 si quae res ecclesiasticae quorundam -e ... detinentur. CONC. Paris. a. 556/573 p. 208 l. 107. GREG. TVR. glor. conf. 78 p. 795, 9 arguitur ... ab abbate pro -e campi. *al.*). LEX Visig. 10, 3, 5 *qui terminum fundi sine consorte mutavit,* damnum -is excipiat (*cf. p. 1840, 5 sq.*). *al.* **b** *-o fit in bello, inter regna sim.*: NOVELL. Iust. app. 7, 3 *in Italia* per ... hostiles -es ... hominibus instrumenta *possessionis conscripta* perisse. GREG. TVR. Franc. 10, 19 p. 511, 2 quas *urbes* ... iniquo -is ordine suo dominio subiugavit *rex* (*v. app. crit.*).

2 *pervaduntur, usurpantur potius res incorp.*: **a** *sedes episcopi, ecclesia*: LEO M. epist. 146, 2 Conc.^{S} II 4 p. 96, 32 ne in -em Alexandrinae ecclesiae aliquid ulterius sibi possit haeretica audacia vindicare (164, 4 *ibid.* p. 112, 5. *in eadem re*: 156, 3 *ibid.* p. 103, 9 ne homines haereticos ... uti sua -e patiamini. AVELL. 104, 4 *invasor* effusionem pii sanguinis ad crimen -is adiecit). NOVELL. Iust. 42, 1 pr. occasione illicitae ... -is ... sacerdotalis sedis (*gr. ἁρπαγῆς*). **b** *status hominum privatus*: FVLG. aet. mund. p. 158, 24 mortalis conscripta *a David* epistola adulterii fuerat lena et -o paranimfa (*v. II reg. 11, 14 sqq.*). VITAE patr. Iurens. 92 persona ... honore ... tumens vi -is inlicitae servitutis iugo subdiderat *pauperes* (*in eadem re*: 94 in innocentum -e [*cf. 95* liberos restituit libertati]. *cf. et l. 32 sq.*). **c** *status divinus*: GENNAD. dogm. 4 l. 4 *in trinitate credendum est* nihil -e aut subreptione insertum, ut Manicheus *vult* (persuas- *var. l.; v. Turner, Journ. Theol. Stud. 8, 1907, 113*).

pervāsor, -ōris *m.* *a* pervadere. GLOSS. -es: invasores. *legitur inde a saec. V, in poesi singulis locis apud* ORIENT., PAVL. PETRIC. [*confunditur in codd. hic illic cum* persuasor, *e. g.* AVELL. 99, 18 IOH. BICL. chron. II p. 215, 578, 4 CONSTANTIVS vita Germ. praef.]

i. qui pervadit (*sc. qui fere per vim, iniuriam possessiones vel iura aliena occupat, usurpat, laedit sim.; color vituperandi evanescit p. 1840, 39 sq. 44; saepe accedit gen. obi., v. l. 75. p. 1840, 27. 48. al.; usu praedicativo e. g. l. 74. p. 1840, 36. 42; augetur locutio praedicativa per adv.* nimis *p. 1840, 43*): **1** *pervaduntur potius res corp.*: **a** *cuiuslibet possessoris* (*pertinet saepe ad praedia, fundos, domus sim.*): PS. AMBR. act. Seb. 2, 8 (*uxores ad martyres*) qui ... erunt ... domorum vestrarum avidissimi -es? (*syn.* occupatores familiae). INTERPR. cod. Theod. 2, 4, 5 aliqua -i dilatio *in iure agendi ne* concedatur (*cf. supra l. 23*). 2, 23, 1 si ... *aream* nullus antea tenuit, cui miles ipse -r extiterit. 2, 26, 2 si quis -r finium fuerit adprobatus (*cf. Cod. Theod.* usurpare). *ibid.* -r iuris alieni (*v. Cod. Theod.* inreptor agrorum). NOVELL. Valent. 8, 1 pr. ORIENT. comm. 2, 302 invidus ..., -r, iactans, impius, indocilis iudicii ante diem poenas dabit. SALV. gub. 5, 43 rebus eorum *pauperum* incubant ⌞-es⌟, et tributa miseri pro -bus solvunt (invasores *var. l.*). CASSIOD. var. 3, 20, 2 ut ... ei praedium ... a -e reddatur. 12, 5, 6. LEX Visig. Eur. 276 *qui fundi terminum sine consorte mutavit,* damnu⟨m⟩ -is excipiat (*Visig. 10, 3, 5* pervasionis). *pervasio fit bello vel ab hostibus sim.*: IOH. BICL. chron. II p. 213, 574, 2 rex ... provinciae -es interficit. p. 215, 578, 4 -bus Hispaniae superatis. **b** *ecclesiarum, episcoporum sim.* (*cf. 2a*): ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 11 *haeretici* saeviunt ... alienarum aedium -es (*postea*: loca pervadere, altaria commutare). CASSIOD. var. 4, 17, 2 a ... -bus ... teneantur *possessiones ecclesiae.* 4, 20, 2 manente poena ... -i, qui ... ecclesiae probatur violasse compendia. GREG. TVR. glor. conf. 70 p. 789, 9 *beatus Mitrias* velociter in -em suum inrogat ultionem (*in eadem re*: p. 789, 21 corripitur -r a febre. *cf.* 78 p. 795, 2 episcopus ... in -bus saepissime ultor exsistit). glor. mart. 78 p. 540, 28 eclesia *quaedam* ... -es rerum suarum saepius arguit (104 p. 559, 11 CONC. Paris. a. 556/573 p. 207 l. 66). CONC. Tur. a. 567 p. 192 l. 493 presbiter⟨o⟩ ... -em convenit admonere (*sim.* Paris. a. 556/573 p. 206 l. 51).

2 *pervaduntur potius res incorp.*: **a** *in ecclesia* (*cf. sub 1b, maxime* ALC. AVIT.): *occupatur sedes episcopi vel ecclesia loci* (*sc. Alexandriae praeter l. 22*): LEO M. epist. 10, 4 p. 632^{A} tamquam in vacuam possessionem ab Hilario -e heredem viventis *episcopi esse* inductum. 156, 3 Conc.^{S} II 4 p. 103, 3 depellendo ... -es iuris alieni et antiquae fidei sedem Alexandrinae ecclesiae reformando (*cf.* 157, 1 *ibid.* p. 109, 19 nisi ... insanissimi -es ab aliena sede pellantur. AVELL. 99, 18 [= app. 2, 8]). 157, 1 Conc.^{S} II 4 p. 109, 13. 173 Avell. 55, 1 cruentissimo Alexandrinae ecclesiae -e[s] deiecto *eqs.* (AVELL. 59, 2. 62, 4. 70, 14 EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 68, 10). AVELL. 60, 6 Alexandrinam ecclesiam ... ab haeretico -e ... liberatam ([*opp.* legitimo ... antistiti]. EPIST. pontif. 599 Schwartz p. 6, 3. *adde l. 31 sq.*). 64, 2 Petrum sedis ipsius -em ... relegari (EPIST. pontif. 593 Schwartz p. 75, 13 *episcopus est* fugatus ab haereticis -bus s. Alexandrinae). *invaditur potius universa ecclesia*: EPIST. pontif. 608 Schwartz p. 78, 13 exclusis inimicis et -bus ... purgetur ecclesia. CAES. AREL. serm. 96, 5 *haeretici* quasi crudelissimi -es rapientes ⌞uxorem fratris sui⌟ (*i. ecclesiam, uxorem Christi*). **b** *exempla cetera*: LEO M. epist. 159, 2 *non* tamquam alieni iuris -r habeatur, qui personam ... mariti *pro mortuo habiti* ... assumpsit (*cf.* FVLG. aet. mund. p. 158, 21 [*de rege David*] alieni concubitus -is). APON. prol. l. 4 divinorum mysteriorum intellegentiae avidissimus cupis -r exsistere. CONSTANTIVS vita Germ. praef. *scripturus vitam Constantii non* vereor -em me huiuscemodi ministerii iudicandum. FVLG. RVSP. epist. 1, 17 *Ananiam et Saphiram* vox apostolica tamquam divini iuris -es increpuit (*v. act. 5, 3 sqq.*). CASSIOD. Ios. antiq. 14, 293 p. 412 malevolum et nimis patriae -em eum *Malachum* esse (*gr. ἐπίβουλον*). VITAE patr. Iurens. 48 caelestis regni -r, *sc. sanctus Romanus.*

3 *pervaduntur potius animantes eorumve mentes sim.; -r est: diabolus vel daemon*: EVSEB. GALLIC. hom. 15, 5 exinanita *per baptisma* ... natura ... *hominem* in gremio patris de mali -is iure transfudit (*inde sim.* app. 8, 5). 15, 6 (= app. 8, 6) familiae -r alienae. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 44 proprias ... voces edere -r captivo ex ore iubetur (*sc. daemon ex obsesso*). APON. 4, 47 quod *auctores haereticorum* ... in mentibus suis locum paraverint diabolo -i. CASSIOD. in psalm. 85, 2 l. 79. *perdix* (*sc. in allegoria diaboli; cf. supra p. 1260, 69 sqq.*): EVSEB. GALLIC. hom. 19, 2 callidum -em captiva generatio derelinquit (*syn.* praedo ... et raptor; *cf. 19, 1 perdix* nidi habitatore depulso partus invadit extraneos).

⁂pervāsto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* vastare. GLOSS.^{L} II Philox. PE 317 -at: *ἐκπορθεῖ.* GLOSS. II 292, 26 *ἐκπορθῶ*: depopulo, devasto, divasto, evasto, -o. [*de* HIST. AVG. Opil. 14, 5 *v. p. 1836, 26.* INSCR. Année Épigr. 1957 n. 311, 9 pervas⟨tatam⟩ *vix recte legit Beltrán* (perviam CIL II 4911, 9; *v. d'Ors, Emerita 27, 1959, 372 sq.*).]

i. q. penitus vel ubique vastare (an i. q. vastando permeare?); respicitur actio: **1** *ducum, militum praedantium sim.*: LIV. 6, 4, 8 *tribuni* exercitum ... in Aequos ... ad -andos fines, ne quid ad nova consilia relinqueretur virium, duxere (42, 41, 11 cum ... *socius vester* f. mei regni usque ad Amphipolim -asset. 44, 10, 8 -tis f. eius *urbis* [*postea*: vastarunt]). 6, 28, 2 duces *Praenestini* ... -tis protinus agris ad portam Collinam signa intulere (8, 19, 9 -tis passim a. praedaque abacta [21, 7, 4. 31, 40, 1. 37, 18, 7]. 8, 25, 4 ager ... longe lateque est -tus [35, 22, 4]. *al. apud eundem; cf.* 22, 4, 1 Hannibal, quod *ibidem* agri est ..., omni clade belli -at). 33, 37, 6. 35, 1, 5. 35, 11, 11 *Numidae* vico inferunt ignem, ferro flammaque omnia -ant (TAC. ann. 1, 51, 1 *Germanicus* quinquaginta milium spatium ferro flammisque -at; non sexus, non aetas miserationem attulit *eqs. cf. l. 68 et* LIV. 35, 21, 10 castella vicosque ... igni ferroque). **2** *principis tributa sim. exigentis*: TAC. ann. 15, 45, 1 conferendis pecuniis, *sc. ad Neronis aedificia,* -ta Italia, provinciae eversae *eqs.*

pervāsus, -a, -um *v. sub* pervado. *Breimeier.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[perubīque *adv. vix recte edebatur olim pro* per ubique TERT. pall. 2, 6.]

pervectio, -ōnis *f.* *a* pervehere. *i. q. actio pervehendi, transportandi*: COD. Theod. 11, 1, 13 de transmissione ac -e (*sc. tributorum Romam; postea*: quid pervectum sit). SYMM. epist. 6, 42 -o celerata, *sc. aurigarum navibus e Campania ad ludos Symmachi pervehendorum.*

pervector, -ōris *m.* *a* pervehere. *i. qui pervehit aliquid*: SYMM. epist. 4, 64, 1 -r epistularum (*cf. p. 1842, 36 et vocem magis technicam* perlator). *translate de affectibus aliquid promoventibus* (*cf. fort. usum verbi p. 1842, 55 sqq.*): IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 17 p. 1538 affectus timoris ... adiutores et -es iustitiae perdocentur (*item codd. in responsione Aug.* p. 1540; provectores *propos. Maurini*).

⁸pervehor, -vectus sum, -vehī *et* **⁸perveho,** -vēxī, -vehere. *a* per *et* vehi (vehere). *de tmesi v. p. 1842, 44.* GLOSS. -tum: perlatum, portatum. *legitur in versibus apud* NAEV., SIL., AVIEN. *al., in oratione soluta inde a* CIC., CAES. [*confunditur in codd. maxime c.* provehere, *e. g.* NEP. Alc. 4, 4 LACT. inst. 7, 27, 1 AVG. epist. 137, 9 (*v. etiam l. 67. p. 1842, 35. 63*); *vix recte trad.* SIL. 4, 51 consul volucri -tus litora classe (praevectus *Heinsius*); *e coni. probabili p. 1846, 23.*]

i. q. vehi vel vehere usque ad finem aut per spatium quoddam. praeverbium saepe spectat ad finem attingendum, raro ad spatium permeandum, ad motum continuatum p. 1842, 47. indicatur finis passim per praepos. (usque) ad (usque *tantum l. 49*), in *c. acc. vel per acc. urbium sim., per adv. l. 67. p. 1842, 26, dat. pers. p. 1842, 71; spatium vel via per acc. l. 51. 60 sq., abl. l. 45. 52. p. 1842, 38, praepos.* per *l. 49. 55. al.; indicationes loci desunt e. g. l. 53 sq. p. 1842, 20. 22. 33. distincte iuxta ponitur* provehi *l. 73. p. 1842, 58.*

I *mediopassive, saepe fere i. q. pervenire*: **A** *proprie; -itur aliquis* (*navis infra l. 42, sol l. 62*): **1** *curru, plaustro vel iumento*: NAEV. com. 107 dictator (*sc. ludorum faciendorum causa dictus*) ubi currum insidet, -itur usque ad oppidum (*i. carceres in circo*). CIC. fam. 9, 18, 4 mulo ... Romam. TAC. ann. 14, 4, 4 Agrippinam ... gestamine sellae Baias -tam (*cf.* CASSIOD. in psalm. 32, 17 l. 302 equinis gesticulationibus [*i. gestationibus*]). VET. LAT. II Macc. 4, 5 (rec. P) *pontifex inimicos metuens* ad regem -tus est (*gr. διεκομίσθη, rec. L. al.* se contulit). 5, 9 (rec. P) ad Lacaedemonios -tus, quasi ... consecuturus protectionem (*gr. ἀναχθείς, rec. L. al.* profectus). IVST. 27, 3, 7. AVSON. app. A 6 Od. 3 (447 S.), 6 *Telemachus et Nestoris filius* die altero Lacedaemonem -untur. SYMM. epist. 7, 72 Mediolanium -tus. CLAVD. DON. Aen. 9, 50 p. 193, 29 *Turnus repente apparuit* non iam itinere, sed quasi quodam volatu -tus. DRAC. Romul. 8, 572 volans per rura maritus sudanti -tus equo, *sc. Helenam persequens. al.*

2 *navigando* (*imagines v. sub B1*): CIC. inv. 2, 154 sedatis ... fluctibus ... navis in portum -itur (*in eodem exemplo Rhet. Her. 1, 11, 19* delata est, *Fortun. rhet. 1, 27* pervenerunt). p. red. ad Quir. 20 *Marius* parva navicula -tus in Africam (*sim. de eodem*: VAL. MAX. 1, 5, 5 SCHOL. Cic. Bob. p. 156, 22). CAES. civ. 2, 3, 1 *Nasidius* freto Siciliae -itur adpulsisque Messanam navibus *eqs.* SALL. hist. frg. 3, 5 ⟨ad⟩ Sertorium perve⟨hi⟩, *sc. Roma in Hispaniam.* LIV. 31, 23, 4 tranquillo -tus Chalcidem. 37, 45, 2. VELL. 1, 1, 4 *Tyrrhenus e Lydia* -tus in Italiam *eqs.* 2, 55, 1. 2, 75, 3. MELA 3, 90 *quidam* Arabico sinu egressus ... per hoc pelagus ... Gades usque -tus est (*sim. de eodem*: PLIN. nat. 2, 169). 2, 218 TAC. hist. 2, 4, 2. ann. 2, 8, 1 lacus inde et oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione -itur *Germanicus.* 14, 57, 4. PANEG. 8, 18, 3 *piratae e Ponto profecti* immenso itinere -ti oceanum ... intraverant. SYMM. epist. 2, 8, 1 qua celeritate -tus sis. AVG. epist. 149, 1 *frater* -tus ... est ... orationibus tuis (*antea*: de perventione ... fratris). OROS. hist. 6, 19, 21 Caesar ... per Graeciam Brundisium -tus est, *sc. ex Asia. al.*

3 *alio modo*: **a** *-untur animantes* (*sc. pedibus praeter l. 58*): SIL. 5, 204 Delum -tus Apollo. 8, 126 *Dido* cito passu -ta ad litora. 16, 518 *currentes duo* -ti simul ad metas. APVL. met. 8, 15, 5 montis asperum permensi iugum rursusque reposita camporum spatia -ti ... pervenimus ad quoddam castellum. ARNOB. nat. 5, 25 p. 280, 8 *Ceres filiam quaerens* Eleusinios etiam -itur fines. **b** *-itur sol lineam quandam percurrens*: MART. CAP. 8, 820 per quem *circulum* sol ... quadam mundi medietate -tus *diem noctemque exaequat.*

B *in imagine et translate*: **1** *-untur homines*: CIC. Phil. 8, 9 (*Antoniani villas occupandas mente perlustrant*) inani spe ad aquas (*sc. Baias*) usque et Puteolos -untur (pro- *ed. vet.*). Tusc. 1, 119 quo utinam velis passis -i liceat (*sc. in portum mortis ut*: Att. 14, 19, 1 portum ..., in quem mallem equidem -i florente Bruto nostro). off. 2, 19 cum prospero flatu eius *fortunae* utimur, ad exitus -imur optatos. LACT. inst. 7, 27, 1 decursis propositi operis septem spatiis (*sc. voluminibus*) ad metam -ti sumus. AVG. c. acad. 3, 2, 4 opus *est ... fortunae* favore, quo ad sapientiam -amur. doctr. christ. 1, 83 ut ad eum *Christum* ... provehi atque -i mereamur (*antea*: ad ipsum pervenitur).

2 *-untur res*: **a** *variae, quae diffunduntur per regiones*: PLIN. nat. 12, 6 *platanus* in Siciliam transgressa ... et iam ad Morinos usque -ta. 30, 13 in arte *magica* oceanum quoque transgressā et ad naturae inane (*i. ad Britanniam*) -tā. **b** *verba, dicta sim., quae divulgantur fama, sermone*: IVL. VAL. 1, 28 quod *factum* cum in aures Alexandri -tum foret (perventum *var. l.; gr. p. 32, 7 μετεδόθη τῷ Ἀλεξάνδρῳ*). PS. AVR. VICT. epit. 16, 13 de eius morte nuntio Romam -to. RVFIN. hist. 4, 7, 14 ad aures omnium ac mentes felix Christianorum fama -ta est. AVG. in psalm. 8, 2 *verbum divinum* usurpat vocis sonum, quo in aures -atur audientium.

II *active vel passive, saepe fere i. q. perferre* (*exempla certiora; ambigua v. sub I, e. g. l. 1 sq. p. 1841, 42. 72*): **A** *proprie*: **1** *-untur animantes* (*mortuos v. sub 2a; saepe describitur modus -endi*): NEP. Alc. 4, 4 in trierem, quae ad eum deportandum erat missa, ascendit; hac Thurios in Italiam -tus *eqs.* (*item navi*: TAC. hist. 3, 12, 3 Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam -tus ... vincitur. CLAVD. DON. Aen. 9, 100 p. 200, 30 *naves,* quae ... Dardanium in Italiam iuvenem cursu prosperiore -erint). LIV. 5, 40, 10 virgines sacraque in plaustrum inposuit et Caere ... -xit (*inde* VAL. MAX. 1, 1, 10. *item vehiculo*: LIV. 43, 8, 8 vehicula ..., quae eum Brundisium commode -rent). PLIN. nat. 9, 28 *Arionem* exceptum ab uno *delphinorum* Taenarum in litus -tum (*sim.* AVG. civ. 1, 14 p. 25, 11). APVL. met. 1, 24, 2 equo, qui me strenue -xit (*cf.* 6, 28, 4 *asine,* si me domum -eris incolumem. SOCR. 23 p. 174 *equus me* non modo perniciter verum etiam molliter -at).

2 *-untur res*: **a** *modo sollemni, sc. quae vehiculis, navibus, baiulis sim. transferuntur aliquo* (*v. etiam l. 16; raro indicatur modus*): LIV. 44, 6, 6 si *eqs.*, commeatibus -endis ⌞ea⌟ *sc. per Tempe, non* patuisset iter (eo *trad.*). 44, 45, 15 ad duo milia talentum -ta eo dicuntur. PLIN. nat. 35, 39 sandaracam et ochram ... in insula Rubri maris ... nasci, sed inde non -untur ad nos. TAC. hist. 2, 9, 2 *Neronis falsi* caput (corpus *trad.*) ... Romam -tum est (MARCELL. chron. II p. 84, 453, 2 *monachi Iohannis baptistae* c. ... repertum ... ad propria remeantes habitacula -unt *in pera*). SVET. Tib. 7, 3 corpus *fratris,* pedibus toto itinere praegrediens, Romam usque -xit (*cf.* HIST. AVG. Pius 5, 1 reliquias eius *Hadriani* Romam -xit sancte). COD. Theod. 8, 4, 6 susceptis omnibus alimoniis militaribus easdem -ere contendant (*sc. ad exercitum*). 9, 17, 1 *e sepulcris* aliquid ad domum eius *furis* villamque -tum (pro- *Cod. Iust. 9, 19, 2*). SYMM. epist. 7, 5 officium sero -tum (*respiciuntur litterae, cf.* 9, 45 -tae sunt ad me litterae tuae). 9, 149 ut quamprimum -i iustis pretiis conparata praecipias (*sc. Romam*). HIER. in Ion. 1, 3 l. 118 D. ligna ..., quae Hierusalem terreno itinere -rentur. AVG. civ. 2, 5 p. 58, 8 *Nasicae* manibus ... *Magnae Matris* simulacrum susceptum est in urbemque -tum. *al.* **b** *modo peculiari, sc. describitur motus: machinae*: VITR. 10, 4, 4 (*de organo, quo aqua hauritur*) *situli,* ⟨cum⟩ super axem -untur, cogentur inverti. *fluminis*: AVIEN. orb. terr. 1176 (*de Tigride lacum perfluente*) ⌞per⌟ et stagno ⌞vehitur⌟ celer amnis aperto (*si recte explicavit van de Woestijne ad l. p. 92, qui tmesin verbi et* stagno *vi instr. intellegit*; per ... stagnum ... apertum *Camers*). *caeli*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1, 1 p. 349ᴬ *divina potentia* velocissimam caeli circu⟨m⟩lationem ad instar rotae iugiter -ens (*gr. τὴν ... κίνησιν ... περιελαύνουσα*).

B *translate; spectat ad actionem*: **1** *qua homines promoventur*: **a** *ad dignitatem maiorem* (*divinam* CVRT.): CVRT. 8, 5, 17 *ut Herculem et Bacchum post mortem* in caelum fama -ret. SYMM. or. 6, 2 olim -tus in fastigia summa rei publicae. COD. Theod. 7, 3, 2 cum ... in altiores militiae gradus ... nonnullos ... caeleste -isset oraculum (*sc. iussum principis*). AVELL. 149, 5 (*ad Iustinum*) vos ... ad imperia clementia divina -xit. **b** *ad scientiam, salutem sim.*: AVG. epist. 137, 9 mentes, quas ad aeternam contemplationem veritatis ... -at *Christus.* soliloq. 1, 4, 9 cum ipsi *sensus* me ad locum, quo tendebam *geometriam discens,* -erint *eqs.* PS. AVG. serm. 247, 7 *crux* in luctamine adiuvat, haec ad victoriam provehit, haec ad coronam -it.

2 *qua aliquid (aliquis) in aliorum notitiam pervenit: perfertur oratio* (*sc. ad auditores, cf. p. 1358, 31 sqq.*): PLIN. epist. 1, 16, 2 (*de orationibus cuiusdam*) omnia haec mire placent, cum impetu quodam et flumine -untur, placent, si retractentur (pro- *cod. unus*). *perferuntur petitiones*: HIL. in Matth. 18, 5 *credentis* desideria ac postulationes ad ... deum ... angelorum famulatu ... -untur. CLAVD. DON. Aen. 11, 240 p. 443, 13 *legati* unam ... legationem -erant mandantibus Italis, rettulerant alteram ex sententia Diomedis. *divulgantur rumores*: SYMM. epist. 7, 100 si quid in notitiam tuam aemulus sermo -xit. CLAVD. DON. Aen. 11, 140 p. 427, 27 mortem Pallantis ad Euandrum ... et totam urbem fama nuntiusque -erat. *ante oculos ponitur aliquis narratione*: PASCHAS. epist. 2 quibus eum *Severinum* relatio -erit lectionis (*i. si vitam ab Eugippio scriptam legerint*).

deriv.: pervectio, pervector. *Schröder.*

pervello, -vellī, -ere. *a* per *et* vellere. GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 1172 -it: convellit. [*in var. l. dub. pro* revellere CELS. 4, 2, 8.]

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fere i. q. vellere (*vi praeverbii parum perspicua, fortasse perfectiva sub 2*): **1** *pro obi. est id, quod -endo tantum tangitur; -it aliquis (aliquid) aliquem*: **a** *ita ut animum advertat sive commonefactus, praemonitus sive excitatus, instigatus*: α *proprie vel in imagine*: NAEV. com. 77 alibi manus *impudicae* est occupata, alii -it pedem (percellit *Scaliger*). VAL. MAX. 1, 5, 8 consentaneo vocis iactu (*i. dicto ominoso*) C. Cassii aurem fortuna -it (SEN. benef. 4, 36, 1 a. mihi -am. 5, 7, 6 dicere solemus: ... 'ego mihi a. -am'. dial. 7, 10, 3 virtus ... a. -it. epist. 94, 55 sit ... aliquis custos et a. subinde -at. *v. Otto, Sprichw. n. 214 et cf. l. 19*). β *translate: c. colore stimulandi*: HOR. sat. 2, 8, 9 acria ... rapula, lactucae, radices, qualia lassum -unt stomachum. SEN. benef. 5, 23, 1 quorundam ad referendam gratiam fides non cessat, sed languet; hanc -amus. *accedit color sollicitandi, distrahendi*: AVG. epist. 243, 12 quo pacto te *ecclesiae destinatum* -unt matris lacrimae *aliaeve causae*? soliloq. 1, 9, 16 quamvis in cogitationem res aliqua incidens non me -erit, re vera tamen eveniens perturbavit plus quam putabam.

b *ita ut laedatur*: α *proprie*: PLAVT. Persa 847 (*antea*: ei, colapho me icit) ei, nates -it. :: licet: iam diu saepe sunt expunctae. PHAEDR. 5, 5, 32 *rusticus* -it aurem *porcello, ut grunniat.* β *translate*: CIC. de orat. 1, 265 (*loq. iuris peritus*) ius nostrum civile -it *orator* (*sc. vituperando, ut*: AVG. mor. eccl. 10, 16 aniles quasdam ... opiniones [*sc. non nostras*] eo ineptiore quo vehementiore oratione -itis). Tusc. 2, 46 si te forte dolor aliquis -erit. 3, 36 *fortuna* -ere te forsitan potuerit et pungere, non potuit certe vires frangere.

b *eo, quod avertuntur, declinantur, seducti decipiuntur sim. ab actione optata, cogitatione vera, affectu opportuno sim., in religione Hebraeorum et Christianorum a deo eiusve legibus, vera fide sim.* (*eo, quod mente abalienantur l. 75. p. 1861, 13*): **α** *exempla varia*: QVINT. inst. 12, 8, 2 *oratores* aliquos et ambitio -it. VET. LAT. num. 32, 7 (cod. 100) -itis sensus filiorum Istrahel (*Vulg.* subvertitis). psalm. 17, 27 (cod. 304. *al.* = VVLG.) cum perverso -eris (*gr. μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις, cod. 303. al.* subverteris. *cf. p. 1861, 67. 1863, 23*). CLEM. ad Cor. 46, 8 melius erat illi ... praecipitari in mari, quam unum de electis meis -ret (*gr. διαστρέψαι, pendet e Luc. 17, 2 σκανδαλίσῃ*). HIL. in Matth. 25, 2 *falsi prophetae* multos ... ementita veritate -ent. SERV. ecl. 8, 1 mulier ... sacris quibusdam -ens mentem amatoris, a quo spernebatur. CLAVD. DON. Aen. 1, 235 p. 54, 4 ('quae te sententia vertit') *Venus suspicatur Iovem* sic inimica persuasione *Iunonis esse* -sum, ut ... nihil pietatis remansisset. AMBR. paenit. 2, 2, 7 ne spe veniae destitutos iterandi baptismatis opinio vana -ret. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 22 *Hieronymus* tunc recte dixit et modo livore quodam et contentione -itur et audiendus non est. AVG. bapt. 4, 10, 16 si post acceptum baptismum -antur. civ. 19, 4 p. 358, 6 -itur sensus ratioque sopitur *insanorum.* conf. 9,

[Cohee]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 18 sicut amici adulantes -unt, sic inimici litigantes ... corrigunt. in psalm. 62, 17 quotidie agit cum illo *fideli* diabolus ..., ut -atur qualibet cupiditate *eqs.* 93, 1 *videntes iniquitatem mundi* -untur ... infirmi animi, quasi frustra sint boni. QVODV. prom. 2, 28, 60 cum paene totum ... idolorum cultura -ret Israhel. CONC.^{S} IV 2 p. 103, 26 me ille *Eusebius* -it et indecenter subripuit (*gr. Athan. ed. Opitz III 1 p. 61, 14 περιέτρεψε, cf. Cassiod. hist. 2, 22, 11* devertit). PRAEDEST. 1, 35 Bardesanitae, a quodam Bardesane -si. MAX. TAVR. 36, 4 non negotii conpendium animam aviditate -at, *sc. ab oratione et lectione. al.* β *accedit locutio indicans, unde -antur* (*cf. p. 1864, 28*): VET. LAT. exod. 5, 4 (Rufin. Orig. in exod. 3, 3 p. 168, 8; *loq. Pharao*) quare, o Moyses et Aaron, -itis populum meum ab operibus ([*cod. 100* avertistis, *Vulg.* sollicitatis]. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 4, 12 p. 70, 3 si non -atur a se mens *haereticorum. al.*). Ps. HIER. in II Cor. 15 rectā -imur viā (*item abl. separ.*: VEREC. in cant. 2, 21 l. 37 *natio* naturali lege directa semetipsam -it). PASS. Petr. Paul. long. 17 *Christiani* totam Iudaeam -erunt, ne mihi *Simoni* crederent (*gr. διέστρεψαν ... τοῦ μὴ πιστεύειν*).

2 *-untur res* (*indicatur quo l. 37 et 60 sqq. et 65*): **a** *eo, quod ad peius vel ad nihil perducuntur sive a recto, bono declinatae sim. sive omnino peremptae, perturbatae sim.*: α *de variis*: RHET. Her. 1, 16, 26 *reus* nisi adtulerit facti rationem, -erit defensionem. CIC. de orat. 3, 7 is *annus* eius *Crassi* omnem spem atque omnia vitae consilia morte -it (FIRM. err. 1, 1 [*si recte restit. Ziegler*]). fin. 3, 70 utilitates poterunt eas, *sc. iustitiam aut amicitiam,* labefactare atque -ere. div. 1, 38 nisi omnem historiam -erimus. off. 1, 5 sunt non nullae disciplinae, quae ... officium omne -ant. 3, 102 nulla ... vis fuit religionis, quae tantam utilitatem -ret. *al.* NEP. Ham. 3, 3 largitione vetustos -it mores Karthaginiensium (VET. LAT. I Cor. 15, 33 [Aug. serm. 260C, 7] -unt m. bonos colloquia prava [*gr. φθείρουσιν, cod. 75. al. et Vulg.* corrumpunt]). VERG. Aen. 7, 584 infandum ... contra omina bellum, contra fata deum -so numine poscunt *Latini* (*cf. p. 1864, 23, aliter* SERV. -so: irato). QVINT. decl. 264, 9 *formam vitae institutam legibus* ad utilitates suas -ere. VET. LAT. act. 13, 10 (cod. 51) non desinis -ere vias domini rectas? (*cod. 5* evertere, *Vulg.* subvertere. *hinc pendet* TERT. praescr. 30 l. 39). II Tim. 2, 18 (Aug. in euang. Ioh. 22, 12) fidem ([*gr. ἀνατρέπουσιν, cod. 78. al. et Vulg.* subvertunt. *cf.* ACT. Pauli Cor. I rec. M 2]. HIL. in psalm. 63, 8. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 5, 705 p. 505, 7 *fatorum cursus* aliam in partem -i non potest. COD. Theod. 8, 18, 3 *mortui bona* usurpare ... ac -ere (*sc. prodigendo*). ANIAN. Chrysost. hom. 1, 4 leges finesque naturae (*gr. ἀνατρέποντες*). AVG. civ. 14, 26 p. 55, 9 rectum ... ordinem rerum (POMER. 3, 15, 1 *bis*). epist. 77, 1 *quia homines servorum dei* vitam -ere non possunt, famam decolorare conantur. COMM. instr. 2, 14, 7 *femina inducit* in oculis puris stibium -so decore. THEOD. PRISC. log. 85 odores insuaves ... stomachum -entes (*cf. p. 1859, 68*). EPIST. pontif. 353 Migne 20, 766^{A} civitatis quietem et ecclesiae pacem. *al.* β *de re publica eiusve institutis, iure sim.* (*huc vergit l. 32*): CIC. inv. 1, 3 malitia -ere urbes et vitas hominum labefactare assuevit (Vatin. 19 captam hanc u. atque -sam [*disting.* labefactatam rem publicam ... *et* conquassatam civitatem]). leg. agr. 2, 101 si hoc dissuadere est ac non disturbare atque -ere, *sc. legem* (*cf.* Phil. 5, 7 leges -it). Sest. 30 ius libertatemque (off. 1, 26). har. resp. 57 *Clodius* sacra inexpiabili scelere -it. rep. 2, 7 labefactatam diu ... Carthaginem ... -it *cupiditas mercandi et navigandi.* div. 2, 115 (vers.) Croesus ... magnam -et opum vim (*seq. explicatio; gr. e. g. Arist. rhet. 1407a39 καταλύσει*). *al.* HIRT. Cic. Att. 15, 6, 3 haec omnia ..., quae funditus ... rapinis, incendiis, caedibus -entur. TAC. ann. 16, 22, 4 (*syn.* evertant). VET. LAT. Mal. 3, 5 (Aug. civ. 20, 25) iudicium ([*gr. ἐκκλίνοντας, Vulg. aliter*]. VVLG. deut. 24, 17. *al.*). γ *de scriptis, dictis non recte explicatis sim.*: CIC. Brut. 196 interpretatione disertorum scripta (*sc. testamenta*) simplicium hominum -ere. VET. LAT. Gal. 1, 7 (Rufin. Adamant. 1, 6) euangelium (*gr. μεταστρέψαι, cod. 2. al. et Vulg.* convertere). RVFIN. Adamant. 2, 21 *dicta apostoli* ad malam intellegentiam -ere ([*gr. κακῶς νοεῖν*]. GREG. ILIB. fid. 4 l. 3 ad aliam i. *cf.* AVG. op. monach. 13, 14 in aliam traduci -ique sententiam). hist. 4, 29, 5 scripturarum sensum. *al.*

b *eo, quod inter se vel in aliud quoddam mutantur*: SEN. epist. 122, 2 sunt, qui officia lucis noctisque -erint *eqs.* TRACT. de indur. cord. Phar. 39 *ut superbus a domino humiliatus* videatur in vas contumeliae -sus.

II *intrans. sensu mediopass.*: HIER. psalt. sec. Hebr. 17, 27 cum perverso -es (*v. p. 1860, 64*). *Cohee.*

p. p. p. ✠**perversus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* (*v. p. 1862, 8. 1864, 28; acc. pro adv. p. 1864, 29*). *scribitur* -vors- (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 149, 16 [*ex Cornuto*]): PLAVT. Men. 899 CIC. Q. Rosc. 30 leg. agr. 2, 28 Rab. Post. 37 Ps. SALL. rep. 1, 7, 5. NOT. Tir. 28, 10^{a} -us. 52, 31 -um. *compar. inde a* CIC. (*sed* magis -us har. resp. 25), *item superl. de notione*: SYNON. Cic. p. 423, 3 deversus. pravus. -us. *eqs.* p. 424, 18 flexum. curvum ... pravum. -um. GLOSS. *διάστροφος. διεστραμμένος. ἐπαρίστερος. στρεβλὸς ὁ μὴ ὀρθὸς ἄνθρωπος.* *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., VARRONE,

sc. singulis aut binis locis praeter CIC. (*14^{ies}*), SEN. *philos.* (*decies*), QVINT. (*quater*), *saepe apud Christianos inde a* TERT. [*confunditur in codd. c. aliis compos., e. g.* transversus TERT. paenit. 7, 9, conversus POMER. 2, 21, 1 (*restit. pro* eversus DIOM. gramm. I 489, 12; *v. etiam vol. X 2, 1107, 51 sqq. 1109, 39*); *trad. loco non sano* PLAVT. Cas. 523, *e coni. dubia* QVINT. inst. 9, 4, 137 (*codd.* per se).]

I *notione communi*: **A** *de eis, quae (qui) de statu recto declinant*: **1** *exempla varia (plerumque adi., sed adhibetur pro subst. neutr. e. g. l. 20. 23. 48. 51. al. [cf. etiam 2b et B2], masc. l. 70. p. 1863, 23. 39. al.; nota brevitatem p. 1863, 10); respicitur perversitas, quae percipitur*: **a** *potius mente, animo*: α *de eis, qui vel quae contraria sunt vel fiunt recto, sc. bono, rationi, exspectationi sim.*: Ⓘ *de rebus*: PLAVT. Men. 899 hic dies -us atque advorsus mi optigit. LVCR. 4, 833 *quae ita explicantur,* -ā praepostera sunt ratione. SEN. Phaedr. 985 tristis virtus -a tulit praemia recti: castos sequitur mala paupertas *eqs.* STAT. Theb. 1, 59 *Oedipodis in liberos* -a ... vota. TERT. apol. 2, 11 (rec. *Φ*) ⌞quod -ius est⌟, cum praesumatis de sceleribus nostris ..., cogitis tormentis de confessione decedere ([⌞ ⌟ quo -ius rec. vulg.]. *cf. e. g.* MIN. FEL. 28, 3 exercentes in his *Christianis* -am quaestionem, non quae verum erueret, sed quae mendacium cogeret). VET. LAT. Ezech. 16, 34 (cod. 176. *al.*) factum est in te -um ... in fornicatione tua (*antea*: offerebas mercedes omnibus amatoribus tuis. *gr. διεστραμμένον, Vulg.* contra consuetudinem mulierum). FIRM. err. 16, 5 aegrotantes contraria delectant et ... contra salutem suam a laborantibus -a poscuntur. SERV. Aen. 7, 345 -o ordine. PRVD. psych. 152 missile ... -os sumit in usus: ... se cuspide versa perfodit. *al.* Ⓘⓘ *de hominibus, deis (serpentibus l. 36), qui agunt, cogitant: ordine praepostero vel contra exspectatum, rationem sim.*: CIC. Cluent. 71 ut erat ... praeposterus atque -us *homo,* initium facit a Bulbo (*iocose spectat ad bulbos non initio, sed ad finem cenae apponendos*). VERG. catal. 11, 7 -i dicite Manes, ... *filium* superesse patri quae fuit invidia? TERT. adv. Marc. 1, 26 p. 326, 21 -issimum deum (*sc. quem gnostici sibi fingunt*). LVCIF. moriend. 13 l. 40. AVG. civ. 11, 25 p. 496, 28 -i, qui frui volunt nummo, uti autem deo. *al.* *ut infesti, adversarii* (*cf. p. 1863, 18; accedit praepos. l. 34. 38*): VET. LAT. lev. 26, 23 sq. (Rufin. Orig. in cant. 2 p. 128, 3. *sim. al.*) *si* incesseritis mecum -i, incedam et ego vobiscum -us (*gr. πλάγιοι ... πλαγίῳ θυμῷ, cod. 100* pravi, *Vulg.* ex adverso, ... adversus). sap. 16, 5 -arum colubrarum (*gr. σκολιῶν*). EVGRAPH. Ter. Eun. 329 *malum* -a fortuna contingit. GREG. TVR. Franc. 5, 43 p. 249, 13 *virum* in catholica lege -um.

β *de eis, qui vel quae quolibet modo declinant a recto*: Ⓘ *usu vario*: Ⓐ *de rebus* (*fere actionibus, cogitationibus, condicionibus*): LVCIL. 886 (*increpatur dispensator*) hoc est ratio? -a aera (*i. notae numerorum*) *sunt eqs.* CIC. Q. Rosc. 30 nihil ab hoc *comoedo* pravum et -um produci posse arbitrabantur. 56 nisi forte tu -o more, quod huius *Roscii* est, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Mur. 75 in morte *Scipionis* celebranda graviter tulit populus Romanus hanc -am sapientiam Tuberonis (*sc. nimiam parsimoniam*). Sull. 70 -am atque impiam religionem *Lentuli.* har. resp. 25 quid magis ... deformatum, -um, conturbatum dici potest quam *eqs.*? ac. 2, 60 ista tam aperte perspicueque et -a et falsa (*de Arcesilae doctrina*). *al.* Ps. SALL. rep. 1, 7, 5 adsentando ... -am gratiam gratificans. MANIL. 5, 704 *quidam* ursas inque artes hominum -aque munera ducet. SEN. benef. 7, 26, 4 *contumacia* in -a nitentium. dial. 6, 5, 4 ne ... concupieris -issimam gloriam, infelicissima videri! epist. 5, 2 quicquid ... ambitionem -a via sequitur, evita. 87, 4. 95, 21 *feminae* adeo -um commentae genus inpudicitiae viros ineunt. 122, 3 -ae vigiliae tempus *nocturnis conviviis peractum.* 122, 5 gaudere -is nec tantum discedere a recto, sed quam longissime abire *eqs.* COLVM. 12 praef. 9 SCRIB. LARG. praef. 10. PLIN. nat. 35, 13 -a grammaticorum suptilitas. QVINT. inst. 10, 7, 21 ambitio. 11, 1, 21 *gloriari* illa iactatione -a, si abundans opibus pauperem se ... vocet. decl. 276, 5. 298, 12. TERT. test. anim. 1 p. 135, 4 *philosophorum* doctrina -ae felicitatis. AVSON. 13, 73 (70 S.), 7 -ae Veneris postico vulnere fossor, *sc. pedicator* (*an ad b?*). PELAG. in I Cor. 14, 40 p. 212, 16 ('omnia ... honeste et secundum ordinem fiant') nihil -o ordine aut per contentionem ... faciatis (*an ad B?*). PRVD. ham. 306 -um ius omne viget. AVG. civ. 15, 16 p. 92, 27 etiamsi -is legibus permittantur fraterna coniugia. 19, 12 p. 375, 20 praeponere recta pravis et ordinata -is. BOETH. cons. 1 carm. 5, 31 -i resident celso mores solio (*opp.* insontes). 4, 6, 34 -a confusio (*opp.* rectus ordo). *al.* Ⓑ *de hominibus eorumve animo sim.* (*res pro homine l. 65 sq.*): CIC. Att. 1, 13, 2 sum ... ab observando ⌞homine -o⌟ liber (⌞ ⌟ *sc. C. Pisone consule; postea*: animo ... pravo). BRVT. Cic. fam. 11, 10, 1 gratiorem me esse in te posse, quam isti -i sint in me. VERG. ecl. 3, 13 *praemia* tu, -e Menalca, ... cum vidisti puero donata, dolebas. OV. trist. 2, 301 mentes (*cf.* PLIN. epist. 4, 7, 3 ingenia). TERT. adv. Val. 19, 2 ut imagines rideam -issimi pictoris. AVG. conf. 3, 3, 6 (*de adulescentibus, qui vocantur* eversores, *v. vol. V 2, 1026, 33 sqq.*).

Ⓘⓘ *in script. sacris et apud Christianos de eis, qui vel quae deum eiusve*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leges offendunt, a fide vera declinant, ecclesiae eiusve membris insidiantur obstantve: Ⓐ *de rebus, sc. actionibus, cogitationibus sim.*: VET. LAT. prov. 2, 12 (cod. 165 = VVLG.) ut te liberet a via mala et ab homine loquente -a (*gr. μηδὲν πιστόν*). TERT. nat. 1, 1, 8 qui ... a bonis in -a divertunt. paenit. 7, 9 *diabolus conatur fidelem* a via certa -is traditionibus detorquere. praescr. 44 l. 8 de scaevis et -is doctrinis. IREN. 3, 3, 4 Marcion et reliqui, qui sunt -ae sententiae (*gr. κακογνωμόνων*). FIRM. err. 22, 1 *divinam* legem -a diaboli esse imitatione corruptam. HIL. in Matth. 24, 1 quae, *sc. praecepta et instituta Pharisaeorum,* quia omnia profana atque -a essent. HIER. epist. 51, 8, 1 (*Epiphan.*) *ut* abiciatur omnis occasio -a (*breviter pro 'ad perversa agenda'*). PRVD. ham. praef. 13 -a ... vota, *sc. quae Cain fecerat.* COD. Theod. 16, 5, 5 superstitionis. AVG. civ. 14, 9 p. 25, 11 omnes affectus istos vita recta rectos habet, -a -os. 14, 13 p. 32, 4 quid est autem superbia nisi -ae celsitudinis appetitus? -a enim est celsitudo deserto eo, cui debet animus inhaerere, ... sibi ... esse principium. conf. 4, 11, 17 (*ad animam suam*) ut quid -a sequeris carnem tuam? ipsa te sequatur conversa! c. Petil. 3, 13, 14 -issima et antiquissima astutia *diaboli.* QVODV. symb. 1, 10, 5 intentio illa -a Iudaeorum (*seq.* dolosi dolose insidias praeparabant). *et saepe.* Ⓑ *de hominibus eorumve animo sim.* (*de diabolo l. 36, de angelis l. 32; accedit abl. resp. l. 33 sq., potius instr. l. 35; indicatur, cui quis obstet, l. 31*): VET. LAT. deut. 32, 5 (cod. 100. *al., sim.* VVLG.) natio prava et -a (*sim.* 32, 20 [*ibid.*]; *gr. δι- vel ἐξεστραμμένη*). psalm. 17, 27 (cod. 303. *al.*) cum -o -us eris (*v. p. 1860, 64*). 100, 4 (cod. 136) cor -um (*gr. σκαμβή, cod. 300. al. et Vulg.* pravum). TERT. adv. Prax. 9 p. 239, 17 male accipit idiotes quisque aut -us hoc dictum. 23 p. 271, 19 -issime Praxea. IREN. 4, 1, 1 quae *de deo* dicunt circumventores et -issimi sophistae. CYPR. epist. 59, 9, 3 sciretis eum ... *esse* unum de haereticis, -um scilicet et profanum. HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 433, 10 (*spectat ad lev. 26, 23*) sin vero quis peccet et extra praecepta dei -us incedat. in psalm. 1 p. 4, 9 omnes discipulos -us doctor *inludit.* PELAG. in Rom. 1, 26 omnia perverterunt in deum -i (*cf. dat.* COMM. instr. 1, 30, 13 dives ... deo -us). AVG. civ. 11, 33 p. 509, 13 duas societates angelicas: unam et natura bonam et voluntate rectam, aliam vero natura bonam, sed voluntate -am. 15, 27 p. 116, 28 mente -us. c. Faust. 1, 1 Faustus ... fuit ... Manichaeus ac per hoc nefando errore -us (*c. eodem abl.*: c. Pelag. 2, 3, 5 p. 463, 24 ingenia). vera relig. 70 in quantum -us est propria voluntate *diabolus.* 77 a -o angelo persuasum. CONC.^{S} IV 1 p. 84, 7 nec ... recta via eius *est,* qui -us est. SACR. Leon. 1054 quibus merita debetur poena -is, indulgentia tribuatur ab iniquitate cessantibus. POMER. 2, 21, 1 misereri -is, invitare aversos, suscipere in caritate conversos. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 198, 13 dominus *non* respondit -is, cum iudicaretur. *al.*

b *potius sensibus* (*fere obtutu, sed gustu vel olfactu* ORIBAS.); *de eis, quorum situs, ordo, motus vel status est*: **α** *inversus*: VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 *Postverta et Prorsa nominantur* a recti -ique partus et potestate et nomine (*antea*: conversi *nascentes*). PROP. 4, 8, 64 *Cynthia irata* mea -ā sauciat ora manu. SEN. dial. 3, 16, 5 si -a induenda magistratui vestis *est* (*sc. iudici sententiam capitalem pronuntianti; inde tropice de eo, qui severe agit*: PETRON. 58, 12 moriar ..., nisi te ubique toga -a fuero persecutus [*v. Friedländer, ²1906, ad l.*]). AMM. 26, 9, 7 *milites deficientes* scuta -a gestantes. AVG. civ. 19, 12 p. 375, 24 -us est utique situs corporis *capite deorsum pendentis* et ordo membrorum. **β** *quolibet modo declinatus a recto* (*naturali* FIRM.): CIC. nat. deor. 1, 79 *Roscius erat* -issimis oculis (FIRM. math. 8, 26, 13 [*de strabis*]. DIOM. gramm. I 489, 12. PHYSIOGN. 41 [*gr. p. 344, 2 διάστροφοι*]). OV. ars 3, 246 -as induit ... *puella perturbata* comas (*sc. capillamentum* [*an ad α?*]). 3, 287 est, quae -o distorqueat ora cachinno. FIRM. math. 7, 20, 6 -a (*i. distorta*) facie. PELAGON. 50 *equus cerebro commoto* -us ambulabit (*cf. vol. X 2, 1143, 33 sqq.*). PHYSIOGN. 2 *sanguinis* meatus ... -os et angustos (*opp.* directos). ORIBAS. syn. 4, 15, 18 Aa p. 18 (*de vino, v. vol. X 2, 1143, 44 sq.*). *al.*

2 *neutr. sing. in locutionibus*: **a** -um est *c. struct. verb. (copula plerumque supplenda): inf.*: MACER hist. 20 -um est alii modi postulare Pyrrhum in te atque in ceteris fuisse. TERT. paenit. 6, 4 quam ... ineptum, quam ⟨-um⟩ *est* (*suppl. Borleffs, alii alia*). AMBROSIAST. in II Cor. 11, 4 si Galatis -um erat (*opp.* rectum ..., si). *inf. suppl.* AVG. serm. 330, 4 noli velle corrigere *Christum*; -um est, praeposterum est. *enunt. secund.*: TERT. nat. 1, 2, 8 hōc ... -ius *est,* si *eqs.* (adv. Marc. 4, 18 p. 479, 14). carn. 13 l. 6 *est* -issimum, ut *eqs.* (adv. Marc. 2, 16 p. 357, 11 LACT. inst. 2, 17, 6. *al.*). **b** *c. praepos.* (*pendet e subst. vel adi. e. g. l. 69. 73. p. 1864, 9; translate aut in imag.*): in -um (*cf. B2*): MANIL. 2, 891 huic *regioni* in -um similis *est altera* deiecta sub orbe. SEN. dial. 7, 5, 2 *quorundam hominum ratio* prava et malo suo atque in -um sollers. QVINT. inst. 8, 2, 19 emutatis in -um dicendi figuris *efficitur obscuritas.* TERT. nat. 1, 1, 7 quot desertores bonae vitae? quot transfugae in -um? apol. 2, 13 quid me torques in -um? (*cf. p. 1862, 16*). praescr. 30 l. 50 *haeretici quidam* apostolos in -um aemulantur: illi enim de mortuis vivos faciebant, isti de vivis mortuos faciunt. NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 3, 1 *lapsos* in -um instruentes (*antea*: ad periculum proprium). CLAVD. DON. Aen. 7, 450 p. 67, 25 tortis in -um oculis. 8, 210 p. 145, 28 ('versis ... viarum indiciis') in -um ducta vestigia. HIER. epist. 44, 3. c. Lucif. 7 p. 163^{A} in -um religiosus *es.* PELAG. in Rom. 12, 15 p. 99, 2 ('gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus') modo in -um flemus cum gaudentibus *eqs.* TRACT. Pelag. 6, 13, 7 p. 154 in -um dei mandata servamus, si *eqs.* AVG. civ. 13, 13 p. 572, 11 *in peccato originali* anima libertate in -um propriā delectata. doctr. christ. 1, 88 in transversum aut -um ire. epist. 177, 15 *Pelagii* auditores et in -um dilectores. ACT. Archel. 36, 3 *qui mandata dei* in -um declinaverint. *al. cetera exempla*: TERT. scorp. 5 p. 154, 28 *medicus* quasi de -o auxiliatur per ea subveniens, per quae laboratur (*sc. calores caloribus curans*). SALV. eccl. 3, 57 (*vituperat eos, qui opes cognatis, non ecclesiae relinquunt*) *heredibus non solum* ex directo, sed etiam ex obliquo et ex transverso, immo potius ex averso -oque venientibus.

B *de eis, qui everteruntur, pereunt, tolluntur sim.* (*subst. l. 21 sqq.; pauca certiora*): **1** *masc., sc. de hominibus perditis*: VET. LAT. Tit. 3, 11 (cod. 75. *al.*) haereticum hominem post unam correptionem et duo devita sciens, quoniam -us est huiusmodi et peccat (*gr. ἐξέστραπται, Vulg.* subversus). TAB. devot. Audollent 250^{B}, 9 (*Carthagine, saec. III*) -us sit, perperversus sit Maurussus. **2** *neutr. sing. in iunctura* in -um trahere, agere, *i. q. perimere, tollere* (*cf.* perditum *p. 1274, 58. 1275, 30*): CLAVD. DON. Aen. 7, 580 p. 87, 27 in -um trahentes deorum iudicium (*cf. p. 1861, 30*). HIER. epist. 147, 1, 4 *Pharao* in -um acta paenitentia populum, quem dimiserat, *secutus est.*

II *usu vel notione peculiari*: **A** *adhibetur neutr.: pro subst. fere i. q. perversio* (*nisi fallimur; cf. e. g. p. 1562, 44 sqq.*): VET. LAT. III reg. 12, 15 (cod. 91. *al.*) erat -um a domino (*idem cod. loco gemino II par. 10, 15* conversio, *gr. ἦν μετάστροφὴ παρὰ κυρίου, Vulg. aliter*). *acc. pro adv. fere i. q. perverse*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 127, 31 nobis perverse incedentibus -um ... incedit *deus* (*spectat ad lev. 26, 23, cf. p. 1862, 35*). **B** *significatur fere i. q. versutus, astutus* (*cf.* pravus *vol. X 2, 1142, 39 sqq.*): CASSIOD. inst. 1, 1, 8 *episcopus redarguit Origenis* dicta ... iniquissima calliditate -a.

adv. **perversē.** *scribitur* -vors-: PLAVT. (*ubique in A, plerumque in P*). Persa 368 Trin. 183 Ps. SALL. rep. 1, 1, 5. *compar. et superl. inde ab* HIER., AVG., *cf. e. g.* nimis -e AVG. epist. 143, 2. GLOSS. III 136, 68 ⟨*ἐπαριστερῶς*⟩: -e (*suppl. e l. 67, εὔφωνος pertinet ad* vocalis *l. 69. legitur inde a* PLAVTO (*septies ut* CIC.), ENN., CATONE, *sed raro; aetate posteriore frequentant* AVG. *et* GREG. M. [*confunditur in codd. c.* per se LACT. inst. 4, 22, 2 HIER. hom. Orig. in Luc. 31 p. 179, 12. *al., c.* per diversa AVG. serm. 15, 3.]

i. q. modo perverso, non recto: **1** *pertinet ad verbum* (*quod suppl. l. 65. p. 1865, 6, ad totam sententiam e. g. l. 62; quodam modo abundanter ponitur l. 49. p. 1865, 1; accedit praepos.* contra *l. 50); respicitur perversitas*: **a** *quaelibet, qua declinatur*: **α** *ab opinione recta, iudicio sano, a veritate* (*apud Christianos saepe spectat ad haeresin, perfidiam sim.*): PLAVT. Merc. 291 *mihi videris* senex ... :: -e vides: puer sum. Most. 952 erras -e (AVG. civ. 21, 17 p. 522, 9 tanto ... invenitur errare deformius et contra recta dei verba -ius, quanto *eqs.*). Truc. 143 -e interpretaris (CIC. nat. deor. 3, 77 quod *quidam* -e philosophorum disputationem interpretarentur). ENN. scaen. 199 haec tu *Vlixes* etsi -e dices, facile Achivos flexeris ([*vertit Eurip. Hec. 293 κακῶς. ad l. v. Lennartz, Non verba sed vim, 1994, 268 sqq.*]. AVG. de mend. 6, 9 quomodo ... non -issime dicitur, ut alter corporaliter vivat, debere alterum spiritaliter mori? nupt. et concup. 2, 13, 26). Ps. SALL. rep. 1, 1, 5 plerique rerum potentes -e consulunt. TERT. adv. Val. 35, 2 quid ... recti habent, quae tam -e proferuntur? HIER. epist. 65, 13, 2 ne quis -e putet *eqs.* in Matth. 1, 25 -issime suspicantur et alios filios habuisse Mariam. praef. Vulg. euang. p. 2, 5 quae vel a vitiosis interpretibus male edita vel a praesumptoribus imperitis emendata -ius *sunt.* AVG. civ. 21, 27 p. 552, 2 homines inpunitatem sibi -issime pollicentes. in euang. Ioh. 43, 12 multi -e timendo istam, *sc. mortem corporis,* inciderunt in illam, *sc. aeternam.* c. Parm. 2, 4, 8 -e intellectam ... scripturam. in psalm. 36, serm. 3, 9 *deus non* -e iudicat (*opp.* iuste). 58, serm. 1, 14 l. 6 vide quam -e, quam inique! si quid boni fecerit, sibi vult imputari, si quid mali, deo. 70, serm. 1, 20 l. 22 *homines* de suis viribus -e, tamquam phreneticos, praesumentes. BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 324, 19 *quidam* de his propositionibus -issime contendebat et ... totum ordinem confundebat. *al.* **β** *a probitate, bonis moribus*: PLAVT. Merc. 573 -e facies (Persa 368. Trin. 183 si recte seu -e facta sunt *haec.* CATO orat. 200 si quid -e taetreque factum est a muliere). CIC. Lael. 82 -e, ne dicam inpudenter, habere talem amicum volunt, quales ipsi esse non possunt. VVLG. iud. 9, 20 si ergo recte ... egistis cum *aliquo* ..., sin autem -e, *eqs.* (Is. 1, 16). CONC.^{S} I 2 p. 85, 36 dilatione -e usus est (= I 3 p. 170, 3, *gr. I 1, 3 p. 6, 16 δυστρόπως*). *al.* **γ** *a quavis norma*: PLAVT. Amph. 1044

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

veneficus -e perturbavit familiae mentem meae. Cic. de orat. 1, 150 -e dicere homines -e dicendo facillime *consequuntur* (*cf.* Sen. epist. 36, 2 scis quosdam -e loqui et significare contraria). orat. 226 *genus quoddam dicendi* -e fugiens Hegesias. nat. deor. 3, 70 beneficio -e *uti* (3, 78 -e et improbe). off. 3, 113 stulta calliditas, -e imitata prudentiam. Plin. epist. 4, 2, 6 dicit se velle ducere uxorem, hoc quoque ... -e: audies brevi nuptias lugentis, nuptias senis. Prvd. perist. 10, 136 cave benignus esse -e velis, ... incumbe membris, tortor!

b *directionis, collocationis, seriei sim.*: Mela 1, 57 *Aegyptii* suis litteris -e utuntur (*i. sinistrorsum scribunt*). Svet. Galba 18, 3 *sellam* curulem -e collocatam. Tert. nat. 2, 11, 6 -e natos (*cf. p. 1863, 44*). Schol. Hor. gloss. Γ carm. 4, 4, 51 'cervi ... sectamur ultro *lupos*': -e. Avg. in euang. Ioh. 33, 2 *Pharisaei* volebant ... -e ante esse damnatores quam cognitores. c. Petil. 2, 62, 140 festinantes -e se *vestiunt*. in psalm. 51, 10 l. 25 inique, inordinate, -e vis levare aquam super oleum.

2 *pertinet ad adi.* (*ad p. p. p. pro subst.* Fronto): Sen. benef. 6, 25, 5 -e grati animi. Fronto p. 211, 3 graviora ... -e facta (*syn.* delicta). Lact. inst. 4, 22, 2 ne cui -e ingenioso ... contra disserendi locum relinquamus. Avg. in psalm. 147, 4 -e securi sunt, *sc. in voluptatibus saeculi.* serm. 348, 1 -e fortis est, qui ... deum non vult timere (*opp.* vere fortissimus). *al.* (*apud* Avg.).

deriv.: perversario, perversio, perversitas, perverso, perversor.

compos.: perperversus. *Erwin.*

pervesperī *adv.* *a* per *et* vesperi (vesper). *i. q. sero vespere*: Cic. fam. 9, 2, 1 Caninius ... cum ad me -i venisset (*opp.* mane).

pervestīgātio, -ōnis *f.* *a* pervestigare. *ubique abl. sing.* -e. *i. q. actio pervestigandi*: **1** *quaeruntur rerum rationes, causae sim.*: Cic. de orat. 1, 9 qui *philosophi* ... omnia ... vel scientiae -e vel disserendi ratione comprehenderint. 1, 60 diligentissima -e earum ... rationum, quae de naturis humani generis ... a philosophis explicantur. Avg. epist. 102, 5 *tot sunt miracula naturae,* ut non quasi facili -e rationis, sed videndi consuetudine mira non sint. trin. 2 prooem. l. 8 in tanti -e secreti (*i. dei trinitatisve*). 3, 2, 7 ab ipsa ... -e corporalium rerum atque motionum. **2** *quaeruntur homines ad militiam compellendi*: Cod. Theod. 8, 2, 3 qui *numerus* ex ... veteranorum ... filiis ... potuerit fida -e conpleri.

pervestīgātor, -ōris *m.* *a* pervestigare. *i. qui pervestigat*: Hier. vir. ill. 81 Eusebius ..., in scripturis divinis studiosissimus et bibliothecae divinae cum Pamphilo ... diligentissimus -r.

pervestīgo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* vestigare. *legitur apud* Plavt., Pacvv., Cic., Liv. *et inde ab* Arnob. nat., Hil. [*edebatur olim* -are *pro* investigare Boeth. top. Arist. 142a12, *v. Migne 64, 974*^{A}.]

i. q. vestigiis aliquem (aliquid) persequi vel consequi (*disting.* consequi *l. 72, aliter* consectari *l. 63; imago venandi sublucet maxime l. 58 sq.; fere c. obi. acc. [hic illic subaudiendo] vel absolute; pendent enunt. secund. sub 2b et l. 46. 60*): **1** *quaeritur potius, ubi sit aliquis* (*aliquid*): **a** *quaeruntur homines*: Plavt. Merc. 935 ad -andum, ubi sit illaec (vestigandum *var. l.; cf. 938* percontatus). Rud. 224 omnibus latebris perreptavi quaerere conservam, voce oculis auribus ut -rem; neque eam usquam invenio. Cic. Att. 9, 11, 1 *Lentulum Puteolis esse audivi*; misi ... pueros, qui -rent, et ad eum litteras; inventus est *eqs.* Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 4, 315 p. 752 *hostes* pontifices ... -bant, et ... comprehensos obtruncabant (*gr. ἀνεζήτουν*). Cod. Theod. 6, 4, 21 pr. ad -andum (*contextu minus certo agitur de officialibus designandis; cf. postea*: inquirentium sollicitudinem). Avg. conf. 13, 23, 34 *baptismo* initiantur, quos -at in aquis multis misericordia tua (*cf. psalm. 76, 20 sq. Matth. 4, 19*). **b** *quaeruntur res* (*tam corp. quam incorp.*): Pacvv. trag. 71 cum incultos -ans rimarem sinus (*si huc pertinet*). Cic. Verr. II 4, 31 *Verris adiutores argentum exquirentes* mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia et -bant ut, ubi quicque esset, ... invenirent. de orat. 2, 147 (*in imag. venandi*) intra quas *regiones* venere et -es, quod quaeras (*i. argumentum; cf.* top. 7 -are argumentum). Hil. in psalm. 127, 1 exquirenda ac -anda est sapientia (*ad prov. 2, 4* tamquam thensauros investiges eam). Avg. doctr. christ. 2, 78 quamvis veram stellarum positionem ... consectentur *genethliaci* et aliquando etiam -ent.

2 *quaeritur potius, quale sit aliquid* (*aliquis*): **a** *usu vario*: Cic. Verr. II 5, 174 *quae Verres ad iudicium prohibendum temptavit,* a me ... -ta et cognita *sunt.* rep. 1, 56 natura omnium rerum -anda. Liv. 31, 13, 1 sacrilegium -tum ab Q. Minucio erat (*cf. 31, 12, 1* nec ... vestigia ulla exstare). Hil. in psalm. 138, 12 haec ... *in Christi passione praescripta* a deo -ta sunt (*syn. antea*: investigavit). trin. 11, 46 non ... mens nostra ... antiquiora ortu suo -bit. Ps. Orig. tract. 11, 2 *praecepta obscura* spiritus summo studio -ando consequitur (*cod. alter* [*ubi* pro- *ante corr., quod probat Bulhart*], *in cod. alter; syn.* scrutatur). Symm. epist. 5, 66, 4 -et ista ... privati rector aerarii (*ad rem v. antea*: ob inquisitionem ... mobilium. *vix ad 1b*). Schol. Stat. Theb. 11, 525 sq. '*vultus* rimantur': -ant. Avg. bapt. 2, 7, 12 p. 187, 19 verisimiles rationes ... intercluserunt iter -andae veritatis. civ. 10, 31 p. 453, 21 quas *res* humano ingenio -are non possumus. divers. quaest. 45, 1 *mathematici olim* temporum numeros motu caeli ... -arunt (-verunt *var. l.*). in psalm. 118, serm. 27, 1 -andi difficultate. trin. 9, 6, 11 l. 43 -are tam cito et cernere penitus eius *hominis* interiora non possum. Mart. Cap. 8, 882 Venus *stella* ... a Pythagora ... cum suis ostensa est terris rationibus -ta. **b** *pendet enunt. interrog.*: Cic. de orat. 1, 223 *orator* sagaciter -et, quid ... cogitent *auditores.* Arnob. nat. 2, 16 p. 84, 4 quaerere -are rimari, quid sitis vos ipsi *homines.* Schol. Cic. Bob. p. 85, 13 omni diligentia ... -andum *esse,* si quod esset ... inlatum flagitium. Avg. mus. 6, 8, 20.

deriv.: pervestigatio, pervestigator. *Breimeier.*

pervetus, -eris. *a* per *et* vetus. Gloss. -s: *προπάλαιον. legitur inde a* Cic. (*decies*), *non nisi in prosa oratione.*

i. q. valde vetus, antiquus (*ponitur fere in bonam vel neutram partem, sed cum contemptu quodam l. 17 et 19*): **1** *de eis, quae iam diu exstant*: **a** *de rebus corporeis*: Cic. Verr. II 4, 7 *signum* nullum ... reliquit ... praeter unum -s ligneum. 4, 72 oppidum -s (Mela 1, 26). ad Q. fr. 3, 1, 14 reddita ... mihi est -s epistula, sed sero adlata. Bell. Afr. 37, 5 turres speculaeque ... -es. Sen. contr. 7, 1, 8 navigium -s et attritum salo. Cels. 1, 6, 2 vinum ... bibere ... austerum et plenius neque id ipsum -s (5, 26, 30^{B} non -s. *subst. subaud.*: Inscr. Année Épigr. 1927 n. 9 [*Vindonissae, in amphora*] Surren⟨tinum⟩ perv⟨etus⟩). Plin. nat. 23, 148 quae -es sunt, nuces ... carbunculis medentur (*inde* Plin. med. 2, 4, 14 nuces iuglandes -es. 3, 8, 4 Marcell. med. 4, 51). Marcell. med. 32, 36 axungiam -em ... permisce. **b** *de rebus incorporeis*: Cic. fam. 13, 17, 1 amicitia -s mihi cum eo est (*sim.* 13, 59 consuetudo et familiaritas). *neutr. plur. pro subst.*: Cic. orat. 12 cum -a dicam, sed inaudita plerisque (*opp.* nova).

2 *de eis, quae olim fuerunt, iam diu praeterierunt*: **a** *de rebus*: Cic. dom. 123 ex nonnullis -um temporum exemplis. *neutr. plur. pro subst.*: Avg. serm. 32, 2 narremus etiam ista -a et usitata ... studiosis litterarum divinarum (*sc. fabulam de Golia*). **b** *de hominibus*: Cic. Brut. 61 eum *Catonem maiorem* nos ut -em habemus. orat. 186 scriptores -es. rep. 1, 58 *Romulus* ab hoc tempore anno sescentesimo rex erat. :: ergo ne iste quidem -s? :: minime.

pervetustus, -a, -um. *a* per *et* vetustus. *i. q. valde vetustus* (*cum contemptu quodam* Sidon.): **1** *de eis, quae pertinent ad tempora priora*: Cic. de orat. 3, 201 *ut* utamur ... interdum factis *verbis,* raro autem etiam -is (*ad rem v. ibid. 3, 153*). **2** *de eis, quae iam diu exstant*: Varro ling. 6, 59 'Sub Novis' dicta pars in foro aedificiorum, quod vocabulum ei -um ut 'Novae Viae', quae via iam diu vetus. Sidon. epist. 9, 9, 12 -arum vestium. Boeth. cons. 1, 3, 9 nec -a nec incelebris memoria est *Senecae et Sorani.* *Foucher.*

perviābilis, -e. *a* perviare; *cf.* viabilis. *i. quod perviari, permeari potest*: Ivl. Val. 2, 28 *flumen* stratum firmitudine -i (*sc. glacie; gr. p. 86, 16 ποταμὸν ... πεπηγότα. de eodem 2, 26* viabilem).

perviam *adv.* *ex* per viam (*cf.* obviam), *nisi a* pervius, *sc. ratione inversa ac* obvius *ab* obviam. [*de locis dub.* Plavt. Aul. 438 Pseud. 760 *v. p. 1880, 25 et Blase, Arch. Lat. Lex. 4, 1887, 322 sq.*] Char. gramm. p. 271, 17 Augustus reprehendens Ti. Claudium ita loquitur 'scribis enim -m *ἀντὶ τοῦ* obiter'.

?perviāticum, -ī *n.* *haec vox fort. latet in gr. τὰ (καλούμενα) βρεβιατικά, quod occurrit saepius in inscr. gr., quam ed. Bean-Mitford, Journeys in Rough Cilicia, Denkschrift Österr. Ak. 102, 1970, 54 sqq. edd. intellegunt* *breviatica. *cum talis formatio careat exemplo, de voce e* per *et* viaticum *composita cogitat Laminger-Pascher, Sitz. Ber. Österr. Ak. 284, 3, 1973, 47 sq., ut sit fere i. q. portorium* (*cf.* agraticum, balneaticum). *vix addatur* Fronto p. 190, 8 estne ... legato ⌞per⌟ viaticum publicum decretum? (*cod.,* ⟨sem⟩per *edd.*).

pervica *v.* pervinca. *Fl.*

⸙pervicācia, -ae *f.* *a* pervicax. *scribitur* -vicati- *hic illic in codd. med. aevi.* *plur. non nisi p. 1867, 59.* *de notione et differentia*: Non. p. 432, 31 -a et pertinacia hoc distant: -a est interdum bonarum rerum perseverantia, pertinacia semper malarum (*affert p. 1867, 6*). Avg. civ. 14, 15 p. 37, 33 est libido quomodocumque vincendi, quae -a *nuncupatur* (*cf. p. 1867, 53*). Gloss. -a: contumacia (*pro quo* Gloss.^{L} II Abav. pe 113 contumelia). Gloss.^{L} V Aa pe 538 -a: superbia. *legitur singulis locis, nisi aliud indicatur, apud* Enn., Acc., Cic., Liv., Plin. nat., Frontin. (*bis*), Tac. (*octies*), Gell., Apvl. *al., frequentat* Avg. (38^{ies}). [*confunditur in codd. c.* pertinacia Cod. Theod. 11, 38, 1 (*pro quo restit. p. 1867, 20*).]

1 *notione originaria significat actionem vel qualitatem eius, qui vult vincere, qui (quod) pertinax est, ut sit i. q. pertinacia, obstinatio, perseverantia sim.* (*vergit fere ad malam partem, ad bonam e. g. p. 1867, 15. 17. 30. 66; adhibetur metonymice pro hominibus p. 1867, 45; disting.* pertinacia *l. 63. p. 1867, 5, iuxta ponitur vel variat p. 1867, 42. 60 et* Avg. c. acad. 3,

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18, 41; *quo pertineat -a, indicat gen. l. 14. 66* [*gerund. ut* AVG. gen. ad litt. 10, 23 contendendi. pecc. mer. 1, 36, 67 defendendae suae sententiae]. *l. 54,* in *c. abl. l. 59; contra quem exerceatur -a, indicat* in *c. acc. l. 32*): **a** *spectat ad homines* (*deam l. 15*): α *varios*: ENN. scaen. 379 (*contextu manco*) pervince pertinaci -a. ACC. trag. 5 (*loq. Achilles*) tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc praedicas; ego -am aio et ea me uti volo; haec fortis sequitur, illam indocti possident; ... (8) nam pervicacem dici me esse et vincere perfacile patior, pertinacem nil moror. CIC. Tusc. 4, 26 *aegrotationi animi* talia quaedam subiecta sunt: avaritia, ambitio, mulierositas, -a *eqs.* LIV. 9, 34, 24 (*trib. plebis ad Appium Claudium*) haec, quae adhuc egi, -a tua et superbia coegit me loqui, et nisi ... legi parueris, *eqs.* TAC. Germ. 24, 2 *aleator* victus voluntariam servitutem adit ...; ea est in re prava -a, ipsi fidem vocant. hist. 2, 4, 3 arduo opere (*sc. Hierosolymorum oppugnatione*) ob ingenium montis et -am superstitionis *incolarum.* 4, 8, 2. ann. 4, 29, 3 tormenta -ā servorum contra *evenerunt.* PORPH. Hor. carm. 3, 3, 37 -a iratae in Troianos deae *Iunonis.* IVL. VAL. 1, 1 (*e codd. epitomes*) ingenii -a. ARNOB. nat. 2, 50 quamvis omni ⟨contra⟩ conatu et -a contendat (*sc. contra animae pravitates; antea*: pertinaci ... obluctatione). VITA Anton. 60 p. 68, 4 *Theodorus* tenebat pedes ipsius, dicens: 'non te dimittam, nisi a te didicero'; videns autem Amun -am *eius eqs.* (*restit. Hoppenbrouwers,* perniciem *et* pertinaciam *codd.; gr. 60, 9 τὸ φιλόνεικον*). AVSON. 17 praef. (326 S.) tu Alexandri ... -am supergressus *es,* qui fatalis iugi lora, cum solvere non posset, abscidit et Pythiae specum ... penetravit. HIST. AVG. Car. 13, 1 nimia -a motus inquieti pectoris *conprimere.* COD. Theod. 11, 38, 1 qui gemino iudicio fuerit superatus nec tamen obstinatam illam -am putaverit relinquendam, sed *eqs.* (*Interpr.* agendi pertinaciam). OROS. hist. 1, 10, 13 *Aegyptii Hebraeos persequentes* ultima nefandae -ae expendere supplicia. *al.* β *qui bello, pugna se vinci non sinunt, non cedunt sim.*: FRONTIN. strat. 2, 3, 17 *Archelaus aciem instruxit* mixtis fugitivis Italicae gentis, quorum -ae plurimum fidebat. 2, 9, 3 *obsessorum* obstinatorum -am fregit. TAC. hist. 3, 77, 4 miles ... super insitam -am secundis ferox. ann. 12, 20, 2 quanta -a in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum *esse.* 12, 39, 2. GELL. 13, 25, 19 (*de Hom. X 279*) *Idaeus in Aiace et Hectore* -am ferociamque et cupidinem pugnae *obiurgavit.* ITIN. Alex. 25 Macedonum -a. 30. HIST. AVG. Claud. 11, 1 -a et indefessa pugnandi continuatione vincuntur. γ *qui in disputatione, dissensione sententiam non mutant, corrigi non possunt sim.* (*hucine* ACC. *sub α? locos ad contentionem de vera fide pertinentes v. sub δ*): TAC. ann. 1, 19, 1 *milites seditiosi a legato increpati* tandem *eius* -a victi inceptum omisere. APVL. Plat. 2, 3 p. 224 *opinionem falsam* -ae vanitate iactatam. ARNOB. nat. 2, 10 qui pro suis sententiis ... -a semper digladiantur hostili. AVG. c. acad. 2, 1, 1 omnis ... academicorum vel calumnia vel pertinacia vel -a vel *eqs.* civ. 2, 1 p. 53, 16 obstinatissima -a, qua et ea quae cernuntur non feruntur. 20, 1 p. 405, 26 *nemo* -a simillima insaniae id, quod falsum esse novit ..., contra id, quod verum esse novit, *defendit. al. metonymice de ipsis hominibus pervicacibus*: AVG. soliloq. 2, 7, 14 ut rem bene inductam ad discutiendum inconditus -ae clamor explodat. δ *qui superbia deo non credunt aut oboediunt, fidem veram respuunt, in peccato perseverant sim.* (*dicitur e parte Ariani* FASTID. serm. 2; *de Hebraeis* PS. BOETH. [*cf. supra l. 14*]): CYPR. epist. 68, 2, 1 *Marcianus Novatiani* -am sequens a communicatione se nostra *segregavit.* AVELL. 13, 2 *ut* integrationem iudicii ... impudenti -a precarentur *Ariani recte condemnati* ([*antea*: pertinax furor]. AVG. c. Faust. 13, 12 *non* disputare amant haeretici, sed quoquo modo superare impudentissima -a). AVG. epist. 43, 1, 1 haereticum ... superbia tumidum et -a malae contentionis insanum. in euang. Ioh. 43, 14 haeretice, ... pone -am, agnosce aequalitatem *filii patrisque,* corrige perversitatem. OROS. hist. 7, 33, 16 -a miseriaque gentilium. CASSIAN. conl. 20, 8, 9 obdurati cordis -a. SALV. gub. 5, 20 superbientis -ae perduellione contemnunt *veritatem.* CLAVD. MAM. anim. 1, 1 tit. p. 21, 4 de opinionibus inperitorum et -is in defendenda superbia (*p. 21, 6* pervicax ... pertinacia). PS. BOETH. fid. cath. 180 *Israel* ut amore (a tumore *var. l.*) -ae revocaretur *per prophetas.* FACVND. c. Moc. 55 haereticum ... non humanae infirmitatis ignorantia, sed -a facit. GREG. M. moral. 18, 3 *ecclesia* infidelium -a premitur. *et saepius* (*maxime apud* AVG.).

b *spectat ad res*: PLIN. nat. 17, 147 castanea pedamentis *arboribus* omnibus praefertur facilitate tractatus, perdurandi -ā. SOL. 5, 10 in illa ferventis naturae -a mixtas ignibus nives praefert *Aetna.*

2 *notione deflexa i. q. procacitas sim.* (GLOSS.^{L} III Abstr. PE 69 [*item* I Ansil. PE 1177 GLOSS. IV 550, 43] -a: ⌞praestans⌟ inpudentia [⌞ ⌟ *an* perstans? *antecedit*: pertinax: inpudens]. *huc vergere videtur l. 22 supra*): DON. Ter. Phorm. praef. 1, 5 prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo ut ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam -am et simul argumentum suae purgationis inducat. HEGES. 5, 36, 2 ⌞fraudem ... -ae⌟ non compescuit *Caesar* (⌞ ⌟ *pro* fraudem pervicacem).

pervicācitās, -ātis *f.* *a* pervicax. *i. q. pervicacia*: GLOSS. II 373, 12 *μονοτονία*: -s, pertinacia. GLOSS.^{L} II Philox. PE 319 -s: *μονοτονία.*

***pervicāx,** -ācis *adi.* [*fortasse forma adiectivi* pervicus *novata sec.* pertinax, *cf.* ENN. scaen. 379 ACC. trag. 4 sqq.; pervic-us *et* -ax *a* pervincere *derivata carent notione vincendi sec. notionem priscam radicis* *u̯ik *'vincere'; quae fuit i. q. 'contendere', 'laborare'. Fo.*] NOT. Tir. 83, 68. *compar. l. 72 (cf.* magis -x *p. 1869, 11), superl. l. 43. 45. 48; accedit* adeo, nimium, tam *e. g. l. 33. 63. p. 1869, 2. 8,* dementissime *l. 63 sq.* -ax *in nom. sg. corripi contendit* PS. PRISC. gramm. III 525, 30 sq. *de notione*: PORPH. Hor. epod. 17, 14 -es ... dicuntur, qui in contentione usque ad pervincendum perseverant (*sim.* ISID. orig. 10, 210). DON. Ter. Hec. 532 -x est perseverans cum quadam vi. SCHOL. Ter. p. 146, 6 (*ad l. 66*) -i: pertinaci, duro. GLOSS.^{L} II Philox. PE 126 -x (perdicax *cod.*): *ἰταμός, μονότονος, ἰσχυρογνώμων, ἐπίμονος.* 307 *φιλόν⟨ε⟩ικος.* III Abol. PE 25 intentione ductus (*an* durus? *cf. e. g.* V Aa PE 539 intentiones [*i.* -nis] durae). I Ansil. PE 1180 contumax, perseverans. Corp. P 292 intentiosus. 305 -x: ðroehtig (*anglosax.*). GLOSS. *μονότονος, ἐριστικός, ἀντιπαθής.* constans, perseverans. *al., v. et sub IIA. legitur inde a* TER., ACC., HOR., LIV., *sc. singulis vel paucis locis, septies apud* TAC., *24ies apud* AVG., *deest nimirum in versibus dactylicis.* [*confunditur in codd. c.* pertinax AVG. grat. Christ. 26, 27 (*cf. p. 1869, 9*); *in carmine spurio* ANTH. 920, 11 (*cf. Schuster, RE VIII A² 1797, 10 sqq.*). *contextu manco* FRONTO p. 122, 5.]

I *notione originaria, de eo, qui (quod) vult vincere, non vult vel non potest corrigi, commoveri sim., in actione vel opinione permanet, i. q. pertinax, obstinatus sim.* (*praevalet notio ad malam partem vergens, aliter e. g. l. 50. 67. 71. p. 1869, 10; disting. a* pertinax *p. 1867, 8* [*quod in contextu variat vel iuxta ponitur l. 39. 48. 74 et* AVG. c. Iulian. 6, 15, 48]; *nota abundantiam l. 74. p. 1869, 4. 6; quo respectu vel contra quid [quem] quis -x sit, indicatur casu l. 43 [gen. ut l. 45]. 46, praepos. l. 42. 52. 55. 67. p. 1869, 6. 22 et* circa LVCIF. moriend. 5 l. 17; *masc. pro subst. e. g. l. 40. p. 1869, 27*): **A** *de animantibus vel de rebus ad eos pertinentibus* (*respiciuntur homines praeter l. 38. 46. 48. 73 sq. p. 1869, 3*): **1** *de ipsis animantibus*: **a** *contextu vario*: TER. Hec. 547 (*544* ut olim te ostendisti, eadem esse nil cessavisti) adeon me esse -em censes, ..., ut *eqs.* (DON. vim agentem perniciosamque). ACC. trag. 8 (*v. p. 1867, 7*). HOR. epod. 17, 14 rex *Priamus* procidit heu -is ad pedes Achillei. carm. 2, 19, 9 fas -is est mihi Thyiadas ... cantare (*sc. quae non defatigantur; paulo aliter* SCHOL. protervas, vagantes, propter bacchantium discursus et saltatus). 3, 3, 70 *Musa,* desine -x referre sermones deorum *eqs.* SEN. Herc. f. 501 (*Lycus ad Megaram*) coniugia ... -x nostra abnuis (*493* pertinax ... negat). QVINT. inst. 1, 5, 17 culpa quorundam -ium. 5, 7, 26 *testis* prudens ... et constans ... tamquam inimicus et -x dimittendus statim ... est. TAC. hist. 1, 26, 2 *praefectus* ignarus militarium animorum ... et adversus peritos -x. 4, 5, 2 *Helvidius Priscus* recti -x, constans adversus metus. 5, 12, 2 *Iudaeorum* -issimus quisque *Hierosolymam* ... perfugerat eoque seditiosius agebant. ann. 1, 53, 3 adulter. 4, 53, 1 Agrippina -x irae. FLOR. epit. 1, 11, 11 -issimi ... Latinorum Aequi ... fuere. APVL. met. 7, 25, 3 Fortuna ⌞meis casibus⌟ -x ... novas instruxit insidias (⌞ ⌟ *dat. incomm. an abl.?*). 9, 14, 4 *femina* saeva scaeva, vir[i]osa ebriosa, -x pertinax. TERT. paenit. 7, 7 -issimus hostis ille, *sc. diabolus.* CYPR. mortal. 18 -ium more servorum ad conspectum domini ... perducimur, *sc. cum morimur.* ITIN. Alex. 6 *Alexander fuit* pedes interritus -xque. LVCIF. non parc. 4 l. 1 in eo nos *sumus* scelesti apud te *Constantium,* in eo superbi ac -es, in eo petulantes, quia dicamus tibi: sacrilegium fecisti *eqs.* AMM. 16, 11, 7 gloriarum Iuliani -x obtrectator (29, 4, 1). 29, 6, 3. 30, 4, 14 genus *advocatorum* inpudens, -x et indoctum. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 316 p. 509 incusabat eos ..., quod -es essent ⌞ad⌟ oboediendum vel legibus vel iustitiae, dum cuperent in omnibus suis assumptionibus vincere (⌞ ⌟ *i. contra, cf. gr. ἀπαιδευσία τοῦ πείθεσθαι. aliter l. 67*). **b** *apud Christianos de eis, qui non possint ad fidem christianam perduci, aut qui in controversia de vera fide doceri nolint* (*cf. e. g. l. 68. p. 1869, 5. 17*): CYPR. epist. 45, 3, 2 quorundam -x factio et haeretica temptatio *oves* a matre, *sc. ecclesia,* secernit. 55, 23, 3 qui -x et superbus est, iram *dei* sibi ... exaggerat. AVG. nupt. et concup. 2, 16, 31 etiam ipse *Iulianus,* si non sit excors aut nimium -x, confitetur *id.* virg. 25, 25 contra istos inpudentissime ac dementissime -es. OROS. hist. 7, 35, 21 *Claudianus* poeta quidem eximius, sed paganus -issimus. *al.*

2 *de eorum animo, affectu, cogitatione*: TER. Hec. 532 adeon -i esse animo, ut *eqs.* (CVRT. 10, 3, 6 *Alexander* -is ad omnia ... animi *eqs.* APVL. met. 5, 31, 3. AVG. gen. ad litt. 8, 1 p. 231, 9 propter a. -em vel hebetem credere ista detrectant). LIV. 42, 62, 7 quodsi Romani ... insita pertinacia aequa aspernarentur, deos ... et moderationis Persei et illorum -is superbiae futuros testes. VAL. MAX. 8, 7 ext. 8 -x ... industria (*sc. Socratis musicae studentis*). CVRT. 8, 6, 1 in Callisthenen ... -ioris irae fuit *Alexander.* 9, 9, 1 *Alexandri* -x cupido visendi Oceanum (*si recte trad.*). COLVM. 6, 2, 11 -x contumacia *bovis opus recusantis.* APVL. Socr. 4 p. 126 -i audacia, pertinaci spe (PRVD. perist. 10, 63 *miles paganus vidit* flagrare cunctos *Christia-*

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nos -i a., iugulos retectos obstinate opponere). AMBR. in Luc. 7, 206 *quod peccator* sero irascatur sibi, quod tam -i inprobitate deliquerit. PRVD. cath. 6, 139 -i praestrigiator astu (*sc. diabolus*). AVG. grat. Christ. 26, 27 ut sancta ecclesia non turbetur -i (-tinaci *var. l.*) eius *Pelagii* obstinatione, sed veraci correctione laetetur. IVLIAN. in Am. 8, 13 *Iudaeorum* -i infidelitate. CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 21, 6 vitium est adrogans inperitia et -x in defendendis perperam praesumptis opinionibus pertinacia. *al.*

3 *cetera exempla*: LIV. 42, 7, 8 pugna tam -x multos absumpserat (pertinax *coni. Müller coll. p. 1793, 17*). SEN. Ag. 458 iam ... dubia parent montis Idaei iuga, et iam quod unum -x acies videt, Iliacus atra fumus apparet nota. TAC. ann. 3, 33, 4 -bus magis ... mulierum iussis. 13, 33, 2 -i accusatione conflictatus postremo defensionem omisit *reus*. APVL. met. 8, 7, 6 Thrasyllus instantia -i ... extorquet tandem *eqs.* ARNOB. nat. 6, 11 p. 320, 9 studiis ... -bus (HIL. trin. 1, 37). SYMM. epist. 1, 77 -em petitionem. AVG. epist. 29, 2 (*spectat ad Matth. 7, 6*) *peccatores canibus comparati* -i latratu adversus dei praecepta rixantes. FACVND. defens. 12, 1, 36 *haeresis est* contradictio superborum -x, quae sibi, ne aliud sapiat, interdicit *eqs. al.*

B *de quibuslibet rebus*: SEN. Oed. 57 tanti -x clades mali siccavit oculos (*de pestilentia ut*: APVL. met. 9, 2, 6 pestilentiae letalis -i rabie possessus). ITIN. Alex. 45 explet *vallum* ... adgestu humi saxorumve opere -i. PLIN. nat. 16, 161 *aptissimo sagittis calamo inest* pondus ... volucre et contra flatus quoque -x libra.

II *notione deflexa*: **A** *i. q. procax, insolens sim.* (*cf. p. 1868, 36 sq.*): SYNON. Cic. p. 437, 27 petulans. protervus. procax. -x. insolens. insectator. invidiosus. violentus. *eqs.* GLOSS. II 333, 57 *ἰταμός*: -x, procax. *huc fortasse trahas*: CYPR. laps. 15 contumacibus et -bus conminetur *apostolus* (*seq. I Cor. 11, 27* quicumque ederit panem ... domini indigne, reus erit corporis ... domini). **B** *i. q. (valde) verbosus*: GLOSS.^{L} III Abol. PE 64 -x: valde verbosus (V Aa PE 540 -x: perseverans in malo, v. v. V Abba PE 110 -x: v. v., intentione durus et contumax. GLOSS. IV 419, 19. *fortasse spectant ad* APVL. *p. 1868, 48*). *hucine* AMM. 30, 4, 14 *p. 1868, 54?*

adv. **pervicāciter.** *posit. non ante* VLP., *compar. c. notione posit. fortasse l. 37. 39; cf. adi. praedicativum p. 1868, 38 sq.* GLOSS.^{L} Corp. P 262 -r (-fi- *trad.*): contumaciter. *i. q. modo pervicaci, pertinaciter, obstinate* (*plerumque vergit ad malam partem*): LIV. 42, 14, 4 si -ius causam belli quaeri videat, *eqs.* CVRT. 10, 6, 12 *milites* prope ad seditionem pervenerant Nearcho -ius tuente sententiam; tum *eqs.* 10, 6, 18 quo modestius *anulum Alexandri* ... adpeteret *Perdiccas,* -ius *Macedones* oblaturos esse credebat. TAC. ann. 4, 42, 3 *Tiberius,* obiectam sibi adversus reos inclementiam eo -ius amplexus *eqs.* 13, 54, 4 captis caesisve *Frisiis eis,* qui -ius restiterant (AVG. epist. 93, 14 *ecclesiae* unitati. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 3, 10 p. 170, 24 obsisti). VLP. dig. 26, 10, 3, 16 qui pecuniam *quandam non* ... deponere -r perstant. ARNOB. nat. 3, 6 p. 163, 17 *Christianos* -r ... sacramenta nolle suscipere. HEGES. 5, 14, 5 ne ... desperatione veniae -ius obniterentur *Iudaei Hierosolymam defendentes.* AVG. civ. 5, 23 p. 236, 21 ut ab his, qui non -r contendunt, sed prudenter adtendunt, *fides vera teneatur* (*c. sim. opp.* lib. arb. 2, 13). de duab. anim. 3 instarem magis haerentibus (*sc. in opinionibus falsis*), non aspere, non pueriliter, non -r. gen. ad litt. 7, 9 p. 208, 16 *haeretici* falsas opiniones contra ... veritatem -r adserunt. vera relig. 8 *Platonicorum* libros -r diligunt. MACEDON. Aug. epist. 152, 2 SIDON. epist. 7, 14, 2.

deriv.: pervicacia, pervicacitas.

pervicus, -a, -um. [*a* pervincere, *ad formationem v. Leumann, Gramm. 1977, 395. fortasse est prior quam* pervicax; *v. illic et cf.* pervinca. *Fo.*] [*locus Plaut., quem afferunt lexica quaedam, fluxit e prava coni. ad Non. p. 487, 17, v. app. crit. ed. Quicherat, 1872.*] *i. q. pervicax* (*cf.* NON. p. 487, 15 -o: pervicaci [*affert* ACC.]): ACC. trag. 158 -o Aiax animo atque ⌞haud vorsabili⌟ (*Traina, v. app. crit. ed. Dangel, 1995, 143*). *Erwin.*

pervidātio, -ōnis *f.* *a* pervidere *fictum ex more* VIRG., *qui praebet* vidare *iuxta* videre, *e. g. epit. 8, 1, 5.* *i. q. actio pervidendi, cognoscendi*: VIRG. gramm. epit. 4, 9 gramma (*i. grammatica*) est litteraturae -o.

pervideo, -vīdī, -vīsum, -ēre. *a* per *et* videre. NOT. Tir. 25, 43 -et. *de formis*: pervidibitis VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 18). *p. p. p.* -sum *raro occurrit, sc.* PEREGR. Aeth. 21, 5 CAEL. AVR. salut. praec. praef. *al.* GLOSS. *λίαν ὁρῶ. καθοπτεύω.* *legitur in poesi apud* LVCR. (*ter*), MORET. 15 (*si recte trad.*), HOR. (*v. p. 1870, 25*), OV. (*ter*), MANIL. (*bis*), TER. MAVR. (*semel*), PAVL. NOL. carm. 6, 330 (*e coni.*), *in prosa oratione apud* CIC., VARRONEM, PLANC., LIV., VAL. MAX., SEN. *philos.,* COLVM., PLIN. *utrumque,* QVINT., HYG. astr. *al.; multi autores praeferunt* perspicere, *imprimis* CIC. *et* AVG., *aliter ut vid. e. g.* LACT., FILASTR., RVFIN. [*confunditur in codd. passim cum* praevidere (OV. Pont. 1, 8, 34 PLIN. nat. 25, 51 LACT. inst. 5, 8, 6. *al.; v. etiam vol. X 2, 1111, 53 sq.; sine necessitate coni. Petschenig* AMM. 21, 5, 1) *et* providere (HYG. astr. 1, 4, 2 RVFIN. hist. mon. 1, 5, 11 AVG. doctr. christ. 3, 3. *al.; restit.* COD. Iust. 4, 26, 7, 3), *cum* perdere VAL. MAX. 7, 3, 6 PETR. CHRYS. serm. 171, 5; *e coni.* AMM. 16, 12, 33 (*Petschenig,* perviveret *trad.*).]

I *notione sollemni fere i. q. perspicere. vis praeverbii apparet eo, quod saepe conspiciuntur vel intelleguntur latentia, non facile percipienda (v. e. g. l. 19 sq. 32 sqq. 43 sq.); ad aciem oculorum penetrantem spectant imprimis p. 1871, 37. 54, ad actionem perlegendi l. 47 sqq.; distincte iuxta ponitur* videre *l. 27. 66. 73. p. 1871, 19; sed haud raro vis praeverbii evanescere videtur; iuxta ponuntur e. g.* cernere *l. 26. 30. p. 1871, 29,* intellegere *l. 41. 57. al.,* perspicere MANIL. 4, 883 HYG. astr. praef. 1. *accedunt saepius adv., e. g.* diligentius PEREGR. Aeth. 5, 8 VVLG. Esth. 12, 2, facile *l. 24. 35. p. 1871, 31,* liquido LACT. opif. 14, 8 *et l. 68. p. 1871, 8. al.,* penitus LACT. inst. 4, 30, 7 *et l. 61,* subtiliter *p. 1871, 23. 28. indicatur, unde vel quibus signis aliquid -atur, per praepos.* ex *l. 37. 43. 67. 73. al., abl. l. 50 sq. 72.*

A *-etur imprimis mente, ut sit fere i. q. cognoscere, intellegere sim.* (*hic illic ponitur potius cum colore considerandi, examinandi, e. g. l. 47. 60. 70; imago ipsius visus viget, ubi agitur de oculis mentis, sc. l. 28. p. 1871, 13 [cf. etiam l. 25], sublucet alio modo l. 19. 39. 51 sq. 64*): **1** *c. obi. acc.* (*intellegendo ex enunt. relat. l. 29. 35. al.*): **a** *solo*: LVCR. 1, 1117 *non* tibi caeca nox iter eripiet, quin ultima naturai -as (*cf.* MANIL. 4, 883 -imus omnem *naturam.* Ps. APVL. Ascl. 11 naturae rerum causas). CIC. off. 3, 75 eadem utilitatis, quae honestatis, est regula; qui hoc non -erit, *eqs.* (SEN. epist. 42, 6 QVINT. inst. 1, 1, 3. 10, 2, 27 haec. *al.*). Att. 12, 38^{a}, 1 oportere -eri iam animi mei firmitatem. VARRO ling. 9, 1 ut *Crates* neutrius videatur -isse voluntatem. 9, 4 ea, quae dicam, quo facilius -eri possint. HOR. sat. 1, 3, 25 cum tua ⌞-as⌟ oculis mala lippus inunctis, cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? (*per oxymoron, si recte trad.*; tu videas *Bentley; alii alia*). OV. Pont. 1, 7, 43 *Caesar* hoc vidit, qui -et omnia (*cf. p. 1871, 27*). 1, 8, 34 *mea* mens oculis -et ⌞illa⌟ suis (*sc. loca urbis*). VAL. MAX. 2, 6, 12. 7, 3, 6 gens barbara ..., quam utilitatem auribus respuerat, oculis -it. 7, 4, 2. 8, 13, 5 *ab Appio Caeco* patria, quod honestum erat, per se parum cernens, coacta est -ere. SEN. dial. 9, 1, 15. 10, 6, 1 exitum rerum non -ens. PLIN. nat. 17, 29 omnium rerum sunt quaedam in alto secreta et suo cuique corde -enda (*cf.* CENS. 11, 10 haec *arcana* ... frequens medicorum experientia -it [-et *codd.*]. IVLIAN. in Iob 28, 3 occultas naturas et in secreto positas. *sim. al.*). 25, 51. QVINT. inst. 5, 10, 22 facile quod in eo *loco argumenti* est -bimus. PLIN. epist. 1, 8, 8 ut pulchritudinem illarum *cogitationum* ... -remus. Ps. APVL. Ascl. 32 qualitas sensus mundi ex omnibus, quae in mundo sensibilia sunt, poterit -eri. *ibid. iterum.* VET. LAT. II Cor. 4, 4 (Ambrosiast. *ad l., sim. al.*) deus saeculi huius obcaecavit sensus infidelium, ut non -ant lumen euangelii (*gr. et Vulg. aliter, sed nota var. l. διαυγάσαι*). NOVATIAN. trin. 19, 12 *Iacob in certamine* (*gen. 32, 24 sqq.*) intellegens ... vim sacramenti et -ens auctoritatem *dei.* LACT. inst. 2, 3, 8 *hominis* qualitas ... ex factis ac moribus -etur. 5, 8, 6 *deus* clandestina scelera et ipsas etiam cogitationes -et (RVFIN. Clement. 5, 10, 2. *al.*). epit. 61, 10 quam *conscientiam* deus -et (*inst. 6, 24, 20* oculis dei pervia est). CHAR. gramm. p. 389, 14 qui putat, omni genere errat; qui suspicatur, aliquid -it. HIER. epist. 29, 1, 3 si sacramenta divina *quaerimus,* nostri codices ... -endi *sunt* (*sim. -entur scripta*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 137, 26 quod -erit gesta *concilii* [*II 2, 1 p. 59, 1* lectis gestis, *gr. II 1, 1 p. 154, 3 ἐντυχόντος τοῖς ὑπομνήμασιν*]. IV 2 p. 170, 28 chartulam illam -imus). CASSIAN. conl. 1, 15, 1 aequitatis suae consideratione ... -etur *deus.* CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 126, 9 ut obcaecante illo *corpore* veritatem -ere non possimus (*gr. Plato Phaedo 66^{D} καθορᾶν*). *et saepius.* **b** *accedit locutio praedic.*: Ps. APVL. Ascl. 28 eam *animam* cum piam iustamque -erit *summus daemon.* FILASTR. 115, 7 durior ad paenitentiam -etur *diabolus.* RVFIN. hist. mon. 19, 15 quos cum praefectus in fide dei pertinaces ... -isset (*gr. 19, 10 θεασάμενος*). PETR. CHRYS. serm. 171, 5 iste se intellegit et sentit oppressum, iste se captivum -et. GREG. M. epist. 1, 15 l. 10 quos ... dignos ad tale officium ... -eris. *al.*

2 *c. enunt. secund.*: **a** *interrog.* (*e contextu subaudiendo l. 62; cf. p. 1871, 45*): LVCR. 1, 956 -amus, utrum finitum funditus omne constet an immensum pateat *inane.* CIC. fin. 5, 44 penitus, quid ea *rerum natura* postulet, -endum *est.* LIV. 36, 34, 7 cum satis -as, *sc. quid agatur.* MANIL. 1, 103 ventos quae causa moveret, -it *ratio.* SEN. dial. 7, 1, 1 ad -endum, quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant. epist. 17, 2 summam quidem rei -es, quantum philosophia prosit (*sim. iuxta obi. praepar.*: QVINT. inst. 2, 10, 7). COLVM. 2, 1, 5 videt sine dubio, quid eveniat, sed cur id accidat, non -et. TER. MAVR. 686. LACT. inst. 3, 13, 10 quantum fallatur *Cicero,* licet ex illa sententia -ere. HIER. epist. 48, 4, 2 liquido -bis, quantum distet inter veritatem et mendacium. RVFIN. Adamant. 2, 16. TRACT. Pelag. 4, 10, 1 p. 82 intentius -endum est, utrumne *eqs.* CASSIAN. conl. 21, 5, 3 quantum ab eo absint, manifestissime -etis. PETR. CHRYS. serm. 25, 1 qualis ... sit *deus,* ipsa operum magnitudine -isti. *al.* **b** *c. coniunctione*: HIER. epist. 68, 2, 2 ex quo -es, quod multo melius sit spiritu videre quam carne (*item c. coni.*: CASSIAN. conl. 8, 13, 4). PELAG. in Rom. 1, 19 p. 14, 3 ita ... -etur, quia nullum elementum sit deus (*c. indic.*: CONC.^{S} I 2 p. 77,

[Banta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

27 [*gr. I 1, 3 p. 18, 14 συνορᾷ ... ὅτι*]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 95, 8).

3 *c. acc. c. inf.* (*nom. c. inf. copula subaudienda* HYG.; *cf. 1b et infra l. 47*): LVCR. 2, 90 quo iactari magis omnia materiai corpora -as. PLANC. Cic. fam. 10, 9, 1 meritorum meorum fieri accessiones -ere te spero. HYG. astr. 1, 8, 1 facile -etur mare omnibus adiectum finibus terrae. COD. Iust. 2, 12, 16 (*a. 293*). ARNOB. nat. 2, 16 p. 84, 8 -ere animantia nos esse. EPIST. imp. Licin. Lact. mort. pers. 48, 6. CONC. Arel. a. 314 p. 6 l. 60 si -erint eum ... esse baptizatum. HIER. psalt. sec. Hebr. praef. l. 28 liquido -bis me ab aemulis frustra lacerari. RVFIN. hist. 8, 17, 9 multos adhuc in eodem animi iudicio durare -imus (*gr. ἑωρῶμεν, sc. sec. Edict. imp. Galer. Lact. mort. pers. 34, 4* videremus). Orig. princ. 4, 2, 1 p. 307, 16 nihil gestum esse secundum historiam -entes (*gr. ἑωρακότες*). AVG. civ. 21, 5 p. 495, 22. VICTRIC. 7 l. 14 si omnium hominum unum corpus esse rationis oculi -erunt. BOETH. mus. 5, 2 p. 353, 16 ut -atur sensum ... ad integritatem rationis *non* ascendere, sic consideremus. *et saepe.*

4 *cetera exempla* (*absolute imprimis* VET. LAT.): Ps. APVL. Ascl. 19 sicuti disputatio perdocebit et tu, si intendas, poteris -ere (*cf.* FVLG. aet. mund. p. 130, 5 ut -es). VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 18) auditu audietis et non intellegitis, et videntis videbitis et non pervidibitis (*gr. βλέψετε καί οὐ μὴ ἴδητε, cod. 7. al.* aspicietis, *cod. 4. al. et Vulg.* videbitis). LACT. opif. 1, 11 quantum pusillitas intellegentiae meae -et (PEREGR. Aeth. 7, 3 quantum ... -ere potui). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 103, 2 *id* manifestum est his, qui -ere subtilius volunt.

B *-etur imprimis oculis* (*saepius diligenter contemplando, observando aliquid; potius de perceptione fortuita l. 30. 35. 41; imagines sub A inseruimus, v. p. 1870, 16*): **1** *indicatur id, quod conspicitur*: **a** *per obi. acc.* (*addas* MORET. 15, *si recte trad.*): OV. met. 14, 375 *Sol* -et omnia (*cf. p. 1870, 27*). SEN. nat. 1, 3, 9 a quibus subtiliter -endis illam *aciem nostram* locorum diversitas submovet (*opp.* quae ad manum cernit *acies*). COLVM. 8, 17, 14 *supinus iacens piscis* sublimiora spectat, et ea, quae in plano sunt ..., non facile -et. PLIN. nat. 36, 43 *quaedam minima* -ere non est. HYG. astr. 2, 2, 2 qui sidera -erunt et numerum stellarum in unaquaque specie corporis constituerunt (ISID. orig. 3, 71, 22. *cf.* HYG. astr. 2, 42, 5 quod primus ... -erit siderum cursus *Mercurius. sim. al.*). PEREGR. Aeth. 7, 1 ut -rem omnia loca. FILASTR. 22, 1 *propheta* -it ... in spelunca stantes ... viros. PELAGON. 183, 1 cum opisthotoni signa -eris. AVG. div. daem. 3, 7 p. 604, 23 *aquila* natantem sub fluctibus piscem dicitur -ere. PHYSIOGN. 25 guttae quaedam in pupillis -entur. OROS. hist. 1, 10, 17 tractus curruum ... non solum in litore, sed etiam in profundo ... -entur. CASSIAN. conl. 7, 16 quas *reconditas opes* visu -ere non possunt *fures nocturni.* HYD. chron. II p. 35, 253 signa ... aliquanta et prodigia ... -entur. *al.* *accedit praedic.*: HYG. astr. 1, 6, 3 *eis, qui in zona australi habitant,* sol appositus -etur. RVFIN. hist. 2, 10, 8 pronos prostratosque omnes ... -ens (*gr. βλέπων*). MAX. TAVR. 1, 3 ut ruentem illum *magum volantem* de excelso oculi omnium -rent. *al.* **b** *per alias struct.:* *enunt. interrog.*: LIV. 33, 5, 10 *implicatis ramis,* ut *non* ..., quae cuiusque stipitis palma sit, -eri possit (*Polyb. 18, 18, 12 ἐπιγνῶναι*). *acc. c. inf.*: IVL. VAL. 3, 7 cum se proceritudine ... longe distare ab Alexandri exiguitate -ret (*gr. p. 102, 17 ὁρῶν*). FIRM. math. 1, 4, 10 *defectum solis* frequenter fieri lucidae noctis serenitate -imus. PHYSIOGN. 54 interdum contremiscere eos cervicibus -bis. *al.* *coni.* quod: FILASTR. 116, 1 eos *Adam et Evam* aperuisse suos oculos ac tunc, quod nudi essent, -isse.

2 *indicatur spatium visu penetrandum*: PLIN. nat. 7, 85 fuisse qui -ret CXXXV passuum (*sec. Cic. ac. 2, 81 tot* stadia quod abesset, videbat).

II *notione deflexa:* *fere i. q. visere, convenire aliquem*: PAP. Tjäder 10–11 IV, 4 (*a. 489*) cum ... in publicum -issent magistratos (*cf. Tjäder ad l.*). *fere i. q. videre, curare, ut aliquid fiat* (*sec.* prae-, providere*? cf. vol. X 2, 1113, 64 sqq.*): NOVELL. Iust. app. 6 -imus scribere tuae magnitudini, ⌞ut neminem ... reduci⌟ (*sec. ὥστε c. acc. c. inf.*). -etur *fere i. q. videtur, placet*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 75, 25 secundum quod -sum est ... archiepiscopis (*gr. II 1, 1 p. 98, 13 κατὰ τὸ παραστάν*).

deriv.: cf. pervidatio. *Banta.*

pervigeo, -uī, -ēre. *a* per *et* vigere. *i. q. permanere vigentes*: TAC. ann. 4, 34, 4 uterque opibus[que] atque honoribus -uere. *part. praes. fere pro adi. i. q. admodum vigens* (*ut fortasse sit compos. sui iuris e* per *et* vigens): AVR. VICT. Caes. 17, 5 *gladiator* audacia ac robore corporis pugnandique arte -ens. *Fl.*

⊠pervigil, -ilis *adi.* (*subst. v. infra p. 1872, 4. 54*). *a* pervigilare, *formatione retrograda.* NOT. Tir. 63, 69 (-vigel). *de formis: nom. sing. masc. et fem.* -is *v. p. 1873, 6. 55 et* SERV. Aen. 4, 201, *neutr.* -l *non nisi* CONC.^{S} I 5 p. 314, 13, -e *in var. l.* GLOSS.^{L} III Abstr. IN 236. GLOSS. -l: pervigilans, pernox. qui multum vigilat. -i: semper vigilanti. *al.* *legitur in versibus inde ab* OV., *in oratione soluta inde a* PETRON. [*confunditur in codd. c. simplice e. g.* PLIN. nat. 33, 72, *c.* insopor OV. epist 12, 101; *legitur contextu lacunoso* VAL. FL. 3, 76.]

i. q. vigil, insomnis (*sive per quoddam temporis spatium vel semper [v. l. 63 sqq., cf. etiam p. 1873, 39 sqq. 72 sqq.]; iuxta ponitur* insomnis *l. 19 [distincte]. 26; tempus vigilandi indicatur vario modo l. 10. 14 sq. 24 sqq. 42. p. 1873, 1 sqq. 28. al., nota gen. l. 23 [ubi* -l *vergit in vim subst.]; cetera indicatur, qua in re vel cui rei vel contra quid quis -l sit, per praepos. varias l. 50. p. 1873, 25. 39 sqq. 65. 67. al., per abl. l. 52. p. 1873, 8. 36. 38. al., per enunt. secund. p. 1873, 28; accedunt adverbia vim augentia l. 12. 71. p. 1873, 69, minuentia l. 39*): **I** *spectat ad noctem*: **A** *de hominibus, deis* (*de animalibus l. 22 sq. 28 [cf. etiam l. 64 sqq.]; saepe praedicative*): OV. am. 1, 6, 44 cum te *ianitorem* celare volebam, -l in mediae sidera noctis eras. met. 10, 369 *Myrrha* -l igni carpitur indomito (*item de amante* [*paulo aliter l. 21*]: VAL. FL. 7, 9 -l usque. Ps. QVINT. decl. 15, 7 p. 309, 3 *non* ante lupanarium posterum diem -l amator exspecto. CLAVD. DON. Aen. 4, 5 p. 356, 8. MAXIM. eleg. 5, 9 *puella* -l ad nostras astabat nocte fenestras). PETRON. 102, 3 -l nocte siderum ... motus custodit (*de gubernatore ut*: VAL. FL. 1, 481 Tiphys. STAT. Theb. 8, 270 magister. *cf. l. 45*). SIL. 7, 341. MART. 9, 92, 4 (*opp.* securos ... somnos *habere*). PRIAP. 63, 8 parem diebus -l traho noctem, *sc. laboribus.* Ps. QVINT. decl. 10, 2 p. 200, 15. TAC. ann. 1, 65, 1 *milites Romani* insomnes magis quam -es. PLIN. paneg. 63, 3 alii marcidi somno ..., alii sane -es et insomnes. APVL. met. 2, 17, 5 *amoris* conluctationibus ad confinia lucis usque -es egimus (*cf. infra l. 43*). PANEG. 2, 35, 2 *ut exercitus* -l ageret. AMBR. hex. 5, 24, 85 (*de luscinia*). HYMN. Walpole 2, 6 *gallus* praeco diei iam sonat, noctis profundae -l. RVFIN. Clement. 10, 53, 1 per totam noctem ... -es mansimus. hist. mon. 7, 14, 2 usque ad lucem in hymnis ... -es durabant (*item de precantibus*: VITAE patr. 3, 200 cum ... per totam noctem -es manerent celebrantes domino laudes. PASS. Firm. 6 rec. b). PRVD. cath. 5, 43 *Hebraeorum* plebem -em ... ducebat *columna ignea.* c. Symm. 2, 703 depulit *equites Getarum* ... non -l anser *Capitolinus,* proditor occulti tenebrosa nocte pericli. Ps. PAVL. NOL. carm. app. 1, 66 *fideles Christum* expectant pingui lampade -es. AVG. ord. 1, 3, 6 dimidiam ... fere noctis partem -l quodcumque *cogitabam.* *al.*

B *de rebus*: **1** *variis, quae per noctem vel ab hominibus insomnibus adhibentur, fiunt sim.*: SEN. Thy. 467 somno dies Bacchoque nox iungenda -i datur (*item spectat ad convivia nocturna*: Ps. QVINT. decl. 9, 10 tempestiva convivia et -es iocos *agere.* IVV. 8, 158 popinas. PRVD. psych. 316 *Luxuria* -em ructabat ... cenam). STAT. Theb. 2, 336 (*uxor de somno coniugis inquieto*) -es acuunt suspiria questus. 3, 690 angor (*cf.* VEREC. satisfact. 207 mihi -es avertunt somnia curae). 8, 266 incertae ... faces et iam male -l ignis. APVL. met. 9, 3, 1 qui meae tutelae -es excubias agitaverant (RVFIN. hist. mon. 1, 6, 2). FIRM. err. 19, 6 *Christo sponso* praefert lumina -i cura sancta virginitas. CLAVD. 14, 30 (*spectat ad noctem maritalem*) ducant -es carmina tibiae. SEDVL. op. pasch. 5, 34 totae ... noctis labore -i (MAXIM. eleg. 5, 139 [*spectat ad coitum peragendum*]). CASSIOD. in psalm. 76, 5 l. 103 sensus. *al.* **2** *de corporis parte*: SIL. 14, 456 -em ... fallere vultum *gubernatoris* (*cf.* Ps. QVINT. decl. 10, 13 oculi [PRVD. tituli 109 -es pastorum o. *implet lumen angelorum natum Christum nuntiantium*]). MAXIM. eleg. 5, 96 *mentula* astans internis -l obsequiis. **3** *de nocte vigilando peracta, sc. in iunctura* nox -l: APVL. met. 2, 11, 3 *hoc Venus indiget,* ut in n. -i ... vino calix abundet. IVST. 12, 13, 7. RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 8, 4 -es in ... canticis spiritalibus n. (*Migne gr. 36, 440^{C} πάννυχον ψαλμῳδίαν*). CYPR. GALL. deut. 62 (*spectat ad pascham*). CONSVLT. Zacch. 3, 3, 19. OROS. hist. 7, 36, 8 post n. orationibus hymnisque -em. MVTIAN. Chrysost. hom. 14 p. 335 (*p. 333* opus est nobis oratione, maxime ... matutina et nocturna) omnis ... n. sit nobis -l (*gr. p. 116 πανυχίς. fortasse f. pro subst., ut significetur oratio per noctem continuata*). *al.* -em noctem ducere *sim.*: APVL. met. 10, 22, 5 -i n. transacta. AMM. 28, 4, 31 *anxii* agunt -es n. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2, 1 -es ... n. cogitationum seditione ducebam ([*Migne gr. 35, 724^{A} στάσις πάννυχος*]. hist. mon. 9, 4, 8 totam n. psalmis hymnisque -em d. GREG. M. dial. 2, 33, 4 ut totam n. -em [-es *var. l.*] ducerent. *al.*). CYPR. GALL. exod. 990 durare.

II *spectat ad quodlibet spatium temporis*: **A** *valido respectu somni absentis vel status insomnis* (*spectat ad Regulum somno prohibitum p. 1873, 8. 12*): **1** *de animantibus (semper) insomnibus*: **a** *de custodibus fabulosis*: **α** *de serpente vellus aureum aut mala Hesperidum custodiente*: OV. epist. 6, 13 *fama narrat* -em spolium pecudis servasse draconem (met. 7, 149 -em ... herbis sopire d. SOL. 24, 4 SERV. Aen. 4, 484 MAXIM. eleg. 1, 190. *cf. p. 1873, 9*). 12, 60 anguis. SEN. Med. 703 -l ..., sopite ... cantibus, serpens, meis (ADNOT. Lucan. 4, 552 ENNOD. carm. 2, 111, 17). VAL. FL. 7, 536 monstri. **β** *de aliis*: SEN. Herc. f. 809 custos opaci -l regni canis. CLAVD. DON. Aen. 6, 555 p. 581, 26 Furia ... die noctuque continue -l.

b *de quibuslibet*: FRONTO p. 232, 2 tum Somnus necdum natus erat et omnes -es aetatem agebant. HIL. in Matth. 31, 6 (*ad Matth. 26, 38* vigilate mecum) *discipulos* manere secum -es admonet (*in eadem re* trin. 10, 37 l. 42). AVSON. 25, 7 (342 S.), 11 *Aethiopes,* -l inrequies gens (*sc. cum*

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sol apud eos numquam occidat). AMBR. c. Aux. 7 frustra -es tot noctibus et diebus custodiam exhibetis (PAVL. NOL. carm. 15, 206 n. d.que -l *in prece permansit sanctus.* COMMON. patr. 5, 8 l. 5 quatenus n. ac d. -l permaneret contra ... daemones dimicando [*gr. vita Pachom. alt. ed. Halkin p. 187, 5 ἄυπνον*]. *cf. p. 1872, 70. 1874, 4. 7. 10 sq.*). PETR. CHRYS. serm. 177, 2 *occisus* apud homines dormit in causa, sed apud deum -is sibi advocatus existit. SEDVL. op. pasch. 3, 6 *in tempestate* (*Luc. 8, 24*) *Christus* sopitus corpore, -l maiestate. DRAC. laud. dei 3, 435 *Regulus* -l extingui gavisus lumine nudo.

2 *de rebus*: SEN. Herc. f. 531 cum somno dederit -es genas pomis divitibus praepositus draco (*cf.* RVFIN. hist. 8, 13, 11 aeternum -emque ... oculum *dei. v. etiam infra l. 59*). FIRM. math. 1, 7, 40 *ut vis fati Regulum* inter hostiles manus -i crudelitatis atrocitate prosterneret. PHYSIOGN. 50 *discernere vultum* -em et eum, qui somno est deditus. *de spatio temporis vigilando peracto*: IVVENC. 4, 497 (*spectat ad Matth. 26, 40* una hora vigilare) mihi ponere ... unam -em ... horam.

B *evanescente vel evanido respectu somni absentis*: **1** *de animantibus* (*sc. fere hominibus, de animo l. 27, diabolo l. 25 sq.; cf. etiam l. 48*): **a** *qui mente insomni, attenta sunt praediti vel animo modove tali custodiunt, curant sim.*: VAL. FL. 5, 603 -l illum *hostem bello minantem* Medus ... exspectat. STAT. Theb. 10, 129 *Iuno Somnum* iubet populum ... defigere Cadmi, qui ... -l adservat vallum. 12, 150 stat -l illic umbrarum custos (AMM. 15, 5, 5. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 9, 3 *propheta* interiorum oculorum in verbum dei -l c. usque ad defectionem sui intendebat obtutus. EVSEB. GALLIC. hom. 72, 9 animarum. *cf. p. 1872, 69 sq.*). HIL. in Matth. 26, 6 furem ... ad detrahenda ex nobis spolia -em (*de diabolo ut*: LEO M. serm. 41, 2 -l ille temptator. EVSEB. GALLIC. hom. 42, 6). SYMM. epist. 1, 1, 5 vers. 14 cura habeat iuvenem publica -em. 9, 42, 1 animo. AMM. 31, 14, 2 -l semper et anxius, ne *eqs.* (*item pendet enunt. secund.*: EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 10 *vult* te providentia ... semper esse -em, quatenus *eqs.* [*gr. ἐγρηγορέναι*]). AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 25, 2 (*de Noe*) quem totius orbis diluvia in tantis procellis ... -em probaverunt (*opp.* somnum ebrietatis). PRVD. ham. 495 castis ... -l armis. POSSID. vita Aug. 18, 6 *erat* circa universalis ecclesiae utilitates sollicitus semper ac -l. PHYSIOGN. 22 hominem dolis et audacia plenum, -em et exquisitorem malitiae (*gr. p. 310, 4 εἰς τὰ δεινὰ ἀγρυπνῶν*). PETR. CHRYS. serm. 22, 4 (*in imagine*) in regis nostri expectationem -es. SEDVL. epist. 1 p. 7, 13 sapientiā -l. CORIPP. Ioh. 4, 412 *miles Romanus* multo -l astu et virtute potens Martis sufferre labores. ARATOR act. 1, 754 -l excubiis commissi Petrus ovilis. *al.*

b *qui in qualibet actione perstant, non cessant*: HEGES. 5, 1, 4 -l in certamine et ipsa inpiger crudelitate (RVFIN. hist. mon. 2, 17 chori angelorum ... ad imitationem virtutum caelestium in ... laudibus dei -es [*gr. 2, 12 ἀπαύστοις ὕμνοις*]). RVFIN. Orig. in num. 23, 11 p. 223, 12 sq. *in veram festivitatem restituti* neque dormitabunt neque laborabunt, sed erunt -es, sicut angelorum vita -l dicitur (*si recte huc traximus*). ORIENT. comm. 1, 60 ut dominum ... quaeramus toto -es studio. ALC. AVIT. carm. 5, 219 *Moyses* precibus ... frequens ac -l instat.

2 *de rebus* (*incorporeis, sc. actionibus, cogitationibus, qualitatibus [pro homine positis l. 50. 63], sive corporeis*): **a** *quae fiunt, exhibentur cum cura, sollicitudine vel modo attento, diligenti sim.*: LVCAN. 4, 7 tutela ... valli ⌞-l⌟ alterno paret custodia signo ([⌞ ⌟ *an c.* tutela *coniungendum?*]. PELAG. epist. ad Demetr. 26 p. 41[A] sollicita ... -ique c.). APVL. met. 3, 3, 4 (*an ad IB1?*) sum ... nocturnae custodiae praefectus nec in hodiernum credo quemquam -em diligentiam meam culpare posse (COD. Iust. 12, 22, 2, 1 [*a. 357*]). 5, 17, 2 (*sorores ad Psychen*) -i cura rebus tuis excubamus (7, 6, 4. 11, 26, 4 *me dormientem* interpellat numinis benefici cura -is. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1 [CIL VI 32326] 8. AMBR. Nab. 6, 29. *al., cf. p. 1874, 4 sqq.*). mund. 26 p. 347 *viri* tutela -i custodiam per vices sortium sustinebant (AMM. 17, 13, 28. *cf. l. 50*). NOVATIAN. trin. 8, 9 dei ... opera -i obtutu contemplanda sunt (*cf.* MACR. Sat. 1, 20, 3 *serpentis* acie acutissima et -i. GREG. M. past. 3, 4 oculos). FIRM. math. 8, 1, 6 *mens* res divinas ... sagaci ac -i semper inquisitione perquirit. ZENO 2, 1, 12 *iustitia* blandā -l curā aegritudinem cum aegro partitur. AMM. 14, 8, 13 *Arabiae castella* sollicitudo -l veterum ... erexit (NOVELL. Valent. 33 *tuam* s. -em circa utilitatem publicam *comprobamus. al.*). VEG. mil. 2, 5, 4 *Augusto ut deo est* inpendendus -l famulatus. CLAVD. 21, 285 virtus contra ... minantia fata -l. FACVND. defens. 10, 7, 14 *haereticorum* intellectus ... elucubratis excogitationibus adversus aliena dicta -l, in suis obtusus. *al.* *de eo, quod contemplatione vera, non opinione, quae similis est somno, percipitur*: CHALC. transl. p. 52[B] vere existentis vereque -is naturae (*gr. ὕπνον, explicat* comm. 349 exsomnem -emque naturam nuncupat intellegibile atque incorporeum genus *eqs.; seq.* ad contemplationem veram minimeque soporatam). **b** *quae sunt perpetuae, assiduae vel sine intermissione fiunt, aguntur*: VAL. FL. 3, 359 tandem ... quiescunt dissona -i planctu *maerentium* vada. 4, 286 -l ... artificum *Cyclopum* notat Aetna manus. 5, 141 -l auditur Chalybum labor (AMBR. in Luc. 5, 112. COD. Theod. 14, 4, 6 porcinarii ... cum -em l. populi Romani commodis exhibeant, *immunitatem petunt. al.*). STAT. Theb. 2, 739 -em ... focis ignem longaeva sacerdos nutriet (SERV. Aen. 4, 201 ['vigilem']). silv. 3, 5, 2 quid mihi maesta die, sociis quid noctibus, uxor, anxia -i ducis suspiria cura? (FIRM. math. 8, 33, 4 *hos libros* nos -i c. et labore animi ... et corporis, cum maxima sollicitudine ... perfecimus [*an ad I?*]. CASSIAN. conl. 24, 25, 6 -bus c., in quibus ... diebus ac noctibus consumuntur. EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 16 omni nisu c.que -i laborat *formica* [*gr. ἀπαραιτήτῳ*]. *addas fort.* EPIST. imp. Constant. [CIL XI 5265] 8. *cf. p. 1873, 54 sqq.*). 4, 5, 13 focus. IVV. 15, 43 *posito* -i ... toro, quem nocte ac luce iacentem septimus ... sol invenit. APVL. met. 9, 11, 1 *iumenta pistrini non* die tantum, verum perpeti etiam nocte ... lucubrabant -em farinam. ANTH. 812, 14 *pueri* forma ... ingeniumque ... vexant -i semper mea pectora flamma. PRISCILL. tract. 1, 26 si quid est deterius gehenna[a] tormentoque -i. RVFIN. hist. 10, 11 p. 974, 1 diebus ac noctibus obsecrationes deo -es *exhibuit mulier* (FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 12, 1. *cf.* ALC. AVIT. epist. 92 -i prece deo supplicare). Orig. in num. 23, 11 p. 223, 13 vita (*v. p. 1873, 44*). VAL. CEM. hom. 6, 8 *qui* -i fide horrea pectoris sui *implet. al.*

pervigilāns *v.* pervigilo.

pervigilantia, -ae *f.* *a* pervigilans (pervigilare). *i. q. actio pervigilantis*: CIL VI 1682, 11 (*a. 334*) *magistratus* corariorum insulas ... restaurari adque adornari -a sua providit. GLOSS. II 273, 9 *διανυκτέρευσις*: -a (*cod. Laudunensis,* pervigilacio *ed. Stephani,* pervigilantium pernoctatio *cod. Harleianus*).

pervigilātio, -ōnis *f.* *a* pervigilare. GLOSS.⌞ II Philox. PE 304 *παννυχίς.* [*cf. var. l. supra l. 23.*] *i. q. actio pervigilandi*: CIC. leg. 2, 37 in his *deis novis* colendis nocturnas -es ... Aristophanes ... vexat. FRONTO p. 138, 2 *alii est* aliud prandendi tempus, alia lavatio, alius somnus, alia -o. CIL XI 2551, 8 (*saec. IV*) *puer* pascae noctis ipsius ⌞pervigilatio⌟ oratione quinta vita privatus est (⌞ ⌟ *errore lapicidae pro* -e *aut pro* pervigilio, *cf. l. 65*).

pervigilia, -ae *v.* pervigilium. **pervigilis** *v.* pervigil.

pervigilium, -ī *n.* (*f. et m. v. l. 36 sqq.*). *a* pervigilare. *inter subst.* apud Latinos neutralia, apud Graecos feminina CHAR. gramm. p. 462, 15 -um: *παννυχίς* (*item* EXC. Bob. gramm. I 554, 22). *gen. sing.* -vigilī LVCR. 6, 754. *fem. exstat l. 66. p. 1875, 4, cf. var. lect. l. 65. 69 sq. formam plur.* -ae, *non* -a *esse docet* CHAR. gramm. p. 72, 22 sqq. (*sc. compos. e* per *et* vigiliae *intellegens*), *sed v. l. 55. 60. p. 1875, 1 sq. 6. masc. acc. plur.* -us (*i.* -os) *v. l. 68 sq.* GLOSS.⌞ II Philox. PE 313 *παννυχισμὸς καὶ ἡ διὰ νυκτὸς ἀγρυπνία.* GLOSS. *ἀγρυπνία. παννυχίς. παννυχισμός. legitur in poesi* LVCR. 6, 754, *in oratione soluta inde a* LIV. [*suppl. contextu manco* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3 (CIL VI 32328) 65 ⟨per⟩vigilium. *vix recte trad.* FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 47, 27 (privilegia *Bergmann, Studien ... südgall. Predigtlit., 1898, 25; cf. l. 65*).]

i. q. actio vel qualitas pervigilantis: **1** *significatur qualitas attenti eiusve, qui diligenter observat sim.*: LVCR. 6, 754 *cornices* fugitant non iras Palladis ... -ī causa (*sc. quo scelus Cecropidum observatum indicaverunt*).

2 *significatur actio, condicio nocturna; spectat ad*: **a** *sacra* (*determinatur per gen. l. 58. 61. 64; iocose apud* PETRON.): *paganorum*: LIV. 23, 35, 18 *Gracchus* castra Campana ut in -o neglecta ... invadit (*23, 35, 15* nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur). PETRON. 21, 7 etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio -um deberi? PLIN. nat. 18, 124 religio -is adhibet *Venerium* (*i. genus ciceris*). TAC. ann. 15, 44, 1 sellisternia ac -a celebravere feminae. SVET. Galba 4, 3 *simulacrum Fortunae* menstruis ... supplicationibus et -o anniversario coluit. Vit. 10, 3 *Othone victo* in Appennini ... iugis etiam -um egit. CIL X 1881, 15 (*a. 165*) die -i dei patrii (*v. supra p. 761, 39 sq.*). GELL. 2, 23, 15. ARNOB. nat. 5, 24 p. 279, 17 mysteria et illa divina *Thesmophoria* ..., quibus gente ab Attica sancta illa -a consecrata sunt et pannychismi graves. PERVIG. Ven. tit. -um Veneris. *Christianorum*: TERT. bapt. 20, 1 ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et -is orare oportet. LACT. inst. 7, 19, 3 *paschae* nox quae a nobis propter adventum ... dei nostri -o celebratur (*cf.* HIER. vir. ill. 76, 3 *sermonem* in -o paschae habitum [(per)vigilia, privilegio *var. ll.; ceterum v. supra l. 30*]. ISID. orig. 6, 17, 12 *paschae* nox ideo -a ducitur, ... ut tempus resurrectionis ... nos ... vigilantes inveniat). CONC. Autiss. a. 561/605 p. 265 l. 7 non licet conpensus in domibus propriis nec -us (*i.* -os) in festivitates sanctorum facere (-is *var. l.,* (per)vigilias *edd. vet.; sim. vetantur -a ibid.* l. 17 -us [*i.* -os], quos in honore domini Martini observant, ... prohibite [-is, -as *var. ll.,* vigilias, quas *edd.*]). **b** *convivia sim.*: VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 in -o ... scortum iuxta eum *Xenocratem* vino gravem accubuit. TAC. hist. 2, 68, 1 apud Vitellium omnia ... -is ac bacchanalibus quam disciplinae et castris propiora. SVET. Cal. 54, 2 videtur eo die, quo periit, -um indixisse (*57, 4* parabatur et in noctem spectaculum). **c** *quamlibet rem*: SEN. dial.

[Keulen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 20, 1 labor aut continua -a noctesque sollicitae. 5, 29, 1 *si quem* inter cotidiana -a fessum somnus oppressit. PLIN. nat. 11, 283 -o ... praecipue vincuntur cibi (*opp.* somno concoquere). IVST. 13, 8, 6 *hostibus* -o noctis fatigatis. 24, 8, 14 *fugientium militum* maximum -ae malum. MART. CAP. 1, 2 *Satura* hiemali -o marcescentes mecum lucernas edocuit *fabellam.* 1, 37 Philologiae ... -a laborata et lucubrationum perennium ... pallorem.

pervigilius *v.* pervigilium.

pervigilo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* vigilare. *scribitur* -vigel- PRISCILL. tract. 6, 109. *syncopen* -vigl- *v. l. 25.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 199 pernoctat et -at: *διαννκτερεύει, παννυχίζει* (*cf.* GLOSS. II 273, 10 *διαννκτερεύω*: pernocto, -o). 312 -at: *παννυχίζει* (*sim.* GLOSS. II 393, 27 III 154, 38). *legitur in versibus inde a* PLAVTO, CATVLLO, VERG., *in oratione soluta inde a* CIC., LIV.

1 *i. q. vigilando perseverare per spatium temporis* (*vis verbi augetur adiectivis* totus, continuus *l. 21. 35. 37. 60* [*cf. l. 40, ubi distinguitur* vigilare], *adverbio l. 67; indicatur, quamdiu -etur, per acc. sub a, abl.* nocte, noctibus *saepius sub bα, praepositione l. 56 [cf. p. 1876, 5], enunt. secund. p. 1876, 1; qua in re -etur, l. 23 sq. 25. 53. 57. al.; accedit dat. dei l. 30. 37. 67, cf. praepos.* ad *l. 66; -ant fere homines,* mens *l. 33. 67, alia l. 49. 51. 64; nota pass. impers. l. 54. 58*): **a** *c. acc., qui indicat tempus vigilando peractum*: PLAVT. Amph. 314 continuas has tris noctes -vi (Aul. 72 totas [FRONTO p. 49, 2]. CIC. S. Rosc. 98. OV. fast. 6, 326 in multo nox est -ta mero. LIV. 24, 38, 2 ⌞dies n.que⌟ perstando ac -ando in armis [⌞ ⌟ *siquidem ἀπὸ κοινοῦ*]. EPIT. Alex. 9 in cogitando. 99 [*gr. Ps.-Callisth. p. 135, 18 διενυκτέρευσεν*]. PERVIG. Ven. 46 tota nox est pervig⟨i⟩landa canticis [*syncopen sustulit Catlow*]). LYGD. 6, 54 quam vellem tecum longas requiescere noctes et tecum longos -are dies (*v.* LIV. *supra*). PROP. 1, 16, 40 (*loq. amator exclusus*) ut me ... patiare ... sollicitas trivio -are moras.

b *exempla cetera*: **α** *respicitur potius nox; -ant*: Ⓘ *quilibet*: PLAVT. Curc. 181 Venerin -are te vovisti? ... quin tu is dormitum? (*item -at amator ante portam amatae*: OV. am. 1, 9, 7 -ant ambo, *sc. miles et amans, ...*: ille fores dominae servat, at ille ducis. AVSON. 13, 103 [92 S.], 6. *cf. l. 28*). CATVLL. 68, 8 *non te carmina* oblectant, cum mens anxia -at. 88, 2 *quidam* cum matre atque sorore prurit et abiectis -at tunicis (*cf.* ARNOB. nat. 4, 26 p. 233, 3 *Iovem* in Alcumena novem noctibus ... -asse continuis). VERG. georg. 1, 292 quidam *agricola* seros hiberni ad luminis ignis -at. SEN. epist. 47, 7 *servus* tota nocte -at. VAL. FL. 6, 224 Tages, cui ... -at materna soror cultusque laborat. SIL. 8, 138 *Dido meminit Aenean* Troiae narrantem longos se -ante labores. MART. 9, 68, 10 somnum – non tota nocte – rogamus: nam vigilare leve est, -are grave est. PLIN. epist. 6, 16, 14. FRONTO p. 9, 14 sive prodormias sive -es. CLAVD. DON. Aen. 2, 255 p. 182, 27 *Sinon* solus -ans est propter complendas insidias. CLAVD. 19, 40 (*ad Eutropium*) iam tibi nulla videt fallax insomnia Nilus, -ant vates ⌞iam⌟ ... tui (nec *var. l.*). MART. CAP. 2, 99. MAX. TAVR. 30, 2 cunctis et totis noctibus. Ⓘⓘ *convivantes, symposii participes* (*cf. l. 22*): OV. fast. 2, 740 posito -are mero (*cf.* SEN. epist. 95, 21 *feminae* non minus -ant, non minus potant *quam viri.* CVRT. 6, 2, 2 perpotandi -andique insana dulcedo). CE 513, 6 (*loq. cymbalista*) noctib⟨us⟩ -vi. *de re*: CE 1111, 10 (*saec. I/II*) quis bona non hilari vidit convivia voltu adque meos mecum -are iocos? (locos *lapis; cf. p. 1872, 35*). Ⓘⓘⓘ *custodientes, excubantes* (*v. etiam l. 31 et cf. l. 64*): OV. fast. 5, 142 -antque Lares -antque canes (*139* servat uterque domum). LIV. frg. 22 ⟨nocte⟩ ... insequenti ipso -ante in eodem loco (*in re militari ut*: SEN. epist. 36, 9 *ut* stans etiam ... saucius pro vallo -et. FRONTIN. strat. 3, 12, 1 *est* -tum ab omnibus). ANON. in Matth. 19 p. 45, 4 *qui, quando fures* veniant, nescit, -at. Ⓘⓥ *orantes, psallentes* (*sc. in religione christiana*): PEREGR. Aeth. 25, 12 usque ad lucem ... in Bethleem -ant ymnos ... dicentes (ACT. Petr. 22 u. in mane rogantes *dominum, ut eqs.*). 37, 9 non mittitur vox, ut -etur ad Anastase ..., sed consuetudo est, ut -etur ibi; ... maxima autem turba -ant alii de sera, alii de media nocte. SVLP. SEV. dial. 3, 8, 7 nocte tota in oratione (PASCHAS. verba patr. 64, 2 [*gr. Cot. p. 356 διετέλει ἀγρυπνῶν*]. VITAE patr. Iurens. 79).

β *spectat ad quodlibet temporis spatium (cf. l. 23. 27); vergit ad notionem q. e. cavere, intentum esse, prospicere*: VAL. FL. 3, 739 inclusa ... longo -ant castella metu *leaenae.* VET. LAT. Marc. 13, 33 (codd. 1. 2) videte et -ate (*gr. ἀγρυπνεῖτε, cod. 3. al. et Vulg.* vigilate). PRISCILL. tract. 6, 109 *ut* conversantes in ignorantiae nocte -etis ad deum. PHILO quaest. in gen. 4, 195, 3 p. 68 caret ... timore ... mens, cum divinitati -at perseveranter. Ps. AMBR. symb. p. 193 *potestates deum* -ando celebrant. VVLG. Hebr. 13, 17 oboedite praepositis vestris ..., ipsi enim -ant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. DOCTR. apost. 5, 2 non in bono, sed in malo (*gr. ἀγρυπνοῦντες ... εἰς*). VEN. FORT. vita Pat. 7, 22 pro servi esca domini cura -at. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 119, 2 -a in causa (*alia vers. ibid. p. 232, 25* invigiles). *pendet enunt. secund.*: HIER. epist. 137, 3 -a, ut haec ... corrigantur. PETR. CHRYS. serm. 65, 6 l. 114 praecepta tua ... servo; -o, ne quis *sententiam tuam immutet* (pervigil *var. l.*). EPIST. pontif. 864 Thiel 150, 1 p. 988 ut indefessae sollicitudinis continuatione -es, quatenus *cultus dei* ... augeatur.

2 *i. q. vigilando custodire aliquem*: VEN. FORT. carm. 3, 15, 14 pastore ... -ante gregem *fidelium.* AVRELIAN. reg. mon. app. p. 396^{B} usque media nocte eum *defunctum* ... fratres in oratorio -ent (*item in re eadem de sororibus*: reg. virg. 38).

part. praes. **pervigilāns,** -antis *pro adi.* GLOSS. *ἐπάγρυπνος. i. q. pervigil, attentus*: CAES. AREL. serm. 158, 1 ut lectionem istam adtento corde et sensu -issimo audiatis.

deriv.: pervigil, pervigilantia, pervigilatio, pervigilium. *Keulen.*

†pervilio: vigilans GLOSS. V 575, 41. *corruptum*; pervigil: vigilans *Heraeus in exemplari suo.* *M. H.*

pervīlis, -e. *a* per *et* vilis. *i. q. valde vilis*: LIV. 31, 50, 1 annona ... eo anno -is fuit. SCHOL. Hor. epist. 1, 17, 23 naufragum ... indutum ... -i vestimento (*cf. Porph. ad 1, 17, 25* vili veste).

pervinca, -ae *f.* [*exempla vetustiora littera* n *carere videntur, ut conferre liceat adi.* pervicus *et coniungere utramque vocem c.* pervincere, *unde* n *irrepere potuit. v. Ernout, Philologica III, 1965, 136. Fo.*] [*it.* pervinca; *sard.* pru(v)inka; *francog.* pervenche; *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pervinca; *hisp. vet.* pervenca. *cf. M.-L. 6437. Battisti-Alessio IV 2869. Wagner II 317 sq. Wartburg XIV 461 sq. Corominas*^{2} *V 820. St.*] *nomen herbae (v. André, Les noms de plantes, 1985, 272): forma duplex* vi(n)ca pervi(n)ca (*sunt qui explicent e formula magica, cf. l. 68 infra et Ernout, l. cit.*): PLIN. nat. 21, 68 vicapervica semper viret. 21, 172 vicapervica sive chamaedaphne arida tusa hydropicis datur (*inde* PLIN. med. 3, 22, 9 [vincae pervincae *trad.*]. *cf.* GLOSS. III 554, 29 bicapervica i. camedafne [*sim.* 618, 57]). MARCELL. med. 15, 104 herba appellatur vincapervinca. Ps. APVL. herb. 58 l. 9 (*inter nomina victoriolae*) Itali vica ⌞pervica⌟ (periga, perunca *var. ll.*). *forma simplex* pervinca, *quam testantur linguae rom. q. d. (v. supra), latet* GLOSS. III 593, 51 provinca consolda mediana (*sim.* 574, 29. 615, 50. 627, 39).

cf. vinca *nec non Onom.* *Fl.*

⁂pervinco, -vīcī, -victum, -ere. *a* per *et* vincere. SYNON. Cic. p. 440, 3 -icit. exsuperavit. perculit. possedit. obtinuit. effecit *eqs.* GLOSS. *ἀπονικῶ. legitur inde a* PLAVTO, *sed raro exceptis* LIV. (*21*^{ies}) *et* TAC. (*sexies*). [*confunditur in codd. p. p. p. cum* perunctus *p. 1877, 2,* provectus *l. 63; falsa vel dub. var. l.* LIV. 27, 49, 2. COLVM. 10 praef. 3 (*v. vol. X 2, 445, 25*); *e coni. probabili* CIC. ad Q. fr. 2, 3, 2 (*v. p. 1176, 5*).]

dicitur de eis, qui repugnantia superantes ad victoriam perveniunt, ut sit fere i. q. vincere perpetrando sim. vel funditus (*raro -unt armis pugnantes, sc. l. 47. 64 sqq.*): **1** *absolute vel intransitive, vergit in vim q. e. superiorem esse, praevalere*: **a** *in qualibet contentione*: ENN. scaen. 379 -e pertinaci pervicacia (*cf.* PORPH. Hor. epod. 17, 14 pervicaces ... dicuntur, qui in contentione usque ad -endum perseverant). LVCR. 1, 72 (*antea*: effringere ... naturae ... portarum claustra *desideravit Epicurus*) ergo vivida vis animi -icit ..., atque omne immensum peragravit mente. TAC. ann. 11, 10, 2 huic *inimico* contra itum *est* ad amnem ..., in cuius transgressu, multum certato, -icit Vardanes. **b** *in licitatione*: PLAVT. Curc. 213 (*meretrix ad adulescentem*) si amas, eme *me*; ... facito ut pretio -as tuo. **c** *in disputatione sim.*: CIC. Att. 2, 1, 8 *mea sententia* fuit ... facienda iactura; restitit et -icit Cato. IVST. 9, 7, 7 Olympias ... fratrem suum ... in bellum subornabat -issetque, ni *eqs.* AVSON. 17 praef. (326 S.) *scripta saepius flagitans* -is tandem et operta musarum mearum ... irrumpis. TAB. devot. Année Épigr. 1976 n. 417 Pennelus ... arvocatis (*i.* adv-) victoriam rogat, ut -at et exsulerent *adversarii* (*cf. p. 1877, 3*).

2 *indicatur, quis (quid) superetur, per obi. acc.*: **a** *personae* (*cf. 4*): **α** *-itur vario modo*: PLAVT. Mil. 943 (*meretrix ad doli conscium*) haud vereor, ne nos subdola perfidia -amur. Ps. AVR. VICT. epit. 43, 8 ita illum *Iulianum* cupido gloriae ... -erat, ut *nullo omine retineretur.* CLAVD. DON. Aen. 7, 290 p. 47, 26 (*verba Iunonis*) obtinere ... debuerunt fata mea et aemulos (*i. Troianos*) nocendo -ere. AVG. coll. c. Don. 3, 11, 22 *Donatistae* diabolum crudelitate -erunt (*postea*: c. vicissent). REGVLA mag. 28, 26 perinfantuli et senio -ti et infirmi ([provecti *var. l.*]. 53, 52 [pervinctos *var. l.*]). **β** *-itur pugnando*: VET. LAT. Ios. 10, 13 (cod. 100. *al.*) stetit sol et luna in loco, donec -ret dominus inimicos (*gr. ἠμύνατο, Vulg. aliter*). CONSVL. Constant. chron. I p. 221, 77 Iudaei -ti sunt. p. 241, 366 Valentinianus gentem Alamannicam -icit. *in arena*: TAB. devot. Audollent 248A (*saec. III?*) ⟨ut⟩ facias *gladiatores duos* ... victos, -tos (*de iteratione incantamentis propria cf. p. 1601, 51. 1623, 55 et fort. nomen herbae q. e.* vinca pervinca, *v. l. 16 sqq.*).

b *rei*: HOR. epist. 2, 1, 200 quae -ere voces *actorum* evaluere sonum *spectatorum,* referunt quem nostra theatra? SEN. Herc. f. 654 -e ... quidquid alto in pectore remanet pavoris. nat. 1, 3, 8 visum ... nostrum remittit aqua, quia crassior est et -i non potest (*i. penetrari*). PLIN. nat. 14, 55 *vina vetustissima non* potari per se queant ⌞-ive⌟ aqua *admixta,* usque in amari-

[Hays]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tudinem carie indomita (provinciae *trad., em. Sillig*). SER. med. 581 *urinae* mora rumpetur vino -ta vetusto (peruncta *var. l.*). SORT. Sangall. 56, 3 (*inde suppl.* 56, 10. 12) -es crimina (*sc. in iudiciis, cf. p. 1876, 55*). MARCELL. med. 10, 55 *carmen* repetes, donec *sanguinis* fluorem -as. *-itur tolerando, perseverando*: PROP. 1, 17, 15 (*loq. poeta, qui Cynthiam fugiens naufragium fecit*) nonne fuit levius dominae -ere mores? SEN. dial. 4, 12, 1 patientia corporis sensum utriusque (*i. aestus frigorisque*) -icit. Ps. HIL. Macc. rec. A 257 (*mater ad filium damnatum*) ne dubites medias -ere flammas; victor eris (*rec. B 254* evincere).

3 *indicatur, quid vincendo impetretur* (*per enunt. secund. c.* ut *saepe* [*cf. 4a*], ne *l. 14* [*cf. etiam l. 42*], quin *l. 30 [cf. l. 40 sq.], interrog. l. 20, neutr. pron. l. 13. 18. 32 sqq.*): **a** *qualibet contentione*: CATVLL. 76, 15 *quamquam* difficile est ... deponere amorem ...: una salus haec est, hoc est tibi -endum. LIV. 10, 24, 9 postquam ipsa virtus -erit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset, *eqs.* 37, 16, 4 postquam ... volvi coeptum est mare, -erunt quidem remis, ut tenerent terram.

b *verbis, sc. persuadendo*: α *ut aliquid verum putetur* (*cf.* evincere *vol. V 2, 1043, 29 sqq.*): LVCR. 5, 99 *bene scio,* quam difficile id (*sc. exitium mundi*) mihi sit -ere dictis. Ps. HOR. sat. 1, 10 l. 2 Lucili, quam sis mendosus, teste Catone ... -am, qui ... emendare parat versus *tuos.* β *ut aliquid fiat, quod indicatur per: enunt. secund. c.* ut (quin TAC.): LIV. 2, 40, 2 *matronae* -icere ..., ut ... *mater uxorque Coriolani* in castra hostium irent. 4, 12, 4 ut de agris dividendis plebi referrent consules ad senatum -ere *non potuit tribunus.* 4, 55, 5 *tribuni* -unt, ut senatus consultum fiat (*cf.* 33, 16, 3 magistratus -erunt, ut ... decretum ... fieret. 35, 33, 8). 26, 38, 11 Blattius ... idem obtundendo ... -icit, ut ... Salapia ... traderetur Marcello (*cf.* 29, 31, 4 instando stimulandoque). 33, 47, 6 diu repugnante ... Africano ... *adversarii* tandem -erunt, ut legati Carthaginem mitterentur (42, 18, 6). *al.* TAC. ann. 11, 34, 1 instabat ... Narcissus aperire ambages *Vitellii* ...; sed non ideo -icit, quin suspensa ... responderet. SVLP. SEV. chron. 2, 7, 2 multum ... abnuente Dario ... principes -icere, ut in lacum demitteretur *Daniel.* *neutr. pron.*: TAC. ann. 12, 59, 2 *delator* curia exactus est, quod patres ... contra ambitum Agrippinae -icere. 14, 14, 2 (*postulavit Nero, ut currum regeret et cithara caneret*) Senecae ac Burro visum, ne utraque -ret, alterum concedere.

4 *indicatur et res impetranda et persona permota*: **a** *verbis*: LIV. 42, 45, 4 *prytanis* multis orationibus -erat Rhodios, ut ... Romanam societatem ... retinerent (*v. app. crit.*). TAC. hist. 3, 74, 2 *turba* Vitellium ... *pro Sabino* preces parantem -icere, ut absisteret. **b** *quolibet modo*: TAC. ann. 15, 57, 1 illam *libertam* non verbera, non ignes ... -icere, quin obiecta denegaret. BOETH. cons. 1 carm. 1, 5 has *Musas* ... nullus potuit -ere terror, ne nostrum comites prosequerentur iter.

deriv.: pervicax, pervicus; *cf.* pervinca. *cf. Onom.* *Hays.*

pervindēmio, -āvī, -āre. *a* per *et* vindemiare. *i. q. (penitus?) vindemiare*: VET. LAT. Am. 6, 1 (cod. 175) -erunt initia gentium (*gr. ἀπετρύγησαν, Hier. ad l.* vindemiarunt, *Vulg. aliter*).

pervio, -āre. *a* per *et* viare. *i. q. viando, iter faciendo permeare*: ITIN. Alex. 34 nuntiatur iam planiora -antibus *eqs.* IVL. VAL. 2, 27 uti eum *fluvium glacie constrictum* ... -ret *Alexander equo.* *obi. subaudiendo* (*nisi est intrans. i. q. viam continuare*): ITIN. Alex. 46 hostium ducem viantibus intercedere *conatum* capiunt itaque -ant.

deriv.: perviabilis.

[perviolentus *est falsa var. l.* CASSIOD. inst. 1, 20.]

pervireo, -ēre. *a* per *et* virere. *i. q. perpetuo virere*: PAVL. NOL. carm. 7, 11 *arbor* fronde numquam defluente -ens.

*?***pervirgo,** -inis *f.* *si genuinum, a* per *et* virgo *formatione audaciore, sed fort. eo explicanda, quod* virgo *etiam pro adi. adhibebatur.* *i. q. virgo κατ' ἐξοχήν*: MART. CAP. 7, 738 heptas ... quod nihil gignit, eo -o perhibetur (*i. Athenae tribuitur*; par virgini *var. l.,* [per]virgo *Willis*). *Fl.*

perviridis, -e. *a* per *et* viridis. *i. q. valde viridis*: CELS. 5, 19, 4 quia -e est *emplastrum,* zmaragdinum appellatur. MELA 2, 82 campus minuta harundine gracilique -is. PLIN. nat. 6, 87 mare ... colore -i (*inde* SOL. 53, 21). *Arias.*

pervīso, -ere. *a* per *et* visere. *i. q. visendo penetrare*: MANIL. 4, 927 parvula ... totum -it pupula caelum.

pervīvo, -īxī, -ere. *a* per *et* vivere. **1** *vi praeverbii durativa i. q. vitam continuare* (*quam diu indicatur variis additamentis*): PLAVT. Capt. 742 etsi -o usque ad summam aetatem, tamen breve spatium est *eqs.* ACC. trag. 417 *tuum* aditum exspectans -xi usque adhuc. INSCR. Année Épigr. 1989 n. 371 (*e Lusitania; saec. II?*) *coniux* -xs(it) ⟨m⟩ecu⟨m⟩ annos *tot.* TERT. anim. 56, 4 *animas* morte praeventas ... vagari istic, donec reliquatio compleatur aetatis, quacum -issent, si non intempestive obissent. *transfertur ad rem*: AVG. c. acad. 3, 17, 39 fides ... illa *Zenonis* ... -xit in Chrysippum. **2** *vi praeverbii perfectiva: absolute i. q. vitam ad finem perducere*: CE 454, 6 (*saec. II; de puella ante nuptias mortua*) -xit virgo. ANTH. 474, 7 (*Petronii?*) -xi; neque enim fortuna ... umquam eripiet nobis, quod prior ⟨hor⟩a dedit (*cf. Hor. carm. 3, 29, 43* vixi). *c. acc. i. q. vivendo peragere*: CASSIAN. inst. 4, 30, 3 decrepitus senex et qui omnem suam -isset aetatem. *Fl.*

***pervius,** -a, -um. [*a* per *et* via; *compos. q. d. possessivum vid. esse significans locos, qui viam per se transeuntem habent. Fo.*] NOT. Tir. 38, 19 -um. *compar. et superl. desunt; sed cf.* TAC. ann. 12, 12, 2 maxime -us. *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 64, 21 invium est sine via, devium est desertus locus, avium flexum a via, -um per quod commeatur (*sim.* DIFF. ed. Uhlfelder 224). GLOSS. -um: *ὁδευσιμόν.* quod pertransitur. planum. perplanum. *al.* -o: transitu. *legitur inde a* PLAVTO (*v. sub IB*), TER., CIC., VARRONE, VERG. *fere singulis vel paucis locis, paulo saepius apud* OV., LIV., CELS., SEN. *min.,* PLIN. *mai.,* SIL., STAT., TAC. [*sen. vet.* perbio. *cf. M.-L. 6438. St.*] [*vix recte trad.*: SEN. Phaedr. 336 -us ... rex Nereidum (*E,* caerulus ... grex *A et edd. multi*). Ps. QVINT. decl. 10, 15 -um numen (terrenum *Obrecht*). TERT. patient. 7, 12 -a ... latrocinantur (*v. Fredouille ad l.*). *e coni.*: APVL. apol. 59, 6 rictum ⟨-um⟩ (*suppl. Dahlmann, Abh. Ak. Mainz 1979, 8, 17 adn. 22; cf. infra p. 1879, 10. 25*).]

I *vi passiva de eis, quae (facile) penetrari possunt vel penetrantur a transeuntibus vel adeuntibus, ut sit fere i. q. patens, apertus. respicitur fere facultas transeundi, sed potius ipse actus transeuntium l. 41. p. 1879, 15. 19. 35. 55. 56 sq., fort. etiam l. 51. 61. 64. p. 1879, 10. 56. dicitur de eis, quae utraque parte aperta sunt, e. g. l. 32. 73. p. 1879, 26 sqq. 33; respicitur motus in utramque directionem l. 35. p. 1879, 9. 41. 72. 74. indicatur, cui (rei) aliquid -um sit, per dat. passim inde ab* OV., LIV., *abl. fort. p. 1879, 16 sq. (an abl. modi?). 43 (nisi est abl. viae, v. infra). 64 sq. 1880, 13; quo sit -um per praepos.* ad *l. 34. 42. 74. p. 1879, 27,* in *c. acc. p. 1879, 25 sq. 1880, 29. accedit abl. viae l. 72 sq. p. 1879, 7 sq. 23. 27. 71.*

A *adi.*: **1** *de eis, quae transeuntur, permeantur*: **a** *respicitur motus animantium* (*navium*): α *de via, transitu, porta sim.* (*de earum usu* VERG., *de Iano [sc. c. respectu templi] l. 34; in imag. l. 40. 47. 48*): TER. Ad. 578 id quidem angiportum ⌞non est -um⌟ (GLOSS. sine exitu[m]). CIC. nat. deor. 2, 67 transitiones -ae 'iani' nominantur (*cf.* MART. 10, 28, 3 [*ad Ianum*] -us exiguos habitabas ante penates). VERG. Aen. 2, 453 limen erat caecaeque fores et ⌞-us usus⌟ tectorum inter se Priami (*cf. Austin, 1964, ad l.*; ⌞ ⌟ GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1192 frequens commeantibus [comita- *trad.*]). SEN. Tro. 179 hiatus Erebi -um ad superos iter ... praebet (*item ex inferis*: 433. *ceterum*: OCTAVIA 402 -um cunctis i. CIL VIII 21920 [*a. 237*] iter ... -um ⟨com⟩meantibus redderunt [*sim. in aliis miliariis Afric.*]. HIL. in Matth. 18, 1 *haec* voluntas caelorum i. -um praestat. AMM. 23, 6, 60 *ibi* iter longissimum patet mercatoribus -um ad Seras subinde commeantibus. HEGES. 4, 27 p. 283, 16 qui locus ... -um ad Indos aperit i. navigaturis. *al.*). CVRT. 5, 4, 4 silvestres ... calles, vix singulis -os. CALP. ecl. 4, 126 *pagi magister* facit ... ad -a compita ludos. SIC. FLACC. grom. p. 122, 26 itineribus ⟨et⟩ mensuris agendis -i ... ut sint *limites.* HYMN. Walpole 88, 1 *Maria* fit porta Christi -a. SIDON. epist. 1, 5, 3 -i pontes. SEDVL. carm. pasch. 1, 287 -a pulsanti reserantur limina cordi (*sec. Matth. 7, 8* aperietur). ARATOR act. 2, 773 *Christo* -a ... ianua nomen inest (*cf. Ioh. 10, 7*). *al.*

β *de mari, flumine, palude, quae transiri possunt*: Ⓘ *natando*: OV. epist. 19, 209 (*Hero Leandro*) nanti freta -a non sunt. SOL. 23, 16 (*de Bosporo*) angustiis etiam meatibus boum -is. Ⓘⓘ *pedibus eundo*: OV. Pont. 4, 10, 32 freta vel pediti -a reddit hiems (*cf.* PLIN. nat. 4, 87 *Bospori latitudo* -a glaciato freto. AMM. 19, 11, 4 *glaciatae* nives amnem undique -um faciunt. 27, 6, 12 gelu -os *fluvios* [31, 10, 4]). PLIN. nat. 6, 13 *fluvius* pontibus CXX -us (*cf. l. 46 et* STAT. silv. 4, 3, 78 [*loq. Volturnus*] pontem fero -usque calcor). TAC. ann. 12, 12, 2 *illic* maxime -us amnis. TERT. paenit. 12, 8 *mare Rubrum* populo -um licebat (*respicitur exod. 14, 21 sqq. ut*: PRVD. cath. 5, 66 -a sistitur ... unda. SEDVL. carm. pasch. 1, 136. *sensu spiritali*: AMBR. Abr. 2, 9, 65 fit ei *homini* vitae istius mare -um). *al.* Ⓘⓘⓘ *navigando*: SEN. Herc. O. 1951 -us est Acheron ... et remeare licet *Herculi.* Phaedr. 88 -um rostris (*sc. mare; contextu vix sano*). nat. 6, 7, 2 ineluctabiles navigio paludes, ne ipsis quidem inter se -as, quibus incoluntur. MELA 2, 116 non -um pelagus. LVCAN. 5, 439 non -a velis aequora (AVIEN. orb. terr. 533). VAL. FL. 1, 1 prima deum magnis ... freta -a nautis (1, 720 puppibus). IVV. 12, 80 Baianae -a cumbae tuti stagna sinus. AMM. 22, 15, 12 *Nilus decrescens* navibus antea -us (-os *ed. vet., fort. recte*) equitabiles campos ostendit. *al.*

γ *de variis rebus* (*praecipue de locis sim.*): TER. Ad. 912 fratri aedes fient -ae (*sc. si omnes eas frequentant, cf. p. 1880, 26 et* GLOSS. V 661, 30 domus omnibus -a[m]: aperta). OV. met. 5, 654 (*loq. Triptolemus*) patuit mihi -us aether. 8, 377 *non* equo loca -a (*de silvis ut* 14, 361). Pont. 4, 10, 80 per quos *latrones* vix ulli -us Isthmos erat. LIV. 7, 34, 1 saltum cava valle -um (9, 43, 8). 10, 1, 5 altero specus eius ore – nam -us erat (MELA 1, 103 specus ... Acherusia ad manes ... -us. 2, 95). 21, 30, 7 *Alpes* -as paucis esse, ⟨esse⟩ et exercitibus (27, 39, 7. 39, 54, 12. *sim. de montibus,*

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saxis: SIL. 4, 34 -a saxa [CLAVD. rapt. Pros. 3, 384 nulli]. 15, 504. AMM. 22, 8, 2 *Athos mons* navibus quondam ... -us [*cf. l. 51 infra*]. 29, 5, 37. *al.*). 26, 39, 13 -ae ... naves *in arto stipatae* pugnantibus erant. SEN. Med. 372 nil qua fuerat sede reliquit -us orbis (*cf.* TERT. anim. 30, 3 omnia iam -a). nat. 2, 9, 4 *aer* per omnia ista *interposita* prohibetur nobis esse -us, non sibi. CVRT. 8, 2, 20 *petram* manu -am incolae fecerant. 8, 10, 26 iniecta tabulata muros *urbis* ... -os fecerant. COLVM. 9, 5, 3 *murus circum alvaria* fenestellis apibus sit -us (*cf.* 9,15,10 ne quid sit apibus -um). PLIN. nat. 2,170 nec inde huc nec hinc illo -o tractu. SIL. 5, 341 tellus sparsis vix -a telis. 13, 764 *Alexandro* -a Bactra Dahaeque. MART. 1, 104, 17 laxos ... -osque *lepori* rictus *leonis domiti.* TAC. ann. 2, 61, 1 vix -as arenas *Aegypti.* 12, 35, 2 *proconsul* circumspectis quae impenetrabilia quaeque -a ducit *milites.* LEX met. Vipasc. II 12 *ut* eae pilae fulturaeve firmae et -ae sint (*i. ut cuniculi pilis fulti permeari possint*). AVR. VICT. Caes. 12, 2 quod *forum* appellatur -um (*cf. vol. VI 1, 1203, 63 sq.*). AMM. 14, 11, 13 milites agentes in civitatibus -is (*i. in itinere Caesaris sitis*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 182 *dracones Cybeles* volucri ... -a nubila tractu signant. AVG. conf. 7, **1**, 2 terrae corpus -um *esse deo* (*postea*: penetrabile). GREG. M. dial. 3, 22, 1 *is* locus ... ad ... oves tendentibus -us erat (*sim.* euang. 15, 5 [= dial. 4, 15, 2]). *al.*

b *respicitur motus rerum* (*naves v. sub aβ*): **α** *-a sunt, quae per foramina, rimas sim. penetrantur*: Ⓘ *partes corporis (ipse homo l. 34): naturaliter perforatae*: GAV. BASS. Gell. 5, 7, 2 os ... *personā* tectum ... unaque tantum vocis emittendae via -um. OV. met. 5, 194 *non iam* sunt ea *ora viri mutati* -a verbis (*sim. de faucibus*: CARM. Gell. 19, 11, 14 *anima* cucurrit ... rictum ... in oris -um). CELS. 4, 1, 8 *intestinum* in sinisteriorem *partem* -um (*ibid. iterum; opp.* caecum). 8, 1, 6 *itinera* ex his *naribus* ad fauces -a. 8, 1, 11 *vertebrae* tenuibus cavis -ae. PRVD. cath. 9, 65 aurium meatus ... susurris -us (*cf.* ham. 651 -a ... flexura *auris*). CONSVLT. Zacch. 1, 36, 8 *venae* exploratum vitae iter ac -um servant. VINDIC. med. 33 dum calor ... obduratas (*i.* obt-) vel clausas vias ... -as ⟨faciat⟩ *sanguini vel spiritui.* *telis sim. perfossae*: OV. met. 12, 335 *iaculum* -a tempora fecit. 12, 483 gladio loca (*i. latera Caenei*) -a non sunt. CELS. 7, 5, 1[B] facilius sanescit, quod -um non est. SEN. Herc. O. 151 nullis vulneribus -a membra *Herculis* sunt. LVCAN. 2, 310 (*loq. Cato*) cunctis ego -us hastis. STAT. Theb. 3, 149 -a vulneribus ... pectora. 7, 313 cui *hastae* -a semper armaque corporaque. SOL. 30, 21 *alvum elephanti* ictibus *rhinocerotis* ... -am (*Plin. nat. 8, 71* molliorem). PRVD. psych. 111 rigidis vitalia -a pilis.
Ⓘⓘ *alia:* *naturaliter perforata*: OV. met. 5, 501 (*loq. Arethusa*) mihi -a tellus praebet iter (*sim. de interioribus terrae partibus*: 15, 302 cum carcere *ventorum* rima nulla ... -a flatibus esset. SEN. nat. 4, 2, 28 sunt ... perforata omnia et invicem -a. 6, 14, 1 terrarum ... corpus et aquis ... et ventis ... -um est. 6, 26, 3 saxa -a). LVCAN. 6, 345 -a Tempe dant *aquis* aditus pelagi. PLIN. nat. 16, 164 *harundinis* nodi continuo foramine -i (*sim. de plantis*: 17, 153 quamdiu nodi -a patet fistula. ISID. orig. 17, 7, 59 sambucus ... -a arbor). *vi quadam vel arte, manu perrupta, perfossa*: OV. met. 2, 762 *Invidiae* domus ... non ulli -a vento (*an ad 2?*). VAL. FL. 1, 127 longo moles *navigii* non -a ponto. STAT. Theb. 8, 40 *Amphiarao demisso mundus infernus* -us astris inspicitur. GELL. 10, 15, 6 (*e Fab. Pict.?*) *Diali* anulo uti nisi -o cassoque fas non est. APVL. met. 3, 17, 3 tectum ... ad omnes ... aspectus -um. ANTH. 440, 6 (*ἀδύνατον*) ante ... Corinthos confundet fluctus -a facta duos (*cf.* 461, 1 Athos immissis -us undis). AMBR. in Luc. 7, 71 (*de Iericho*) quae non ferro -a, non arieti possit esse penetrabilis.

β *cetera exempla* (*cf. l. 5; in imagine l. 62. 63. 68 nec non p. 1870, 45*): MANIL. 1, 180 quia ... tellus ... suspensa manet, sunt -a cuncta *circum eam.* SEN. Phaedr. 474 *avibus deficientibus* solis ... aer -us ventis erit. Thy. 844 *zodiacus* sacris -us astris. MELA 1, 68 regio ... alveis fluminum -a (*cf.* ANTH. 236, 4 Corsica piscosis -a fluminibus. 477, 2 rivo tenui -a ridet humus). PLIN. nat. 15, 59 *māla servanda* rara componi, uti limites -i spiritum aequalem accipiant. LVCAN. 6, 645 Phoebo non -a taxus (*de luco, cf.* STAT. Theb. 4, 420 silva ... stat -a nullis solibus. *de caelo*: CE 254, 13 [*saec. III?*] *dea* -a Phoeb⟨o⟩). STAT. Theb. 1, 345 densior ... et nulli -a flammae ... nox. APVL. met. 9, 18, 2 quod pecuniae cunctae sint difficultates -ae (ENNOD. epist. 2, 13, 4 p. 53, 21). mund. praef. p. 287 *itinera per caelum* -a sapientiae solis cogitationibus. ITIN. Alex. 21 *salem quendam* totum -um lumine (lumini *Hopfner*). LACT. inst. 6, 24, 20 (*v. p. 1870, 45*). HIL. trin. 9, 68 levia gravibus et rara densis et liquida solidis sunt -a. CLAVD. rapt. Pros. 2, 115 late -us umor (*sc. visui ut*: MACR. somn. 1, 3, 20 *cornu* tenuatum visui -um *est*). LEO M. serm. 82, 2 ut ... cito -os haberet populos praedicatio generalis.

2 *de eis, quae adiri possunt* (*exempla significantiora; an huc supra l. 4. 46?*): **a** *proprie*: LIV. 10, 34, 8 urbem ... rectis itineribus -am. SEN. dial. 6, 25, 2 *mortui* invicem -i sunt (*antea*: non illos ... maria discludunt). COLVM. 10, 28 *humus horti muris* claudatur, ne sit pecori neu -a furi. CALP. ecl. 1, 15 -a ... fecit sacraria Fauni. PLIN. nat. 2, 172 *terrae zonae* inter se non -ae. SIL. 8, 534 Poeno non -a Nola. TAC. ann. 12,31,3 locum ... saeptum agresti aggere et aditu angusto, ne -us equiti foret (IORD. Get. 286 nonnulla ... loca Illyrici inaccessibilia sibi primum tunc -a faciunt). APVL. apol. 75, 2 cubiculum adulteris -um. mund. 34 p. 364 *quasdam regiones* desidia maris pedestri accessu -as factas. SOL. 24, 12 *Atlantis* apex Perseo et Herculi -us, ceteris inaccessus. AVR. VICT. Caes. 4, 3 *Caligula* -um mare theatris curribusque ... efficere contendit. MACR. Sat. 7, 12, 15 in vase pleno et ideo aëri minus -o. VAL. CEM. hom. 1, 2 quid latroni non -um *est*? IORD. Get. 10 *Britannia* -a deinceps mercimoniis ... facta.

b *translate*: **α** *exempla varia*: SEN. benef. 2, 29, 5 cui *animo* nihil non ... -um est. epist. 102, 22 nullum non cogitationi -um tempus. TAC. ann. 13, 4, 2 nihil in penatibus suis venale aut ambitioni -um. 15, 59, 3 cruciatui aut praemio cuncta -a esse. HIL. in Matth. 33, 8 *gentilium pectus* nullo antea ingressu timoris dei -um (CLAVD. 26, 130 nulli -a culpae pectora Fabricii). RVT. NAM. 1, 62 tantum virtuti -a terra tuae, *Roma.* CASSIOD. var. 1, 15, 2 -ae sunt ... iniuriis facultates absentium. 4, 9 *orphanorum* adulescentia -a videtur incommodis. **β** *-um est c. inf.*: HIL. c. Aux. 5 *ut sit* antichristo iam -um Christum eum esse se fallere. in psalm. 91, 6 huic *Christo* dei ... voluntatem nosse -um est. *inf. subaudiendo* (*nisi fallimur*): AVG. conf. 6, 8, 13 cum forte de prandio redeuntibus -um esset, *sc. Alypium alloqui, illicere* (per viam *var. l.*, -us *ed. Maur.*; -um *sc. amphitheatrum proponit O'Donnell, 1992, ad l.*).

B *neutr. pro subst. fere i. q. locus -us* (*in imagine l. 27. 43 sq.; c. negatione l. 41; accedit gen. rei l. 42. 44 sq., gen. hominum permeantium l. 35*): **1** *de locis, quae homines facile vel frequenter permeant, penetrant* (*cogitatione l. 27*): **a** *sing.*: PLAVT. Aul. 438 angulos ⟨in⟩ omnis mearum aedium ... -um facitis (-am *var. l.*, -a *Blase*). Pseud. 760 nunc liquet, nunc defaecatumst cor mihi, nunc -umst (*cod. D*[3], -ast *cett., unde* -amst *Spengel*). VARRO ling. 5, 145 *fundulae* exitum non habe⟨n⟩t ac -um non est. LIV. 30, 10, 6 *iuncturis navium* tabulas ... superinstravit, ut -um in totum navium ordinem esset. FEST. p. 371 (*de vico quodam*) ita aedifica⟨n⟩t, ut in eo aedificio -um sit, quo itinere ... habeant accessum. PLIN. nat. 5, 12 (*de monte Atlante*) -um ... famā (fam(a)e *var. l.*) videri potest. TAC. hist. 3, 8, 1 interiectus exercitus Raetiam ..., ne -um illā Germanicis exercitibus foret, obsaepserat. PASCHAS. verba patr. 12, 1 ut fiat mare -um ad me venientium feminarum (*gr. Cot. p. 361*[C] *ὁδὸν γυναικῶν, Vitae patr. 5, 2, 7* viam mulierum). GREG. TVR. Franc. 3, 9 *portis civitatis obseratis*, unde ingrederetur, -um patulum non *habebat.* 3, 37 ut torrentes concatinati gelu -um populis *praeberent.* 9, 32 (*bis*). glor. conf. 59 sepulchrum ... -um arcebat ingredientum. PACTIO reg. Greg. Tur. Franc. 9, 20 p. 435, 13 quicquid ... in -o illo ... rex ... perciperat. p. 439, 2. CIL XII 2555 L. Tincius ... -um fecit (*sc. per rupem*). **b** *plur.*: GRATT. 343 curvae rumpant ṇon -a falces *venatoris.* CE 1522A, 84 (*saec. II?*) *Pharos* demonstrat -a Nili. FORTVN. AQVIL. in euang. 2 l. 36 ut ..., qui ⌞-a⌟ lascivus currebat, in viam rectam gradiatur (*an abl. sg., sc.* viā*?*). SEDVL. carm. pasch. 4, 234 directi ad -a callis errantem populum ... convertit *Christus* (*cf. op. pasch. 4, 19* in rectum tramitem).

2 *de locis, ubi res penetrare possunt*: CELS. 8, 3, 6 si -um invenit *specillum in osse laeso.* SEN. dial. 1, 6, 9 quacumque vis (*sc. temet percutere*), -um est. nat. 7, 24, 1 quid est, quare in aliqua parte caeli -um non sit? (*sc. cometis*).

II *vi activa fere i. q. penetrans* (*ad vim act. cf.* ob-, praevius): **A** *de rebus*: SIL. 10, 248 (*describitur impetus Poenorum*) qua flatus *Volturnus* agit, qua -us ensis, qua sonipes *eqs.* (perfidus *Delz, v. Mus. Helv. 54, 1997, 168 sq. [inde supra p. 1391, 25 sq.], sed usus novatus fort. defendi potest, cum poeta alios secutus etiam adi.* avius, devius *sensu act. ponat, v. vol. II 1447, 68. V 1, 867, 7. 13*). PERVIG. Ven. 66 *Venus* perque caelum perque terras ... -um sui tenorem seminali tramite imbuit (*cf. Stoic. vet. frg. II n. 447 ὁ διήκων πνευματικὸς τόνος*). CORIPP. Ioh. 1, 357 *in litore* -a saxis unda sonat. **B** *de animante*: APVL. met. 3, 23, 1 (*loq. Lucius sperans se alatum fore*) aquilae sublimis volatibus toto caelo -us (*sc. ero*).

deriv.: cf. perviam. *compos.*: impervius. *Foucher.*

pērula, -ae *f.* *a* pera *deminutive.* [*e coni. dub.* PLAVT. Truc. 535 cedo tu mihi istam, ⌞puere, -am⌟ (*Gruter,* puere perviam *codd.,* purpuram *Bücheler*).] *i. q. parva pera*: **1** *proprie*: DICTVM Cic. Quint. inst. 8, 3, 54 (*ad eum, qui dixit filium a matre in utero latum esse*) quid? aliae in -a solent ferre? SEN. epist. 90, 14 *Diogenes* fregit ... exemptum e -a calicem (*item de pera Cynicorum*: APVL. apol. 22, 4. *cf. p. 1170, 24 sqq.*).
2 *iocose de utero* (*cf. l. 65*): APVL. met. 5, 14, 4 (*sorores ad Psychen gravidam*) quantum, putas, boni nobis in ista geris -a!

cf. Onom.

perum *v.* pirum. *Fl.*

⁑perūnctio, -ōnis *f.* *a* perung(u)ere. *legitur inde a* PLIN. nat., VET. LAT., PLIN. med. *fere apud medicos, frequentant* MARCELL. med., CAEL. AVR. [*restituitur e* punctio CAEL. AVR. acut. 1, 11, 85. 2, 11, 81. chron. 1, 4, 124, *e* superunctio CAEL. AVR. acut. 3, 4, 34.]

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *i. q. actio perunguendi* (*perunguntur animantes eorumve partes, sc. in medendo praeter l. 15; in imagine l. 21*): **a** *usu vario*: PLIN. nat. 24, 131 foliorum sucus cum oleo ... excalfacit ... -e (*cf. Diosc. 3, 98, 2 ἀλειφομένη*). 28, 226 sideratis urina ... nardo admixto -e prodesse dicitur. 30, 84 *aegros* -bus (perunctos *var. l.*) matutinis vespertinisque liberari. PLIN. med. 3, 20, 2. MARCELL. med. 6, 6 adeps ursina ... alopiciis -e inposita. 27, 137 *oleum his* infirmis ad -em ... utile erit (PLIN. phys. Bamb. 66, 6). SORAN. p. 26, 4 *mulierem* -e curata ([*i.* -atam]. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 80 corpus -e[m] curamus). p. 32, 12 -e corpus reficere (*cf. gr. p. 72, 3 τοῦ ἀλείμματος*). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 80 post -em factam ... cibum dabimus (chron. 1, 1, 16 p. -em capiti adhibendus fotus. 1, 4, 103 [*antea*: unctione]. CASS. FEL. 38 p. 85, 2. *al.*). 2, 6, 28 -em adhibemus atque oris collutionem (chron. 1, 1, 28. *al.*). 2, 9, 55 infusionibus et -bus *eqs. al. in religione Iudaeorum*: VET. LAT. num. 4, 16 (cod. 100) *ad curam episcopi tabernaculi pertinet* oleum luminis ... et oleum -is (*gr. τῆς χρίσεως, Vulg.* unctionis). **b** *indicantur unguenta, medicamenta inlinenda sim.* (*quae sunt subi. enuntiati hic illic sub a*): PLIN. med. 1, 21, 1 adipis anserini -o remollit *cervicem*. PS. APVL. herb. 90 l. 25 olei -o (SORAN. p. 44, 17 [*gr. p. 90, 3 ἄλειμμα*]. THEOD. PRISC. log. 116 p. 219, 1 o. ... cum fricatione -o [*v. app. crit.*]. CASSIOD. compl. in Iac. 5, 12 o. sancti -e concessa. VITAE patr. Iurens. 150 *ut* quasi quadam salutaris o. -e ... sanaretur *tristitia* [*antea*: fovebat adloquio]. *cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 3, 57 adhibenda ... -o ex o. calido [2, 1, 19. 4, 3, 23. *al.*]). MARCELL. med. 10, 9 medicamentorum ... -e, id est suco *eqs. al.* **c** *indicatur, ubi unguenta, medicamenta inlinantur sim.* (*sc. per. gen.; cf. l. 34*): MARCELL. med. 14, 55 ad -em faucium. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 202 cum ... totius corporis -e (3, 8, 121 post -em c.).

2 *vergit in notionem q. e. unguentum, medicamentum sim.* (*potiora*): PELAGON. 452 -o ad farcimina; vini *tantum eqs.* (CASS. FEL. 61 p. 150, 16 alimma lexipyreton, id est -o ad febres [p. 151, 7 -o lexipyretos ad causon et ad ... continuam f.]). HIPPOCR. vict. 2 l. 735 -es et mollimentis his, qui sudorem provocent ..., uti (*cf. gr. VI 584 τοῖσι χρίσμασι*). MARCELL. med. 1, 28 prosunt ... huiusmodi -es: ruta *eqs.* (*adde l. 34. cf.* 1, 33 -es ..., quas Graeci synchrismata vocant, et ... *cataplasmata* eiusmodi prosunt: *eqs.*). 8, 7 -es oculorum lippientium ... huiusmodi sunt (8, 8 -o o. ad omnem epiphoram satis utilis). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 85 congruis vaporationibus ... et p⟨er⟩unctione (chron. 4, 3, 46). 2, 18, 105 laxativa -e (*item c. adi. effectum indicante*: 3, 4, 34 tenuabiles atque apertibiles *eqs.; cf. l. 35*). *al.*

perūnctor, -ōris *m.* *a* perung(u)ere. *i. qui perunguit, unctor*: VITAE patr. Iurens. 75 cum *vir sanctus* ... corpusculum *monachi* velut -r quidam ... singulatim membra perlevigans contactu salubri contingeret.

perūnctus, -a, -um *v. sub* perunguo.

?**perundo,** -āre. *a* per *et* undare, *si recte trad.; cf.* inundare. GLOSS. II 343, 9 *καταποντίζω*: demergo, ⌞-o⌟, pessumdo (*an* per⟨s⟩undo *i.* pessum do*? cf. p. 1917, 73*).

perunguen, -uinis *n.* *a* perung(u)ere *sec.* unguen. *i. q. unguentum* (*de oleo benedicto*): VEN. FORT. vita Germ. 51 *caecus* sancto -e perfusus *et sanatus est* (-em, ab eo unguine *al. var. ll.*).

⁸perung(u)o, -ūnxī, -ūnctum, -ere. *a* per *et* ung(u)ere. *de scriptura*: -guo *sim. traditur inde a* CATONE (*praevalet e. g. in codd.* CELSI), -go *sim. inde a* VARRONE, *variant etiam singuli codd. perf. act.* -uncx- DIOSC. 4, 148 p. 70, 4 VITA Nicet. 8. NOT. Tir. 79, 92 sqq. -it. -xit. -tum. *formae ordinis secundi* -es, -et *sim.* SCRIB. LARG. 247 (-itur *Stephanus*). FIRM. err. 22, 4 PLIN. med. 2, 27, 1. *al.*; -eas, -eat(ur) CHIRON 454 (-e eas *trad.*). MARCELL. med. 7, 1. *al.*; -ebis CHIRON 222 MARCELL. med. 35, 30. *al.*; -eto CHIRON 463 MARCELL. med. 19, 10. *al.*; -eri MARCELL. med. 14, 3 PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 2 p. 263, 8. *al.* *forma quasi ordinis quarti* -ibitur MARCELL. med. 1, 17 (-ebitur, -itur *edd. priores*). *legitur inde a* CATONE, CIC., VARRONE, *extra rem medicam multo rarius quam* unguere (*in versibus apud* HOR. [*ter*], OV. [*semel*], MART. [*bis*]. *al.*); *de eis, qui rem medicam vel veterinariam tractant, notavimus haec*: VARRO rust. -o *4 /* unguo *5,* CELS. *17 / 42,* COLVM. *1 / 3,* SCRIB. LARG. *21 / 3,* PLIN. nat. *112 / 21,* PLIN. med. *24 / 6,* PELAGON. *30 / 20,* CHIRON *88 / 12,* VEG. mulom. *50 / 20,* MARCELL. med. *74 / 25,* CAEL. AVR. *32 / 27. compos.* inunguo *spectat plerumque ad curam oculorum, qua in re* -o *raro adhibetur.* [*confunditur in codd. maxime cum* perurgere CVRT. 7, 4, 23 RVFIN. hist. mon. 22, 2, 4. *al.,* ung(u)ere PLIN. nat. 30, 22 PLIN. med. 2, 27, 5. *al.* (*falsa var. l.* VEG. mulom. 2, 149, 3 PLAC. med. 5, 21 rec. *α*).]

fere i. q. penitus vel ubique unguere. praeverbium eo spectare vid., quod tota superficies actione afficitur (*cf.* perfundere, permulcere), *ad perfectionem actionis fort. p. 1884, 19 et* PLIN. phys. Bamb. 82, 63; *saepe autem eius vis evanuit, cf. syn.* unguere *p. 1883, 29. 1884, 12. 18 et v. l. 59 sqq.; vertuntur simplicia graeca p. 1882, 46. 1883, 12. 49. al. distinguitur* perfundere (*quod spectat ad aquam sim.*) *p. 1882, 65. 69. 1883, 6. al.,* (per)fricare *p. 1882, 34. 70,* inlinere PLIN. nat. 24, 186 inlinens -ique prohibens. *transit in usum mediopass. e. g. l. 48. 58. 75. p. 1883, 40; cf. usum reflex.* APVL. met. 10, 21, 1 AMBR. hex. 3, 8, 37 AVG. civ. 22, 8 p. 573, 32. *p. p. p. pro subst. infra l. 48. 71 et saepius. qua re quid -atur, indicatur passim per abl. inde a* CATONE agr. 162, 3 oleo, *per praepos.* ex *e. g.* PLIN. nat. 20, 180. 22, 65 RVFIN. hist. mon. 1, 1, 23, ab GREG. TVR. Mart. 2, 32 p. 621, 2. 21, *per adv.* exinde MARCELL. med. 15, 4 PS. APVL. herb. 114 l. 4, *per nom. l. 59 et p. 1883, 27. acc. graec. q. d. accedit l. 48. p. 1884, 38. in assonantia quadam l. 36. p. 1884, 6. al.*

I *proprie; unguendo tractantur*: **A** *res corp.*: CATO agr. 162, 3 (*agitur de pernis sale conditis*) -ito oleo, suspendito in fumo ...; -ito oleo et aceto commixto ...: nec tinia nec vermes tangent (*sim. ad vitandam putredinem, cariem, robiginem*: PLIN. nat. 14, 135 quod *vacuum* supersit, ... defruto -endum *eqs.* 16, 197 cedri oleo -ta materies nec tiniam nec cariem sentit. 34, 99 [*inde sim.* ISID. orig. 16, 20, 10] aera ... robiginem celerius trahunt ..., nisi oleo -antur. MART. 3, 2, 7. CET. FAV. 19 p. 303 [*cf. Vitr. 7, 1, 6* saturetur]. CLAVD. DON. Aen. 7, 175 p. 27, 17). FEST. p. 355 *cervario veneno* -ere sagitta⟨s⟩ (*cf.* EPIT. Alex. 99 pinnam ... veneno -tam [*gr. Hist. Alex. M. I p. 135, 16 περιχρίσας*]). SCRIB. LARG. 255 *mortarii* pilum ligneum frequenter ... oleo -ere (264. *in praeparatione medicamentorum sim. ut*: PLIN. med. 1, 24, 7 sorbitiunculam ex alica sevo ... -ta[m] dabis. SER. med. 293 ālia ... melle -ta. CHIRON 454 ordeum ... oleo. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 156 collyrium ... felle. ORIBAS. syn. 7, 1, 11 Aa p. 132 motaria [*gr. χρίων, La* superlenis]). PLIN. nat. 17, 266 pice liquida -tis caudicibus *arborum* (*postea*: linunt). 21, 15 *rosa inseritur* mensarum ... deliciis -endis (*sim. -untur cibi coquendi vel lances*: APIC. 4, 2, 4 patinam -es [*al., v. supra p. 717, 29*]. 4, 2, 6 patellam. 6, 8, 12 *pullum.* 8, 7, 1 *porcellum*). 28, 142 illo *adipe* -ere postes ..., ne quid mali medicamenti inferretur. *al.* MART. 8, 33, 3 (*v. supra p. 984, 42*). ANON. med. ed. Piechotta 183.

B *animantes eorumve partes*: **1** *qualibet ratione*: **a** *in corporibus eorumve partibus curandis, firmandis, exornandis sim.*: CIC. Tusc. 1, 113 iuvenes ... veste posita corpora oleo -erunt, ad iugum *ducendum* accesserunt. HOR. epod. 5, 59 senem ... nardo -tum (SCHOL.: ut placendi studio nardo uteretur. *cf.* APVL. met. 10, 21, 1 *matrona* multo sese -it oleo balsamino [*postea*: perfricat *asinum; gr. 51 ἀλείφεται*]). VITR. 2 praef. 1 oleo corpus -xit. CVRT. 7, 4, 23 suco ... artus. PLIN. nat. 9, 26 *delphinus est* unguento -tus. 24, 26 *radix* capillos crispos facit -to capite (*pendent* PLIN. med. 1, 5, 4 *capilli.* MARCELL. med. 7, 1 caput. *sim. ad capillos tollendos vel supprimendos*: PLIN. nat. 30, 133 lacte canis ... -tae partes alios *pilos* non sufficiunt. 32, 76. *al.; ad inficiendos*: PLIN. med. 1, 5, 5 *oleo* caput. PS. APVL. herb. 47 l. 6 herba ... in caput -ta capillos inficit). 24, 165 *helianthide* -i Magos et ... reges, ut fiat corpus aspectu iucundum (*sim.* 25, 129 hoc *antirrino* -tos venustiores fieri [*Theophrast. hist. plant. 9, 19, 2 ἀλειφόμενον*]. PLAC. med. 11, 13 rec. *β moium taurinum* faciem splendidam faciet, dum frequenter -erit [*rec. α* inlinitum]. PS. DIOSC. herb. fem. 63 *si* ex hoc *suco* mulier faciem -eat). APVL. met. 4, 7, 5 *lauti et* oleo -ti mensas ... accumbunt (*gr. 20 ἠλείφοντο*). MAX. TAVR. 39, 1 *Maria* -xit beatum *domini nati* corpus oleo (*cf.* ALTERC. Hadr. et Epict. 32 infans natus -etur). *al.*

b *exempla cetera*: HOR. ars 277 quae *poemata* canerent agerentque -ti faecibus ora, *sc. histriones* (infecti *Diom. gramm. I 487, 29, sed ibid.* 487, 25 [= SVET. frg. p. 6, 16] -ti ora faecibus. SCHOL. -ti: delibuti). OV. ars 3, 756 carpe cibos digitis ... ora nec immunda tota -e manu (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 25 p. 393 *cenantis* manus caeno vel fimo [*gr. p. 176 χρίοντος*]). PLIN. nat. 20, 74 adiciunt Magi suco *cichorii* ... -tos favorabiliores fieri (*in re simili*: 21, 145. 25, 130. 28, 89. *cf. etiam*: 25, 106 hac *herba* -tos inpetrare, quae velint. 28, 106 cinere ... -tos omnibus odio venire). 22, 71 venerem ... concitari ... *radice asphodeli* -tis (*sim. effectu* 28, 262. *contra* 28, 256 si sanguine ricini lumbi -antur mulieri, taedium veneris fieri). APVL. met. 3, 23, 3 cum avem ... -tus, *sc. unguento magico,* induero. *al. subi. est res*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 24 p. 405[B] exhalatio tenuata -et membrana *cerebri* (purget *var. l.; gr. ὑπαλείφει*).

2 *in medendo, sanitate vel incolumitate tuenda sim.* (*tam hominum quam pecorum sim.*): **a** *pro obi. sunt, qui vel quae unguentis afficiuntur, tinguntur sim.* (*obi. subaud. vel absolute l. 74. p. 1883, 11 et* SCRIB. LARG. 232 PLIN. nat. 25, 139. *al.*): **α** *usu vario*: Ⓘ *-untur animantes ipsi* (*exempla inde a* CELSO *selecta*): VARRO rust. 2, 1, 23 perfunditur *pecus aegrotum* aqua et -itur oleo et vino. 2, 7, 14 *pecus equinum,* cum consudarit, -endum *est* oleo. 2, 11, 7 *oves* tonsas recentes ... -unt vino et oleo *eqs.* (*postea*: perinungunt). CELS. 2, 17, 6 -endus ... is *aeger* leniter. 3, 19, 4 *aegrum* -tum perfundere aqua frigida. SCRIB. LARG. 104 non continentibus cibos ... oleo -tis et ... fricatis. PLIN. nat. 20, 142 fasciculum eius *rutae* ... addita aloes uncia -tis sudorem reprimere (*item p. p. p. fere pro subst.*: 23, 92 *hoc oleum* febres ... -tis leviores facit. 24, 30. *al.* PLIN. med. 3, 20, 3 -torum [*v. app. crit.*]). 23, 155 in fatigatione ... suco eo -i *prodest.* 24, 66. 24, 172 si ... homines (*nom.*) -ant dextrorsus. 26, 117 ut per nivem ituris bibere id -ique eo *panace* praecipiant (*inde sim.* PLIN. med. 3, 13, 1). 28, 108

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aegypti -unt adipe *crocodili* aegros suos. 32, 40 *oportet* aegrum XVI luna -i. CHIRON 320 -es eum unctione infra scripta. *et saepe.* Ⓘ *-untur animantium partes vel corpus* (*exempla inde a* CELSO *selecta*): VARRO rust. 2, 9, 14 quidam nucibus ... tritis -unt aures *canum* et inter digitos (VEG. mulom. 2, 95, 2). CELS. 2, 17, 8 moto sudore leviter corpus -endum (3, 19, 2. 3, 20, 3 oleo [*postea*: perfundendum, *sc. aqua*]. PLIN. nat. 26, 138 -tis c. *al.*). 3, 23, 3 *necessarium est aegroti* caput ... oleo ... -ere (6, 7, 1[B] PLIN. nat. 23, 144. 27, 17 contra pilum. 29, 112. *al.* CHIRON 328. *al.; cf. l. 10*). 3, 27, 2[B] ipsa *dolens* pars sine oleo nitro ex aqua -enda *est* (MARCELL. med. 1, 17 dolens capitis pars [1, 19. 1, 20]). COLVM. 11, 3, 38 oleo subinde -ito (*sc. manum ut*: DIOSC. 3, 47 p. 399, 2 manus [*gr. 3, 45, 5 προαλειψαμένους*]. 4, 159 p. 76, 17 [*gr. 4, 164, 3 χρίειν*]. *al.*). SCRIB. LARG. 52 -endae nares erunt bitumine liquido (PLIN. nat. 25, 117 [*cf. Diosc. 3, 78, 1 προδιαχρίσῃ*]. MARCELL. med. 1, 40. *al.*). PLIN. nat. 30, 77 pedibus ... rosaceo -tis (*ibid. iterum* [*inde sim.* PLIN. med. 2, 27, 3]. 30, 78 [*suppl. e* PLIN. med. 2, 27, 3]. PLIN. med. 2, 27, 5. *al.*). PLIN. med. 3, 24, 9 locus *affectus* ... penna -itur (CHIRON 703 PLIN. phys. Bamb. 55, 3 THEOD. PRISC. eup. faen. 58. *al.*). *et saepe.* *indicatur locus -endus per locut. praepos.*: VARRO *l. 4.* MARCELL. med. 26, 32 -es ... coxas et super pectinem. Ⓘⓘ *-untur morbi, dolores, laesiones sim.* (*more medicorum significantes locum affectum vel ipsum aegrotum* [*e. g. l. 29*]): CELS. 5, 28, 19[D] his *rebus* ... vitiligo -itur, deinde ... eluitur. *ibid.* eos *alphos* ... hoc medicamento -unt: sulpuris *eqs.* 6, 11, 5 ulcera -enda sunt melle (PLIN. nat. 27, 106 MARCELL. med. 11, 3). SCRIB. LARG. 227 *haemorrhoides hoc* medicamento -antur. PLIN. nat. 24, 23 *hammoniaco* lassitudines -i ... utile *est* (*cf. Diosc. 3, 84, 3 συγχριόμενον*). 24, 40 *pice* liquida anginae -untur intus et uva (MARCELL. med. 15, 23). 29, 90 vulnera (SER. med. 835 tithymallus ... vulnus contrita -et. THEOD. PRISC. eup. faen. 65 [pr(a)e- *var. l.*]. ORIBAS. syn. 3, 35, 4 Aa p. 858, 24 [*gr. περιχρίων. cf. 3, 35, 5 Aa p. 858, 26* unctus]). 31, 104 fervores ... febrium. *al.* SER. med. 886 ostocopum. PLIN. med. 2, 27, 1 dolor *podagrae* (MARCELL. med. 34, 23 dolores pernionum [*cf.* 34, 25 perniones]). *al.*

β *-itur aliquis, ut arceantur vel fugentur animalia (medicamentum l. 41) venenata, mordacia, nocentia sim.*: HOR. epod. 3, 12 *Medea* -xit hoc *veneno* Iasonem (PORPH. 3, 9 quasi ... ālio -erit Iasonem, ut eum muniret adversus vim taurorum flammas spirantium. *sim.* SCHOL. 3, 9 medicamine. 3, 10). SCRIB. LARG. 270 hoc *acopo* qui -tus erit, etiam a serpente tutus erit (*cf.* PLIN. nat. 25, 118 *sucus* -tos tuetur *a serpentibus* [*Diosc. eup. 2, 135 συγχρίσηται*]. 28, 111 *adeps crocodili* -tos [-tus *var. l.*] a crocodilis tuetur). PLIN. nat. 20, 171 *cunilae* foliis ... ex oleo -to homine fugari serpentes (*sim.* 24, 19 bacis tritis ... si qui -antur. 24, 61. 32, 10 piscium adipe camelos -i ..., ut asilos ab iis fugent). 25, 129 hoc -tos ... *nullo* malo medicamento laedi posse (*cf. p. 1882, 27*). *al.* PLIN. med. 3, 37, 2 erucis ... -tos non mordent *serpentes.* AMBR. hex. 3, 8, 37 culices non tangent te, si ... eo *oleo* te -eris. PS. APVL. herb. app. 13 l. 13 eo *suco* corpus ... si fuerit -tum, a feris non contingitur, canes autem eum fugiunt.

γ *apud Christianos -untur aegri fere oleo benedicto, sacrato* (*imprimis a sanctis, clericis*): RVFIN. hist. mon. 1, 1, 23 *sanctus* benedicens oleum dabat, ex quo -ti sani fierent *infirmi.* 8, 14 *sanctus* ille puerum ... -ens oleo restituit sanum (*gr. 9, 11 χρίσαντος*). 28, 3, 4 (*virgo quaedam arte magica equa esse videbatur*) *sanctus* -ens eam oleo ... virginem videri omnibus ... effecit (*cf. gr. 21, 17 ἤλειψεν. inde sim.* PALLAD. hist. mon. II 9 p. 355[B] a vertice -xit eam [*gr. p. 46, 2 ἐπιχέας, sed ἐπιχρίσας var. l.*]). AVG. civ. 22, 8 p. 573, 32 *virginem,* cum se oleo *quasi sacrato* -isset ..., a daemonio fuisse sanatam. EPIST. pontif. 311 Cabié l. 131 *fideles aegroti* sancto oleo chrismatis -i possunt. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 275[B] *puerum* (*II 10 p. 364[A]* ungens. *gr. p. 55, 5 ἀλείψας*). GREG. TVR. Mart. 2, 32 p. 621, 2 frontem et tempora. *et saepius.*

b *pro obi. sunt ea, quae illinuntur corpori aegrotantis* (*cf. p. 1882, 40*): SCRIB. LARG. 20 hoc medicamentum etiam supra (*sc. non in ipsis oculis*) -tum ... eosdem effectus praestat *eqs.* ([supraperunctum *Lackenbacher,* supra oculos inlitum *Marcell. med. 8, 1. cf. l. 74*]. 247 dilutum -etur). 224 ad condylomata facit bene elaterium ... dilutum et -tum (sucus ... appositus *Marcell. med. 31, 3*). 250 bene facit ... radicis ... sucus ad ... livores -tus (PS. APVL. herb. 11 l. 15 herbae artemisiae s. *al.*). 271 *acopum* idem -tum non patitur perfrigescere artus ([*Marcell. med. 35, 9* cuius perunctio]. CHIRON 280 a. -to hoc *eqs.* [*v. 281* ex hoc ei cerebrum frigas]. *cf.* PLIN. med. 1, 3, 5 ut *decoctum* in acopi modo -atur [*inde sim.* PLIN. phys. Bamb. 6, 15]). PLIN. med. 3, 1, 1 *nervorum offensis* adeps vulturinus ... -itur (MARCELL. med. 18, 7 a. anserina ... -ta [*inde sim.* PLIN. phys. Bamb. 52, 2. *cf. p. 1881, 17*]. ORIBAS. syn. 7, 21, 2 Aa p. 156 [*syn.* superlinitae *et* inlitus; *gr. καταχριόμενον, La* inunctus]). CHIRON 512 haec ... misceto et -ito (*inde* VEG. mulom. 2, 144 *sanguinem* circa plagam ... -es). MARCELL. med. 8, 12 hoc collyrium prodest etiam extra oculos -tum, id est circumlitum (8, 18 c. ... supra [*sc. non in ipsis oculis*] -tum vel inlitum). *et saepe.*

c *c. dupl. obi., sc. -ere aliquem aliquid* (*structura q. d. contaminata, v. Hofmann-Szantyr 44 sq. et cf. p. 1882, 7; exempla potiora; trad. etiam* CELS. 6, 18, 7[B] MARCELL. med. 14, 3. *vix huc pertinet* ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 907 *chalasticum* menstrua, si ... renes et pectines -atur, provocat [-a⟨n⟩tur *legendum videtur*]): CHIRON 145 -es eum (*sc. iumentum*) acetum et rosam *eqs.* 714 hanc unctionem renes -es. 717 ⌞lasar et acetum commixtum⌟ ea (et *cod. Basil.*) loca -es (⌞ ⌟ *nisi acc. absol., v. Ahlquist, Stud. Chiron., 1909, 36*). ORIBAS. eup. 4, 64 Aa p. 580 lactem catulae gingivas -e *eqs.* (*postea*: inline; *gr. 4, 63, 1 περίχριε* [*ἐπί- var. l.*], *La* inlenis).

3 *in ritibus religionis sim.* (*christ. vel iud. praeter* FIRM.; *aliter sub 2aγ*): TERT. bapt. 7, 1 -imur benedicta unctione de pristina disciplina, qua ungui oleo ... in sacerdotium solebant (*cf. postea*: christi dicti a chrismate, quod est unctio. *-untur baptizati ut*: RVFIN. Clement. 3, 67, 4 -tus ... oleo ... sanctificato [unctus *var. l.*]. PASS. Aureae [BHL 808] 9 episcopus chrismate Christi eos -ens). LACT. inst. 4, 7, 6 (*inde* ISID. orig. 7, 2, 2) unguentum, quo -i possent *Iudaei* hi, qui vocabantur ad sacerdotium vel ad regnum (*cf.* TERT. *supra et* OPTAT. 4, 7 p. 112, 9 *David* a Samuele [*postea*: ungeretur]. RVFIN. Clement. 1, 46, 2 Aaron chrismate conpositionis -tus. 1, 46, 3). FIRM. err. 22, 1 a sacerdote *pagano* omnium ... fauces unguentur, quibus -tis *eqs.* (*in eadem re*: 22, 4 [*v. postea*: christos]). HIL. in Matth. 29, 2 *mulier* caput ... eius -xit (*-itur Christus ut*: PS. CYPR. cena 167 dedit unguentum Aaron, -xit Martha. COMM. apol. 267 hunc sanctum sanctorum).

II *in imagine vel translate*: IVVENC. 1, 361 ablutum ... undis Christum flatuque -tum (*cf. 359* perfudit. *spectat ad Matth. 3, 16 et act. 10, 38 ut*: RVFIN. symb. 6 l. 17 *Iesus* sancto spiritu -tus Christus efficitur. *aliter -itur idem*: Clement. 1, 45, 4 hunc *Christum* ... pater oleo -xit, quod ex ligno vitae fuerat sumptum [*cf.* 1, 45, 5 *Christus* pios ... simili oleo -et]). RVFIN. hist. mon. 22, 2, 4 *proximos suos,* velut athletas in agone positos, sermonis consolatione -ere (perurg- *var. l.*). AVG. c. Faust. 13, 17 p. 398, 23 ut hoc melle, *sc. Christo,* ... venenati sui poculi labra -rent *haeretici.* COMM. instr. 2, 28, 4 *magister in fidelibus regendis* terreat in primis, et postea melle -at. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 3, 18 cum ... vos doctrinis ad bona certamina -amus (perurg- *var. l.; gr. I 1, 1 p. 10, 15 ἐπαλείφοντας*). CASSIOD. var. 12, 15, 3 (*agitur de Athenis*) quae *sapientium sedes* aëris puritate -ta ... sensus ad contemplativam partem ... praeparavit. MVTIAN. Chrysost. hom. 17 p. 349 *per cenam dominicam os tuum* -is unguento pretioso et iterum foetoribus illud imples? (*gr. p. 132 χρίεις*). 25 p. 393 vides ex hoc *avaritiae* caeno ... *aliquem* -tum et manus et vultum (*gr. p. 176 ἀναχεχρωσμένον*). GREG. M. moral. 15, 20 l. 38 *rivuli spiritus Christi* charismatis hanc *mentem* mysterio -unt.

deriv.: perunctio, perunctor, perunguen.

compos.: ?supraperungo (*v. p. 1883, 60*). *Breimeier.*

perūnio, -ītum, -īre. *a* per *et* unire. *i. q. penitus unire*: PS. PRIMAS. in I Cor. p. 546[A] *in Christo* ita ... est connexus vel -tus homo deo, ut non iam appareat nisi divinitas.

pervoco, -āvī, -āre. *a* per *et* vocare. [*falso trad.* SEN. dial. 11, 17, 4.] *fere i. q. invocare*: CIL II[2] 5, 789 (*a. 109*) *duovir* populum ... in municipio habitantem et incolas ... balineo gratuito dato -vit.

pervolāticus, -a, -um. *a* pervolare; *cf.* volaticus. *i. qui pervolare solet*: TERT. anim. 46, 13 *daemonum vis* vaga et -a et interim libera est.

pervolitantia, -ae *f.* *a* pervolitare (pervolitans). *i. q. actio pervolitandi, circumactio*: VITR. 9, 6, 1 de mundi circa terram -a (*cf. p. 1885, 3 sqq.*).

pervolito, -āvī, -āre. *a* per *et* volitare. [*e coni.* MANIL. 5, 87 desultor ... ⌞-ans et⌟ equos ludet per terga volantum (*Goold,* per quos labit *trad., alii alia*).]

i. q. volitando percurrere, volitare per aliquid vel intra aliquod spatium (*de motu agitato, inquieto l. 71. 75 sq. p. 1885, 11 sq., apud poetas saepe pro* pervolare [*v. p. 1885, 17*]; *indicatur spatium percursum fere per acc. [nota* iter *p. 1885, 5] vel praepos.* per [in *c. abl. l. 71*], *finis p. 1885, 7; indicatur tantum modus l. 70. 72. p. 1885, 4. 11*): **1** *respicitur motus localis animantium* (*sive avium sive similiter se moventium; de homine currente* MANIL.): **a** *c. acc. spatii percursi* (*loci circumvolati* VAL. FL.): LVCR. 2, 145 variae volucres nemora avia -antes (*sim.* 2, 346). MANIL. 5, 65 *Orione natus* tota ... habitabit in urbe limina -ans (*cf. p. 1885, 42*). VAL. FL. 4, 505 *Harpyiae* primum pavidae Phineia tecta -ant, mox alta petunt. FLOR. Verg. 2, 4 *Triptolemus* terras -vit. CE 734, 5 (*saec. IV*) *mortuus* apertum aethera -ans ... se sustulit alis. **b** *cetera exempla* (*fortasse addas vol. X 2, 1118, 41 sq.*): PRVD. apoth. 957 aerium Manicheus ait sine corpore vero -asse deum. CASSIAN. conl. 8, 12, 1 in quo *aëre* non quieti otiosique -ant *daemones.* SEDVL. epist. 1 p. 6, 6 non semper aquila supra nubes elata -at, sed ... aliquando ... discendit.

2 *respicitur motus rerum*: **a** *variarum*: LVCR. 6, 952 per dissaepta domorum saxea voces -ant. VERG. Aen. 8, 24 lumen ... repercussum

[Foucher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... omnia -at late loca. MANIL. 2, 66 cum spiritus unus ... irriget orbem omnia -ans. ARATOR act. 1, 476 splendoris imago omnia -ans (*sc. Petri transeuntis et umbra aegros sanantis, v. act. 5, 15*). **b** *caeli, signi circumacti* (*cf.* pervolitantia): VITR. 9, 1, 2 ⌊per⌋ quos *polos* -at sempiterno caelum (⌊ ⌋ *vi instr.? aliter supra p. 1141, 31 sq.*). 9, 1, 8 iter ... in mundo Mercurii stella ita -at, uti *eqs.* **c** *doctrinae sim., quae pervulgatur*: IVVENC. 4, 117 regnorum caeli celebratio -bit in cunctas terrae metas. Ps. HIER. epist. Rev. Bénéd. 35, 1923 p. 124, 14 fides apostolica a tua *papae* cathedra per maria -vit. **d** *cogitationis sim.*: CHALC. comm. 252 nostrum intellectum ... -are convexa mundi. CASSIAN. conl. 24, 4, 3 non solum carne, verum etiam mente -ant *monachi, qui cogitationes frenare non didicerunt* (*cf.* 24, 5, 1 velut equi effrenes per diversa -ant *cogitationes*).

deriv.: pervolitantia.

1. ※**pervolo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* volare. NOT. Tir. 75, 96 -at. *in tmesi* LVCR. 4, 203. *scanditur* pervolăturus CARM. Aug. mus. 3, 2, 3. GLOSS. -o: *διΐπταμαι.* -at: *διΐπταται.* *legitur inde ab* ENN., CIC., LVCR., VARRONE, VERG., *in dactylis non nisi formis* -at, -et, *pro aliis substituitur* pervolitare. [*confunditur in codd. c.* praevolare (FIRM. math. 8, 6, 2, *cf.* DICT. 3, 15), provolare (PASS. Macc. 12, 17, *cf.* APVL. met. 8, 27, 4), transvolare (CARM. Aug. mus. 3, 2, 3, *cf.* Fulg. myth. 1, 21), *ceterum c.* pervenire (LVCAN. 8, 753 PASS. Macc. 12, 17 PETR. CHRYS. serm. 2, 1) *et* provocare (CLAVD. carm. min. 26, 10).]

i. q. volando percurrere: **1** *praeverbium spectat potius ad spatium vel iter percursum* (*quod indicatur plerumque per acc. obi. [subauditur l. 29], praepos.* per *l. 33. 41* [*vi distributiva l. 42*], circum *l. 34*): **a** *-ant res*: α *variae* (*sive corp. sive incorp.*): ENN. scaen. 382 crassa pulvis oritur, omnem -at caeli fretum. LVCR. 4, 203 haec (*sc. lux sim.*) ... cernuntur ... per totum caeli spatium diffundere sese perque volare mare. 6, 1060 *res* partim raro ... sunt cum corpore, ut aestus *magnetis* -et intactus. SEN. nat. 2, 54, 3 dum *spiritus* aut rumpit nubes aut ⌊-at,⌋; volutatio autem spiritus *eqs.* (pervolutat *Gercke in schedis*). LACT. opif. 16, 9 tantae mobilitatis est *animus* ..., ut ... maria -et. CLAVD. DON. Aen. 8, 390 p. 172, 30 ut ostenderet, qua vi per venas et medullas Vulcani amoris incendia -verint.
β *sidera*: VITR. 9, 1, 3 *signa* circum terram mareque -antia. 9, 1, 14 *Iovis astrum* minorem quam Saturnus -at cursum (9, 3, 3 *sol autumno* contractiorem diurnum -at c.). MANIL. 2, 959 *templa zodiaca* -at omnis astrorum series. AETNA 232. HYG. astr. 4, 19, 1 *Mars* omnia -at signa.

b *-ant animantia* (*per prosopop. l. 48 sq.*): α *per terram*: CIC. S. Rosc. 19 decem horis ... *tot* milia passuum cisiis -vit. IVV. 1, 60 *auriga* -at axe citato Flaminiam. 6, 398 *mulier curiosa* totam ... urbem. APVL. flor. 21, 5 *viatores* equo per viam concito -ant. FIRM. math. 8, 6, 2 *Orione nati* per omnium limina matutinis ... salutationibus -bunt (*cf. p. 1884, 66*). CLAVD. 10, 292 *equus amore ardens* Pharsalia rura -at. SIDON. carm. 9, 53.
β *per aëra*: VERG. Aen. 12, 474 magnas domini cum divitis aedes -at *hirundo* (*item de avibus*: OV. fast. 2, 252 *corvus* aerium -at altus iter. SEN. Herc. O. 1045). TERT. apol. 23, 3 qui sacras turres -at (*i. arte magica super eas volat*). EVAGR. vita Anton. 21 p. 875 ingens eorum *daemonum* turba istum -at aerem. CLAVD. 22, 409 Fama loquacibus alis -at Oceanum (VEN. FORT. vita Albin. 9, 24).

2 *praeverbium spectat potius ad finem attingendum* (*qui indicatur passim per praepos.* ad *vel* in *c. acc.*, ante *l. 60, acc. loci l. 62. 68. p. 1886, 1, adverbium infra l. 53. 57. 60. 67, finis subauditur sub cβ*): **a** *-ant res*: α *animus sim.*: LVCR. 2, 1047 animi iactus liber quo -et ipse (*sc. extra mundum*). CIC. rep. 6, 29 animus velocius in hanc sedem et domum suam -bit (*sim.* phil. frg. IX 12 [*affertur a* Lact. inst. 3, 19, 6, *cf. ibid.* 7, 8, 6). VARRO ling. 6, 7 ut puncto temporis -et *animus* quo volt. ARNOB. nat. 2, 24 confidis immortales huc animas ... -are. PETR. CHRYS. serm. 2, 1 ad *deum.* 167, 9 *anima paenitens* ad caelum. β *verba prolata, fama sim.*: TERT. adv. Iud. 9, 19 (= adv. Marc. 3, 14 p. 400, 5) 'sagittae tuae ...' (*psalm. 44, 6*): -antia ubique dei praecepta. VEREC. satisfact. 85 -et ante tuos inopis vox fervida vultus. ACT. Petr. 7 fama -vit in urbem ad dispersos fratres. VITA Caes. Arel. 1, 38 sancti viri sancta -vit Romam opinio. γ *vehicula*: PANEG. 3, 14, 5 nuntius venit plurimas naves ... Constantinopolim -asse.

b *-ant animantia aligera*: MANIL. 5, 613 *Perseus* ad cautes -at altas. PLIN. nat. 10, 61 *adventum aut discessum ciconiarum nemo observavit,* quamvis ultra citrave -ent. CARM. Aug. mus. 3, 2, 3 (*fort. Tiberiani*) Pegasus ⌊hinnientem⌋ -turus aethram (*i. hinnitu resonantem*; in nitentem *codd. Aug.*, hinnientem transvolaturus *Fulg. myth. 1, 21*). PETR. CHRYS. serm. 140, 2 *angelus* -at ad sponsam (*i. Mariam*). SEDVL. op. pasch. 3, 25 *diabolus ex puero expulsus* in inferna ... -vit (*carm. pasch. 3, 312* fugit). EVSEB. GALLIC. hom. 19, 1.

c *-ant animantia cetera* (*sc. festinando, properando; in imag. p. 1886, 3.8*): α *indicatur quo*: LVCAN. 8, 753 *Cordus* -at ad truncum *Pompei.* PETRON. 91, 3 raptim ... in hospitium meum -o. FRONTO p. 32, 4 ad vos -bo.

APVL. met. 5, 17, 1 *Psyches sorores* scopulum -ant. PANEG. 11, 8, 1 ad conspectum vestri. FILASTR. praef. 4 *gentes idololatriam deserentes* ad eum *Christum* ... supplices properant -are (*cf.* 107, 12 omnes ad Christi fidem ... -bunt). AMM. 16, 8, 5 *Rufinus* ad imperatoris -at castra. RVFIN. hist. mon. 11, 9, 19 iuvenis ... -ans ad cellulam sancti Heleni. CASSIAN. inst. 4, 29 cum *filius familiae nobilis* ad monasterium -asset. DRAC. Romul. 8, 449 tunc hospes (*sc. Paris*) ad aulam -at Atridis. GREG. M. moral. 31, 36 *antiqui patres* ad ea, quae potuerunt intellegenda perspicere, valuerunt ... -are. *al.* β *subauditur quo*: AVR. Fronto p. 2, 2 me amicum vocas, qui non ... cursu concitato -o? APVL. met. 11, 26, 2 *portum pervenio* ac dehinc carpento -vi (*sc. Romam*). LACT. mort. pers. 36, 1 Maximinus ... dispositis ... cursibus -vit (*sc. ad Bosporum*), ut provincias occuparet. AVSON. 27, 11 (404 S.), 37 valere si voles me, -a (*sc. ad me ut*: 27, 196 [413 S.], 44 *non* moratus -a). QVEROL. p. 38, 1 iam nunc -a et ... vicinum ... ad nos pertrahe. AMM. 24, 3, 2 cum armigera manu -vit *Iulianus* (*sc. ad hostem*).

3 *mero respectu motus velocis, mobilitatis sim.* (*plerumque indicatur aut quo modo aut in quo spatio aut quorsus motus fiat*): **a** *vi locali*: α *-ant res*: OV. fast. 6, 527 rumor ... agitatis -at alis. HYG. astr. 4, 14, 4 *sol* cum inferioribus pariter -ans anno uno duodecim signa percurrit. CLAVD. DON. Aen. 5, 145 p. 442, 12 certantibus nautis navigia -bant. CASSIOD. in psalm. 126, 4 l. 126 *sagitta* cito pervenit ad destinata et -at omnino rectissima (ISID. orig. 18, 8, 1 *sagittis* pinnae ... adglutinantur, ut leves sint et -ent). β *-ant animantia*: VET. LAT. Esth. 3, 13 (cod. 109) *cum scripta* dedisset equitibus velocissimis ⌊-antibus⌋ (*gr. τρεχόντων ἱππέων,* ⌊ ⌋ *om. cod. 151. al., Vulg. aliter*). QVEROL. p. 34, 10 hac atque illac totum per orbem iuxta terras -ant *Harpyiae.* COLLECT. Arian. c. pag. 10, 1 'sp(iritu)s sunt vagi et insinceri' (*Cypr. idol. 6*) -antes et perscrutantes (CHROMAT. in Matth. 41, 2 l. 72 *spiritus immundi* ubique sub momento temporis modo volucrum -ant). HIER. vita Pauli 15 *Antonium* tanta ... velocitate ... cucurrisse, ut ad instar avis -ret. PETR. CHRYS. serm. 103, 2 in aere ... animas aligeras -are (*i. aves, cf.* ISID. orig. 12, 7, 70 *hirundo* per tortuosos orbes et flexuosos circuitus -ans). CONC.^{S} II 2, 1 p. 21, 13 sursum ... atque deorsum -ans *diabolus* (*gr. II 1, 1 p. 36, 10 περιvοστεῖ, altera versio II 3, 1 p. 7, 24* circuit).

b *vi temporali*: AVG. in euang. Ioh. 101, 6 'modicum' (*Ioh. 16, 16*) est ... hoc totum spatium, quo praesens -at saeculum.

deriv.: pervolaticus.

2. pervolo, -velle. *a* per *et* velle. *in tmesi* CIC. Att. 15, 4, 2. *legitur ter decies forma* -lim, *ceterum* -lem CIC. Verr. *et* AVG. (*ter*), *inf.* -le *in orat. obliqua* LIV. 39, 43, 3.

i. q. magnopere velle: **1** *c. acc. c. inf.* (*participio* PLAVT. Curc.): PLAVT. Cas. 862 (*matrona de coniuge*) optunso ore nunc -lim progrediri senem. Curc. 104 ibi ego me -lim sepultam. CIC. Att. 1, 1, 3 est quod abs te mihi ignosci -lim. LIV. 8, 18, 2 illud -lim ... proditum falso esse. **2** *c. inf.*: PLAVT. Epid. 536 -lim mercedem dare *ei,* qui monstret *eqs.* (*in sim. sententia Curc. 590* cupio). CIC. Tull. 6 unum hoc abs te ... -lim impetrare (*postea*: volo). Sull. 23 scire ex te -lim, quam ob rem *eqs.* (Att. 13, 13, 1 [*antea*: scire cupio]. CVRT. 10, 2, 17 AVG. lib. arb. 2, 120). Att. 11, 14, 3 te videre ... -lim (15, 4, 2 ibi te quam primum per videre velim. LIV. 39, 43, 3 illam *mulierem dixisse* ... -le id videre). AVG. lib. arb. 1, 67 -lem abs te audire, quibus documentis *eqs.* **3** *c. coni. nudo*: CIC. Verr. II 2, 72 -lem adessent ii *iudices* qui adfuerant antea (AVG. ord. 1, 3, 8 -lem adesses huic sententiae). Att. 12, 37, 2 Othonem ... convenias -lim. 13, 13, 1 tu autem mihi -lim scribas. *Foucher.*

pervolvo, -vī, -ere. *a* per *et* volvere. NOT. Tir. 75, 88 -it. pervoluent *est vox quadrisyllaba* CATVLL. 95, 6.

fere i. q. vehementer vel perseveranter volvere: **1** *-untur corpora, membra vexanda*: TER. Andr. 777 (*servus ancillae*) *puerum e limine* in mediam viam provolvam teque ibidem -am in luto. SEN. Phaedr. 1097 *Hippolyti* moribunda ... membra -unt rotae. **2** *-itur liber legendus* (*cf. l. 73 sq.*): CATVLL. 95, 6 *Cinnae* Zmyrnam cana diu saecula -ent.
3 *-itur animus aliquid deliberans vel id, quod animo agitatur, consideratur: mediopass.*: CIC. de orat. 2, 149 ut in iis locis ... -atur animus *oratoris.* *transit.* (*pro obi. accedit enunt. interrog. l. 69*): HIL. in psalm. 118 heth 10 p. 428, 23 nihil egit, quod non antea cogitatione -erit (*cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 13, 3 causam ... facti accusante ac defendente invicem cogitatione -ens). RVFIN. Clement. 1, 33, 1 *cum* id ... secum intenta mente -ret. PETR. CHRYS. serm. 105, 9 *Iudaeus* caelestes sensus intellegentia terrena -it. 160, 2 magus, quid ubi videat, profundo stupore -it: ... in deo hominem, in homine deum.

pervolūto, (-āvī), -ātum, -āre. *a* per *et* volutare. [*e coni.* SEN. nat. 2, 54, 3, *v. p. 1885, 30.*] **1** *act. i. q. volutando percurrere* (*sc. libros, cf. l. 61*): CIC. de orat. 1, 158 legendi etiam poetae, ... artium ... scriptores ... -andi *sunt.* Att. 5, 12, 2 meos cum ... *amico* nostro -as libros. **2** *mediopass. i. q. volvendo circumagi*: APVL. met. 8, 14, 2

[Fl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mulier ferro percussa corruit et in suo sibi -ta sanguine ... animam *efflavit.*

pervomo, -ere. *a* per *et* vomere. *i. q. (penitus) vomere*: ORIBAS. syn. 1, 18, 10 Aa p. 63, 5 qui vomire habet, non cesset ..., donec omnia -antur (*gr. et La aliter*).

pervoro, -āre. *a* per *et* vorare. *i. q. devorare*: GAVDENT. serm. 19, 26 ne sub indumento ovis lupus ad -andum gregem domini introiret.

pervors-, pervort- *v.* pervers-, pervert-.

perurbānus, -a, -um. *a* per *et* urbanus. *i. q. valde urbanus, sc. elegans, politus: de hominibus* (*acerbe dictum* CIC. Att.): CIC. de orat. 1, 72 C. Lucilius ..., homo ... doctus et -us (*item de eodem*: 2, 25). Brut. 239 L. Torquatus elegans in dicendo ..., toto genere -us. Att. 2, 15, 3 si solus non potuero (*sc. esse*), cum rusticis potius quam cum his -is. *de oratione*: CIC. Brut. 273 faceta et -a ... oratio *Caelii.*

adv. **perurbānē.** *i. q. modo valde urbano*: SIDON. epist. 5, 17, 9 respondit ... -e. 9, 9, 6 sic ... dona vestra detexit, ut -e quae praestantiora portabat operuerit. *Fl.*

2 *agitur de calceamentis, vestitu:* **a** *ipsius -is:* **α** *exempla varia:* NAEV. trag. 54 diabathra in pe[cu]dibus habebat, erat amictus epicroco. LVCIL. 1161 -bus laeva Sicyonia demit honesta (OV. ars 2, 212 soleam. met. 3, 168 vincla duae *nymphae* -bus *Dianae* demunt). RHET. Her. 1, 13, 23 soleae ligneae in -bus inductae sunt (*signum damnati; sim.* CIC. inv. 2, 149). VARRO Men. 180 -es corrigiis compedio. 267. CIC. Arat. 24 -es vinctos talaribus (or. frg. A 14, 24 cum vincirentur -es fasciis. OV. ars 3, 624 CVRT. 8, 9, 21). de orat. 1, 231 si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles atque apti ad -em. fin. 3, 46 si cothurni laus illa esset ad -em apte convenire. CATVLL. 61, 10 *Hymenaeus* niveo gerens luteum -e soccum. LVCR. 4, 1125 pulchra in -bus Sicyonia rident. VERG. Aen. 4, 239 *Mercurius* -bus talaria nectit (MART. CAP. 1, 9). 4, 518 *Dido* unum exuta -em vinclis. 8, 458 Tyrrhena -um circumdat vincula plantis. CIRIS 169 non teneris -bus Sicyonia servans. HOR. sat. 1, 3, 32 male laxus in -e calceus haeret. epist. 1, 10, 43 calceus ... si -e maior erit. TIB. 1, 3, 92 nudato (CELS. 7, 26, 5[C] HIER. epist. 39, 4, 6). 1, 5, 66 vincla ... de niveo detrahet ipse -e. 1, 8, 14 frustra iam ... ansa ... compressos colligat arta -es. PROP. 2, 29, 40 in laxa nixa -em solea. OV. ars 1, 516 *ne* vagus in laxa -s tibi pelle natet. 3, 271 -s malus in nivea semper celetur aluta. met. 4, 666 pennis ligat ille *Perseus* resumptis parte ab utraque -es. fast. 6, 412 -e velato. Ib. 346 *Lycurgus,* in gemino dispar cui -e cultus erat (*de re v. LIMC VI 1, 317*). *al.* LIV. 24, 7, 5 tamquam laxaret ... -em ab stricto nodo. MANIL. 5, 519 -bus niveis fulserunt aurea vincla. CELS. 3, 6, 9 crura -esque *aegri* contegere. 3, 16, 1 involutis -bus. PHAEDR. 1, 14, 16 *sutor,* cui calceandos nemo commisit -es (MARCELL. med. 29, 26 ut sinistrum -em semper prius calciet. *al.*). *al.* **β** *accedit adi.:* TER. Phorm. 106 nil aderat adiumenti ad pulchritudinem: capillus passus, nudus -s, ipsa horrida (POLLIO Cic. fam. 10, 32, 3 SALL. Iug. 94, 1. HOR. sat. 1, 2, 132 *adulter deprensus fugit* -e n. 1, 8, 24 Canidiam -bus n. passoque capillo [*item in ritu magico vel divino*: OV. fast. 6, 397 COLVM. 11, 3, 64 PETRON. 44, 18 PLIN. nat. 24, 103. *al.*]. epist. 1, 19, 12 siquis voltu torvo ferus et -e n. ... simulet ... Catonem. *et saepe. cf l. 6. 26. p. 1898, 16*). OV. am. 3, 13, 26 auratos. IVV. 6, 159 mero (*v. vol. VIII 848, 39 sq.*). TAC. ann. 2, 59, 1 intectis (APVL. met. 9, 20, 4. 9, 30, 3 nudis et i.). *al.* **γ** *pendet e subst. vel adi.:* OV. am. 3, 1, 14 *Tragoediae* Lydius alta -um vincla cothurnus erat (VAL. FL. 3, 436 vincula ... -um. IVVENC. 1, 339. *al.*). ars 1, 530 nuda -em (met. 7, 183. *cf.* MART. CAP. 6, 578 *sapientes* -bus nudos). COLVM. 1, 8, 18 -um ... tegumina (TAC. ann. 1, 41, 2 tegmine. AMM. 22, 9, 11. 26, 6, 15. *cf.* APVL. flor. 9, 21 tegumenta). PLIN. nat. 28, 38 calciamentum dextri -is (ARATOR act. 2, 80). TERT. pall. 5, 2 calceos ... immundissimam -um tutelam. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 56 ornamentum. *al.*

b *totius hominis, sc. vestitur homo ad -es (cf. p. 1899, 12):* ENN. ann. 362 pendent peniculamenta unum ad quemque -um. VERG. Aen. 1, 404 -es vestis defluxit ad imos. TIB. 1, 6, 68 sit ... casta ..., quamvis non vitta ligatos impediat crines nec stola longa -es. 1, 7, 46 fusa ... ad teneros lutea palla -es. PROP. 3, 17, 32 (*ad Bacchum*) feries ... veste fluente -es (VAL. FL. 1, 385). OV. am. 3, 13, 26 tegit auratos palla superba -es (ars 1, 32 [= trist. 2, 248]). Pont. 3, 3, 52 *meretrices* quarum nec vitta pudicos contingit crines nec stola longa -es. SEN. contr. 2, 6, 2 laxior usque in -es demittitur toga (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 28 stola ... ad imos -es demissa). SEN. Oed. 553 lugubris imos palla perfundit -es (*cf.* MART. 7, 33, 3 deiecto ... -es perfundis amictu). CVRT. 8, 9, 21 corpora usque -es carbaso velant *Indi. al.*

3 *respicitur valetudo, curatio -um:* **a** *indicatur status valetudinis vel describuntur morbi, vulnera (selecta post* NEP.): PLAVT. Bacch. 929 *expugnatio Troiae* non -bus termento fuit praeut ego erum expugnabo meum ([*sed ποδόψηστρον intellegit Moretti, Maia 40, 1988, 135, ut spectet ad 4*]. *cf.* TIB. 1, 9, 16 deteret invalidos ... via longa -es. PLIN. nat. 30, 80 subtritos et hominum et iumentorum -es [VVLG. deut. 8, 4]. MARCELL. med. 14, 45 ad ulcera in -bus subtrita calciamentis). Merc. 595 si podagrosis -bus esset Eutychus, iam a portu rediisse potuit (*cf. e. g.* PETRON. 132, 14 podagrici -bus suis maledicunt). Most. 360 ut offigantur bis -es *in cruce,* bis bracchia. CIC. Brut. 130 cum remiserant dolores -um (fam. 6, 19, 2 -um doloribus adficitur. CELS. 5, 18, 34. *al.; cf.* CIC. Tusc. 2, 44 nihil ... dolet, nisi -s [LVCR. 3, 110 -s ... aegri. VARRO rust. 1, 2, 26. *al.*]. 2, 52 -s condoluit. SEN. epist. 68, 7 -es dolor repetit. HIPPOCR. mul. 1 l. 626 in ... -bus dolor *est*). fam. 9, 23 te in lecto esse, quod ex -bus laborares (*cf.* CELS. 5, 26, 28[C] -e laborante [SEN. epist. 95, 20 *Hippocrates* feminis nec capillos defluere dixit nec -es laborare]. ANON. de taxone l. 61 rec. *α* -bus non laborabis). LVCR. 3, 528 in -bus primum digitos livescere et unguis, inde -es et crura mori. 6, 658 opturgescit ... subito -s (*cf.* VERG. catal. 13, 40 -es inedia turgidos [SEN. epist. 68, 8]. Aen. 2, 273 -es ... tumentis. CELS. 2, 7, 5 tumor in -bus est [2, 7, 35]. 3, 25, 1 -es intumescunt [4, 15, 2]. SEN. Oed. 813 *Oedipus* tumore nactus nomen ac vitio -um [PLIN. nat. 24, 49. 35, 195. *al.*]). *al.* SALL. Catil. 59, 4 -bus aeger (SEN. epist. 95, 20 PETRON. 96, 4 QVINT. inst. 6, 3, 77. *al.; cf.* GELL. 19, 10, 1 *hominem* -es ... aegrum. 20, 1, 30 -bus ... aegris *esse*). hist. frg. 2, 26 captum -bus (LIV. 43, 7, 5 EPIGR. Bob. 56, 1. *al.*). 5, 6 luxo -e (*cf.* PLIN. nat. 20, 105 luxata in -bus ... sanant *bulbi.* 22, 74 luxatorum -um. FIRM. math. 8, 29, 13 luxabunt -es. VITA Caes. Arel. 2, 25). NEP. Ages. 8, 1 claudus altero -e (*al., v. vol. III 1314, 50 sqq.; cf.* HOR. carm. 3, 2, 32 -e ... claudo [LIV. 7, 39, 12 -s alter ex vulnere claudus. IVST. 3, 5, 5. *al.*]. OV. am. 2, 17, 20 quamvis ... turpiter obliquo claudicet ille *Vulcanus* -e [FIRM. math. 8, 28, 6 de -bus. HIST. AVG. trig. tyr. 33, 2 uno -e. *al.*]). Phoc. 4, 1 cum propter aetatem -bus iam non valeret. TAB. devot. (CIL I[2] 2520) 36 Proserpina Salvia, do tibi ...

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ploti crura, tibias, -es ..., ni possit stare sua virtute (*item in devotione*: TAB. devot. Audollent 135 [*saec. II?*] A 3. B 4. *cf. p. 1900, 51*). MAECEN. carm. frg. 4, 1 debilem facito manu, debilem -e (TERT. pudic. 21 p. 270, 18. *al.; cf.* SEN. suas. 7, 3 vives, sed debilita⟨bu⟩ntur -es [FIRM. math. 7, 20, 10]. TAC. hist. 1, 9, 1 debilitate -um [GELL. 4, 2, 4 MART. CAP. 6, 674]). OV. ars 2, 698 laedunt nudos prata novella -es (PHAEDR. app. 16, 14. *al.*). LIV. 41, 4, 6 -e saucio. VITR. 8, 3, 6 -bus vitiosi (*cf.* PAVL. FEST. p. 12 qui propter vitium crurum aut -um plantis insistunt [SEN. Oed. 813 PLIN. nat. 20, 18. *al.*]). SEN. contr. 10, 4, 3 illi fractos -es (HIST. AVG. Comm. 10, 6 quibus ... singulos -es fregisset. *al.*). CELS. 2, 7, 36 solent ... in gravi morbo -es cum digitis ... nigrescere: quod si non est mors consecuta ..., -es tamen decidunt. SEN. dial. 5, 33, 3 distortis -bus (epist. 53, 6 [dextros *trad.*]. SVET. Galba 21 manibus -busque articulari morbo distortissimis). epist. 120, 16 nos ... -es vexant. CVRT. 5, 5, 6 -bus ... amputatis (CYPR. mortal. 14. *al.*). 7, 3, 13 *nix* adussit -es. PLIN. nat. 7, 45 adversa -um valetudine (SCHOL. Cic. Bob. p. 94, 32. *al.*). 20, 16 clavis -um (22, 127 callo clavisque. *al.; cf.* 20, 184 clavis in -bus). 20, 101 rimas -um (22, 70. *al.*). 22, 135 morbo -um (22, 150. 23, 58). MART. 12, 48, 10 carnifices ... -es. *al.* **b** *agitur de sanatione, curatione*: CARM. Varro rust. 1, 2, 27 medere meis -bus; terra pestem teneto, salus hic maneto in meis -bus (*item verbis curatur* MARCELL. med. 36, 70 dices: 'fuge, fuge podagra ... de -es meos'). CELS. 4, 14, 2 frictione uti ... in bracchiis et -bus. 4, 31, 6 sunt ... plura idonea manibus -busque malagmata. 5, 18, 7[A] prodest *malagma* impositum ... -bus dolentibus. *al.* SCRIB. LARG. 158 aloe ... per pinnam -bus inducta. 162 ad ... podagram torpedinem ... vivam ... subicere -bus oportet *eqs. al.* PLIN. nat. 20, 18 *rapum* frigus pellit e -bus. 22, 120 siccatis -bus *podagrosi.* 22, 125 *farina* sanat ... -es (PLAC. med. 6, 3 rec. *α*). 30, 77 -bus ante rosaceo perunctis (*ibid. iterum. al.*). *al.* SVET. Aug. 82, 2. AVR. Fronto p. 1, 15 -em ... adtrectare sensim, in balneo fovere. *al.*

4 *respicitur munditia, perfusio sim. -um* (*cf. p. 1896, 46*): **a** *varia exempla*: PLAVT. Persa 792 ferte aquam -bus. FAB. PICT. Non. p. 544, 22 aquam manibus -busque dato. PACVV. trag. 244 cedo tuum -em ⟨mi⟩, ... ut pulverem ... abluam. VARRO ling. 5, 119 pelvis pede⟨l⟩uis a -um lavatione. 9, 107 dicimus lavo manus, sic -es (HOR. sat. 2, 3, 21 quo ... -es lavisset Sisyphus aere. FEST. p. 161. *et saepius*). CIC. Tusc. 5, 46 *nutrix* Vlixi -es abluens. CATVLL. 65, 6 alluit unda -em. PROP. 1, 20, 8 sive Aniena tuos tinxerit unda -es, sive Gigantea spatiabere litoris ora (OV. met. 4, 343. *al.*). 4, 4, 78 inmundos (*sc. rusticorum*). OV. epist. 18, 100 ne fieret prima -s tuus udus aqua (trist. 3, 10, 40. CE 2054, 5 [*Pompeis*] abluat unda -es, puer et detergeat udos. CALP. ecl. 2, 14). *al.* CVRT. 8, 9, 27 odoribus inlinuntur -es *regis.* PETRON. 70, 8 pueri ... -es ... recumbentium unxerunt (VET. LAT. Luc. 7, 46 [cod. 3. *al.*]. *al.*). *al.* **b** *locutiones proverbiales*: GELL. 1, 9, 8 (*loq. Taurus*) isti, qui repente -bus inlotis ad philosophos devertunt (17, 5, 14 i., quod aiunt, -bus et verbis reprehendit ... orationem. MACR. Sat. 1, 24, 12). RVFIN. Basil. reg. 6, 2 immundis, ut aiunt, -bus ... introire ... in sancta doctrinae ([*Migne gr. 31, 944*[C] *ἀνίπτοις ποσίν*]. Greg. Naz. orat. 1, 8, 1 i., ut dicitur, -bus inruentes [*Migne gr. 35, 416*[B] *ἀνίπτοις χερσίν*]). **c** *respicitur mos vel ritus, quo -es aliorum lavantur (sc. in sacris script. et apud Christianos, apud paganos v. e. g. l. 32 sq.; ad rem v. Kötting, RAC VIII 743 sqq., praesertim 761 sqq.): in sacris script.*: VET. LAT. gen. 18, 4 (Ps. Aug. spec. 141. *al.; Abraham ad hospites*) sumatur ... aqua et laventur -es vestri (*gr. νιψάτωσαν,* VVLG. lavate -es vestros). Ioh. 13, 14 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) si ... lavi vestros -es ego ..., et vos debetis alter alterius lavare -es. I Tim. 5, 10 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *vidua* in operibus bonis testimonium habens, ... si sanctorum -es lavit. *inde apud ecclesiasticos*: TERT. uxor. 2, 4 l. 16 *quis sinat coniugem* aquam sanctorum -bus offerre? AMBR. sacr. 3, 1, 4 summus sacerdos -es tibi *baptizato* lavit. RVFIN. Orig. in gen. 4, 2 p. 53, 4 docet ... te per haec Abraham ..., ut laves hospitum -es. AVG. epist. 55, 33. REGVLA mag. 30, 3 dicat abbas ...: 'lavate fratribus, eudomarii, -es.' *al.*

5 *-es tanguntur, apprehenduntur more quodam sollemni*: **a** *ut indicentur affectus sim.*: **α** *amor* (*cf. p. 1898, 69*): NAEV. com. 77 alibi manus *mulieris* est occupata, alii pervellit -em. PLAVT. Asin. 775 suspiciones omnes ab se segreget neque illaec ulli -e -em homini premat. OV. am. 1, 4, 16 clam mihi tange -em. ars 1, 606 leviter ... admotus eunti ... -e tange -em. **β** *affectus vel voluntas subditi, venerantis: supplicantis* (*cf. D2c*): RHET. Her. 4, 28, 38 cum tibi -es mater amplexaretur, non es commotus? (*cf.* OV. epist. 16, 272 amplecti [met. 9, 607 HIER adv. Pelag. 1, 39 l. 50]). VERG. Aen. 2, 673 complexa -es in limine coniunx haerebat parvumque patri tendebat Iulum (LVCAN. 10, 89 PANEG. 3, 21, 4). PROP. 4, 8, 72 vix tangendos praebuit illa *Cynthia* -es. OV. ars 2, 534 ad teneros oscula ferre -es. VAL. MAX. 8, 1 absol. 6 cum ... prostratus humi -es iudicum oscularetur *reus.* SEN. Thy. 518 hae te precantur -bus intactae manus. Tro. 692 sq. (*Andromacha ad Vlixem*) quam ... nullius -es novere dextram -bus admoveo tuis. *al.* *aliorum*: HOR. carm. 2, 19, 32 *Cerberus Bacchi* recedentis trilingui ore -es tetigitque crura. SEN. benef. 2, 12, 1 *Caligula consulari* agenti gratias porrexit osculandum sinistrum -em. MART. 14, 107, 2 tigris perfusos domini lambere docta -es (CLAVD. 1, 190 *Delos* notos lambit amica -es *Dianae Phoebique*). SVET. Otho 12, 2 manus ac -es *Othonis mortui* ... exosculati. VET. LAT. Luc. 7, 38 (cod. 8. *al.* = VVLG.) *peccatrix* osculabatur -es eius et unguento unguebat. HIER. epist. 38, 2, 2 *Christi* amplexare -es. *al.*

b *ut corpus trahatur sim.*: PLAVT. Rud. 660 proripite hominem -bus. CIC. Att. 4, 18, 2 fratrem mecum et te si habebo, per me isti -bus trahantur (fam. 7, 32, 2 trahantur per me -bus omnes rei. LIV. 24, 22, 9 -bus tractum ... relinquere tyrannidem ... debere [*i. non nisi coactum*]. HOMER. 998 DRAC. Orest. 720. *al.*). VERG. Aen. 8, 264 -bus ... informe cadaver protrahitur. ATELL. inc. 5 Orcus vobis ducit -es (*sc. ad mortem trahit vel dirigit*). SVET. rhet. 30, 1 *aedilis* -bus e tribunali detractus est. *al.*

6 *indicantur partes -is* (*notabiliora*): **a** *planta*: VERG. Aen. 7, 690 vestigia nuda sinistri instituere -is (OV. met. 5, 592 VITR. 4, 1, 6. FEST. p. 210 pedam vestigium humani praecipue -is appellasse antiquos [*nisi ad p. 1904, 53*]. PAVL. FEST. p. 370 volae vestigium medii -is concavum. VAL. MAX. 9, 1 ext. 7. *al.*). 8, 458 -um ... plantis (FEST. p. 231 APVL. met. 11, 13, 4. *al.*). VITR. 3, 1, 3 a -bus imis (PLIN. nat. 29, 75. *al. [aliter p. 1896, 34. 40]. cf.* GERM. 81 ima -um [PHYSIOGN. 6. *al.*]. CELS. 8, 22, 1 ima pars -is). FEST. p. 301 *solea* solo -is subicitur. CELS. 5, 28, 14[B] in palmis vel inferioribus -um partibus (*sim.* 5, 28, 14[C]). *al.* **b** *pars anterior vel digiti*: OV. am. 3, 2, 64 cancellis primos inseruisse -es (*cf.* HYG. astr. 3, 9 in -e primori [priori *var. l. ut* 3, 21]). met. 4, 343 summa -um taloque tenus vestigia tingit. 11, 71 -um digitos (VITR. 3, 1, 3 PAVL. FEST. p. 95. *al.; cf.* CELS. 3, 25, 2 digiti in manibus -busque [*sim.* PLIN. nat. 26, 7. *al.*]. PLIN. nat. 26, 105 digitorum in -bus rimis. FRONTO p. 76, 9 dolore digitorum in sinistro -e). PAVL. FEST. p. 102 pollex -is (PETRON. 73, 4 -um extremos p. tangere. PLIN. nat. 28, 43. *al.; cf.* PLIN. nat. 7, 20 pollex in dextro -e [28, 42 pollex in -e praeligatus proximo digito. PLAC. med. 17, 8 rec. *β*]). VAL. MAX. 9, 2 ext. 2 prima -um parte succisa (*si recte trad.*). CELS. 8, 20, 2 -s ultimus. SEN. Tro. 1081 in fastigio erecta summos (summo *E*) turba libravit -es (PERS. 3, 108 s.que -es attinge manusque, non frigent. *al.*). HYG. astr. 3, 7 extremum -em sinistrum eius *sideris* (FIRM. math. 8, 4, 11 usque ad extremos ... -es *Aquarii [anne ad -es, extrema corporis?]. al.*). *al.*

7 *agitur de positione -um vel corporis*: PLAVT. Asin. 301 nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per -es (*explicatur* 303 ad -es quando adligatumst aequom centumpondium. *cf.* Cas. 390 ut ... -bus pendeas). NOVIVS Atell. 81 mammas teneas, -es extollas, savies (*in re veneria ut*: CIC. Att. 2, 1, 5 [*antecedentia v. p. 1915, 11*] noli ... de uno -e sororis queri; licet etiam alterum tollas [PETRON. 55, 6 vers. 11 ut matrona ... tollat -es ... in strato extraneo. MART. 10, 81, 4. 11, 71, 8. *aliter l. 60*]. *cf. l. 48. 65*). VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 *infantes nondum nati* contra naturam ... conversi in -es (*sim. de situ fetus*: CELS. 7, 29, 3. *al.* PLIN. nat. 7, 45 in -es procidere nascentem contra naturam est. 7, 46 Neronem ... -bus genitum. *al.*). CATVLL. 15, 18 *te* attractis -bus patente porta percurrent ... mugiles (CIL IV 1261 futuebatur civium Romanorum a. -bus cun(n)us). 17, 9 quendam ... de ... ponte ire praecipitem in lutum ⌞per caputque -esque⌟ (*i. κατωκάρα? alii totum hominem circumscribi putant*). VERG. Aen. 10, 587 *Lucagus* proiecto ... -e laevo aptat se pugnae (*item de statu pugnantis*: VEG. mil. 1, 20, 22 cum missilibus agitur, sinistros -es in ante milites habere debere. 1, 20, 23 cum ... gladiis pugnatur, tunc dextros -es in ante milites habere debent). VITR. 3, 1, 3 manibus et -bus pansis. MANIL. 2, 199 aspice Taurum clunibus et Geminos -bus ... surgere (*sim. de ortu occasuve siderum*: GERM. 596 *Arctophylax* occulitur -bus. HYG. astr. 3, 3 *Arctophylax* erectus a -bus pervenit ad terram. 3, 21 *Gemini* occidunt directi a -bus. *al.*). CELS. 2, 6, 5 deorsum ad -es ... delabitur *aeger.* 2, 7, 15 -es inter se ... implicant. *al.* PETRON. 117, 12 tollebat ... altius -em et strepitu obsceno ... viam implebat. PLIN. nat. 7, 46 mos est -bus efferri. QVINT. inst. 2, 13, 9 demissa bracchia et iuncti -es (*item de statu oratoris*: 11, 3, 124 eandem manum ac -em proferre deforme est. 11, 3, 159 aequi et diducti paulum -es. *al.*). GELL. 9, 4, 6. APVL. met. 3, 1, 2 complicitis ... -bus *sedens* (*eadem iunctura* 9, 40, 5 *de asino*). 10, 10, 2. HIER. epist. 22, 6, 3 divaricabit -es suos omni transeunti (*spectat ad* VVLG. Ezech. 16, 25 divisisti -es tuos omni transeunti et multiplicasti fornicationes tuas). *al.*

8 *varia selecta*: PLAVT. Cas. 465 hodie hercle, opinor, hi conturbabunt -es (*de amantibus ut*: OV. am. 1, 4, 44 nec femori committe femur nec ... cum -e iunge -em. *cf. l. 42. 65. p. 1897, 62 sqq.*). CIC. de orat. 1, 28 quod ille *Socrates* durissimis -bus fecit, ut se abiceret in herba ..., id meis -bus certe concedi est aequius (*al., v. vol. V 1, 2304, 72 sq.; item de duritia*: CATVLL. 68, 70 molli. CIRIS 169 teneris [507 TIB. 1, 7, 46. 1, 9, 30 PROP. 1, 8, 7. *al.*]. *al.*). TIB. 1, 6, 38 non saeva recuso verbera, detrecto non ego vincla -um (*item vinciuntur -es*: PROP. 4, 8, 80 Lygdamus ... veneat et -bus

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vincula bina trahat. MANIL. 5, 551 astrinxere -es *Andromedae* scopulis. FEST. p. 165. PETRON. 20, 4 ancilla ... *instita* -es nostros alligavit. 44, 18 dii -es lanatos habent [*si huc pertinet; v. vol. VII 2, 916, 81 sqq.*]. PLIN. nat. 18, 21 APVL. met. 9, 12, 4. *al.; cf. p. 1898, 39*). 2, 3, 60 *servum* coegit barbara gypsatos ferre catasta -es (OV. am. 1, 8, 64. *cf.* PLIN. nat. 35, 199 *creta* -es ... venalium trans maria advectorum denotare. 35, 201 cretatis -bus. IVV. 1, 111 albis). PROP. 2, 30, 4 tibi si Persei moverit ala -es. OV. am. 3, 12, 23 nos -bus pinnas dedimus. VITR. 1, 2, 4 in hominis corpore e cubito -e palmo ... est eurythmiae qualitas. 3, 1, 2 -s ... altitudinis corporis sextae *partis est* (*cf.* 3, 1, 7 -s hominis altitudinis sextam habet partem. 4, 1, 6). IVV. 14, 219 vendet periuria ... Cereris tangens aramque -emque. HYG. astr. 3, 8 Cepheus ... includitur arctico circulo a -bus ad pectus (*sim. indicatur ambitus*: VET. LAT. lev. 13, 12 [Tert. pudic. 20; *sim.* cod. 100 *et* VVLG.] *si lepra* cutem texerit a capite usque ad -es. HIER. epist. 18A, 6, 5 *deus* in Ezechiele [*8, 2*] ... a renibus usque ad -es videtur igneus. *al.; cf. 2b et p. 1895, 62*).

C *agitur de officio, munere sim.* (*haud raro magis minusve metonymice indicat id, quod -bus efficitur, e. g. fugam sub 1aβ, stabilitatem p. 1903, 41, distantiam p. 1901, 54 sqq.; cf. caput secundum IA2*): **1** *eundi* (*volandi e. g. l. 35. 60; modus gressum ponendi sub 3bβ respicitur*): **a** *actio eundi per se describitur*: **α** *respectu vario*: Ⓘ *iuncturae verbales selectae* (*verbo subaud. l. 49*): Ⓐ *c. acc.*: PLAVT. Epid. 439 *infecta re* tuom cave ad me rettuleris -em (VERG. georg. 4, 485 *Orpheus* iam ... -em referens casus evaserat omnis. CIRIS 256 TIB. 1, 7, 62. *al.; cf. p. 1900, 71. 1901, 26*). Men. 554 quid ego cesso ... abire ...? propera, Menaechme, fer -em, confer gradum (CATVLL. 63, 52. VERG. georg. 1, 11 ferte simul Faunique -em Dryadesque puellae, munera vestra cano. Aen. 2, 756. OV. fast. 6, 334 *Priapus* nymphas ... captat et errantes ⌊fertque refertque -es⌋ [VAL. FL. 7, 112]. *al.*). Merc. 831 hunc hodie postremum extollo mea domo patria -em. 882 (*ad amicum*) contra pariter fer gradum et confer -em (VARRO carm. frg. Non. p. 263, 5 in curriculum contuli propere -es). CATVLL. 61, 167 transfer omine cum bono limen ... -es. HOR. epod. 16, 58 non huc Argoo contendit remige pinus neque impudica Colchis intulit -em (PROP. 1, 18, 12 non altera nostro limine formosos i. ulla -es. PRVD. psych. 671). PROP. 2, 23, 6 campo quo movet illa -es? (2, 30, 4 Persei ... ala -es *tuos.* OV. am. 3, 1, 52 inpercussos nocte movere -es. met. 5, 634 [*loq. Arethusa*] qua ... -em movi, manat lacus. *al.*). SEN. dial. 2, 19, 1 non est in rixam ... veniendum; procul auferendi -es sunt (nat. 4 praef. 10). PETRON. 79, 3 cum ... per omnes scrupos ... traxissemus cruentos -es. *al.*

Ⓑ *c. abl.*: ① *nudo*: PLAVT. Men. 49 (*loq. prologus*) nunc in Epidamnum -bus redeundum est mihi. LVCR. 4, 459 *in somniis* campos -bus transire videmur. VARRO rust. 3, 5, 14. VERG. Aen. 12, 748 *Aeneas* insequitur trepidique *Turni* -em -e fervidus urget. OV. met. 10, 570 -bus contendite mecum. GERM. 253 -bus properare videtur *Perseus.* PETRON. 23, 3 vers. 2 -e tendite, cursum addite, convolate planta. AVIEN. orb. terr. 1209 Armeniae si quis -e pergat ab arce rupis. AMM. 29, 5, 54 manibus repens et -bus (*cf.* VVLG. I reg. 14, 13 ascendit ... reptans manibus et -bus). *al.* ② *accedunt adi. vel pron.: exempla varia* (*maxime in poesi*): PLAVT. Epid. 627 -bus plumbeis (pulmunes *trad.*) qui perhibetur, prius venisset quam tu advenisti mihi. VARRO Men. 411 (*v. p. 1900, 1*). CATVLL. 63, 30 adit Idam properante -e (VERG. Aen. 8, 302 secundo. *cf.* ire: HOR. epist. 2, 2, 37 i -e fausto. OV. rem. 390. PETRON. 44, 18 nudis -bus. abire: OV. am. 2, 19, 12 tardo ... -e. inire: OV. ars 3, 712 tacito clam -e). HOR. carm. 3, 25, 11 -e barbaro lustratam Rhodopen (SEN. Med. 753 nudo nemora lustravi -e). TIB. 1, 8, 48 non tardo labitur illa *aetas* -e (OV. ars 3, 65 cito -e. trist. 4, 6, 17. SEN. Phaedr. 763 forma, ... ut velox celeri -e laberis!). 1, 9, 4 tacitis Poena venit -bus (1, 10, 34 [*sim. de Morte*]. 2, 1, 90 incerto Somnia nigra -e. OV. ars 2, 670 [*de senectute ut* LYGD. 5, 16]). OV. met. 10, 653 *Hippomenes* emicat et summam celeri -e libat harenam. fast. 5, 88 aetherium volucri qui -e carpit iter (5, 666 alato ... -e). SEN. Oed. 225 templa Phoebi supplici intravi -e (OCTAVIA 161 Erinys ... funesto -e). *al.* *locutio* plano -e *significans motum vel actionem fieri area plana* (*respectu hominis euntis saepius evanido*): VARRO ling. 5, 160 aedis ab aditu, quod p. -e adibant. VITR. 1, 5, 6 quibus *locis* extra murum ex alto loco p. -e accessus fuerit. 7, 1, 1 si p. -e erit eruderandum. *al. v. sub* planus *et cf.* pedeplanus *p. 965, 50.* *motus fit -bus alienis*: PLIN. nat. 29, 19 alienis -bus ambulamus *lectica vecti* (APVL. met. 4, 27, 3 AVG. serm. 176, 2). APVL. met. 11, 11, 1 (*de simulacris vectis*) dei dignati -bus humanis incedere. uno -e ambulare *de Manichaeis, qui novo tantum testamento nituntur*: AVG. serm. 2, 2 l. 61.

Ⓘ *iuncturae nominales selectae*: PLAVT. Mil. 630 pernix sum ⌊-bus, manibus⌋ mobilis ([⌊ ⌋ m., -bus *trad.*]. AVIEN. orb. terr. 324 Garamas -bus p. *cf.* PLAVT. frg. inc. 56 -um pernicitas [*al., v. p. 1592, 61 sqq.*]. GERM. 332 pernici ... -e). ENN. scaen. 213 gradum proferre -um (POLLIO epist. frg. Gell. 10, 26, 4. *cf.* SEN. Phoen. 120 gressus -um [REGVLA mag. 8, 24. *al.*]). VARRO Men. 411 caldis -bus quidam ... inrumpit se in curiam. CIC. Rab. perd. 21 tarditatem -um (*cf.* TIB. 1, 8, 48 non tardo ... -e [OV. am. 2, 19, 12 LYGD. 5, 16]). CATVLL. 63, 30 properante -e. 64, 277 ad se quisque vago passim -e discedebant (OV. epist. 21, 96 ars 3, 418). LVCR. 5, 966 *venatores* manuum mira freti virtute -umque. VERG. Aen. 4, 180 *Famam* -bus celerem et pernicibus alis (*cf.* PROP. 3, 9, 18 celeres ... -es [*al., v. vol. III 750, 5 sq.*]). 5, 67 qui ... -um cursu valet (7, 807 CYPR. Demetr. 4). HOR. carm. 3, 12, 9 segni -e. TIB. 2, 1, 30 errantes ... -es (OV. fast. 6, 334). OV. epist. 5, 136 rapido ... -e. ars 3, 65 cito -e labitur aetas. met. 1, 551 -s modo tam velox (PLIN. nat. 32, 7 ad cursum v. *al.; cf.* SEN. contr. 3 praef. 10 velocitas -um. VVLG. Am. 2, 15 velox -bus suis non salvabitur). PHAEDR. 4, 16, 10 titubanti -e. SEN. Phaedr. 234 agili ... -e. MART. 2, 14, 4 tuos ... Achilleos ... -es (*cf.* 10, 100, 5 habeas licebit alterum -em Ladae). AVSON. 10, 17 (176 S.), 14 *quidam* volucer -e. HIER. epist. 4, 1, 2 ut ego ille tardissimus ... pinnatis, ut aiunt, -bus charta caritatis ... te salutaverim. *al.*

β *respicitur fuga* (*qui respectus ipsi voci inest e. g. l. 18 sqq. 35; ceterum cf. p. 1901, 26*): Ⓘ *in iuncturis* in -es *vel* -bus se dare *sim.* (*verbo subaudiendo l. 23*): NAEV. com. 35 timidus -bus protinam me dedi (PLAVT. Astr. frg. 7 dare -bus protinam sese ab his regionibus. Capt. 121 si non est quod dem [*sc. ut libertatem emam*], mene vis dem ipse – in -es?). PLAVT. Bacch. 374 me continuo contuli protinam in -es (ENN. scaen. 183). TER. Eun. 844 ubi vidi, ego me in -es quantum queo. Phorm. 190 hinc me conicerem protinam in -es. SIL. 4, 300 -bus se credere Celtae. AMM. 27, 10, 15 *milites* in -es versi discedunt (28, 5, 6. 29, 5, 30. *al.*).

Ⓘⓘ *cetera exempla* (*notabiliora*): PLAVT. Cist. 161 -bus perfugium peperit, in Lemnum aufugit. Epid. 665 non fugio ...; *erus* haud obiciet mihi -bus sese provocatum. TRAG. inc. 63 (*Aiax ad Vlixem ironice*) ego tunc pudendam [trepidus] -bus, *sc. fugiendo,* hortabar fugam (*fere* -bus *deletur, sed v. Mariotti, Riv. Fil. Class. 126, 1998, 416 sq.*). SALL. Iug. 74, 3. 107, 1 *neminem* decere, qui manus armaverit, ab inermis -bus auxilium petere. Ps. SALL. rep. 2, 9, 2 lingua vana, manus cruentae, -es fugaces (in Tull. 5. VERG. Aen. 11, 390 [*Turnus ad Drancen*] an tibi Mavors ventosa in lingua -busque f. istis semper erit? *cf.* OV. fast. 3, 271 *reges Nemorenses* fortes manibus -busque fugaces). VERG. Aen. 10, 372 fidite ne -bus! ferro rumpenda per hostis est via. RVT. LVP. 1, 18 -s ad fugam *aptus* (-es *edd.*). SIL. 14, 131 -bus ... evadere letum. IVST. 11, 6, 7 *non* in -bus cuiquam *militi* spes, sed in lacertis fuit. *al.*

γ *respicitur mora vel flexio itineris* (*v. etiam sub δ et ε et cf. p. 1899, 23*): PLAVT. Asin. 290 quid ego hic properans concesso -bus, lingua largior? CATVLL. 64, 112 *Theseus e labyrintho* -em sospes multa cum laude reflexit. VERG. Aen. 2, 378 obstipuit retroque -em cum voce repressit. OV. epist. 10, 20 alta puellares tardat harena -es. rem. 80 si piget, in primo limine siste -em. met. 1, 551 -s ... haeret (9, 351). 2, 586 currebam nec, ut ante, -es retinebat harena. 6, 309 nec -s *Niobes* ire potest. 8, 869 verso dominus -e pressit harenam. *al.* PHAEDR. app. 23, 12 festinantis ... detinuisti -es. SEN. Oed. 655 (*loq. Laius*) graves -bus *Oedipodis* moras addam. Phoen. 120. epist. 42, 5 *quendam* volaticum esse ac levem et te non -em eius tenere, sed pinnam. 78, 20. INSCR. Rendic. Accad. Napoli 41, 1966, 82 (*Pompeiis*) ire cupimus, sed retinet nostros illa puella -es. TAB. devot. Audollent 252, 41 (*in amphitheatro Carthaginis; saec. I?*) *οβλιγηντουϱ ιλλι πεδες.* TERT. cult. fem. 2, 13 l. 42 (*ad feminas*) manus lanis occupate, -es domi figite. fug. 12, 2 -bus stetisti, nummis curristi (*sc. persecutionem pecunia vitans*). *al.*

δ *respicitur primus gressus, quo actio ingrediendi, egrediendi, proficiscendi sim. significatur* (*sc. de eis qui non vel aegre moventur, minimam viam conficiunt sim., fere in locutionibus negativis vel hypotheticis*): Ⓘ *c. verbis trans.* (*verbo subaudiendo l. 72 infra*): PLAVT. Amph. 733 meum -em *non* huc intuli etiam in aedis, ut cum exercitu hinc profectus sum (Men. 818. Mil. 141 conclave, concubinae quod dedit miles, quo nemo nisi eapse inferret -em. CIC. Caecin. 39 -em cum intulero atque in possessione vestigium fecero. *al.*). Bacch. 423 nego tibi ... fuisse ... copiae, digitum longe a paedagogo -em ut efferres aedibus (Capt. 456. ENN. scaen. 253 numquam ... domo efferret -em Medea [*de eadem* 279]. CIC. Cael. 34 qui simulac -em limine extulerat, omnis prope civis ... dignitate superabat. Att. 6, 8, 5 *Bibulus,* dum unus hostis in Syria fuit, -em porta non ... extulit [7, 2, 6. 8, 2, 4 SVET. Tib. 38]. VITAE patr. Iurens. 126). Men. 380 huc in hanc urbem -em, nisi hodie, numquam intro tetulit (630. *al.* TER. Andr. 808 si id scissem, numquam huc tetulissem -em. LABER. mim. 59). 400 *non* huc ... penetravi -em (816. *v. p. 1065, 17 sq.*). Merc. 1010 hanc volo prius rem agi, quam meum intro refero -em. Rud. 489. TER. Ad. 227 (*antea*: te aiunt proficisci Cyprum) nusquam -em (*'proferam' sim. intellegitur, ut* CIC. ac. 2, 143 *Antiochus* a Chrysippo -em nusquam [numquam *codd. meliores*]. QVEROL. p. 8, 16. p. 56, 3. p. 57, 26 numquam). COM. pall. inc. 104 vix -em -i praestruit (*sed* praefert *trad.*). HOR. ars 135 *non* desilies imitator

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in artum, unde -em proferre pudor vetet (Ivv. 10, 30 quotiens a limine moverat unum protuleratque -em. Hier. epist. 24, 4, 1). Phaedr. 4, 26, 28 *Simonides* unum promorat vix -em triclinio, ruina camarae subito oppressit ceteros. *al.* Ⓘⓘ *c. verbis intrans., ita ut de acc. (abl.) mensurae cogitare possis* (*vix addas p. 1900, 70*): Plavt. Asin. 603 ne iste hercle ab ista non -em discedat (Cic. Deiot. 42 negat umquam se a te ... -em discessisse. *c. abl.*: Ps. Qvint. decl. 6, 14 *non* -e, quod aiunt, uno a parente discessi). Cic. Att. 13, 16, 1 -em e villa adhuc egressi non sumus. Avg. serm. 67, 6 a via noli recedere, a laude domini nec unguem, nedum -em.

ε *respicitur voluntas propria, quae -bus tribuitur, vel discrepantia inter illorum et hominis studium*: Plavt. Merc. 932 quin, -es, vos in curriculum conicitis? Stich. 280 -es hortare. Cic. Att. 15, 16ª haec loca venusta sunt ...; sed nescio quo modo *οἶκος φίλος*: itaque me referunt -es in Tusculanum. Varro rust. 2 praef. 6. Verg. ecl. 9, 1 quo te, Moeri, -es? Hor. epod. 11, 20 iussus abire domum ferebar incerto -e ad non amicos ... postis *dominae.* 16, 21 ire, -es quocumque ferent. carm. 3, 11, 49 i, -es quo te rapiunt et aurae. Tib. 2, 6, 14 cum bene iuravi *me non rediturum,* -s tamen ipse redit. Prop. 2, 25, 20 invitis ipse redit -bus. 3, 21, 21 *mari transcurso* quod superest, sufferre, -es, properate laborem. Ov. rem. 216 stabit et in media -s tibi saepe via. trist. 1, 3, 56 ipse indulgens animo -s mihi tardus erat. *al.* Phaedr. app. 20, 15 abire destinavi, quo tulerint -es. Sen. Phoen. 11 (*loq. Oedipus*) solve ... manum et patere caecum qua volet ferri -em. Pers. 3, 62 securus, quo -s ferat. Plin. epist. 7, 5, 1 ad diaetam tuam ipsi me, ut verissime dicitur, -es ducunt. *al.*

ζ *respicitur motus militum -bus proeliantium* (*in imag. l. 32 sqq. 39 sqq.; de fuga v. supra sub β*): Ⓘ *locutio* -em referre (*aliter p. 1899, 23*): Caes. Gall. 1, 25, 5 vulneribus defessi ... -em referre ... coeperunt. civ. 2, 40, 2 ut simulatione timoris paulatim cedant ac -em referant. *al.* Cic. Phil. 12, 8 *exercitus ad Mutinam profectus,* si pacis ... nomen audierit, ut non referat -em, insistet certe. Galba Cic. fam. 10, 30, 4. Verg. Aen. 10, 794 *Mezentius* -em referens ... cedebat. Prop. 3, 15, 44 nescit vestra ruens ira referre -em (*item in imag.*: Ov. ars 1, 716 Pont. 2, 6, 21. Sen. dial. 4, 34, 5 ille est melior qui prior -em rettulit, victus est qui vicit. epist. 22, 8 referet -em, non vertet terga. 59, 8. *al.*). Liv. 6, 24, 1 hostis dolo, non metu -em rettulit. 7, 33, 15 referri -em atque inclinari rem in fugam. *et saepius.* Val. Max. 1, 8, 1 Cvrt. 4, 16, 5. 6, 1, 11. Lvcan. 4, 780 -e ... relato. Petron. 108, 9 (*de rixa*) cruenti vulneribus referunt ⌞veluti ex proelio⌟ -em (⌞ ⌟ *del. Fraenkel*). *al.* ⓘⓘ *aliae iuncturae verbales*: Cic. Planc. 48 placetne sic agi? num possum magis -em conferre, ut aiunt, aut propius accedere? ([*si huc pertinet*]. *item in imag.*: Qvint. inst. 5, 13, 11. 8, 6, 51 Hier. epist. 50, 5, 4 Prvd. c. Symm. 1, 646. *proprie de congressu militum inde a* Liv., *v. vol. IV 180, 17 sqq.*). Liv. 7, 8, 3 inferunt -em (*al., v. vol. VII 1, 1380, 48 sqq., ubi deleas* Cvrt. 8, 14, 15, *addas* Ps. Qvint. decl. 3, 7 [*spectat ad rixam*]). ⓘⓘⓘ *locutiones adverbiales*: Bell. Hisp. 29, 8 nostri -e presso propius rivum cum adpropinquassent (Liv. 8, 8, 9). 38, 6 ut aequo -e cum adversariis congredi possent (Verg. Aen. 12, 465 -e congressos a. [*disting. fugientes. ceterum cf.* Serv. auct. *ad l.*]). Val. Max. 3, 2, 23 sine ullo regressu -is pugnans (-es *trad.*). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 95 p. 776 in -em recedentes pugnabant (*gr. ὑπὸ πόδα χωροῦντες*).

b *actio eundi distinguitur ab aliis modis agendi* (*qui aperte indicantur vel subaudiuntur; locutiones c. abl.* -bus [-e *p. 1902, 10*] *vel praepos.* ad, in [*p. 1902, 5. 17*]): α *distinguuntur actiones variae*: Plavt. Trin. 846 *terrae,* quas ego neque oculis nec -bus umquam usurpavi meis. Dictvm Caton. Cic. Flacc. 72 ⌞-bus⌟ compensari pecuniam (⌞ ⌟ *i. longiore itinere, maiore labore; Cic. dictum transfert ad praedia longinqua ideoque viliora*). Cic. fam. 7, 28, 2 (*ad amicum Patris habitantem*) quod tu ... -bus es consecutus, *beatum esse,* ..., nos ... consequimur alia ratione *in bibliotheca abditi.* ad Q. fr. 3, 1, 3 sese ... mensum -bus aiebat, *sc. longitudinem.* Ov. met. 1, 448 iuvenum quicumque manu -busve rotave vicerat. 9, 126 (*loq. Hercules Nessum telis petiturus*) vulnere, non -bus, te consequar. Sil. 15, 653 -bus tibi gloria, miles, parta ingens, *sc. itinere celeriter facto*: nunc accumula coepta ardua dextra. Plin. paneg. 14, 1 cum orbem terrarum non -bus magis quam laudibus peragrares. Avg. conf. 1, 18, 28 non ... -bus ... itur abs te, *deus.* in euang. Ioh. 32, 1 *venire ad Christum* non -bus, sed affectibus (36, 8. 48, 3. *cf. p. 1909, 67*). 78, 1 qui eum relinquunt moribus, non -bus (Pomer. 3, 30, 1 *prudentes* deo suo non -bus, sed sanctis m. appropinquant). β *distinguuntur alia genera motus (pauca selecta post* Caes.; *cf. l. 59. p. 1902, 28): plur.*: Plavt. Amph. 369 tunicis consutis huc advenio, non dolis. :: at mentiris etiam; certo -bus, non tunicis venis. Stich. 292 aequiust eram ... mittere ad me ... quadrigas, qui vehar, nam -bus ire non queo. Truc. 527 nequeo caput tollere, ita dolet ..., neque etiam queo -bus mea sponte ambulare. Titin. com. 141 vende thensam atque hinnulos; sine eam *mulierem* -bus ⟨suis⟩ grassari. Cic. Verr. II 1, 87 remiges ... -bus reverti iubet. fin. 2, 112 *Xerxen* maria -bus peragrantem, classibus montes. *al.* Lvcr. 1, 200. 3, 1031 *Xerxes* -bus salsas docuit super ire lacunas. Caes. Gall. 5, 18, 1 flumen uno omnino loco -bus ... transiri potest. *al.* Bell. Afr. 81, 1 ipse -bus circum milites concursans. Bell. Hisp. 37, 2 Prop. 1, 6, 33. Liv. 5, 40, 10 sacerdotes publicos sacraque populi Romani -bus ire ferrique. Fronto p. 210, 10 haud saepius equo vehi quam -bus fatisci. Apvl. met. 1, 2, 3 in -es desilio (flor. 21, 6). CIL VI 10047b, 8 (*saec. II*) *vicit auriga* -bus ad quadrigam *totiens* (*ad rem v. Drexel apud Friedländer, Sittengesch. IV⁹ 183*). Peregr. Aeth. 15, 1 -bus duco vos ibi. Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 25 exequiae ... -bus fungentur. Pallad. hist. mon. I 32 p. 318ᴰ (*antea*: pedester iter omne conficiens) propriis ... sumptibus ac -bus martyres ... honoravit. *al.* *sing.*: Ov. met. 5, 654 veni nec puppe per undas nec -e per terras. fast. 6, 777 trist. 1, 10, 23. *al.* Liv. 21, 36, 7 -e aut manu ... eniti *ad stirpes.* Anth. 392, 4. *al.* (*raro, ut videtur*). γ *distinguuntur alia genera pugnandi, militandi: abl.* -bus: Caes. Gall. 4, 2, 3 *Germani* equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt et -bus proeliantur (4, 33, 1). 5, 16, 2 quod ... ex essedis desilirent et -bus dispari proelio contenderent. Ov. fast. 4, 882. Liv. 3, 27, 1 stipendia -bus *facere.* 24, 18, 9 ut ... -bus mererent (Mela 1, 114). ad (in) -es: Trag. inc. 239 transeunt ad -es ex equis. Caes. Gall. 4, 12, 2 *equites* ad -es desiluerunt (*cf. l. 5*). Liv. 3, 62, 9 ad -es ... degresso equiti (29, 2, 14). 4, 19, 4 *eques* se in -es excepit. 4, 40, 7 equitem ad -es *deducere* (38, 26, 3). 9, 22, 10 ad -es descensum ab Romanis est (22, 49, 3. 29, 2, 13). 21, 46, 6 ad -es pugna abierat. δ *distinguitur actio dicendi, censendi, sc. in locutione* -bus ire in sententiam *sim. (cf. p. 1905, 16): usu originario in curia*: Cic. p. red. in sen. 8 cum a tribuno plebis vetaretur ..., ne quis ad vos referret, ... ne -bus iret. *al., v. vol. V 2, 633, 29 sqq. 642, 18. transfertur ad alia*: Liv. 7, 35, 12 (*in contione militum*) quibus haec salutaria videntur, agitedum, in dextram partem -bus transite. Itin. Alex. 26 *cum Dareus curru fugisset,* ceteri -bus in sententiam secuti (*luditur c. usu sub aβ descripto*). *al., v. Otto, Sprichwörter n. 1399 et Häussler, Nachträge zu Otto.*

2 *pulsandi, premendi sim.*: **a** *-bus saltatur, ad rhythmum movetur*: Enn. ann. 1 Musae, quae -bus magnum pulsatis Olympum (Hor. carm. 1, 37, 1 nunc est bibendum, nunc -e libero pulsanda tellus. Ov. ars 1, 112 fast. 6, 330 Sen. Oed. 433). Catvll. 61, 14 pelle humum -bus, manu pineam quate taedam (Lvcr. 5, 1402 duriter et duro terram -e pellere matrem. Hor. carm. 3, 18, 16 gaudet invisam pepulisse fossor ter -e terram). Verg. Aen. 6, 644 pars -bus plaudunt choreas et carmina dicunt (*perperam* Gloss.ᴸ III Abol. pe 1 -bus plaudunt: triumphant). Hor. carm. 1, 4, 7 Gratiae ... alterno terram quatiunt -e (4, 1, 27). 1, 36, 12 neu morem in Salium sit requies -um. 2, 12, 17 ferre -em ... choris. Ov. met. 14, 520 ad numerum motis -bus. Liv. 27, 37, 14 virgines sonum vocis pulsu -um modulantes incesserunt. Sen. Tro. 780 Calp. ecl. 4, 128. Plin. nat. 2, 209 *insulae* Saliares dictae, quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium -um moventur. Sil. 3, 347 -is alterno percussa verbere terra. Qvint. inst. 1, 12, 3 ne -s quidem otiosus *citharoedi* certam legem temporum servat. 9, 4, 51 *in rhythmo* tempora ... metiuntur et -um et digitorum ictu. *al.*

b *-bus aliquid (aliquis) violatur, subigitur* (*cf. D2e*): α *hostiliter*: Plavt. Cas. 930 pectus mihi -bus percutit. Truc. 268 ego hic te ..., quasi sus catulos, -bus proteram (Prvd. cath. 3, 150. *cf.* perist. 3, 74 idola protero sub -bus). Cic. Arat. frg. 15, 5. Verg. Aen. 10, 495 *Turnus* laevo pressit -e ... *Pallanta* exanimem rapiens *balteum* ([*ad rem cf.* 10, 736. 12, 356 -e collo impresso]. Prop. 1, 1, 4 caput inpositis p. Amor -bus. Ov. rem. 530 met. 8, 425). Hor. carm. 1, 35, 13 *te, Fortuna,* metuunt tyranni, iniurioso ne -e proruas stantem columnam. Ov. am. 3, 11, 5 vicimus et domitum -bus calcamus Amorem (trist. 5, 8, 10 imposito calcas quid mea fata -e? Sen. Med. 253 non esse me ..., qui superbo miserias calcem -e. benef. 2, 12, 2 [*v. p. 1905, 12*]. CE 1943, 8 [*saec. III*]). *al.* Corn. Sev. carm. frg. 13, 18 -bus civis proiecta (*membra Ciceronis*) superbis proculcavit ovans (*al., v. vol. X 2, 1565, 51 sqq.*). *al.* β *ut exprimatur sucus fructuum*: Tib. 1, 5, 24 pressa ... veloci candida musta -e (*sim. de uvis calcandis*: 1, 7, 36 expressa incultis uva ... -bus. *al.* Prop. 3, 17, 18 dum modo ... pressantis inquinet uva -es. Ov. rem. 190 trist. 4, 6, 20. *al.*). Colvm. 12, 15, 3 -bus lotis in modum farinae proculcant *ficos.* 12, 39, 3 *acina* -bus bene calcato (*ibid. iterum*). Plin. nat. 17, 61 alii in qualo -bus ... *bacas* deculcant.

c *-bus ostenditur affectus*: α *oratoris*: Rhet. Her. 3, 15, 27 *si* contentio fiet per distributionem, ... -is dexteri rara subplosione ... uti oportet (Cic. or. frg. A 6, 4 -is, quod minimum est, nulla s. de orat. 3, 47. 3, 220. *al.* Qvint. inst. 10, 7, 26. 11, 3, 128. *cf.* Cic. de orat. 1, 230 -em nemo in illo iudicio supplosit. Sen. epist. 75, 2 etiam si disputarem, nec supploderem -em nec manum iactarem ..., sed ista oratoribus reliquissem). Qvint. inst. 2, 12, 10 terrae -em incutere. Hier. epist. 50, 2, 2 si adplosisset -em. β *cuiusvis*: Hor. ars 430 saliet, tundet -e terram (*sc. auditor admirans ut* Hier. epist. 61, 3, 3 adplodebas -em). Prop. 2, 4, 4 cre-

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pitum dubio suscitet ira -e. Ov. fast. 1, 506 *Carmentis* pinea non sano ter -e texta (*i. trabes navis*) ferit. Sen. dial. 3, 1, 4 (*comparantur indicia furentium et irascentium*) conplosae saepius manus et pulsata humus -bus. Val. Fl. 8, 305 *Colchi Argonautas consecuti* vocibus urgent ... et -bus pulsant tabulata frementes. Physiogn. 99 *litigiosus* solum -bus saepius tundet. *al.*

d *-bus agitur vario modo*: Plavt. Stich. 311 dudum hic asto et pulto; ... experiar, fores an cubiti ac -es plus valeant (*cf.* Hor. carm. 1, 4, 13 pallida Mors aequo pulsat -e pauperum tabernas regumque turris. *v. et l. 18. p. 1894, 36*). Cato agr. 28, 2 calcato -bus bene, *sc. terram* (Plin. nat. 19, 158 si *apium* satum calcetur cylindro -busve). 45, 2 cum taleam demittes, -e taleam opprimito (*sim.* 46, 1). 48, 2 terram tabula aut -bus complanato (151, 3. *cf.* Verg. georg. 2, 232 -bus summas aequabis harenas). Titin. com. 29 (*ad fullonem*) terra haec est, non aqua, ubi tu solitu's argutarier -bus, cretam dum compescis. Cic. Arat. 426 -bus ... percussa Dianae insula (*sc. Chios*) discessit. Tusc. 2, 60 cum -e terram percussisset *Cleanthes more histrionis mortuum appellans.* Lvcr. 5, 252. Verg. Aen. 7, 722 scuta sonant pulsuque -um conterrita tellus (12, 445 Ov. epist. 16, 59). Ov. met. 14, 739 icta -um *morientis* motu ... ianua. *al.*

3 *insistendi, gressum ponendi sim.*: **a** *respicitur actio vel modus standi* (*c. respectu morae v. sub lay*): α *exempla varia* (*selecta*): Plavt. Mil. 344 ⌞-e⌟ ego iam illam huc tibi ⌞sistam⌟ in viam (⌞ ⌟ *coniungendum, si recte coni. Acidalius*; -es *trad.*). Pseud. 1246 quid hoc? sicine hoc fit, -es? statin an non? (*loq. ebrius ut*: Ter. Eun. 729 postquam surrexi, neque -s neque mens satis suom officium facit [*e contrario* Ov. ars 1, 590 *sobrio* officium praestent mensque -esque suum]. *cf.* Ov. fast. 6, 678 dubii stantque labantque -es. *v. et l. 48. p. 1904, 35*). Enn. ann. 43 semita nulla -em stabilibat. Lvcr. 4, 828 fastigia ... surarum ac feminum -bus fundata. Varro ling. 5, 95 (*v. p. 1909, 15*). Verg. Aen. 11, 573 ut ... -um primis infans vestigia plantis institerat, iaculo palmas armavit. Hor. sat. 1, 4, 10 *Lucilius* versus dictabat stans -e in uno. 2, 7, 108 inlusi ... -es vitiosum ferre recusant corpus *luxuriosi.* Ov. met. 1, 744 officio ... -um ... *Io* contenta duorum erigitur. trist. 5, 14, 30 quae *virtus* maneat stabili, cum fugit illa *Fortuna,* -e. Liv. 21, 36, 5 molli *nivi* ... facile -es ingredientium insistebant. Sen. contr. 1, 1, 16 non in ministerium sustinendi corporis sufficerunt -es. Val. Max. 8, 13 ext. 1 *Masinissam* in eodem vestigio perstare solitum, non ante moto -e quam *eqs.* Sen. epist. 95, 16 *propter luxuriam* incerti labantium -es. Plin. nat. 7, 22 ferventibus harenis toto die alternis -bus insistere. Val. Fl. 5, 160 laevo gravior -e (*sc. insistens*). Qvint. inst. 1, 11, 16 (*de statu oratoris ut*: 11, 3, 124 in -bus observantur status et incessus. 11, 3, 128 vacillatio alternis -bus insistentium. *al.*). *al. tropice vel proverbialiter*: Cvrt. 7, 8, 25 *Scythae* sine -bus dicunt esse Fortunam, quae manus et pinnas tantum habet (*sc. non stare, sed dona tradere et fugere? de stabilitate cf. l. 33. p. 1900, 48. 1910, 11*). Petron. 39, 8 in cancro ego natus sum; ideo multis -bus sto et in mari et in terra multa possideo. Qvint. inst. 12, 9, 18 omni, ut agricolae dicunt, -e standum est. β *-es captantur, temptantur*: Plavt. Men. 65 *fluvius* rapidus ... *viatori* subduxit -es (*cf.* Verg. Aen. 10, 307 retrahit ... -es ... unda relabens [-em *var. l.*]). Pseud. 1251 *vinum* -es captat primum, luctator dolosust. Calv. carm. frg. 21 lingua vino temptantur et -es (*sim. de ebriis*: Verg. georg. 2, 94 Sen. epist. 83, 27). Sen. Thy. 287 dabit ... in laqueos -em (*cf.* Vet. Lat. psalm. 9, 16 [cod. 300, *sim. al. et* Vvlg.] in muscipula ista, quam occultaverunt, comprehensus est -s eorum. Lact. inst. 2, 3, 3 sciens -em laqueo inserit. *al.*). Cvrt. 9, 7, 22. Qvint. inst. 9, 4, 8 in certamine armorum atque in omni palaestra quid satis recte cavetur ..., cui non artifex motus et certi quidam -es adsint? Apvl. met. 9, 40, 2. Pass. Perp. 10, 10 *luctator Aegyptius* mihi -es adprehendere volebat.

b *respicitur actio -es ponendi vel tollendi*: α *indicatur potius locus* (*saepe* -em ponere *sim.; haud raro adhibetur ad circumscribendam actionem adveniendi vel possidendi*): Ⓘ *exempla varia*: Varro Men. 266 *oportet* non maledicere, -em in focum non imponere. Cic. Verr. II 1, 62 ecquo in oppido -em posuit, ubi non ... adventus sui vestigia reliquerit? Lig. 24 prohibiti estis in provincia vestra -em ponere. Catvll. 63, 2 *Attis* Phrygium ... nemus citato cupide -e tetigit. Lvcr. 3, 4 in ... tuis, *Epicure,* nunc ficta -um pono pressis vestigia signis. Lydia 10 beati *agri,* in quibus illa -is nivei vestigia ponet. Prop. 1, 8, 7 tu *potes* -bus teneris positas fulcire pruinas? 2, 32, 48 hic posuit nostra nuper in urbe -em. Ov. am. 3, 6, 12 si non datur ... ulterior nostro ripa premenda -e. epist. 16, 66 divae ... graminibus teneros inposuere -es. trist. 5, 14, 40 *Protesilaus* Iliacam celeri ... -e pressit humum. *al.* Lygd. 4, 24. Sen. contr. 1 praef. 22. Sen. Ag. 401 *Agamemnon* reducem expetito litori impressit -em. Tac. hist. 4, 81, 1. *al.* Ⓘⓘ *-es ponuntur a possessore, possidendi causa*: Cic. Caecin. 31 si in fundo -em posuisses, statim tibi esse pereundum (*cf. p. 1900, 61*). Phil. 2, 48 quid erat in terris ubi in tuo -em poneres? (*cf.* fin. 4, 69 sapientia, -em ubi poneret, non habebat sublatis officiis omnibus. Att. 13, 2ᵃ, 2 *Ariarathes rex* -em ubi ponat in suo, non habet). 3, 28 hodierno die primum ... longo intervallo in possessione[m] libertatis -em ponimus. Hor. epist. 1, 19, 22 *carminibus* per vacuum posui vestigia princeps, non aliena meo pressi -e (*simul respici videtur -s metricus*). Cels. dig. 41, 2, 18, 2 non minus possidere coepi, quam si -em finibus intulissem.

β *describitur potius modus*: Lvcr. 4, 342 *in speculo* simulacra -em ... ponere nobiscum credas gestumque imitari (5, 914 hominem ... *tam magnum,* trans maria alta -um nisus ut p. posset. Varro ling. 9, 10 per delicias -es male p. atque imitari vatias coeperit. Tib. 1, 2, 20 *Venus docet* -em nullo p. posse sono. *al.*). Hor. ars 158 reddere qui voces iam scit puer et -e certo signat humum (*cf.* Hier. epist. 10, 2, 2 *senis cuiusdam* oculi ... vigent, -es inprimunt certa vestigia). Tib. 2, 1, 30 (*de ebriis*) errantes ... male ferre -es. 2, 1, 77 puella ... -bus praetemptat iter suspensa timore (Prvd. c. Symm. 2, 37. *cf.* Eleg. in Maecen. 1, 80 -e suspenso [Sen. contr. 1 praef. 22 necesse me est per spinosum locum ambulantem s. -es ponere. Drac. Orest. 635. *v. etiam p. 1908, 2*]). Prop. 2, 12, 24 molliter ire -es. Ov. am. 1, 12, 6 alte sobria ferre -em. ars 3, 302 ⌞expensos⌟ fert ... superba -es (⌞ ⌟ extensos *trad.*). Fest. p. 359 talipedare antiqui dicebant pro vaccillare -bus lassitudine, †quasi† qui trahit -es, ut talis videatur insistere aut identidem tollere -es (Sen. apocol. 5, 2). Cvrt. 4, 7, 7 *sabulum* vestigio cedens aegre moliuntur -es. 9, 5, 3 *e muro desiliens* ita libraverat corpus, ut se -bus exciperet. Petron. 126, 2. Vet. Lat. Is. 3, 16 (Cypr. hab. virg. 13) filiae Sion ... ambulaverunt alto collo ... et incessu -um trahentes tunicas et -bus simul ludentes (Vvlg. in -bus suis conposito gradu incedebant. *inde* Ambr. in psalm. 118 serm. 1, 5, 1. Hier. epist. 22, 13, 1 ludentibus -bus incedunt). *al.*

c *respicitur actio offendendi, labendi sim.* (*cf. aβ*): α *exempla varia*: Varro Men. 12 pueri in aedibus saepius -bus offensant, dum *sursum aspiciunt.* Bell. Hisp. 23, 4 *miles* -em offendit (Ov. fast. 2, 720. *al.*). Hor. sat. 2, 8, 72 -e lapsus ... agaso (*cf.* Vitr. 10, 15, 7 labentibus -bus [Vvlg. deut. 32, 35. *al.*]). Tib. 1, 7, 62 inoffensum (Ov. am. 1, 6, 8 ille *amor* per excubias ... leniter ire monstrat, i. derigit ille -es. *al.*). Ov. am. 3, 1, 52 impercussos. trist. 2, 16 (*in imag.*) saxa malum refero rursus ad icta -em. Liv. 21, 36, 7 glacie non recipiente vestigium et in prono citius -es fallente. Petron. 123 vers. 194 *glacies* vestigia lusit decepitque -es. Sil. 7, 200 *ebrius* iam -e ..., iam lingua titubante. Vet. Lat. psalm. 72, 2 (cod. 305. *al.* =Vvlg.) mei ... paene moti sunt -es (cod. 300. *al.* commoti sunt -es, *gr. ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες. inde* Hier. epist. 147, 1, 6 *David* paene lapso -e. *al.*). Lact. opif. 1, 8 *diabolus* offensacula -bus latenter opponit. *al.* β *de offensione ominosa* (*cf. 4c; offensio vitatur e. g.* Ov. am. 1, 12, 6): Cic. div. 2, 84 -is offensio ... et abruptio corrigiae et sternumenta (*inter omina contemnenda ut* Plin. nat. 2, 24). Tib. 1, 3, 20 tristia dixi offensum in porta signa dedisse -em (*sim.* Ov. epist. 13, 88 met. 10, 452).

4 *cetera exempla*: **a** *indicantur effectus quidam actione -um orti* (*effectus vitatur l. 48*): α *respicitur sonitus*: Enn. scaen. 341 sonitus auris meas -um pulsu increpat. Lvcr. 2, 327. Cic. top. 52 -um crepitus. Verg. Aen. 2, 732 -um sonitus (3, 648 Ov. met. 5, 616. *al.*). Tib. 1, 2, 37 strepitu ... -um (1, 6, 62). 1, 8, 66 sonuisse -es *advenientis* (Priap. 83, 41). 1, 9, 4 tacitis Poena venit -bus (1, 10, 34 Ov. ars 3, 712. *al.*). *al.* β *solum -bus teritur, signis imprimitur*: Lvcr. 1, 315 strata ... volgi -bus detrita viarum. Tib. 3, 19, 10 qua nulla humano sit via trita -e (Ov. ars 1, 491. *al.*). Ov. am. 2, 11, 15 litora ... -bus signate, puellae; hactenus est tutum. met. 4, 544 signa -um (13, 548. fast. 3, 650 s. notaeque -um. Ps. Sil. 8, 196). 5, 631 non ... abscedit *Alpheus,* neque enim vestigia cernit longius ulla -um *Arethusae latentis* (Sil. 3, 309. *al.; cf. p. 1898, 17*). Qvint. inst. 9, 4, 67 currentium -s, etiam si non moratur, tamen vestigium facit. Ivv. 6, 350. Nemes. ecl. 2, 21 quae marmoreo -e, Naides, ... secatis litora (*cf. p. 1909, 55*). *al.*

b *illustratur -um collocatio*: α *pugnantium* (*fere per polyptoton*): Bell. Hisp. 31, 7 hic, ut ait Ennius (ann. 572), -s -e premitur, armis teruntur arma (Sil. 4, 353 -s ... -em premit. *cf.* Bibac. carm. frg. 10 pressatur -e -s, mucro mucrone, viro vir). Verg. Aen. 10, 361 haeret -e -s densusque viro vir (Homer. 956). Ov. met. 9, 44 erat ... *luctantium* cum -e -s iunctus. Sil. 9, 325 -s -e virque viro teritur. Homer. 295 adversus uterque constitit ... et -e plantam coniungit. Stat. Theb. 8, 399 umbone repellitur umbo ..., -e -s et cuspide cuspis. β *aliorum*: Vet. Lat. gen. 33, 14 (cod. 100. *al.*) leviter iter faciens ... et -e in -e cum pueris (*gr. κατὰ πόδα, Vulg.* sicut videro posse parvulos meos, *explicat* Avg. quaest. hept. 1, 106 sequens -es suorum). Anth. 923, 4 premit incestae iam -e Poena -em. Cypr. epist. 64, 3, 1 ut ... Helisaei ...-es -bus *infantis aegri* iungerentur (*cf.* Bachiar. repar. laps. 7 *ut Elisaeus* -es -bus *lapsi* ... compone; ... appone ... -es illius [*sc. -bus*], ne vagentur in turpibus). Avg. conf. 8, 8, 19 abscessi ... in hortum et Alypius ⌞-em⌟ post -em (⌞ ⌟ -e *var. l.*).

c *-e portenditur eventus actionis* (*fere -e dextro aut sinistro; cf. offensiones l. 39 supra*): Verg. Aen. 8, 302 (*ad Herculem*) tua dexter adi -e sacra secundo ([*inde* Avg. epist. 17, 2]. 10, 255 adsis -e diva s.). Hor. epist.

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 2, 37 i -e fausto. PROP. 3, 1, 6 (*ad Callimachum Philetamque*) dicite quo ... carmen tenuastis in antro? quove -e ingressi? (Ov. epist. 21, 69 sq. quo -e processi? quo me -e limine movi? picta citae tetigi quo -e texta ratis? *cf.* rem. 390 maius erit *nomen,* tantum quo -e coepit eat). Ov. fast. 1, 514 ripa ... felici tacta sit ista -e. Ib. 101 *dei,* ominibusque malis -busque occurrite laevis. VITR. 3, 4, 4 (*scalae templi sint gradibus imparibus*) cum dextro -e primus gradus ascendatur, item in summo templo primus erit ponendus (PETRON. 30, 5 exclamavit unus ex pueris ...: 'd. -e'. 30, 9 rettulimus ... d. -es. SIL. 7, 172 attulit hospitio ... -s d. et hora Lyaeum. IVV. 10, 5 quid tam d. -e concipis, ut te conatus non paeniteat? PRVD. c. Symm. 2, 79 cessisse ... *rem* feliciter et -e d. *al.*). SEN. benef. 2, 12, 2 (*antea p. 1898, 2*) non hoc est rem publicam calcare, et quidem ... sinistro -e? (APVL. met. 1, 5, 5 s. -e profectum). OCTAVIA 161 Erinys ... funesto -e intravit aulam. *al.*

d *varia selecta*: TER. Andr. 161 quem ego credo manibus -busque obnixe omnia facturum (676 conari m. -bus noctesque et dies. Ps. QVINT. decl. 12, 6 *in curiam congregati* -bus m. ⟨r⟩uimus in sententiam necessitatis [*vis primaria p. 1902, 23 illustratur*]. FRONTO p. 192, 8 lucrum ... -bus m. petere). CIC. leg. 2, 6 *flumen frigidum,* ut vix -e temptare id possim. SALL. hist. frg. 3, 37 *quidam tabula utribus imposita navigans* invicem tracto -e quasi gubernator *exstitit.* VERG. georg. 4, 233 *cum Pleias oriens* Oceani spretos -e reppulit amnis (Ov. met. 4, 711 -bus tellure repulsa *Perseus evolavit*). PROP. 4, 4, 78 super ... faeni flammantis acervos traicit inmundos ebria turba -es (*cf.* Ov. fast. 4, 782 per ardentes stipulae ... acervos traicias celeri ... membra -e). Ov. Pont. 4, 6, 8 *Fortuna* votis ... malignum opponit nostris insidiosa -em (PETRON. 57, 10 habebam in domo, qui mihi -em opponerent hac illac). MANIL. 5, 166 *pilarius peritus* pilam celeri fugientem reddere planta et -bus pensare manus. COLVM. 2, 10, 13 homines promoveant *fasciculum* -bus. MELA 3, 28 *Germani carnem* rigentem ... manibus -busque subigendo renovarunt. LVCAN. 4, 628 *Hercules Antaei* inguina ... insertis -bus distendit (*sim. de luctantibus*: STAT. Theb. 6, 900 -bus ... inguina vinxit). PLIN. nat. 7, 23 Sciopodas vocari, quod ... umbra se -um protegant. STAT. Theb. 9, 249 *eques in fluvio* -um ... remigio sustentat equum. VET. LAT. Sirach 38, 32 figulus ... convertens -bus suis rotam. *al.*

D *locutiones indicantes, ubi aliquis (aliquid) sit, agat, fiat, sc. ante -es, sub -bus sim.* (*locutione q. e.* ante -es *hic illic fere tota persona respicitur, e. g. l. 39. 44. p. 1906, 68*): **1** *generatim*: **a** *locutiones c. praepos.*: **α** ante -es (*selecta inde a* VERG.; *saepe agitur de rebus homini deove oblatis, e. g. l. 39. 46. 47*): PLAVT. Merc. 780 apponite obsonium istuc a. -es illi seni. RHET. Her. 4, 53, 66 *si* Brutus revivescat et hic a. -es vestros adsit. CIC. Cluent. 38 hominem a. -es *triumviri* ... constituunt. Flacc. 68 a. -es praetoris in foro expensum est *aurum.* off. 3, 58 Att. 2, 2, 2 CATVLL. 64, 67. 64, 318 a. -es *Parcarum* ... vellera ... custodibant calathisci. VERG. georg. 4, 458 a. -es hydrum ... *Eurydice* alta non vidit in herba. Aen. 5, 381 Aeneae stetit a. -es *Dares praemium poscens.* 5, 673 *Ascanius* galeam a. -es proiecit inanem. PROP. 2, 10, 22 caput in magnis ubi non est tangere signis, ponitur ... imos a. corona -es. Ov. met. 5, 615 vidi praecedere longam a. -es umbram. LIV. 6, 4, 3 *pateras* a. -es Iunonis positas fuisse. 6, 12, 8 pilis a. -es positis *pugnemus gladiis.* CVRT. 4, 9, 25 *caput* a. regis -es posuit. *et saepe.* **β** sub -bus, -e (sub -em *l. 57; respiciuntur subterranea vel orbis australis e. g. l. 53. 56*): CIC. Arat. 172 stellas ⌞sub -bus stratas⌟ radiantis Aquari (*gr. 389 ὑποκείμενοι. sim. de situ siderum*: 176. frg. 16, 5. nat. deor. 2, 110). LVCR. 3, 27 tellus *non* obstat quin omnia dispiciantur, sub -bus quaecumque infra per inane geruntur. 5, 1236 sub -bus tellus cum tota vacillat. VERG. ecl. 5, 57 sub -bus ... videt nubes et sidera Daphnis. georg. 1, 243. Aen. 2, 227 *dracones* sub -bus ... deae clipeique sub orbe teguntur. 4, 491 mugire videbis sub -bus terram (*sim.* 6, 256). Ov. ars 1, 162 sub tenerum scamna dedisse -em. 3, 624 *conscia potest* vincto ... sub -e ferre notas. LIV. 38, 53, 1. MANIL. 1, 239. 5, 100 terraeque fretumque sub -bus *Bellerophonti. al.* **γ** *alia*: PLAVT. Stich. 460 auspicio hodie optumo exivi foras; mustela murem abstulit praeter -es (SVET. Cal. 36, 2). CIC. Arat. 20 e -bus *Andromedae* ... Persea vises. 107 -es subter *Orionis* ... claret ... Canis (120 GERM. 248). nat. deor. 2, 112 ad -es Andromedae Perseus describitur (div. 1, 46 cum dormienti ei *Cyro* sol ad -es visus esset. VITR. 9, 4, 2 transversus ad -es Geminorum Auriga. *al.*). VITR. 9, 5, 3 stellarum flumen ..., initium fontis capiens a laevo -e Orionis (*item* ab: GERM. 188. CELS. 6, 7, 9[B] *super tabulam* homo deligatur ...; tum malleo caput tabulae, quod a -bus est, feritur, *eqs.* PLIN. nat. 30, 83 a -bus *aegri* ştanti. *al.*). PETRON. 71, 6 secundum -es statuae meae (*fere pro* ad; *de persequente*: VET. LAT. gen. 49, 19 [cod. 100. *al.*] temptavit eos s. -es eorum [*gr. κατὰ πόδας,* Rufin. patr. 2, 18. *al.* post -es, Ambr. patr. 8, 35. *al.* secus -es, *Vulg. aliter. explicat* AMBR. *loco cit.* hoc est continuo]). *al.*

b *cetera exempla* (*selecta*): CIC. Arat. 181 aliae *stellae* ... priora -um subeunt vestigia magni Arquitenentis (GERM. 390 AVIEN. Arat. 801). nat. deor. 2, 110 *Arcturus* cuius ⟨-bus⟩ subiecta fertur *Virgo* (LIV. 8, 9, 5 telum subiectum -bus. 38, 46, 3 in valle inferiore -bus paene hostium aciem subiecit. VITR. 9, 4, 2. *al.*). LIV. 2, 65, 4 saxa obiacentia -bus. GERM. 174 Aurigae -bus ... adiacet ... Taurus. SEN. Phaedr. 932 orbem ... nostris -bus obversum (*cf.* PLIN. nat. 2, 161 homines conversis ... inter se -bus stare). CALP. ecl. 4, 169 iam sol contractas -bus magis admovet umbras (IVV. 6, 427). SIL. 11, 232 iuvenem ... invadit globus et -bus sublime sedentis ductoris sistit. APVL. met. 1, 22, 7 assidebat -es uxor. *al.*

2 *speciatim respiciuntur*: **a** *ii, qui alios comitantur, aliis obsequuntur*: **α** *servi* (AGROEC. gramm. VII 125, 3 circum -es sunt obsequia servorum, ante -es amicorum [*affert l. 22*]): PLAVT. Most. 857 sequere hac me igitur! :: equidem haud usquam a -bus abscedam tuis (*item* ab: CIC. Deiot. 2 avi servum ... a legatorum -bus abduxerit. Att. 8, 5, 1 servum a -bus meis Romam misi. MART. 3, 23, 2 omnia cum retro pueris obsonia tradas, cur non mensa tibi ponitur a -bus? HIST. AVG. Heliog. 25, 3 ut a -bus utres per pueros ... solverentur. *sine verbo de pedisequo*: CIL VI 4001 Liviae puer a -bus). CIC. Verr. II 1, 92 servos artifices pupilli cum haberet domi, circum -es autem homines formosos et litteratos, suos esse dicebat, se emisse. SEN. benef. 3, 27, 1 servus, qui cenanti ad -es steterat (*c. eodem verbo*: PETRON. 58, 1 SVET. Galba 22. *ceterum*: SEN. epist. 27, 6 habebat ad -es hos, *eqs.* PETRON. 64, 13 sedebant [68, 4]. *al.; audacius*: MART. 3, 82, 18 retro flexus ad -um turbam). PETRON. 22, 2 circa -es discumbentium sparsi iacebant. SVET. Dom. 4, 2 ante -es ei stabat puerulus.
β *alii*: IVV. 7, 143 an post te sella, togati ante -es. SVET. Cal. 26, 2 *senatores* cenanti modo ad pluteum, modo ad -es stare ... passus est.

b *ea, quae obvia, nobis nota sunt*: ante -es: ENN. scaen. 244 quod est ante -es, nemo spectat: caeli scrutantur plagas (*sim.* ASTER. ad Renat. l. 365). TER. Ad. 386 istuc est sapere, non quod ante -es modost videre, sed etiam illa, quae futura sunt, prospicere. CIC. de orat. 3, 160 (*de gratia verborum translatorum*) ingeni specimen est quoddam transilire ante -es posita et alia longe repetita sumere. Tusc. 5, 114 cum alii ..., quod ante -es esset, non viderent, ille ⟨in⟩ infinitatem omnem peregrinabatur. PROP. 2, 14, 17 ante -es caecis lucebat semita nobis. AETNA 256 *amentia est* in Iovis errantem regno perquirere divos, tantum opus (*sc. terrae cognoscendae*) ante -es transire. PLIN. nat. 18, 252 habes ante -es tuos ecce Vergilias. *al.* pro -bus: TERT. anim. 6, 8 *philosophia non solet* prospicere pro -bus (*item in imag.*: MIN. FEL. 12, 7 pro -bus aspicere).

c *ii, qui alicui supplicant* (*hic illic hyperbolice; cf. etiam p. 1897, 66*): **α** ad -es: RHET. Her. 4, 24, 33 cum tibi pueri ad -es volutarentur, misericordia motus es? (CIC. Sest. 145 ad -es inimicissimorum). 4, 52, 65 uxor illius infelicissimi ... ad istius -es abiecit sese (CIC. p. red. in sen. 12 Sest. 74. Cael. 79 *patrem* abiectum non tam ad -es quam ad mores sensusque vestros. *al.* SEN. clem. 1, 21, 2). CIC. Quinct. 96 amicos ... Sex. Naevi, quorum saepe et diu ad -es iacuit *Quinctius* stratus (*al., v. vol. VII 1, 10, 67 sqq.*). Sest. 26 vos ..., *equites,* pro meo capite ad -es lenonis impurissimi proiecistis (CAES. Gall. 1, 31, 2 Caesari ad -es. 7, 26, 3. *al.*). Lig. 13 strati ad -es (Att. 10, 4, 3 *Pompeius* nos sibi quondam ad -es stratos ne sublevabat quidem. *cf. l. 42*). Phil. 2, 45 se ad -es meos prosternens (LAVD. Turiae 2, 14 LIV. 45, 19, 16. *al.*). Att. 1, 14, 5 ad -es omnium ... accidente Clodio. CAES. Gall. 7, 15, 4 procumbunt omnibus Gallis ad -es Bituriges, ne *eqs.* (*al., v. vol. X 2, 1568, 3 sqq.*). HOR. epod. 17, 14 *Priamus* procidit heu pervicacis ad -es Achillei (LIV. 39, 13, 1. VET. LAT. Luc. 5, 8 [cod. 5. *al.*] ad -es Iesu [*cod. 4. al. et Vulg.* genua, *gr. γόνασιν*]. *al.*). Ov. Pont. 3, 1, 150 ad non mortalis *Liviae* bracchia tende -es. LIV. 6, 3, 4 *Camillus,* cui cum se maesta turba ad -es provolvisset, *eqs.* (36, 35, 3 CVRT. 3, 12, 11 FLOR. epit. 4, 11, 9). 45, 7, 5. *al.* **β** *cetera exempla*: CIC. Sest. 54 a Pisonis consulis -bus supplex reiciebatur (*item* ab: Ov. epist. 14, 83 abstrahor a patriis -bus. SEN. dial. 4, 34, 4 [*v. infra*]. MAX. TAVR. 17, 2). PROP. 3, 6, 32 (*loq. Cynthia*) poena erit ante meos sera, sed ampla -es, *sc. Prop. veniam precante* (3, 8, 12 *mulier amans* Veneris ... volvitur a. -es [LVCAN. 7, 379]. Ov. am. 1, 7, 61 procumbere [epist. 12, 186 met. 10, 415]. *al.*). SEN. contr. 1, 1, 19 cecidit in -es meos senex. SEN. dial. 4, 34, 4 quam saepe eius -bus advolutus est, quem a suis reppulit! (*item c. dat.*: CVRT. 3, 12, 17 Sisigambis a. est -bus eius. TAC. ann. 1, 23, 1. 1, 32, 2. *al., c. acc.*: APVL. apol. 94, 2 -es nostros advolutus veniam ... postularat. met. 6, 2, 3). LVCAN. 8, 335 solos tibi, Magne, reliquit Parthorum fortuna -es? (*sunt qui 'fugitivam militiam' intellegant*). *al.*

d *ii, coram quibus facinora crudelia committuntur* (*monstrantur p. 1907, 2 sq.; iunctura* ante -es *praeter* Ov.): RHET. Her. 4, 39, 51 liberi partim e gremiis diripiuntur parentum, ... partim ante -es constuprantur. CIC. S. Rosc. 12 eo prorumpere hominum ... audaciam, ut ... hic in foro ... ante -es vestros, iudices, ... caedes futurae sint. Verr. II 5, 140 civem Romanum ... ad tribunal ante -es tuos ad terram virgis et verberibus abiectum *esse* (*sim. facinus fit ante -es eius, qui id iussit*: Phil. 3, 4 qui ... cives iugulari iusserit: quorum ante -es eius morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat. 5, 22 BELL. Afr. 46, 1 SIL. 13, 373). Ov. fast. 2, 832 *Lucretia* fixit sua pectora ferro et cadit in patrios sanguinolenta -es. LIV. 26, 15, 15

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gladio, quem veste texerat, ... transfixus ante -es imperatoris moribundus procubuit. 38, 24, 9 *uxor* caput centurionis ante -es *viri* ... abiecit (*de eadem re* VAL. MAX. 6, 1 ext. 2). CVRT. 9, 5, 17. *al.*

e *ea, quae subiecta, victa sunt ab aliquo* (*etiam vis localis inest apud* SEN. epist.): LVCR. 1, 78 religio -bus subiecta ... obteritur. 5, 1139 regibus occisis ... capitis summi praeclarum insigne cruentum sub -bus vulgi magnum lugebat honorem. VERG. georg. 2, 492 felix, qui ... metus omnis ... subiecit -bus. Aen. 7, 100 *Romani* omnia sub -bus, qua Sol utrumque recurrens aspicit Oceanum, vertique regique videbunt. HOR. carm. 3, 20, 12 arbiter pugnae posuisse nudo sub -e palmam fertur. PROP. 3, 11, 60 Pyrrhi ad nostros gloria fracta -es. OV. met. 14, 490 sors ... ubi pessima rerum, sub -bus timor est. trist. 1, 8, 16 amicitiae ... nomen re tibi pro vili sub -busque iacet. *al.* LIV. 34, 32, 5 an ... Argos ... sub -bus tuis relinquemus? 45, 31, 3 VAL. MAX. 1, 7 ext. 6. 8, 14, 1 quam diu ... Africa Italiae -bus-esset subiecta. SEN. Herc. O. 107 quisquis sub -bus fata rapacia et puppem posuit *Stygis.* epist. 94, 56 *Natura nostris* -bus aurum ... subiecit calcandumque ... dedit. CVRT. 3, 10, 7 PLIN. nat. 9, 55 SIL. 17, 144. VET. LAT. psalm. 109, 1 (Tert. adv. Marc. 5, 9. *al.* = VVLG.) ponam inimicos tuos scabellum -um tuorum (*inde* Matth. 22, 44. *sim.* Is. 66, 1 [Hier. epist. 59, 5, 2. *al. et* VVLG.; *inde* Matth. 5, 35]). *et saepius.*

II *-s animalium vel monstrorum* (*saepe pertinet ad totum membrum inferius sub C, rarius sub A, e. g. l. 52. 65, sed indicationes coloris potius ad imum crus quam ad ipsum -em pertinent, e. g. l. 37. 53; respicitur ungula tantum l. 45. 47. 57. al.*): **A** *quadripedum* (*situs -um indicatur attributis*: anteriores *v. vol. II 159, 34. 36,* priores, primi *v. vol. X 2, 1329, 63 sqq. 1352, 40 sq.,* posteriores, postremi *v. vol. X 2, 210, 5 sqq. 215, 42; cf. etiam* MANIL. 1, 628 posteriora -um Cynosurae ... astra. APVL. met. 10, 17, 3 primoribus. HYG. astr. 3, 1, 1 in -e novissimo. AVIEN. Arat. 362 clunalibus. 391 postrema -um ... vestigia [*gr. ποσσὶ δ' ὀπισθοτέροισι*]): **1** *cornipedum*: **a** *equorum sim.*: PLAVT. Men. 867 agite equi, ... cursu celeri facite inflexa sit -um pernicitas. LVCIL. 193 -bus ... equinis (OV. met. 12, 374. MELA 3, 56 esse e. -bus Hippopodas [*de eisdem* PLIN. nat. 4, 95]. *cf.* SEN. Phoen. 396 equestri ... -e). 1109 Apulidae -bus stlembi. CIC. Arat. 258 hic ... imponit ... -es duplices Equus (*gr. 487 ὁπλαί*). 474. LVCR. 5, 1331 iumenta ... -bus ventos erecta petebant. NEP. Eum. 5, 5. VERG. georg. 3, 499 *equus morbosus* -e terram crebra ferit. Aen. 5, 567 equus bicolor maculis, vestigia primi alba -is ... ostentans. *al.* CVLEX 33. HOR. sat. 1, 2, 88 molli ... -e. OV. epist. 4, 80 exiguo flexos miror in orbe -es *equi.* met. 2, 155 -bus ... repagula pulsant. 5, 264 -is ictibus (GERM. 220 PLIN. nat. 8, 169). 9, 121 fiducia ... vana -um *Nessi.* 12, 304 *centaurus* -um ... certamine vicerat omnes. *al.* LIV. 30, 2, 11 eculeus Reate cum quinque -bus natus (*sim. de prodigiis*: 31, 12, 7. 32, 1, 11 eculeum cum quinque -bus, pullos gallinaceos tres cum ternis -bus natos esse. *cf. l. 58*). *al.* MANIL. 1, 692. 5, 79 *aurigam* vincentem -bus ventos. VITR. 9, 4, 3. SEN. Phaedr. 1084 *equi* recti ... in -es. *al.* **b** *bovum sim.*: CATO agr. 72 boves ne -es subterant, ... pice liquida cornua infima unguito (tit. 81 PLIN. nat. 28, 266. 30, 80). LVCR. 2, 356 *mater vituli* noscit humi -bus vestigia pressa bisulcis (OV. met. 7, 113 solum -e pulsavere b.). 5, 1323. VARRO rust. 2, 5, 8 *armenta* -bus non latis. VERG. ecl. 3, 87 (= Aen. 9, 629) iam cornu petat et -bus qui *taurus* spargat harenam. *al.* HOR. sat. 2, 3, 314. OV. epist. 14, 94 quid, *Io,* numeras factos ad nova membra -es? met. 1, 649. *al.* MANIL. 2, 259 Taurus succidit incurvo claudus -e. PAVL. FEST. p. 114 insignes appellantur boves, qui in femine et in -e album habent. *al.* **c** *variorum*: LAEV. carm. frg. 6 humum ... -bus fodit *aper.* VARRO rust. 1, 13, 4 palea occulcata -bus pecudum. 2, 4, 3 eligere oportet ... *sues* bona forma, ea est cum amplitudine membrorum praeterquam -bus capite. VERG. georg. 3, 256 sus ... -e prosubigit terram. 3, 460. OV. met. 14, 304 bifidos ... relinquit rima -es *nautarum Vlixis. al.* LIV. 32, 29, 2 agnus biceps cum quinque -bus natus. FEST. p. 249 SEN. Oed. 757. Phaedr. 42 signa -um roscida tellus impressa tenet. *al.*

2 *aliorum*: VARRO ling. 5, 101 volpes, ut Aelius dicebat, quod volat -bus. rust. 2, 9, 4 *canis* -bus magnis et latis (altis *trad.*), qui ingredienti ei displodantur (*item de cane*: CIC. Arat. 276. 388 LVCR. 5, 1068. OV. met. 1, 534 [*v. l. 66*]. 3, 212 -bus Pterelas et naribus utilis Agre. 7, 775 GRATT. 242. *al.*). 3, 12, 5 *lepus italicus* -bus primis humilibus, posterioribus altis (*item de lepore*: OV. met. 1, 534 hic *canis* praedam -bus petit, ille *lepus* salutem. PHAEDR. 1, 9, 5. *al.*). CIC. Arat. frg. 22, 2 *Arcti* -bus ... tenetur magnus Leo (*cf.* OV. met. 2, 480 [*Callisto in ursam vertitur*] coeperunt ... manus ... officio ... -um fungi. MANIL. 1, 628 [*de Cynosura ut* VITR. 9, 4, 6. *al.*] *al.*). carm. frg. 11, 46 *lupa aenea* fulminis ictu concidit atque avolsa -um vestigia liquit (*cf.* PLIN. nat. 28, 266 [*de lupo ut* ISID. orig. 12, 2, 23]). CATVLL. 63, 86 *leo* refringit virgulta -e vago (*cf.* LVCR. 5, 1037 catuli pantherarum scymnique leonum unguibus ac -bus ... morsuque repugnant. *al.*). BELL. Afr. 84, 1 (*de elephanto ut*: LIV. 44, 5, 7 alii elephanti -bus insistentes, alii clunibus subsidentes. CVRT. 8, 14, 26. *al.*). OV. met. 15, 376 (*de ranis ut*: PLIN. nat. 18, 303). hal. 63. PHAEDR. 2, 4, 18 *feles* evagata noctu suspenso -e. *al.*

B *avium* (*cf. p. 1910, 16. 19*): PLAVT. Aul. 625 (*de omine malo*) *corvus* radebat -bus terram. CIC. Arat. 52 *Cygni.* VERG. Aen. 3, 233 turba sonans *Harpyiarum* praedam -bus circumvolat uncis (5, 255 *Ganymedem* sublimem -bus rapuit Iovis armiger u. *al.* COLVM. 8, 3, 7. *al.; cf.* OV. met. 6, 516 obuncis [EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 19]). 5, 511. 11, 752 draconem fert aquila inplicuitque -es atque unguibus haesit. OV. met. 5, 553 vobis, Acheloides, unde pluma -esque avium, cum virginis ora geratis? 8, 255. 12, 561 curvis (CLAVD. 15, 469. *cf.* OV. fast. 2, 251 recurvis). *al.* LIV. 32, 1, 11 (*p. 1907, 42*). PAVL. FEST. p. 97. CELS. 2, 18, 6 *avis,* quae -bus ... nititur (*opp.* volatu). PHAEDR. app. 11, 7 (*de gallina*) -bus aliquid scalpere. COLVM. 8, 2, 15 galli. *al.* PLIN. nat. 10, 110 epistulas adnexas earum *columbarum* -bus. 10, 149 aves omnes in -es nascuntur. *al.*

C *variorum*: LVCR. 3, 389 *non sentimus* priva -um vestigia quaeque, corpore quae in nostro culices ... ponunt. 5, 840 *animalia* orba -um. VARRO ling. 7, 65 *vermiculus pilosus,* qui solet esse in fronde cum multis -bus. rust. 3, 16, 5 non in favo *apis* sex angulis cella, totidem quot habet ipsa -es? (*sim.* 3, 16, 24). VERG. georg. 4, 257 *apes* -bus conexae ad limina pendent (*cf.* Aen. 7, 66 -bus per mutua nexis examen ... ramo ... pependit). 4, 310 (*apes in vitulo mortuo generantur*) visenda modis animalia miris, trunca -um primo, mox et stridentia pinnis miscentur. OV. am. 1, 14, 7 -e quod gracili deducit aranea filum. met. 7, 641 *formicarum.* 15, 384 *apes* serosque -es serasque adsumere pinnas. PAVL. FEST. p. 156 (*exemplum monstri*) serpens cum -bus. p. 366 tippula bestiolae genus sex -es habentis. COLVM. 8, 11, 15 lucustae ... -bus ademptis utiles cibandis pullis habentur. SCRIB. LARG. 39 bestiolae multorum -um. PLIN. nat. 9, 83 mollia sunt lolligo, saepia, polypus ...: his caput inter -es et ventrem, pediculi octoni omnibus; saepiae et lolligini -es duo ex his longissimi et asperi ..., cetera cirri. 9, 97 cancris ... -es octoni, omnes in obliquum flexi; feminae primus -s duplex. 11, 3 qua subtilitate *natura* ... praelongavit -um crura *culicis.* 11, 21 *apes* prioribus -bus femina onerant ..., -es priores rostro. 11, 101 insectorum, -es quibus sunt, in obliquum moventur; quorundam extremi longiores foris curvantur. 11, 258 insectorum -es primi longiores duros habentibus oculos, ut subinde -bus eos tergeant. 20, 12 pilosis -bus *multipedae.* 29, 86 rhox ..., -bus brevissimis tamquam inperfectis. 29, 132 araneus candidus, longissimis ac tenuissimis -bus. *al.*

CAPVT SECVNDVM: *per similitudinem quandam transfertur ad alia* (*saepe sec. gr. πούς. nota translationum testimonia l. 62. p. 1909, 3. 8*): **I** *usu vario*: **A** *per similitudinem muneris vel situs dicitur de eis*: **1** *quae sunt ima, extrema, principalia, ita ut fere praebeant fundamentum quo quid stare potest, stabile est*: **a** *incorporaliter* (*opp.* caput *vel* os): **α** *in locutione* nec caput nec -s *sim., sc. de rebus omnino confusis*: PLAVT. Asin. 729 ego caput huic argento fui hodie reperiundo. :: ego -s fui. :: quin nec c. nec -s sermoni apparet. Capt. 614 garriet quoi neque -s umquam neque c. compareat. DICTVM Caton. Liv. perioch. 50 nec c. nec -es nec cor habere *legationem.* CIC. fam. 7, 31, 2 (*in lusu verborum*) tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis, 'nec c. nec -es'; equidem vellem, uti -es haberent, ut aliquando redires. HOR. ars 8 (*conferuntur formae monstrosae et libri inepti*) ut nec -s nec c. uni reddatur formae. **β** *varia exempla* (*cf. l. 44. 49. p. 1909, 16*): AVR. VICT. Caes. 20, 26 (*Severus ad milites*) sentitisne ... caput potius quam -es imperare? (*fere eadem* HIST. AVG. Sept. Sev. 18, 11 Tac. 5, 2). AMBR. paenit. 2, 7, 62 (*antea*: os erat Christi apostolus) utinam ego -s eius esse merear. PELAG. in I Cor. 12, 21 ('non potest dicere ... caput -bus: non estis mihi necessarii') sacerdos est caput, infimi -es ecclesiae. EVSEB. GALLIC. hom. 16, 4 (*ad exod. 12, 9* caput cum -bus ... vorabitis) 'caput' ... divina, '-es' humana substantia est.

b *corporaliter; dicitur de parte*: **α** *rerum ad supellectilem pertinentium: lecti*: TER. Ad. 585 lectulos ... ilignis -bus faciundos dedit. LVCIL. 16 'clinopodas lychnos'que ut diximus ... ante: '-es lecti' atque 'lucernas' (CATVLL. 61, 115. VARRO ling. 6, 55 a -e nostro -s l. ac betae. PROP. 3, 6, 14. SEN. benef. 2, 34, 2 -em et nostrum dicimus et l. et veli et carminis. PLIN. nat. 24, 137. *al.*). CATVLL. 10, 22 fractum ... veteris -em grabati. OV. met. 8, 656 *lectus* sponda -busque salignis. *al. mensae:* LVCIL. 1062 clauda una est -bus cariosis mensula nobis. PROP. 4, 8, 44 reccidit in ... suos mensa supina -es. OV. met. 8, 661 mensae ... erat -s tertius impar (12, 254 -e convulso m. ... acernae. PLIN. nat. 12, 5. *al.*). PETRON. 136, 5 -em mensulae extorsi. *al. variarum rerum*: CATO agr. 98, 1 unguito fundum arcae et extrinsecus et -es et angulos. RHET. Her. 4, 55, 68 subsellium quoddam ... premens dextera -em defringit. GLOSS. -es telae: *ἱστόποδες* (*hinc corrupta* [*an est vox compos.?*]: GLOSS. III 20, 50 peditelae. 146, 31 pedetelia. *cf.* GLOSS. -s telaris: *ἱστόπους*).

β *velorum, sc. vel imus angulus vel funis eo conexus* (*sec. gr.*): CAECIL. com. 256 venerio cursu veni prolato -e usque ad scaphonem (SEN. Med. 322 p. -e transversos captare notos. PLIN. nat. 2, 128 in contrarium naviga-

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur p. -bus). LVCIL. 316 -bus cercurum †concurret† aequis (CIC. Att. 16, 6, 1 utrumque *sinum* -bus a. tramisimus. OV. fast. 3, 565). CIC. de orat. 3, 159 si res suum nomen ... non habet, ut '-s' in navi ..., necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere. CATVLL. 4, 21 *si* utrumque Iuppiter simul secundus incidisset in -em. VERG. Aen. 5, 830 una omnes fecere -em (*cf. Arist. mech. 851b8 ποδιαῖον ποιησάμενοι*). SEN. *p. 1908, 62.* LVCAN. 5, 428 navita ... obliquat laevo -e carbasa. 8, 185 quo nunc -e carbasa tendi nostra iubes? BOETH. in categ. comm. 1 p. 166^{D} sicut dicitur -s hominis, ita quoque dicitur -s navis et -s montis. ISID. orig. 19, 3, 4 siparum genus veli unum -em habens. *ibid.* -s extremus angulus veli, quem sic nautae loquuntur. 19, 4, 3 propes funis, quo -s veli alligatur, quasi pro -es. *huc fort. addas* PAVL. NOL. carm. 24, 320 *naufragus* caligis vilibus donatus est, ⌞ne nautico (naufrago *Hartel*) erraret -e⌟ (*sc. ut itinere terrestri pergeret*).

γ *aedificii, castrorum sim., sc. -s est eorum area*: VARRO ling. 5, 95 standi fundamentum -s, a quo dicitur in aedificiis area -s magnus et qui negotium instituit -em posuisse. SEN. dial. 9, 10, 4 exiguae saepe areae ... arte patuerunt et quamvis angustum -em dispositio fecit habitabilem. COLVM. 1, 4, 8 *agricola villam aedificans* areae -em tantum complectatur ..., quantum ne villa fundum quaerat, ne fundus villam. FRONTIN. strat. 4, 3, 13 in -e castrorum *arborem* fuerat complexa metatio. CIL III 13796 (*a. 140*) castra ... duplicato valli -e et inpositis turribus ampliavit. HYG. mun. castr. 2 -e manenti eam *pedaturam* mutabimus. 16. 32 ut alae ... ad -em tendant. AVSON. Mos. 327 *villa* riguis humili -e condita pratis.

δ *plantarum* (*cf. B*): Ⓘ *de parte ima, sc. radicibus sim.*: VARRO rust. 1, 2, 27 malo de meis -bus audire, quam quemadmodum -es betaceos seri oporteat (*cf. p. 1908, 61 et* COLVM. 10, 254 folio viridis, -e candida beta). COLVM. 3, 10, 11 radices velut quaedam fundamenta iecit *vitis,* ut is quasi -bus insisteret (*de eadem*: 4, 24, 5 percuratis ... quasi -bus crura ipsa truncique circumspiciendi sunt). PLIN. nat. 17, 224 (*antea*: ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori) in -es, hoc est radices, inrumpit vis morbi. 22, 93 geminis *boletis* ex uno -e. AVG. in psalm. 9, 15 radix ... tamquam -s arboris intellegitur. VITAE patr. 5, 14, 3 mitte ei *ligno sicco plantato* ad -em eius lagoenam aquae. *fort. addas* PLIN. nat. 27, 131 (*incantatio*) reseda, morbos reseda; ... scisne, quis hic pullus (*i. germen?*) egerit radices? nec caput nec -es habeat (*v. e. g. Önnerfors, ANRW II 37.1, 175 sq.; fort. conferas etiam p. 1908, 43*). Ⓘⓘ *de ramis, sc. arbor confertur c. homine inverso*: GELL. 16, 16, 3 *Varro* -es cruraque arboris ramos appellat, caput stirpem atque caudicem.

ε *variarum rerum*: HOR. sat. 2, 2, 117 *nihil edi* praeter holus fumosae cum -e pernae. PERS. 4, 12 cum fallit -e regula varo (*sc. suo, v. Kißel, 1990, ad l.; alii aliter intellegunt, e. g. sec. p. 1915, 30*). CIL VI 2494 (*saec. II/III*) oriundus in Pannonia superiore -e Faustiniano (*cf.* 37213 [*saec. II/III*] Aur. Vero ... nat(ione) Pannon(ius) -e Sirmese. SOL. 2, 51 in Dalmatiae -em. 27, 1 omnis Africa a Zeugitano -e incipit). ITIN. Burdig. p. 587, 4 ad -em montis ([-e *var. l., ut* ITIN. Anton. Plac. rec. A 37]. AMM. 14, 8, 10 imos ... -es Cassii m. [*sim.* 19, 3, 1. *al.*]. 18, 7, 8 sub montium -bus. 20, 9, 1. HIST. AVG. Gall. 19, 4. BOETH. *l. 9. al.; cf.* AMM. 31, 4, 7 sub imo Athonis -e). RVFIN. Orig. in iud. 4, 2 p. 488, 26 *percussit viros* in stiva vel -e aratri (*ad iud. 3, 31, ubi ἀροτρόποδι*).

2 *quae eunt, movent, stant*: **a** *exempla varia*: α *de hominibus*: PLAVT. Men. 350 (*servus ad remiges*) asservatote haec sultis, navales -es. VET. LAT. Iob 29, 15 (Cypr. testim. 3, 1) cum essem oculus caecorum, -s quoque clodorum ego essem (VVLG. fui ... -s claudo). β *de rebus eorumve motu*: LVCR. 5, 272 (= 6, 638) *aqua* super terras fluit agmine dulci qua via secta semel liquido -e detulit undas (*item abl. de cursu fluminis, aquae*: CVLEX 17 sonans liquido -e labitur unda. HOR. epod. 16, 48 montibus ... crepante lympha desilit -e. SIL. 6, 140. CARM. de Sod. 63 torrens rivorum innumeros uno -e subvehet amnes. *aliter, sc. respicitur etiam deus*: VERG. Aen. 9, 125 cunctatur ... amnis ... revocatque -em Tiberinus ab alto [*cf.* NON. p. 461, 26]). GERM. frg. 2, 8 *planetae* mundum subeunt lento -e. PHAEDR. app. 5, 22 *trunca species Veritatis* Mendacium appellatum est, quod negantibus -es habere *consentiendum est.* PLIN. nat. 36, 127 *natura* -es ei *magneti* inpertivit et mores. *al.*

b *in explicatione sacr. script. et usu inde derivato* (*cf. Kötting, RAC VIII 741*): HIL. in psalm. 120, 7 (*ad* psalm. 120, 3 non det in commotionem -em tuum) sub -is nomine motus mentis nostrae ... significat *scriptura* (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 56, 4 humani affectus ... quasi -es sunt [in psalm. 38, 2. 94, 2]. in psalm. 9, 15 -s animae recte intellegitur amor ...; amore enim movetur. EVSEB. GALLIC. hom. 40, 3 CASSIOD. in psalm. 120, 3. *al.; cf. p. 1910, 3*). HIER. epist. 52, 9, 3 alius in ecclesia oculus est, ... alius manus, alius -s (*item de Christianis*: PELAG. in I Cor. 12, 15 ['si dixerit -s'] -s ecclesiae dici potest, qui ad intercedendum egreditur. RVFIN. patr. 1, 10 l. 15 erunt ... -es Christi, qui currunt ad faciendam pacem. *al.*). tract. in psalm. I p. 145 l. 92 *deus* totus manus est, quia omnia operatur; totus -s est, quia ubique est (*inde* AVG. epist. 148, 13 cum audimus manus *dei,* operationem intellegere debemus et, cum audimus -es, praesentationem. *cf.* AVG. serm. 53, 7 -es dei, praesentia dei). RVFIN. Orig. in exod. 10, 4 p. 251, 17 manus est animae virtus ..., velut si dicamus actus eius ..., et -s, quo incedit ad bona vel mala (*cf.* p. 251, 19 *actus* per manus significantur et -es. CASSIOD. inst. 1, 15, 4 -es pro actu ponuntur. GREG. M. in Ezech. 1, 3, 17 boni operis -em [moral. praef. 13 inoffenso -e o. 5, 11]. *al.*). AVG. in psalm. 90, serm. 2, 8 l. 47 qui sunt -es domini? apostoli missi per totum orbem terrarum. qui sunt -es domini? omnes euangelistae, in quibus peragrat dominus universas gentes (*cf. p. 1895, 64; sim.* OP. imperf. in Matth. 3 p. 652. VEREC. in cant. 6, 5 apostoli -es domini significantius agnoscuntur, per quos ... circuit mundum. *al.*). EVCHER. form. 1 p. 7, 17 -es domini: stabilitas aeternitatis (*cf.* 6 p. 38, 3 -es: cursus vitae vel stabilitas mentis vel fidei. CASSIOD. in psalm. 98, 5 l. 120). *al.*

B *per similitudinem formae dicitur de plantis earumve partibus* (*cf. A1bδ*): **1** *ponitur in nomine herbarum* (*sc. c. attributo animal indicante*): COLVM. 12, 7, 1 eius coliculum, qui milvinus -s appellatur (GLOSS. III 535, 38 ameu: id est pedemelbinu. 549, 46 ameus: -s m. *cf.* COLVM. 12, 7, 5 -em milvi). PLIN. nat. 25, 155 (*inde* 1, 25, 98) capnos trunca, quam -es gallinaceos vocant (DIOSC. gr. Vind. 2, 139 *καυκαλίς· ... Ῥωμαῖοι πέδε⟨μ⟩γαλλινάκιουμ, οἱ δὲ πέδε⟨μ⟩πούλλι.* 2, 156). PS. APVL. herb. 61 tit. herba leporis -s (61 l. 6 herba l. -s quam Afri adundi dicunt, Romani benedicta, ⌞Graeci lagopus a similitudine -is leporum dicta⌟ [⌞ ⌟ *add. cod. interpol.*]. MISC. Tir. p. 56, 13). 130 l. 15 radix eius *herbae est radici* -is ursi similis. GLOSS. III 561, 76 -s leonis (*v. supra p. 965, 36 sqq.*). **2** *inter membra* mandragorae, *sc. herbae hominis forma praeditae*: PS. APVL. herb. 131 l. 8 cum videris -es eius herbae m. et manus eius. l. 31 ⌞de ... -e dextro⌟ m. tollis scripula singula (⌞ ⌟ *ad textum, non ad tit. pertinere vid., cf. ibid. l. 39. 46*).

C *similitudine non prorsus perspicua:* ?**1** *de pene hominis* (*an propter situm?*): LVCIL. 1248 permixi lectum, imposui -e pellibus labes (*vulgo huc trahitur, sed haud scio an notio propria intellegenda sit*). VVLG. Is. 36, 12 ut ... bibant urinam -um suorum (*hac versione misceri vid. textus hebraici et ketib q. d. [i. 'urinam'] et qere q. d. [i. 'aquam -um']. ad usum hebr. v. Kötting, RAC VIII 738*). **2** *de congerie fructuum expressorum* (*an sec. A1b?*): COLVM. 12, 19, 3 ante quam prelo -s eximatur. 12, 36, 1 mustum tortivum est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso -e exprimitur (12, 45, 2 v. -s bene prelo expressus proruitur). PLIN. nat. 15, 5 sive in sportis prematur *oleum,* sive ... exilibus regulis -e incluso. *addas fort.* PLIN. nat. 18, 317 pressura una culleos XX implere debet; hic est -s iustus (*si recte de congerie exprimenda intellegimus; vulgo de mensura quadam vel fundamento calculandi cogitatur*). **3** *de discrimine ultimo sim.* (*sec. A1a? anne sec. notionem -em conferendi p. 1901, 39 sim.?*): PS. QVINT. decl. 3, 6 collatis ... castris, cum totum bellum quodam genere ad -em venisset.

II *speciatim, in re metrica* (*sim. ac gr. πούς dicitur plerumque de certis partibus versuum, sed hic illic etiam usu laxiore, v. infra ad B; comparantur aliae actiones, quae certo rhythmo fiunt, p. 1911, 35. 49*): **A** *generalia quaedam praemonenda*: **1** *de nomine et imagine*: SERG. gramm. IV 480, 5 sq. -s dictus est, quo quasi metrorum gressus incedat (*sim.* ISID. orig. 1, 17, 1. *al.*); aliter dictus est -s, quod hoc quasi pedali regula ad versum utimur mensurandum (*sim.* PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 44, 3 sq., *ubi additur*: sive quia in percussione metrica -is pulsus ponitur tollitur-que). **2** *luditur cum notione originaria* (*selecta, addas e. g. p. 1911, 69. 72*): CATVLL. 14, 22 vos hinc ... abite illuc, unde malum -em attulistis, ... pessimi poetae. HOR. ars 80 hunc socci cepere -em (*sc. iambum*) grandesque cothurni. OV. am. 3, 1, 8 -s illi longior alter erat (*de Elegia, ut*: 3, 1, 10 -bus vitium causa decoris erat. STAT. silv. 1, 2, 9 alternum ⌞suffulta⌟ -em [⌞ ⌟ futura *cod.*]). rem. 378 seu celer *iambus,* extremum seu trahat ille -em. trist. 1, 1, 16 contingam certe, quo licet, illa *loca,* -e (*ad librum Romam missum. cf.* 3, 1, 12 clauda quod alterno subsidunt carmina versu, vel -is hoc ratio, vel via longa facit. Pont. 4, 5, 3 longa via est, nec vos -bus proceditis aequis). CLAVD. carm. min. 13, 1 (*ad podagricum carmina vituperantem*) quae tibi cum -bus ratio? CASSIOD. var. 2, 40, 8 si ... per accentus viam musicis -bus ... gradiatur *rhythmus. al.* **3** *de doctrina* (*selecta*): CIC. orat. 188 -s ..., qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem -is aut aequalem esse alteri parti aut altero tanto aut sesqui esse maiorem (*postea*: aequalis ..., duplex ..., sesqui⟨plex⟩. *cf.* 193. SERG. gramm. IV 481, 11. *al.*). 218 paean, quod plures habeat syllabas quam tris, numerus a quibusdam, non -s habetur (*sim. quaeritur, quot syllabas -s habeat*: QVINT. inst. 9, 4, 79 -s mihi tris syllabas non videtur excedere. 9, 4, 80. ISID. orig. 1, 16, 3 -s duabus constat syllabis *eqs.* 1, 17, 1 usque ad quattuor ... syllabas -es dicuntur, reliqui syzygiae vocantur. *al.*). QVINT. inst. 9, 4, 61 e syllabis brevibus ac longis, ex quibus -es fiunt. DON. gramm. mai. 1, 4 p. 607, 6 -s est syllabarum et temporum certa dinumeratio; accidunt unicuique -i arsis et thesis *eqs.* PS. CENS. frg. 13, 1 numerus

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est aequalium -um legitima ordinatio; huius pars integra -s; partes sunt -um syllabae. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 55, 12 (*e Varrone*) versus est ... verborum iunctura, quae per articulos et ... rhythmos modulatur in -es. MART. CAP. 9, 974 -s ... est numeri prima progressio per legitimos et necessarios sonos iuncta, cuius partes duae sunt, arsis et thesis. *al.* -s *syllaba est apud* VIRG. gramm. epit. 4, 2, 3. 4, 2, 6. 4, 4, 1. *al.* **4** *specimina illustrantia, quomodo -es in oratione soluta adhibeantur* (*cf. e. g. l. 40 sq. 46*): CIC. de orat. 3, 182 *in heroo numero* progredi licet duo dumtaxat -es aut paulo plus, ne plane ... in similitudinem versus incidamus. orat. 195 sentio omnis in oratione esse quasi permixtos et confusos -es. QVINT. inst. 9, 4, 139 in -bus orationis. DIOM. gramm. I 513, 31 sq. multis -bus in oratione utimur, licet stulti putent liberum a vinculis -um sermonem prosae esse debere. *al.*

B *exempla usum illustrantia* (*saepius circumscribitur poesis in universum vel sermo praeditus rhythmo, e. g. p. 1912, 3 sq. 6; agnoscere potes usum metonymicum pro versibus dactylicis vel eleg. e. g. l. 28. 31. 72. 74 [cf. imagines p. 1910, 56 sq.], pro versibus lyr. l. 26. 73*): **1** *varia selecta*: CIC. de orat. 1, 254 *comoedus* adstrictus certa quadam numerorum moderatione et -um. 3, 191 si primi et postremi ... -es sunt ... servati (3, 193 HOR. carm. 4, 6, 35. SIDON. epist. 4, 3, 8 servatis metrorum -bus, -um syllabis). orat. 173 multitudo -es *non* novit. 194 syllabis ... metiendos -es, non intervallis existimat *Ephorus.* 212 fluit ... numerus ... tum incitatius brevitate -um, tum proceritate tardius. 217 hi tres -es male concludunt (*cf.* CIRIS 20 gracilem molli ... -e claudere versum [HOR. sat. 1, 10, 59. 2, 1, 28 -bus ... c. verba]). HOR. epod. 14, 12 *Anacreon* cava testudine flevit amorem non elaboratum ad -em. sat. 1, 4, 7 *Lucilius comicos secutus est* mutatis tantum -bus numerisque. 1, 10, 43 Pollio regum facta canit -e ter percusso, *i. trimetris* (TIB. 2, 5, 16. DOM. MARS. carm. frg. 7, 4 forti regia bella -e. PANEG. in Mess. 36). epist. 1, 19, 28 temperat Archilochi *suam* musam -e mascula Sappho (*aliter e. g. Fraenkel, Horace, 1957, 342 sqq.*). OV. Ib. 46 non soleant quamvis hoc -e, *i. elegia,* bella geri (644). Pont. 4, 12, 5 lex -is officio ... *Tuticani nominandi* obstat (*cf.* RVT. NAM. 1, 420 quosdam refugit regula dura -es [*anne* -is*?*]). MANIL. 2, 760 per ... -es proprios nascentia carmina surgunt. VITR. 1, 1, 15 *eadem ratiocinatio* medicis et musicis e⟨s⟩t de venarum rythmo et ¡ad -em motus¡ (*sc. rhythmo, si vera lectio; ad rem cf.* PLIN. nat. 29, 6 in musicos -es venarum pulsu discripto). SEN. epist. 114, 16 *compositio* molliter detinens nec aliter quam solet *Ciceronis,* ad morem suum -emque respondens. BASS. gramm. VI 255, 5 sotadeus numerus ex trochaeis potest constare -bus (256, 24. 263, 23 QVINT. inst. 9, 4, 45. *al.*). PERS. 1, 13 scribimus inclusi numeros ille, hic -e liber (*cf.* STAT. silv. 2, 7, 22 vinctae -e vocis et solutae). PETRON. 118, 1 ut quisque versum -bus instruxit. VAL. FL. 8, 69 carmina barbarico fundens -e. QVINT. inst. 9, 4, 85 in dimensione -um (*cf.* 9, 4, 112 dimetiendis -bus). 9, 4, 136 (*de iambis*) omnibus -bus insurgunt. 9, 4, 139 ad signandos -es non minus saltationi quam modulationibus adhibetur musica ratio numerorum. 10, 1, 29 ad certam -um necessitatem. 11, 3, 108 sunt quaedam latentes sermonis percussiones et quasi aliqui -es. AVSON. 27, 19b (413 S.), 11 *Iambe,* primus ... novorum metra iunxisti -um. SERV. Aen. 3, 510 *viri* divisi ad officia remigandi, qui esset proreta, quis -em teneret (*i. κελευστής?*). *al.*

2 *accedit adi., subst., nomen numerale*: **a** *indicatur genus*: **α** *ipsius -is*: CIC. de orat. 3, 182 hi tres heroi -es ([*adi. del. pars edd.*]. OV. fast. 2, 126. *al.*). Tusc. 2, 37 *militibus non* adhibetur ulla sine anapaestis -bus hortatio (VAL. MAX. 2, 6, 2 BASS. gramm. VI 256, 24. 262, 22. AMM. 24, 6, 10 vibrantes ... clipeos velut -is a. praecinentibus modulis). OV. rem. 373 Maeonio. BASS. gramm. VI 255, 5 trochaeis ... -bus (257, 5. *al.*). 255, 14 per tribrachum ... -em. 257, 5 ut ... pro iambo -e versus spondeo finiatur aut trochaeo (LACT. frg. 2. DIOM. gramm. I 515, 9 octonarius est, ut Varro dicit, cum duo i. -es iambico metro praeponuntur. *al.*). 269, 18 sive praeposueris duos dactylos -es sive subieceris (TER. MAVR. 2764). PRVD. perist. 3, 209 dactylico (DRAC. Orest. 14. *al.*). ANTH. 480, 1 -s est spondius, longa qui constat utraque (IVL. VICT. rhet. p. 85, 17 spondeum ... -em. *al., adde l. 56*). *al.* **β** *versus, metri: respicitur numerus -um* (*cf. l. 27*): HOR. sat. 1, 10, 59 -bus quid claudere senis (*de hexametris ut*: TIB. 2, 5, 16. OV. Pont. 3, 3, 30 apposui senis ... quinque -es. STAT. silv. 5, 3, 92. 5, 3, 160. *aliter*: PORPH. Hor. ars 252 quaeri ... solet, cur trimetri appellentur, cum s. accipiant -es). OV. am. 1, 1, 4 Cupido dicitur ... unum surripuisse -em. 1, 1, 30 Musa per undenos emodulanda -es (MART. 10, 9, 1). SEN. epist. 113, 25 *si actiones animae animalia sunt,* 'arma virumque cano' animal est, quod non possunt rotundum dicere, cum sex -es habeat. QVINT. inst. 9, 4, 75 trimetrum et ⟨senarium⟩ promiscue dicere licet: sex enim -es, tres percussiones habet. CONSTANT. epist. ad Opt. Porf. 3 inaequali -e elegia cantata. AVSON. 27, 10 (408 S.), 13 quot -bus gradiuntur apes et versus Homeri. *cetera exempla*: HOR. carm. 4, 6, 35 Lesbium servate -em. OV. trist. 3, 1, 56 alternos (*de elegis ut* 3, 7, 10. *cf. p. 1910, 58*).

b *cetera exempla* (*selecta*): CIC. de orat. 3, 182 sunt insignes percussiones eorum numerorum (*sc. iambici et trochaeici*) et minuti -es. 3, 193 extremi (orat. 216. 217. *cf.* BASS. gramm. VI 257, 17 ultimi). orat. 224 brevitas facit ipsa liberiores -es. HOR. sat. 1, 4, 47 *comoedia,* nisi quod -e certo differt sermoni, sermo merus (TIB. 2, 1, 52 agricola ... cantavit c. rustica verba -e. MANIL. 3, 35. *al.*). ars 252 iambus, -s citus. PANEG. in Mess. 36 quique canent vincto -e quique soluto (*cf. p. 1911, 41*). PLIN. nat. 29, 6 musicos (CASSIOD. var. 2, 40, 8). QVINT. inst. 9, 4, 48 metrici (9, 4, 52. *al.*). RVFIN. gramm. VI 555, 6 septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus -s additur. MART. CAP. 9, 975 alios simplices, alios multiplices -es ponimus. ARATOR ad Vigil. 24 psalterium lyrici composuere -es. *al.*

CAPVT TERTIVM: *ducitur mensura a longitudine -is* (*iam in* LEGE XII tab. *invenitur, v. p. 1913, 22. 75 et e. g.* MAECIAN. distrib. 46 in qua *lege* duo -es et semis 'sestertius -s' vocatur. CIC. leg. 2, 61). *de nomine*: VITR. 3, 1, 5 mensurarum rationes ... ex corporis membris collegerunt, uti digitum palmum -em cubitum. *de ratione mensurae: conferuntur aliae mensurae* (*selectae*): VARRO ling. 5, 34 (*inde* COLVM. 5, 1, 5) eius *actus* finis minimus constitutus in latitudinem -es quattuor ... in longitudinem -es centum viginti, in quadratum actum et latum et longum esset centum viginti (BALB. grom. 95, 8. *adde l. 53*). VITR. 3, 1, 8 e cubito ... cum dempti sunt palmi duo, relinquitur -s quattuor palmorum (BALB. grom. p. 95, 2); palmus autem habet quattuor digitos; ita efficitur, uti habeat -s sedecim digitos (FRONTIN. aq. 24, 2 BALB. grom. p. 95, 2 ISID. orig. 15, 15, 2). 10, 9, 4 spatia -um milia quinque, id est passus mille (*al., v. p. 627, 33 sqq.; addas e. g.* PLIN. nat. 2, 85 CIL VI 29777). COLVM. 5, 1, 6 Galli candetum appellant in areis urbanis spatium centum -um, in agrestibus autem -um CL. *ibid.* stadium ... habet passus CXXV, id est -es DCXXV (PLIN. nat. 2, 85). GELL. 3, 10, 11 cubita ... septem, quae faciunt -es duodecim et quadrantem (*cf. l. 21*). BALB. grom. p. 95, 2 -s habet ... uncias XII. p. 95, 6 gradus habet -es duo semis. *al.* *conferuntur varia genera -is* (*nota* COD. Theod. 7, 13, 3 in ... -bus et ... unciis usualibus): PLIN. nat. 6, 121 in singulos -es *Chaldaicarum gentium* ternis digitis mensura ampliore quam nostra (*inde* SOL. 56, 2 MART. CAP. 6, 701). HYG. grom. p. 86, 1 -s eorum *Aegyptiorum,* qui Ptolomeicus appellatur, habet monetalem -em et semunciam. p. 86, 10 sq. dicitur in Germania in Tungris -s Drusianus, qui habet monetalem -em et sescunciam. *occurrit saepe apud scriptores rerum rusticarum et gromaticos et e. g. apud* CAES. (*sed raro apud rerum scriptores, e. g.* TAC. *semel*), VITR., PLIN. nat., *raro apud poetas* (*sunt qui* ENN. scaen. 117 *addant*): PLAVT. Bacch. 580 LVCIL. 482 VERG. georg. 1, 171 HOR. sat. 1, 8, 12 epist. 1, 7, 98 GRATT. 147 STAT. silv. 4, 6, 39 IVV. 13, 173.

I *mensura sollemnis, fixa, qua indicatur*: **A** *longitudo, latitudo, altitudo sim.* (*huc trahere possis p. 1901, 4 sqq.; exempla digessimus sec. casus, qui tamen propter abbreviationes saepe minus certi sunt; cf. Hedberg, Contamination and Interpol., 1968, 163 sq.*): **1** *acc.*: **a** *mensurae*: **α** *pendet ex adi.*: longus: CATO agr. 41, 4 surculos facito sint l. -es binos. *al.* LVCIL. 482 ducentos Cyclops l. -es. LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 13. 14. CIL I^2 677 (*a. 106*). 680 (*a. 99*). CAES. Gall. 7, 73, 9. *et saepius.* latus (*de* PLAVT. Most. 433 *v. vol. VII 2, 1020, 69 sqq., aliter Sturtevant, Am. Journ. Phil. 48, 1927, 345 sq.*): PLAVT. Bacch. 580 comesse panem tris -es l. potes. CATO agr. 48, 2 porcas -es quinos l. facito. *al.* LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 11 *lumen* l. p(edes) VI, altum p(edes) *tot.* 14. CIL I^2 1471 (*ante 82*) latum af muro ad L. Tondei vorsu p(edes) *tot.* CAES. Gall. 7, 24, 1. *al.* VARRO rust. 1, 10, 2 actus quadratus, qui et l. est -es CXX et longus totidem. *et saepius.* altus: CATO agr. 18, 6 aram ubi facies, -es V fundamenta a. facito. *al.* COEL. hist. 54 signum Apollinis ligneum, a. non minus -es XV. LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 11 (*v. l. 51*). 14. *al.* CIL I^2 677 (*a. 106*). 1522 (*saec. II ex.?*) in terram fundamentum est -es a. *tot* (*eadem* 1523). CAES. Gall. 7, 24, 1. *et saepius.* crassus: CATO agr. 135, 6 orbis ... c. -em et palmum. *al.* LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 13. VITR. 5, 1, 6 parastaticae -um XVIII, latae ¡binos¡, c. -em (binum *trad.*). CIL VI 39098.

β *cetera exempla* (*fere pendet e verbo*): Ⓘ *acc. solus*: CATO agr. 6, 3 (*inde* VARRO rust. 1, 24, 4) oculos harundinis -es ternos alium ab alio serito (*cf.* 47 ternos -es oculos disponito). 18, 5 fundamenta p(edes) V facito (18, 7. 21, 1. INSCR. Betilieni [CIL I^2 1529; *a. 134/90*] 11. CIL I^2 758 [*a. 57*]. *al.*). 19, 1 -em quaeque ut absiet (VARRO rust. 3, 8 infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres -es. LIV. 37, 38, 9 PLIN. nat. 4, 119). 76, 3 in tabula pura, quae pateat p(edem) I (VARRO rust. 3, 5, 10 S. C. Frontin. aq. 127, 1 PLIN. nat. 36, 30). orig. 52 *caprae* saliunt e saxo -es plus sexagenos. *al.* LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 1, 17. CIL I^2 675 (*a. 108*) muru(m) aedificandum coiraverunt ped(es) *tot* (676 [*a. 108*]). CAES. Gall. 7, 23, 1 trabes ... distantes inter se binos -es (*al.* VITR. 7, 3, 2. *al.*). *al.* BELL. Afr. 15, 1 nequis miles ab signis IIII -es longius procederet (*sim.* 71, 1). SALL. Catil. 55, 3. VITR. 6, 6, 2 uti singula iuga ne minus -es occupent septenos (6, 6, 3. VEG. mil. 3, 15, 1). *et saepe.* Ⓘ *c. addi-*

[N. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tamentis indicantibus, quorsum mensura agatur: CATO agr. 18, 3 summa torculario vasis quadrinis: latitudine p(edes) *tot* ..., longitudine p(edes) *tot.* CIL I² 1301 (*saec. I¹*) in fr(onte) p(edes) *tot* ..., in agr(um) p(edes) *tot* (*sim. saepissime in inscr. sepulcralibus, v. vol. I 1302, 27 sqq. VI 1, 1365, 10 sqq.; cf.* INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 186, 5 meris III in fro⟨n⟩te p(edes) *tot.* 186, 7). CAES. Gall. 7, 73, 5 scrobes tres in altitudinem -es fodiebantur (*cf.* VARRO rust. 3, 5, 10 patet in latitudinem -es *tot* ..., in longitudinem -es *tot.* 3, 5, 15. VITR. 10, 14, 2 in altitudine. R. GEST. div. Aug. 23. *al.; c. adi.*: VEG. mil. 1, 24, 3 in altum [*sim.* 3, 14, 6 in directum. 3, 14, 7. 3, 15, 3 LEX Sal. Merov. 102, 1]. INSCR. Bulg. Beševliev 7a [*saec. V*] in longo ... in lato). BELL. Alex. 2, 4 *vallum tot* -es altitudinis habebat (*item pendet gen. subst.*: FEST. p. 363 latitudinis. COLVM. 5, 3, 5 arb. 1, 5. *al.*). VITR. 2, 9, 7 *pars arboris* praecisa alte circiter -es XX (COLVM. 3, 13, 8 arb. 30, 1. PLIN. nat. 14, 84 uvis in sole siccatis ... in cratibus ... *septem* -es a terra a. 19, 60. *cf.* PAVL. dig. 8, 3, 30 circa eam aquam late decem -es exceperat [*ibid. iterum*]). 5, 10, 2 altitudinem ... pilae habeant -es duo. COLVM. 5, 1, 13 ut longitudinem haberet ⌞-es⌟ *tot* ..., latitudinem ⌞-es⌟ *tot* (⌞ ⌟ -um *Hedberg*). GREG. TVR. Franc. 1, 32 habuit ... paries ille crassitudinem -es triginta.

2 *de animalibus* (*de turba l. 66. 72. 74. p. 1931, 8, de monstro paene humano l. 62 [cf. l. 41]; in compar. l. 61, in imag. l. 68*): **a** *de variis*: Cic. Cluent. 41 omnes *Oppianicum* ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam -emque fugiebant. Verg. Aen. 3, 620 di, talem terris avertite -em, *sc. Cyclopem.* Ov. epist. 9, 61 -is Nemeaea (*de leone illo ut* Sen. Herc. O. 1193). *al.* Manil. 2, 228 *taurus et aries* -isque duorum praedatorque leo (positique *sim. trad.*). 4, 662. Sen. Herc. O. 1516 nulla -is fudit Alcidem palam. *al.* Sil. 9, 620 Maurusia -is, *i. elephanti. al.* (*in lusu verborum*) *de capro foetido*: Catvll. 69, 9 *trux caper est* mala bestia; ... quare ... crudelem nasorum interfice -em (*alarum foetor vincitur quasi bestia, cf. p. 1931, 41 et vol. III 306, 51*). **b** *de venenosis*: Lvcr. 5, 26 Lernaea ... -is, hydra venenatis ... vallata colubris (*sim. de serpentibus*: Verg. georg. 3, 419 coluber ..., -is acerba boum. Sen. Med. 681 *Medea* -es vocat ... et omne monstrum. Colvm. 7, 4, 6 praedictam -em [*de multitudine ut* 8, 5, 18]. *al.*). Colvm. 1, 5, 6 nantium serpentiumque -īs. Lvcan. 9, 844 (*de scorpionibus, salpugis sim.; cf.* Plin. nat. 11, 85 *scorpiones,* -is inportuna. Ser. med. 860 dirae ... -es ..., scorpius ... et araneus *mus*). *al.* **c** *de bestio-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lis, quae plantis vel pecori sim. nocent (cf. p. 1928, 52 et 1930, 16. 71): VERG. georg. 1, 181 *ne* variae inludant -es, *sc. frumentum in area intercipientes* (*afferuntur* mus, talpae, curculio *al.*). COLVM. 2, 9, 10 subterraneae -es ... segetes ... enecant. 8, 3, 6 feles ... aut coluber ... et aeque noxiae ... -es. 9, 7, 6. 9, 14, 2 (*de tineis, papilionibus*). PLIN. nat. 17, 265 sunt arborum -es ... formicae. 21, 81 PS. QVINT. decl. 13, 3 p. 268, 16. VEG. mulom. 1, 45, 1 (*de lumbricis tineisque intestinis; cf.* 1, 45, 3 ut ... eiciantur -es internae). CORIPP. Ioh. 2, 201 (*de locustarum examine*).

3 *de numinibus noxiis* (*de eorum turba l. 10 sq. 16 sq.*): VERG. Aen. 3, 215 *non* saevior ulla -is et ira deum *orta est* (*sc. quam harpyiae, cf.* VAL. FL. 4, 491 *non* prodita -is ante, sed ... *subito* videre volucres [*nisi ad A*]). 7, 505 -is ... latet aspera silvis (*sc. Allecto; item de Furiis*: 12, 845 dicuntur geminae -es cognomine Dirae [*de una earum* 865]. CLAVD. 3, 29 -es Erebi [*afferuntur* Discordia, Fames *al.*]. *cf. p. 1921, 23. 1928, 31. 1930, 31*). IVVENC. 3, 40 petit Herodem -is saevissima (*de daemone ut*: PRVD. perist. 10, 25, *de pluribus*: PRVD. cath. 9, 55 pulsa -is ... milleformis daemonum *in sues abiit.* perist. 4, 70. *cf. p. 1921, 35. 1926, 51*). CORIPP. Ioh. 8, 309 Taenarium ... Iovem, cui ... *homo* mactatur victima -i.

4 *de rebus*: **a** *de variis sive corporeis sive incorporeis* (*de viribus naturae l. 28 sqq. 37, de potestate perniciosa bestiae l. 37; de odore hominis l. 41, cf. p. 1924, 20. 1930, 68; de facibus Furiarum fortasse p. 1928, 30*): PACVV. trag. 270 barbaricam -em (pristem *Quicherat*) ... nova figura factam (*Telegonus loqui vid. de piscis aculeo hastae suae praefixo; cf. de aculeo sagittae*: LIV. 38, 21, 11 tam parvae perimentis ... -is). CIC. Verr. II 5, 162 crux *civi Romano* ..., qui numquam istam -em viderat, comparabatur (*nisi de Verre*). Cluent. 186 tu -em ... filio ex matris sinu deprompseris (*sc. quaestionem ab ea fictam*). SALL. Iug. 14, 10 illa -is ex Africa eiecta est, *sc. potentia Carthaginis.* VERG. Aen. 5, 683 toto descendit *navium* corpore -is ([SERV. incendium]. *item de igni vel incendio*: 5, 699 servatae a -e carinae. 9, 540 *pars turris* -e caret. SIL. 4, 304 *venator* cubilibus atram [*sc. fumantem*] immittit ... -em. 7, 360 Vulcania -is [14, 423. 17, 504. 594 *Vesuvii*]. *al.* CORIPP. Ioh. 3, 453). MANIL. 1, 360 Gorgonis ora, ... -em ... videnti (testem *trad.*). CVRT. 4, 3, 26 (*hostes harenam fervidam e muris devolvunt*) nec ulla -is magis timebatur (*cf.* SIL. 14, 304 *e turri* picis diffundere -em). 4, 6, 23 ultima -is urbis fuit cuniculo subrutus murus. MELA 2, 10 auri argentique, maximarum -ium (*item de auro*: PLIN. nat. 33, 4 vitae ... -em). PLIN. nat. 2, 132 *typhon ventus,* praecipua navigantium -is. 8, 91 in crocodilo maior erat -is *eqs.* SIL. 14, 319 (*de machina bellica*). STAT. Theb. 2, 282 *Vulcanus* varias -es ... interplicat *monili Harmoniae.* PRIAP. 84, 2 mihi *Priapo ligneo* est horrida -is hiems (*cum rustici me comburant*). SIDON. epist. 3, 13, 8 (*in imag. respicitur odor alarum hircosarum*) nares ... Ampsancti -e funestat. **b** *de venenosis*: CIC. Tusc. 2, 20 (vers.; *loq. Hercules*) inligatus -e interimor textili, *sc. veste venenata.* OV. fast. 5, 404 virus edax *sagittae* superabat opem ... *et* recepta ossibus ... -is erat (*item de suco, viro sim.*: SEN. Herc. O. 566 congeratur virus et vestis bibat Herculea -em. Oed. 152 perdidit -em ... serpens, aret et sicco moritur veneno. LVCAN. 4, 728 -is exprimitur faucesque *serpentis* fluunt ... veneno. *al.* PLIN. nat. 25, 149 *mandragorae* sucus -is est. *et saepius*). SEN. Med. 720 illas contulit -es Athos *eqs., sc. herbas.* SIL. 6, 240 *serpentis monstrum* catervas *virorum* ... afflatus -e premebat. **c** *de vitiis animi sim.* (*cf. p. 1928, 22. 45 sqq. 1929, 19*): CIC. Cato 39 nullam capitaliorem -em quam voluptatem corporis hominibus ... datam (*simili locutione*: Lael. 34 -em ... nullam maiorem esse amicitiis, quam ... pecuniae cupiditatem *eqs.* [*item fere, sed de adulatione* 91]. off. 3, 34 [*de opinione falsa*]). VERG. Aen. 4, 90 *Iuno Didonem* tali persensit -e teneri (*pendet* MAXIM. eleg. 3, 51. *item de amore infelici*: SEN. Phaedr. 210. VAL. FL. 7, 252 -em ... latentem ossibus *Medeae.* 8, 165. *cf. p. 1928, 45. 1929, 22*). 6, 737 *animis mortuorum non* omnes corporeae excedunt -es (*cf. 746* labem. *an de parte aegra ut p. 1928, 58?*). LIV. 34, 4, 2 duobus vitiis, avaritia et luxuria ..., quae -es omnia magna imperia everterunt (*item de avaritia*: VAL. MAX. 4, 3 pr. SEN. dial. 11, 13, 2. 11, 19, 7; *de luxuria*: OCTAVIA 427 luxuria, -is blanda. IVST. 20, 4, 6). SEN. contr. 2, 1, 10 quae tanta vos -is (festis *et* fert ira *trad.*) ... quaeve furiae in *bellum* ... egere? SEN. dial. 3, 2, 1 (*de ira*). epist. 22, 15 cupiditatibus ..., timoribus, ... superstitionibus, ... perfidia ceterisque -bus. *al.* PLIN. nat. 2, 43 mira ... humani ingenii -e ... caedes condere annalibus iuvat. *al.* *genus vitii indicatur per adi.*: AVG. c. Faust. 20, 5 p. 538, 25 o ⌞inperita -is⌟ et vanitas versipellis (*i. imperitia pestifera*).

deriv.: pestibilis, pestibula, pestilens; *cf.* pestilitas.

compos.: pestifer, pestifico, pestinuntius. *Spoth.*

[Noniae T. f. Rufinae **pestlicl** sacr. L. Hispellatius Sabinianus ... heres CIL XI 4212, 3 (*cf. ibid. p. 1366; lapis non exstat*). *corruptum; fort. latet vox osca* (*cf. Untermann, Wb. des Oskisch-Umbrischen, 2000, 548*).]

pestlum *v. sub* pessulus (-lum). **pestrīnum** *v. sub* pistrinum.

pestrīx: belua marina GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1252 *pertinet ad* 1. pistrix (*pro* pristis, *v. vol. X 2, 1382, 43 sqq.*).

pestul- *v. sub* pessul-.

peta, -ae *f.* *a* petere *retrograde; de formatione et exemplis infra allatis fusius agit Timpanaro, Contributi di filol., 1978, 457 sqq.*

1 *significatur impetus gladiatoris, qui gladio sim. petit adversarium*: FRONTO p. 9, 5 (*in imag.*) circa Q. Ennium ... malitiosam -am dedisti, cum ais '...'. SERV. Aen. 9, 437 (439) 'Volscentem petit': appetit; -as (*codd.*, petitiones *edd. vulgo* [*cf. p. 1941, 18 sqq.*]) enim proprie dicimus impetus gladiatorum, unde Cicero (*sc. Catil. 1, 15* [*v. p. 1941, 22*]): '... petitiones ... effugi' (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1273 -as: impetum gladi⟨at⟩orum). **2** *est nomen deae rebus petendis praefectae*: ARNOB. nat. 4, 7 p. 210, 1 putationibus arborum Puta ... praesto est, rebus petendis -a *eqs.* 4, 8 p. 210, 14.

petācius *v. sub* petax.

petagnīcios Bizantinorum lingua Ianuarius mensis dicitur GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1266 (mens. p. 111). *e gr. πεταγείτνιος* (*πεδαγείτνυος*).

merion i. **petali** GLOSS. III 569, 35. *obscurum; inter species medicamentorum; subesse πετάλιον suspicatur Heraeus in exemplari suo.*

petalis POL. SILV. chron. I p. 544, 2. *inter nomina insectorum sive reptantium; vox obscura, fort. coniungenda c. gr. πετηλίς.*

petalium, -ī *n., πετάλιον.* [*edebatur olim* -um *pro* telinum PLAVT. Curc. 103, -on PS. APVL. herb. 18 l. 27 (*ubi* megalion *pars codd.*); *cf. etiam l. 16.*] *fortasse significatur brattea aurea, qua caryotae obducuntur*: MART. 13, 27 tit. -um caryotarum (petadium, petauvium *var. ll.*, palathion *Salmasius; ad rem cf. 8, 33, 11* hoc linitur sputo Iani caryota Kalendis).

petalum, -ī *n., πέταλον* (*quod in gr. respondet, nisi aliud adnotavimus*). *editur litteris gr.* SERV. *sub 1.* *acc. gr.* -on *v. sub 2b.* *genus masc.* -us *l. 34, fem.* -a *fortasse l. 29.*

1 *proprie de folio arboris*: SERV. ecl. 5, 10 ⌞*φύλλα*⌟ sunt dicta a Phyllide, quae antea ⌞*πέταλα*⌟ dicebantur (⌞ ⌟ *scribunt lit. lat. codd.*). *dub. an huc addatur* GLOSS. III 430, 36 pe[n]talae, *v. vol. VI 1, 1010, 73.*

2 *transfertur*: **a** *ad bratteam, laminam tenuem folio similem* (*cf.* EVCHER. instr. 2 p. 149, 11 *in exodo vel regnorum libris vetus translatio habet* '-is', *nova* 'lamminis' [*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1267]): α *factam ex auro* (*in imag. l. 40; cf.* GLOSS. -um: lamina aurea. aurea lamina tenuissima. -us: brattea): *-o ornatur sacerdos* (*sec. exod. 28, 32 [36], ubi* lamina *ponitur Vet. Lat. cod. 100 et Vulg.*): RVFIN. hist. 3, 31, 3 *Iohannes apostolus* fuit sacerdos dei pontificale -um gestans (*fere item* 5, 24, 3. *hos locos explicant*: GLOSS. Leid. Hessels 4, 34 -um: lamina aurea [petulum: lumina a. *cod.*]. 35, 147 -um: in quo scriptum est nomen dei vel tetragrammaton [*item* GLOSS. V 429, 3]). Orig. in exod. 9, 4 p. 243, 5 (*agitur de ornatu spiritali animae*) aurea lamina in fronte resplendeat, quod -um appellatur *eqs.* EVCHER. instr. 2 p. 156, 16 *erat* -um aurea lammina in fronte pontificis, quae dei nomen illud ineffabile tetragrammatum ... gerebat inscriptum (*sim.* ISID. orig. 19, 21, 7 GLOSS. V 379, 36 GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1269 Corp. P 240). ORIG. in Matth. ser. 130 p. 267, 14 princeps ... sacerdotum ... portabat in capite suo formam signi 'sanctificationem domini' scriptam in -o. *-o ornatur templum* (*cf. confusionem verborum Vet. Lat. III reg. 6, 35* [*cod. 95*] expansa spatalia *in valvis templi* [*gr. διαπεπετασμένα πέταλα*]): CASSIOD. Ios. antiq. 8, 74 p. 224 *Salomon* stravit ... pavimentum templi -is aureis (*gr. ἐλάσμασι, cf. III reg. 6, 30*). β *factam ex radicibus plantae*: ORIBAS. syn. 1, 18, 11 add. La p. 63, 15 *radices raphanorum* ⌞inciduntur⌟ in ⌞peta[ta]lis⌟ tenuissimis *eqs.* (⌞ ⌟ *corr. sec. codd. cet. eiusdem vers.; Aa* lamnas).

?**b** *ad herbam quandam*: DIOSC. 4, 141 p. 64, 7 dafnoides ⌞aut -on⌟ ... aut peplon dixerunt (⌞ ⌟ *fort. legendum* eupetalon, *v. gr. 4, 146 εὐπέταλον, Ps. Apul. herb. 58 l. 7* eupetalos).

petaminārius, -ī *m.* *a gr. πετάμενος.* *fere significatur athleta, qui saltando volare vid., vel funambulus sim.*: FIRM. math. 8, 15, 2 *ea constellatio faciet* -os, efelmatores, orchestopalarios, petauristarios. SALV. gub. 6, 15 de omnibus *insidiis inlecebrarum* dicere: ... athletis, -is, pantomimis.

petasātus, -a, -um. *a* petasus; *cf. e. g.* chlamydatus. *i. q. petaso indutus, tectus:* *masc. pro subst.* (*de Mercurio? cf. p. 1933, 33*): VARRO Men. 410 quid puer rogasset et -us capite adnuisset (pie-, -tassa- *al. var. ll.*). *adi.*: CIC. fam. 15, 17, 1 -i (*v. app. crit.*) veniunt *tabellarii* (*sc. iamiam profecturi; cf.* HIER. in Zach. lib. 2 praef. l. 123 urget -us libri portitor). SVET. Aug. 82, 1 *Augustus solis impatiens* non nisi -us sub divo spatiabatur (-tassa- *var. l.*).

petasio *v. p. 1933, 10.*

?**petasioculus,** -ī *m.* *a πετάσιον, sc. addito suffixo demin. lat., si recte explicat Marchesi ad l.* *i. q. (parvus) petasus*: ARNOB. nat. 6, 12 p. 321, 16 *si quis* det ... huic, *sc. Mercurii simulacro,* radios, Solis capiti -um superponat (petasunculum *Sabaeus; cf. p. 320, 21* petasus).

petasītis, (-idos) *f., πετασῖτις.* *nomen herbae propter folia petaso similis* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 194*): DIOSC. 4, 103 p. 54, 1 de -is; -is virga est longior cubito, ... folia maiora et latiora habet (*gr. 4, 107 περὶ πετασίτου· πετασῖτις*).

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

petaso, -ōnis *m.* [petaso *e πετασών mutuatum esse potest, etsi vox in lingua latina prius occurrit. sed quae notio vocis πέτασος in voce derivata πετασών subsit, non liquet. de suffixo -ων- cf. Schwyzer, Gramm. I 488. Fo.*] [*loco vix sano* GLOSS. V 622, 45 -o, -is est linteum, quo solent mulieres retro accingi (*fort. confunditur c.* petasus, *v. Gatti, Studi Mediev. 29, 1988, 46*).] *significatur coxa suis* (*distinguitur* perna *l. 9. 11 sqq. 22 ratione parum certa [cf. p. 1580, 26 sqq. et e. g. André, L'alimentation, ²1981, 142]; ubique est pro cibo; pluris est -o recens quam vetus l. 11*): VARRO rust. 2, 4, 10 e Gallia adportantur Romam pernae Comacinae et Cavarae et -es (-sio- *fere trad.*). MART. 3, 77, 6 pulpam dubio de -e voras (*cf.* 13, 55, 2 [tit. -o] mihi cum vetulo sit -e nihil). 13, 54, 2 perna; Cerretana mihi fiat vel missa licebit de Menapis: lauti de -e vorent (*cf.* EDICT. imp. Diocl. 4, 8 L. pernae [perbiae *trad.*] optimae -is sive Menapicae vel Cerritanae [*gr. πετασῶνος*]). APIC. 5, 3, 2 lucanicas assas, -em elixas *eqs.* (7, 9, 3 -em ex musteis: -em elixas cum bilibri ordei ...; cum elixatus fuerit, decarnas, et arvillam illius ... uris *eqs.*). *ibid.* componis supra (*i. super pisam*) -is pulpas, porros, lucanicas concisas (*sim.* 5, 4, 2 *piso addis* pulpas, -em [-is *Schuch coll. loco antecedente*]). 7, 9, 3 *piperati* dimidium in -em perfundis (*sim. ibid.* -i refundis).

deriv.: 1. petasunculus.

1. petasunculus, -ī *m.* *a* petaso *deminutive.* GLOSS. V 607, 38 ⌞phaculla: perna⌟, petaso, -us (⌞ ⌟ *e corruptela codd. Paul. Fest. p. 223, v. supra p. 1580, 17 sqq.*). *i. q. petaso parvus, miser*: IVV. 7, 119 quod vocis pretium *erit causidico*? siccus -us (-gulus *var. l.*) ... aut veteres ... bulbi *eqs.* (*cf. l. 10 sq.*).

?**2. petasunculus,** -ī *m., a* petasus *deminutive, v.* petasioculus.

petasus, -ī *m., πέτασος.* *scribitur* -tass- *l. 47.* [*confunditur cum* pegasus HYG. astr. 2, 12, 1 PRVD. c. Symm. 2, 519. *e coni.* PROP. 4, 2, 37 sub -o (*Alton-Smyth,* suppetat hoc *fere trad.; de Vertumno piscatore vel auriga sim., v. Goold, Harv. Stud. Class. Phil. 71, 1966, 78 sq.*).]

i. q. tegumentum: **1** *proprie de tegimine capitis* (*in imag. l. 39; est indicium consuetudinis graecae l. 47; ad rem v. Schuppe, RE XIX 1, 1119 sqq.*): **a** *respicitur ornatus Mercurii*: PLAVT. Amph. 143 (*Mercurius ad spectatores*) ego has habebo ... in -o pinnulas (*cf.* SERV. auct. Aen. 8, 138 quidam hunc in -o et in pedibus pinnas habere volunt propter orationis ... velocitatem). 443 itidem habet *Mercurius* -um ac vestitum: tam consimilest atque ego *Sosia.* HYG. astr. 2, 12, 1 *Perseus* a Mercurio ... talaria et -um accepit (*idem iuxta ponitur*: AVSON. 27, 19b [413 S.], 7 iambe ..., per auras Persei talaribus -oque *Mercurii* ... vectus vola. MART. CAP. 1, 26). ARNOB. nat. 6, 12 p. 320, 21 *in statuis fingitur* cum -o gnatus Maiae, tamquam vias adgredi praeparet et solem pulveremque declinet. PRVD. c. Symm. 2, 519 -o insignis ... Mercurius. MART. CAP. 2, 176 cum -o vertex ... videbatur (*sc. in ibide Mercurium repraesentante*). **b** *usu vario*: PLAVT. Amph. 145 *Iovi* torulus inerit aureus ⌞sub -o⌟ (suppetaso *trad.*). Pseud. 735 *ad exornandum servum* opust chlamyde et machaera et -o (*ut advenienti similis sit; cf.* 1186). VET. LAT. II Macc. 4, 12 (rec. B) *summus sacerdos* obtimates epheborum sub -ssum induxit (*i. ut more graeco vestirentur. sim.* rec. P, *aliter ceterae, gr. ὑπὸ πέτασον*).

2 *translate de tecto quodam aedificii* (*cf. Gloss. II 406, 29 πέτασος*: fa⟨s⟩tigium): VARRO frg. Plin. nat. 36, 92 *in sepulcro regis Porsinae* pyramides stant quinque ... ita fastigatae, ut in summo orbis aeneus et -us unus omnibus sit inpositus, ex quo pendeant ... tintinabula *eqs.*

deriv.: petasatus. *cf.* ?petasioculus *vel* ?2. petasunculus.

petaurista, -ae *m., πεταυριστής.* *formae certe gr. desunt praeter acc.* -en VARRO frg. Non. p. 56, 30. [*e coni. dub.* TITVLVS Mart. 5, 77, *v. Heraeus in adn. crit. ad l.*]

1 *proprie significatur athleta, saltator, qui fere petauro utitur: de origine vel notione* (*cf. Gloss.* cernulus: *πεταυριστής.* cernuli: *πεταυριστaί*): FEST. p. 206 -as Lucilius a peteuro (*v. app. crit.*) appellatos existimare videtur, quando ait: '...' (*v. p. 1934, 14*), at Aelius STILO, ⟨quod⟩ in aere volent, cum ait: '-a proprie graece ideo *dictus,* quod is *πρὸς ἀέρα πέτανται*'. NON. p. 56, 26 -ae a veteribus dicebantur, qui saltibus vel schemis (schenis *var. l.*) levioribus moverentur; et haec proprietas a graeca nominatione descendit, *ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι.* *exempla cetera*: VARRO frg. Non. p. 56, 30 convocat ... cinaedologon, ... -en, ... aulopoion. 56, 32 alio in genere sunt ludi vellites Galli, Germani -ae. **2** *transfertur ad insecta, quae bene saltant*: PLIN. nat. 11, 115 *insecta quaedam sunt* posteriorum lascivia crurum -ae (*Hardouin,* -is *cod. unus,* petauris *fere ceteri*).

deriv.: petauristarius.

petauristārius, -ī *m.* *a* petaurista (*cf. Marbach, Wortbildung ... bei Petron, 1931, 115*). [*fortasse huc* NOT. Tir. 107, 63, *v. sub* petauritanus.] *i. qui artem petauristae exercet, petaurista*: PETRON. 47, 9 (*antea*: tres albi sues in triclinium adducti sunt) putabam ⌞-os intrasse et⌟ porcos ... portenta aliqua facturos (⌞ ⌟ *interpolata censet Shackleton Bailey, Am. Journ. Phil. 108, 1987, 460*). 53, 11 -i ... tandem venerunt; baro insulsissimus cum scalis constitit puerumque iussit per gradus et in summa parte odaria saltare, circulos deinde ardentes trans⟨il⟩ire *eqs.* 53, 12 *Trimalchio se libentissime spectare dicebat* -os et cornic⟨in⟩es; reliqua [animalia] acroamata tricas meras esse. 60, 2 *sonantibus lacunaribus* timui, ne per tectum -us aliquis descenderet. FIRM. math. 8, 15, 2 *v. sub* petaminarius.

?**petauritānus,** -ī *m.* *a* petaurum, *si recte trad.* NOT. Tir. 107, 63 pitauritanus (petauritar(i)us *cod. unus,* petauristarius *Kopp, fort. recte*).

petaurum *et* peteurum, -ī *n., πέταυρον* (*-τευ-*). *scribitur* pi- NOT. Tir. *et l. 25 sq.,* -teu- LVCIL. (-tau- *var. l.*), FEST. NOT. Tir. 107, 62 -um.

1 *proprie significatur machina vel instrumentum, quo athletae, saltatores sim. utuntur* (*sc. ut fere iactentur in aërem vel motu alternante sursum deorsumque ferantur; de re disputatur, v. e. g. Kroll - Mehle, RE XIX 1124, 40 sqq. Slater, Am. Journ. Arch. 80, 1976, 423 sqq.*): LVCIL. 1298 sicuti mechanici, cum alto exiluere -o (*affertur a* FESTO, *v. p. 1933, 59; ad rem cf. Rubenbauer, vol. VIII 515, 71 sqq.*). MANIL. 5, 439 corpora, quae valido saliunt excussa -o alternosque cient motus, delatus et ille hunc ⌞iacit⌟, atque huius casu suspenditur ille, membrave per flammas orbesque emissa flagrantis *eqs.* (⌞ ⌟ *Hübner, Gnomon 59, 1987, 28 sq.*; iacet *codd.*). PETRON. frg. 15 -o ... iubente modo superior, ⟨modo inferior⟩ (*add. Housman*). MART. 2, 86, 7 *inepte facis,* si per gracilis vias -i invitum iubeas subire Ladan *cursorem.* IVV. 14, 265 oblectant animum iactata -o corpora quique solet rectum descendere funem. *in compar.*: VINDIC. epit. alt. 13 *linguae* radix cooperit canalem *spiritalem* et stomachum -o (depetauro *var. l.*) simile (*i.* similis; *seq.* canales modo claudit, modo aperit [*sim.* gyn. rec. G p. 434 pataorus. *textu magis corrupto* rec. P p. 437 pitharo. D p. 437 epitharo. L p. 436 -o. *recc. cet. aliter*]).

2 *tropice*: **a** *per translationem respicitur: fortunae mutabilitas*: SEN. epist. 98, 8 *qui felicitatem suam perpetuam putat,* oblitus huius -i, quo humana iactantur. *locus (sc. tabula quadam?), unde aliquis praecipitatur, perditur*: VET. LAT. prov. 9, 18 (Didasc. apost. 7, 24; *Stultitia transeuntes seducit*) aput eam pereunt, et in p[l]etaurum inferorum occurrit, *qui ad eam venit* (*gr. ἐπὶ πέτευρον* [*-ταυ- var. l.*], *Vulg.* in profundis inferni. *cf.* CONC.ˢ IV 1 p. 82, 28 *prava docentes* fuerunt et laqueus et rete ... et -um inferni). ?**b** *per metonymian de petauristario* (*cf. e. g.* parma *p. 411, 59,* ceroma *vol. III 877, 42*): MART. 11, 21, 3 Lydia tam laxa est ... quam rota transmisso totiens ⌞intacta⌟ -o (⌞ ⌟ inpacta *var. l.; subst.* rota *notione q. e.* circulus, orbis *explicantes [sec. l. 2. 17] ipsum saltatorem intellegunt Housman in ed. mai. Manil. ad 5, 442 et Kay, 1985, ad l., vix recte subst. masc.* petaurus *postulantes*).

*deriv.: ?*petauritanus.

petāx, -ācis *adi.* *a* petere. *i. q. ex consuetudine, magnopere petens sim.: explicatur adi.* procax: DON. Ter. Hec. 159, 2 (*inde sim.* SCHOL. Ter. p. 75, 11) '*meretrix* procax': dispoliatrix et -x; procare enim est petere (*cf.* SERV. Aen. 1, 536 procax proprie -x est *eqs.* [*inde* ISID. orig. 10, 214]). SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 66 ('vernas ... procaces') -es, qui confidenter loquuntur et libere. GLOSS. V 556, 32 procax: -x. *cetera exempla*: FVLG. myth. 2, 1 p. 36, 16 *vita activa* ⌞ornatui⌟ -x, habendi insatiata ... geritur (⌞ ⌟ *dat. sec.* studiosus *sim.?* ornatus *var. l.*). p. 38, 23 quod omnis vita potentiae -x in aspectum sui semper quaerat ornatum.

adv. compar. **petācius.** *i. q. magis appetenter, avidius sim.*: AVIEN. Arat. 1758 gramina si carpit semesa -s anser, *tempestates cientur* (*gr. 1021 κλαγγηδὸν ἐπειγόμεναι βρωμοῖο*).

compos.: altipetax.

petēla, -ae *f.* *a* petere; *cf.* loquela, (ob)sequela. *al.* *fere i. q. actio petendi, impetendi sim.*: SYNON. Cic. p. 430, 22 inductio. infestatio. †involstatio. petelae (*vocem dubiam putat Barwick*). ... praestigiae *eqs.*

petellium (-tili- [-tīli-*?*]), -ī *n.* [*fortasse a demin.* *petellā (*petillā), *quod pertinebat ad* penna < *petnā, *sed interiit. cf.* vatillum : vannus, columella : columna (*Leumann, Gramm. 1977, 143. 306*). *suffixum* -io- *tamen parum perspicuum est. Fo.*] [*fortasse it. sept.* pettel, *v. André, 1969 ad* PLIN. nat. 21, 49. *St.*] *nomen floris, herbae* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 194*): PLIN. nat. 21, 49 *e floribus* -ellio (petillio *var. l.*) ipsa *Italia* nomen inposuit, autumnali circaque vepres nascenti *eqs.* (*inde* 1, 21, 25 -ilium).

petērēdium, -ī *n.* *a* petere *et* heredium (hereditas*?*). *i. q. petitio hereditatis*: CASSIOD. gramm. VII 200, 6 (*ex Eutyche*) *excludit penitus spiritum* -um a petendis hereditatibus *dictum.*

peterula CIL IV 4562 *v. Onom. sub* Petrulla; *cf. Väänänen, Latin vulg. inscr. pomp., ³1966, 47.*

asiadarides una **petes** CATO agr. 160 (*verba cantionis, quae dicuntur* in alio *codice, inventa esse pro lectione sollemni* astataries dissunapiter). *latet vox magica.*

petesco *v. p. 1935, 13.*

petesso (-isso, *v. infra*), -ere. *a* petere; *cf.* expetessere. *i. q. petere* (*sc. magnopere vel frequenter? cf.* FEST. p. 206 petissere antiqui pro

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

petere dicebant [*inde* Pavl. Fest. p. 212 petissere: petere], ea quidem forma verbi, qua sunt lacessere et incessere, sed, ut mihi videtur, cum significabant 'saepius petere', et 'petissant: saepius petant' [-tess- *var. l.*]. *petitur vel locus vel res capessenda*): Cic. carm. frg. 11, 3 Iuppiter ... conlustrat lumine mundum menteque divina caelum terrasque -it (-et, petisset *cod. plerique*). 11, 22 Phoebi fax ... praecipitis caeli partis obitusque -ens (*Christ,* petisset *codd.,* -it *pars edd.*). Tusc. 2, 62 apud quos ... venandi ... laus viget, qui hanc -unt, nullum fugiunt dolorem. Lvcr. 3, 648 in pugnae studio quod dedita mens est, corpore relicuo pugnam caedesque -it, *licet membrum abscisum sit.* 5, 810 *uteros terrae* patefecerat aetas infantum fugiens umorem aurasque -ens (-tiss- *var. l.*). Pavl. Nol. epist. 8, 3 (= Aug. epist. 32, 5) vers. 95 (*ad eum, qui caelestia deserit petens mundana*) ad tua te retrahunt *frater et magister,* nam nunc aliena -is (petescis, petissis, petisses, petisti *al. var. ll.*).

peteurum *v. sub* petaurum. **pethērēdium** *v.* peteredium.

petibilis, -e. *a* petere. *i. quod peti potest*: Macedon. Aug. epist. 154, 1 (*ad Aug., qui pro supplice intervenit*) quod tibi a iudice tot curis obstricto -e visum fuerit, admones.

*?***petibulum,** (-ī) *n.* *a* petere; *cf. e. g.* latibulum. [*vix recte trad. pro* peribolum Gloss., *v. supra p. 1446, 25.*] *fere i. q. locus, qui petitur*: Gloss.^{L} II Philox. pe 334 petivolum: *σκοπός* (-ibul- *proponit ed.; sim.* Gloss. II 527, 15 -um: *ὁ σκοπός,* ⌊tho pechyron⌋ [*v. app. crit.*; *τὸ πέτευρον Bücheler, τὸ ἐπέχυρον Heraeus in exemplari suo*]).

petīcium *v. sub* petitium.

petīcius, -a, -um. [*fortasse per haplologian q. d. e* *petītīcius, *v. Wölfflin, Arch. Lat. Lex. 5, 1888, 417; ibid. 423 alia exempla notionis activae suffixi* -īcius *afferuntur. v. et Leumann, Kl. Schr. 28. Fo.*] *scribitur interdum* -tius. *hic illic edd. malunt* petulcus *vel* petulans; *dub. an explicetur nom. propr., cf. Onom.* Gloss. IV 142, 18 sq. (= Gloss.^{L} III Abol. pe 52 sq.) -us: qui amat petere alienum; (19) petilius: ⌊qui supra⌋ (*refertur ad glossam antecedentem; sim.* V 319, 68 sq. Gloss.^{L} I Ansil. pe 1288 sq. [peticus *trad.*]. Corp. p 255 *et* 343. *cf.* Gloss. V 384, 58. 510, 24 -us, qui et petilius: qui amat petere alienum [*sim.* Gloss. II Abav. pe 126]). V 607, 35 -us: qui frequenter petit.

peticulōnes *trad. loco corrupto* Comm. instr. 1, 12, 12 (particulones *Salvatore in comm.*); *cf. p. 976, 28.*

petīcus *dub. an recte trad. l. 31. cf. Onom.*

*?***petīginōsus** *a* petigo *deriv. suspicatur Goetz pro* pecosus, *v. supra p. 902, 26; legebatur olim* Theod. Prisc. eup. faen. 37 p. 38, 10 (impetigines *vel* petigines *trad.*).

petīgo, -inis *f.* [*ex* impetigo (*ab* impetere) *per variationem et* depetigo *et* petigo *orta esse videntur; v. Walde - Hofmann I 684. Fo.*] [*falso edebatur olim pro* depetigo Cato agr. 157, 16. *v. etiam sub* petiginosus.] *i. q. impetigo*: Non. p. 160, 18 (*inde* Gloss. V 646, 18) -o: genus morbi; Lucilius ... (983): 'influvies, scabies ... ⌊denique -o⌋ (deque petigo *i.* depetigo *per tmesin edd. Lucili plerique,* deinque -o *Iunius,* deinde -o *Krenkel*). Gloss. II 520, 5 -g[i]o: *στρουθιασμός.* III 604, 9 -o: vulnus minus (-es i. vulnus minor ex senatus *cod. alter; cf. Schlutter, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 202 adn. 1*). 606, 47 ulcus: -es, ⟨v⟩alitudines pestiferas (*corr. Heraeus in exemplari suo*). V 380, 14 -o: tetr (*anglosax.; sim.* Gloss.^{L} Corp. p 244 -o: teter [*pendet e loco incerto Rufin. hist., item*: Gloss. Leid. Hessels 35, 74 -o: tetrafa]).

*deriv.: ?*petiginosus.

petilis *v.* petilus.

petiliter *adv.* *a* petere, *ut vid.* (*cf.* patiliter). Gloss. V 608, 29 -r: demisse, ⌊divise⌋ (*spectat ad* partiliter, *v. supra p. 516, 17 sqq.*).

petilium *v. sub* petellium.

petīlius, -a, -um. [*fortasse sec.* peticius (*v. illic*) *formatum est ad explicandum nomen proprium. Fo.*] *locos v. sub* peticius. *cf. Onom.*

petilus, -a, -um. [*veteribus notio vocis non iam perspicua fuisse apparet; sec. Bettini, Riv. di cultura class. e medioev. 18, 1976, 161–171 notio originaria fuit 'albus, coloris diversi' (de pedibus animalium). de origine vocis adhuc nihil constat. mire similis est, quamvis soni non plene respondeant, germ.* *fitila- (*sc. anglosax.* fitel-fota, *vet. sax.* fitil-uot, *quae significare dicuntur i. q. petilus, pedibus albis*); *v. Fourquet, Zeitschr. f. dt. Alt. 83, 1951–52, 1–6. Fo.*] *scribitur* -ul- Gloss. V 608, 61. 645, 20 *et in var. ll.* Plavt., Isid. *de nom. sing.* -is *v. l. 75. de notione*: Fest. p. 205 '-am suram' (*e carm. Sal.?*): †seceam† (secc(e)am *var. ll.,* siccam *pars edd.,* sectam *dubitanter Lindsay*) et substrictam vulgo interpreta⟨n⟩tur; Scaevola ait ungulam albam equi ita dici (*inde* Pavl. Fest. p. 204 -am suram significat ungulam equi albam). Non. p. 149, 5 -um: tenue et exile (*affert* Lvcil. *et* Plavt., *v. infra. pendet* Gloss. V 645, 20 -um: tenue). [*e coni.* Plavt. Truc. 608 (pentilli *sim. codd.,* tantilli *Itali,* -i *Geppert*). Gloss.^{L} Corp. p 471 ⌊Plautus⌋: gracili corpore ('*for* petilus*?' Lindsay*).]

1 *i. q. tenuis, exilis* (*de carm. Sal. v. supra*): Plavt. Ploc. frg. 1 coloratilem frontem habet, -is habris (*sequebatur e. g.* suris; *nom. fortasse intellexit* Non. p. 149, 9 -is [-i *fere codd.*] tenuis dicit, habris mollis dici⟨t⟩. *v. etiam supra p. 1392, 72 sq.*). Lvcil. 583 *servus* insignis ⌊varis cruribus⌋ et -is (⌊ ⌋ variis crucibus *trad.*; variis *def. Bettini, loco cit. 165 sq., locum ad 2 trahens*). **2** *i. q. albus: de pede equi: v. p. 1935, 69. inde transfertur ad totum equum*: Isid. orig. 12, 1, 52 qui *equi* ... albos tantum pedes habent, -i appellantur (*inde sim.* Gloss. V 608, 61).

petimen, -inis *n.* [*fortasse e* *peta-men *'quod passum est'; cf.* pandere, patēre, *πετά-σαι. de notionibus disputatur; gramm. nonnulli vocem fortasse cum* (im)petigo *iungebant. v. Perrot, Dérivés lat. en* -men *et* -mentum, *1961, 58–60. Fo.*] *scribitur* -um- Gloss. *significatur pars corporis plus minus eminens, prominens sim.* (*v. explicationes ad singulos locos*): Naev. com. 121 (122) -e ⌊porcino⌋ qui meruerat (⌊ ⌋ piscino *trad., de* Piceno *cogitat Ribbeck; adfert* Fest. p. 209 *explicans*: eo nomine ... inter duos armos suis quod est aut pectus appellari solitum testatur Naevius in descriptione suillae). Lvcil. 1347 ut *equi* -n naso aut lumbos cervicibus tangat *eques* (*ad rem v. e. g. Housman, Class. Papers II 1972, 677; adfert* Fest. p. 209 *explicans*: ⌊-a in umeris iumentorum ulcera⌋ et vulgus appellat et Lucilius meminit [⌊ ⌋ *inde* Pavl. Fest. p. 208]. *cf.* Gloss.^{L} II Philox. pe 336 -n: *κτήνους ἕλκος*). Serv. auct. georg. 1, 138 'Pleiadas': signum est ante genu tauri, quod Graeci *ὖβον* dicunt, id est -n.

petio *v.* peto. **petiol-** *v.* peciol-.

petisso *v.* petesso. *Breimeier.*

⁂petītio, -ōnis *f.* *a* petere. *scribitur* petisi- Tab. cer. (Inscr. Brit. II 2443) 15, -titti- Inscr. Velázquez, Pizarras visig. 1989, n. 60, 1 (*ca. a. 600*). Gloss. -o: *δέησις. ἀξίωσις. αἴτησις. v. et p. 1938, 32 sqq. 1941, 24. 28. legitur inde a* Lege repetund. (cil I^{2} 583), *non nisi in prosa oratione; abiit in sermonem gr., v. e. g. l. 34. p. 1939, 12.*

fere i. q. actio petendi (*metonymice de iure petendi p. 1937, 54, de scripto -em continente p. 1939, 53. 1940, 50. 62 sq., de re petita p. 1940, 25; respicitur fere actio hominum, aliter sub IIB3; gr. respondet αἴτημα, αἴτησις sim., nisi aliud indicavimus*): **I** *cum certo respectu et usu magis minusve technico* (*spectat ad notionem poscendi, postulandi* [*accedente vi criminandi p. 1940, 55*]): **A** *in iure* (*sc. Romano praeter l. 65; in iure eccl. v. sub E1b et 2; cf.* Gloss. iurispr. *ἄδετ Π* 32 *πετιθιὸν ἤτοι πετξιόν· ἡ ζήτησις* [*sim. p. 1937, 12. 1938, 14*]): **1** *petitur res de qua agitur, sc. imprimis bona creditori, heredi, bene merito iure debita vel deberi dicta* (*homines p. 1937, 7; respicitur etiam poena sub bα et p. 1937, 49; petunt magistratus hic illic sub bα; dicitur vel de ipso actu [e. g. l. 73 p. 1937, 3] vel de iure petendi* [*v. maxime sub cα*]. *iuxta ponitur saepius* actio [*v. sub cβ*], *ceterum* vindicatio *vel* vindicare *p. 1937, 11. 13. 20 et* Vlp. dig. 50, 12, 3, 1; *disting.* retentio Pompon. dig. 12, 6, 51 Vlp. reg. 6, 10 Pavl. dig. 5, 3, 19, 2. 36, 1, 61 pr.; *ad rem v. e. g. Kaser - Hackl, Zivilprozeßrecht, 1996, 236. 485*): **a** *generatim* (*de repetitione e. g. l. 46 sqq. 75. p. 1937, 24 sqq. 31*): **α** *exempla varia*: ① *respectu iudicii magis minusve vigente* (*pauca selecta inde a* Qvint.; *addas locos sub cβ laudatos*): Lex repetund. (cil I^{2} 583) 3 de ea re (*sc. ablata sim.*) eius -o nominisque delatio esto (*indicatur is, cui petere licet ut ibid. 9 qui* pequniam petet ..., quoius eorum ex h(ace) l(ege) ... -o erit, *ei praetor patronos dabit. sim. al. ibid., cf. p. 1937, 34*). Rhet. Her. 1, 2, 2 *genus iudiciale* habet accusationem aut -em cum defensione (*cf.* Cic. inv. 1, 7 quod ... habet in se accusationem et defensionem aut -em et recusationem. *ceterum distinguitur* accusatio *sim. p. 1937, 51 et* Qvint. inst. 3, 10, 4. Cod. Iust. 9, 1, 17 [*a. 299*] civilem -em ... sibi competere [*antea*: accusandi facultatem *et* conflictu criminali]). Cic. part. 99 (*argumenta petitori opponenda*) plus petisti, sero petisti, non fuit tua -o *eqs.* Qvint. inst. 4, 4, 6 recusatio ... contra -em pecuniae: 'male petis *eqs.*' (*cf. l. 50*). Pompon. dig. 5, 3, 5, 1 hereditatis -is iudicium (Cod. Iust. 3, 31, 12, 1b. 2a). 19, 5, 26 pr. tantidem ponderis -o est per actionem praescriptis verbis (*disting.* commodati actio). Tryph. dig. 13, 7, 23 doli exceptione repellendus erit *creditor* ab usurarum -e. Cod. Theod. 3, 32, 1 inchoare -es suas non morentur ([*antea*: inchoata lis]. Inst. Iust. 4, 17, 2). Fortvn. rhet. 2, 8 (*distinguuntur variae species -is*) quando ex aequo et bono -o est; ..., cum praescriptione -o summovetur; ..., cum -o ex lege descendit. Cod. Iust. 4, 3, 1, 3 (*a. 394*) eo a -e excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere debuisset. Cassiod. var. 1, 18, 2 -em iubemus quiescere pulsatoris (*sc. domini prioris praedium repetentis*). *et saepe.* *apud externos* (*in imag.* Tert.): Hyg. astr. 2, 24, 2 *Berenice* inter eas *filias* (interea *Le Bœuffle*) constituisse -em, *sc. hereditatis.* Tert. adv. Marc. 2, 20 p. 363, 2 te ipsum expostulo arbitrum ...; reposcunt Aegyptii de Hebraeis vasa aurea ...; contra Hebraei mutuas -es instituunt *eqs.* ② *respectu iudicii fere evanido* (*exempla potiora; in imag.* Cic., Avg.): Cic. Brut. 18 (*Cicero amicis promisit se librum scripturum*) tibi, *Brute,* ... non solvam, nisi prius a te cavero amplius eo nomine neminem, cuius -o sit, petiturum (*in sim. imagine* Avg. bon. viduit. 1, 1. *ceterum cf. p. 1971, 1 sqq.*). Tac. ann. 13, 51, 1 *publicani* omissas -es *debiti* non ultra annum resumerent (*cf.* Vlp. dig. 44, 4, 2, 6 *creditor* accipiendo ... usuras distulisse videtur -em *sortis* [Pavl. dig. 12, 1, 40]). Iavol. dig. 45,

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 2 cum duo eandem pecuniam ... promiserint, ... -e acceptilatione unius tota solvitur obligatio. VLP. dig. 24, 1, 21, 1 si maritus uxori -em earum *usurarum dotis* remiserit. 33, 2, 7 puto ex die -is eas *operas legatario* cedere. EPIST. imp. Licin. Lact. mort. pers. 48, 7 *quod ea* loca Christianis sine pecunia et sine ulla pretii -e ... restituant. TAB. cer. (Inscr. Brit. II 2443) 15 -is ... scriptis. *al.*

β *exempla illustrantia res petitas* (*homines l. 28 sqq. 31 sq.; pauca selecta inde a saec. II*): CIC. Verr. II 1, 113 (*loq. praetor liberis bona paterna erepturus*) nec -em, inquit, nec possessionem dabo (*cf.* -o hereditatis: CELS. dig. 5, 3, 45 IVLIAN. dig. 5, 4, 7. PAVL. dig. 25, 2, 6, 6 *res amotae* aut vindicari poterunt aut in h. -em venient. *et saepe* [*nota* GLOSS. iurispr. *ἄδετ N* 24 *νεϱεδιτάτις πετιθιόν· κληϱονομίας ζήτησις*]. *ceterum petitur hereditas e. g.* PAVL. dig. 44, 2, 30 pr. *heres* videtur in illa -e etiam partem sextantis vindicasse. MOD. dig. 31, 34, 6 -es ... hereditariae). IVLIAN. dig. 8, 1, 16 utilem -em servitutis dari *fundi cuiusdam* (INST. Iust. 2, 20, 9). POMPON. dig. 38, 1, 4 nihil est, quare non filio eius ... operarum detur -o (VAL. dig. 38, 1, 46. GAIVS dig. 38, 1, 22, 1 [*ex Iuliano*]. *al.*). VAL. dig. 32, 94 -o fideicommissi (*sc. de persecutione extraordinaria [cf. p. 1680, 27 sqq.] ut*: SCAEV. dig. 32, 41, 11 [*postea*: persecutio f.]. PAVL. sent. 4, 1, 18 ius omne f. non in vindicatione, sed in -e consistit [*sim.* INTERPR. Gai 65]. *et saepe*). TAB. cer. Dac. (CIL III p. 925) 1 int. 20 (*a. 167*) ut, si quis defunctus fuerit, ne putet se collegium (h)abere aut ab eis aliquem -em funeris (h)abiturum (*item* 1 ext. 25 [*ibid.* p. 927]). VLP. dig. 10, 2, 20, 8 (*e Papin.*) *si* mulier adversus utrumque *heredem* dirigat dotis -em (COD. Iust. 5, 15, 1 [*a. 204*]. 5, 4, 7 [*a. 240*] -em d. repetere. *al.*). 24, 3, 7, 16 (*quaeritur, quantum marito dotem restituenti debeatur*) *si in fundo dotali* villam ... exstruxit ..., erit eius impensae -o. PAVL. dig. 5, 2, 21, 2 -em integram debiti (COD. Iust. 4, 24, 6 [*a. 225*]. *al.*). COD. Iust. 7, 16, 4 (*a. 222/235*) secunda in servitutem -o eius *hominis* dari tibi non debet (*cf.* INTERPR. novell. Valent. 31 l. 57 de repetitione colonae domini -o). COD. Theod. 4, 14, 1 pr. -o finium regundorum. 6, 35, 12 -e personae (*repetitur homo ad ordinem decurionum ut*: 7, 22, 11 pr. praepostera ... circa eius *viri* personam ac sera -o. *al.*). *et saepe.*

b *speciatim*: α *petitur multa sive a magistratu sive a quolibet cive, sc. in formula legum* 'eius pecuniae, qui (*vel* cui) volet, -o esto' *sim.*: LEX Tarent. (CIL I^2 590) 1, 6 eam ... pequniam mu⟨n⟩icipio dare damnas esto eiusque pequniae magistratus, quei quomque in municipio erit, -o exactioque esto. 1, 35 eius ... pequniae ⟨qu⟩ei vol⟨e⟩t -⟨o⟩ esto (*inde suppl.* LEX Tudert. [CIL XI 4632] 5). Iul. munic. (CIL I^2 593) 19. *al. ibid.* Mamil. (grom. p. 264, 6. *ad eandem legem refertur* CALL. dig. 47, 21, 3 pr. eius *pecuniae* actionem -em ei, qui volet, esse iubet *lex*). Vrson. (CIL I^2 594) 61, 10. 74, 15 -o persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto (*al. ibid., serie trimembri*: 73, 7 -o p. ⟨exactioq(ue)⟩ [*mirum, fort. pro* ex hac lege, *v. Crawford, Roman Statutes I, 1996, 438*]. 125, 27 qui eorum volet ..., actio -o p. ... e(sto) [*item saepius ibid. et in aliis legibus municip.*]). 97, 22. β *petitur praemium sive accusatoris a iudicio sive viri fortis sim. a re publica*: CIC. inv. 2, 110 quae *causae* ex praemii alicuius -e constant; nam et apud iudices de praemio saepe accusatorum quaeritur et a senatu aut a consilio aliquod praemium saepe petitur (*inde* MAR. VICTORIN. rhet. 2, 36 p. 289, 16 ex p. -e, similiter et poenae. 2, 38 p. 290, 5 [*bis*]. *ceterum* MART. CAP. 5, 459 -em p., quod poposcerat *vir fortis.* CASSIOD. inst. 2, 2, 3 *in genere iudiciali* est accusatio et defensio vel p. -o et negatio). QVINT. inst. 7, 7, 3 utra iustior sit -o (*si duo petant tyrannicidae aliive*). decl. 278, 1 si non praestetur fides *praemii solvendi,* -o ... a re publica est. 294, 3.

c *appendix ad a et b* (*cf. p. 1941, 70*): α *iuncturae verbales ad ius petendi spectantes*: -o est(o): *v. l. 34 sqq. p. 1936, 46 sq. 54. 72, ceterum* EPIST. imp. inc. (Inscr. suppl. Ital. n. s. 13 p. 240 n. 1 [*saec. I?*]) ut -o eis sit adversu⟨s⟩ eos, quibus *pecuniam* crediderunt. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 1 neque patrono ... neque creditori *mortui* ex hoc collegio ulla -o esto. IVLIAN. dig. 46, 8, 23. *et saepe.* *aliae* (*paucae selectae*): RHET. Her. 2, 12, 18 num aliquis eius rei actionem, -em aut persecutionem habeat (IVLIAN. dig. 46, 8, 23. *al., e. g. l. 22. p. 1938, 2*). CIC. Verr. II 1, 113 (*verba praetoris*) -em ... *non* dabo (IVLIAN. dig. 29, 4, 22, 1 hereditatis. *al., e. g. l. 75*). QVINT. decl. 360, 1 donasse illam *matrem* filio -em (*sc. dotis*); hodie, quia decessit *filius,* retractare. VLP. dig. 36, 2, 2 -o ad heredem transit (*cf.* -em transferre: VLP. dig. 36, 2, 7, 3 PAVL. dig. 13, 5, 22; transmittere: COD. Iust. 6, 53, 3 [*a. 204*]. PAVL. sent. 1, 13 B, 4 CONSVLT. 6, 5). *al.* β *vox q. e.* actio *iuxta ponitur vario modo (adde e. g. supra l. 40; de serie* actio -o persecutio *v. p. 1680, 41 sqq.*): CIC. Q. Rosc. 56 tibi, *sc. cognitori et socio litis,* integram -em reliquit (*55* a. tibi tuam reliquit. *sim. variant in contextu e. g.* VLP. dig. 5, 3, 13, 4 utilis ... -o hereditatis [*postea*: utilem a.]. COD. Iust. 2, 18, 7 [*a. 216*] adversus coheredem competit tibi -o, si quam adversus defunctum habuisti a. 2, 3, 13 [*a. 236*]. *al.*). S. C. Vell. (dig. 16, 1, 2, 1) ne eo nomine ab his *feminis* -o ⟨sit⟩ neve in eas a. detur. S. C. Maced. (dig. 14, 6, 1 pr.) *ne tali creditori* a. -oque daretur. IVLIAN. dig. 25, 2, 22, 1 hereditatis -e vel a. ad exhibendum consequi *aliquid* (*item* PAVL. dig. 25, 2, 6, 5). IVDICIVM imp. Aur. dig. 4, 2, 13 (= 48, 7, 7) optimum est, ut, si quas putas te habere -es, actionibus experiaris. PAPIN. dig. 44, 7, 28 a. in personam infertur, -o in rem (*cf.* VLP. dig. 50, 16, 178, 2 plerumque *sensu artiore* a. personales solemus dicere; -is autem verbo in rem a. significari videntur. *discrepant*: VLP. dig. 5, 3, 25, 18 -o hereditatis, etsi in rem a. sit, habet tamen praestationes quasdam personales. MACER dig. 2, 8, 15, 4 qui fundi -em personalem habet). VLP. dig. 5, 3, 20, 4 omnes hereditarias a. in hereditatis -em venire. 6, 1, 1 pr. actio singularum rerum -is (*item pendet gen.* -is, *si recte trad.*: MOD. dig. 46, 3, 75). COD. Iust. 4, 14, 3 (*a. 222*) -em per in factum actionem habes. INST. Iust. 4, 6, 28 (hereditatis -o *affertur inter* bonae fidei *actiones*). PAP. Tjäder 30, 49 (*a. 539*) *nullam movere* causam, rem, lite⟨m⟩, a., -em, repetitionem *eqs. al.* γ *cum acc. obi. in iunctura* plus -o (*cf.* plus petere *p. 1971, 14*; GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 77 *πλουσπετιτιόν· ἡ ὑπεϱαπαίτησις κτλ.*): NOVELL. Marc. 1, 8 *qui petulanter appellat,* litis iacturae atque plus -is periculo *subditur.* COD. Iust. 3, 10 rubr. THEOPHIL. inst. Iust. 4, 6, 33 a (*item ibid.* c *et* e).

2 *petuntur res ad iudicium pertinentes* (intercessor *l. 24; -o intenditur ad iudices, magistratum sim., ad adversarium fort. l. 22. 27; cf. p. 1937, 46 sqq.*): HERMOG. dig. 4, 4, 17 erroris proprii veniae -em (SVLP. VICT. rhet. 55 p. 348, 32 deprecatio ... seu v. -o. *cf. extra ius p. 1940, 19. 1941, 46*). COD. Iust. 4, 16, 5 (*a. 294*) ut debitum ante de hereditate tibi solvatur ..., praepostera -o est *eqs.* SVLP. VICT. rhet. 32 p. 330, 26 probationum -e (*syn.* expetitio *e. g. 30 p. 328, 31*). COD. Iust. 3, 11, 4 (*a. 318*) dilationis. 1, 40, 8 (*a. 386*) *ne iudex talem* intercessorem ... litigatoris -e ... putet esse tribuendum. 7, 63, 2, 2 (*a. 440*) reparationis. 4, 1, 12, 3 iudex eius *partis, quae iuramentum detulit,* -em secutus est (*cf.* INSCR. Velázquez, Pizarras visig. 1989, n. 39, 3 [*a. 560/590*] ess [*i.* ex] urdinatione *iudicum* ... ad -e Basili iurare debead Lol(us)). 7, 70, 1 huiusmodi -e minime provocationis vim obtinente (*cf.* LEX Burg. Rom. 33, 3 per libellos, id est data -e, appellat *eqs.*). *al.*

B *in vita publica*: **1** *de ambitione eorum, qui capessunt rem publicam* (*regnum p. 1939, 1; cf.* SYNON. Cic. p. 415, 31 ambitus honoris. togae candidae. -o *eqs.; huc spectare videntur etiam* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1299 [cod. Paris.] -o: opes aepulae. 1300 -o: amplitudo copiae, ambitio. *dicitur fere de -e singulorum, aliter imprimis l. 47; plur. de una -e l. 61; saepe in iunctura* in -e [-bus] *inde a* CIC. Att. 1, 1, 3): **a** *apud Romanos* (*petitur a dictatore l. 57, aetate imperatoria in senatu l. 62 sqq., in municipio l. 61 et 73, petitur pro alio candidato l. 59. 64; ad rem v. Hellegouarc'h, Vocabulaire latin ... des partis politiques, 1972, 211 sqq.*): α *exempla varia*: CIC. Verr. I 24 -i toto animo servire ... *mihi* non licebat. Cluent. 154 -em reliquissent (Planc. 13. *cf.* Mur. 48 deposita atque abiecta -e. LIV. 37, 57, 15 desistere ... -e [37, 58, 1 ASCON. Mil. p. 33, 21 tog. cand. p. 69, 13]). leg. agr. 2, 4 prima -e *consul factus sum* (SVET. Vesp. 2, 3). Mur. 74 ad cenam -is causa si quis vocat (LEX Vrson. [CIL I^2 594] 132, 20 quo *dolo malo* quis suae -is c. convivium habeat [*cf.* 25 sqq.]. LIV. 4, 25, 13 [*lex a. 433 a. Chr.*] ne cui album in vestimentum addere -is c. liceret). Mil. 25 totam ut -em ipse *Clodius* solus etiam invitis illis *competitoribus Milonis* gubernaret, tota ut comitia suis, ut dictitabat, umeris sustineret. Brut. 175 consul factus esset, nisi in Marianos consulatus et in eas -is angustias incidisset (*cf. l. 66 et* LIV. 39, 32, 7 artior -o quattuor petentibus erat). *et saepe.* BRVT. Cic. ad Brut. 19, 2. Q. CIC. pet. 25 in -e (*opp.* alio tempore *et* in cetera vita. *sim.* 42). 52 tota -o ... ut pompae plena sit ..., ut popularis sit *eqs. al.* HIRT. Gall. 8, 50, 2. 4 insequentis anni ... -e (-e *om. pars codd.*). SALL. Catil. 21, 5. 26, 5 neque -o neque insidiae ... prospere cessere. LIV. 22, 35, 3 nobilitas ... Paulum ... ad -em compellit. ASCON. tog. cand. p. 64, 12 in -e patrem amisit *Cicero.* PLIN. nat. 7, 147 repulsa *Octaviani* in magisterio equitum apud avunculum et contra -em eius praelatus Lepidus. QVINT. inst. 4, 2, 15 quibus meritis fretus ad -em descenderit *reus ambitus* (*vix ad l. 60*). 11, 1, 69. SCHOL. Cic. Bob. p. 156, 17 quae -*o* facta sit pro candidato. *al.* *respicitur aetas imperatoria*: TAB. cer. Herculan. 83 (*contendit quidam* se honoris ius emerere) de petition⟨ibus⟩ nostris. PLIN. epist. 2, 9, 1 -o Sexti Eruci (*cf. 2* quem *tribunatum* nisi obtinet in senatu). PANEG. 3, 15, 5 consulem me creatum ... sine -e, quod nemini, *sc. adhuc contigit.* SYMM. epist. 5, 43 *quidam* -i nostrae *pro praeturae candidato* auditor interfuit. *al.* β *accedit gen. honoris* (*cf. b*): CIC. Mur. 15 ad consulatus -em adgredi (46. dom. 37 angustiorem sibi esse -em c. Brut. 226 contra C. Iuli illam c. -em extraordinariam. *al., e. g.* Q. CIC. pet. tit. commentarium c. -is). 35 praeturae (*al.* SEN. dial. 12, 13, 5 FIRM. math. 1, 7, 28. *al.*). 81 tribunatus (VAL. MAX. 6, 9, 14). Scaur. 34 pontificatus (SALL. Catil. 49, 2. *al.*). *al.* Q. CIC. pet. 16 magistratuum (SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 36). BRVT. Cic. ad Brut. 14, 1 honoris (TAC. ann. 2, 43, 2 SVET. Iul. 28, 3. *al.*). *al.* *respicitur aetas imperatoria*: TERT. paenit. 11, 6 securium virgarumque -o. INSCR. Année Épigr. 1957 n. 75 (*ex Africa*) in ⟨petition⟩e (duum)vira⟨tus⟩. *al.*

b *apud externos*: VAL. MAX. 6, 4 ext. 5 *Spartanus* in -e magistratus

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

victus. Ivst. 1, 10, 17 *Persa quidam nobilis* in regni -e ... superatus *est a Dario.*

2 *de postulatis, quae fiunt inter regentes, inter populos*: Liv. 42, 43, 2 ⟨cum⟩ necessaria -o indutiarum videretur ... neque aliud conloquio petisset *legatus a Perseo rege.* Amm. 17, 1, 3 *barbari* simulata pacis -e ... misere legatos (Serv. Aen. 8, 128). Heges. 4, 7 p. 252, 17. Avell. 113, 3 imperiali, *sc. Anastasii,* -i coniunctos *senatores Romanos* (*2* non solum exhortatio, sed postulatio). Cassiod. var. 2, 41, 2 (*Theod. ad regem Francorum*) ut ... meis -bus satisfecisse videamini. 10, 15 (*rex ad imp. Iust.*) harum portitorem ... gratissima vobis -e commendo. Greg. M. epist. 9, 66 l. 2. *al.*

b *exempla certiora*: α *vario usu*: BELL. Afr. 7, 3 reliquae *naves* ... Vticam versus -ere visae sunt (⟨cursum⟩ -ere *Cornelissen sec. l. 22,* versus *delent alii*). AMM. 19, 8, 12 per ... silvas in montes -imus (*in imagine*: ORIBAS. syn. 8, 45, 1 Aa p. 254 ⌞si ... in malum -ierit causa, ut etiam nigrescat ulcus⌟ [*gr. ἐὰν ... νέμηται τὰ ἕλκη*]). 29, 6, 12 illuc properato -ierant gradu. GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 164, 4 aqua *fluvii impediti* retrorsum -iit. ALEX. TRALL. 1, 57 c(h)olera (*n. plur.*) sursum -entia commovent cerebrum. *al.* *de loco, unde prospectus praebetur*: VEN. FORT. carm. 1, 6, 16 *locus basilicae in colle positae* quacumque -it, deliciosa videt. β -ere ad: VET. LAT. Phil. 3, 13 (Ps. Cypr. singul. cler. 11) posteriora ... obliviscens, ad ea, quae sunt ante, -ens (*gr. ἐπεκτεινόμενος, Ambr. Hel. 21, 79* adpetens, *cod. 75. al.* me extendens [*Vulg.* e. me]). AMM. 16, 12, 54 *barbari victi* ad subsidia fluminis -vere. 22, 8, 47 ab ultimis ... finibus ... ad hunc secessum. AVG. serm. 66, 1 ad alta (*antea*: ad pedes eius confugit). PETR. CHRYS. serm. 158, 5 nostrum -amus ⌞ad⌟ (*om. pars codd.*) regnum, nostram veniamus ad palmam. MAR. AVENT. chron. II p. 237, 560, 2 Chramnus ... ad Brittanos -iit (*sed transitive ex eodem fonte*: GREG. TVR. Franc. 4, 20

[Dubielzig - Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 152, 12 Brittanias -iit). GREG. TVR. Franc. 4, 7 p. 139, 29 civitatem egrediens ad ... regem -iit. *al.* (*maxime apud* GREG. TVR.). *iuxta usum transitivum*: VEN. FORT. Mart. 3, 447 hic *vir* -it ad fratres, illae *mulieres* -iere sorores.

CAPVT ALTERVM: *pertinet ad animi impetum, ad actionem incorporalem*: **I** *vario usu (sc. non respicitur voluntas, potestas sim. alterius ac -entis); significantur*: **A** *qui (quae) habere student, tenere nituntur, affectant, arripiunt sim.* (*separari non potest color desiderandi, sed cf. l. 22. p. 1958, 71. 1965, 56 [si huc trahere malis]; contra distinguitur* cupere *p. 1958, 47. -unt fere animantes, sed res l. 24. 27. 64 sqq. p. 1958, 7. 1960, 47 sq.*): **1** *in universum*: **a** *-untur res* (*c. acc. obi. praeter l. 71. p. 1958, 26*): **α** *quaelibet*: Ⓘ *pron. vel adi. neutr.* (*specimina pauca; cf. l. 35*): PLAVT. Men. 116 (*maritus uxori*) *semper* rogitas, quo ego eam, ... quid -am, quid feram. Pseud. 685 certa mittimus, dum incerta -imus (*v. Otto, Sprichw. n. 375*). CAECIL. com. 109 dum id, quod -it, potitur. LVCIL. 624 bona semper -ere sapientem [et] putant (*cf.* NON. *supra p. 1946, 67*). RHET. Her. 4, 56, 69 alia sunt meliora *quam ars dicendi,* quae multo intentius -imus in vita. CIC. inv. 2, 164 haec omnia propter se ... -enda sunt (*virtutes sim.*). SALL. Iug. 1, 5 si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura multaque etiam periculosa ⌞ac perniciosa⌟ -unt (⌞⌟ *suppl. sec. Aug. epist. 153, 22*). VERG. Aen. 2, 151 quid ... -unt *Graeci equo ligneo relicto*? (SERV. quid desiderant? GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 1342 -unt: volunt). SEN. contr. 3 praef. 2 *in Cassii Severi oratione* omnia *erant* intenta, aliquid -entia (*sim.* 10 praef. 15 sententias excitatas, insidiosas, aliquid -entis). VELL. 2, 6, 2 *C. Gracchus* tribunatum ingressus longe maiora et acriora -ens dabat civitatem omnibus Italicis *eqs.* SEN. benef. 5, 2, 2 voluntas ipsa rectum -ens laudanda est. epist. 118, 9 multa ..., quae -antur -entium malo. *al.* *neutr. gerund. vel p. p. p. pro subst.*: HOR. sat. 1, 2, 75 recte dispensare ... ac non fugienda -endis inmiscere (1, 3, 114 fugienda -endis *dividit natura.* SEN. epist. 75, 11 nimis inminere leviter -endis vel ex toto non -endis. *al.*). epist. 1, 7, 96 qui ... adspexit, quantum dimissa -tis praestent, ... repetat ... relicta (SEN. dial. 8, 1, 2 -ta relinquimus, relicta repetimus). Ⓘⓘ *subst.*: PLAVT. Aul. 247 si opulentus it -tum pauperioris gratiam, pauper metuit congrediri (OV. ars 3, 52 gratia, dum vives, ista -enda tibist. *cf. p. 1960, 1*). ENN. scaen. 86 quid -am praesidi aut exsequar? (*explicat Cic. Tusc. 3, 44* quaerit ... auxilium. *cf.* praesidium -ere: PHAEDR. app. 16, 20 sibi ... -ere p. fuga. TAC. ann. 15, 1, 3. *al.*). TRAG. inc. 30 sapiens virtuti honorem praemium, haud praedam -it. PORC. LIC. carm. frg. 3, 1 *Terentius* lasciviam nobilium et laudes fucosas -it (*al., v. vol. VII 2, 1065, 39 sq.*). CIC. inv. 1, 66 si summo opere sapientia -enda est, summo opere stultitia vitanda est *eqs.* (VAL. MAX. 8, 7 ext. 6). de orat. 3, 162 (*ad Trag. inc. 48* oculis postremum lumen radiatum rape) non dixit 'cape', non '-e' – haberet enim moram sperantis diutius esse victurum –, sed 'rape'. fin. 2, 112 sapientem ... *cuncta* mente complexum voluptatem -ere si dicemus (SEN. epist. 116, 3. 121, 17). Tusc. 5, 9 *ita ut ludis quidam* corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronae -rent (SALL. Catil. 54, 6 quo minus *Cato* -bat g., eo magis illum adsequebatur. OV. ars 2, 390. LIV. 30, 40, 7 *Lentulus* finiti tanti belli se consule g. -ens. *al.; cf. p. 1958, 6. 9*). *al.* CAES. Gall. 3, 15, 2 *Galli* fuga salutem -ere contendebant (*al., v. vol. VI 1, 1471, 42 sq.*). civ. 3, 90, 1 *Caesar* quanto studio pacem -isset (SALL. or. Phil. 17 quanto ... avidius p. -ieritis, tanto bellum acrius erit. *aliter p. 1962, 60. 1969, 55*). VARRO ling. 8, 32 ⟨si⟩ esse[n]t analogia -enda supellectili, lectos haberemus domi ad unam formam. SALL. Catil. 33, 4 libertatem (LIV. 23, 10, 7). hist. frg. 1, 90 *vir iustus* inter arma civilia aequi bonique famas -it (OV. ars 3, 403 quid -itur ... nisi tantum f. poetis? met. 5, 580 formae numquam mihi f. -ta est. *al.* MART. 1, 66, 13. *al.*). HOR. epist. 1, 2, 56 semper avarus eget: certum voto -e finem. 1, 6, 16 insani sapiens nomen ferat ..., ultra, quam satis est, virtutem si -at ipsam (OV. Pont. 2, 3, 35 per se ... -enda est ... virtus. SEN. benef. 4, 12, 4 [*v. app. crit.*]. *al.*). 1, 17, 42 decus et pretium recte -it experiens vir (*al., v. vol. V 1, 246, 83 sq.*). PROP. 2, 6, 19 cur exempla -am Graium? (EPICED. Drusi 355 per te virtutum e. -emus. OV. Pont. 2, 3, 32 nec -ere e., sed dare dignus eras. *al.; cf. p. 1959, 20*). OV. met. 9, 612 *nuntius* non adiit apte ... nec -iit horamque animumque vacantem. *al.* *-unt ipsae res* (*cf. l. 24*): SEN. contr. 9, 2, 28 quod *genus cacozeliae* amaritudinem verborum quasi adgravaturam res -it. VAL. MAX. 7, 3 pr. est ... factorum dictorumque genus ..., quod ... laudem ... occulto magis tramite quam aperta via -it. SEN. epist. 56, 10 *luxuria* voluptates ... -it. 89, 8 quamvis philosophia studium virtutis esset et haec -retur, illa -ret (*sc. virtutem*). LVCAN. 5, 180 *Pythiae* vocem ... -entia fata luctantur. *al.*

β *lucrum, divitiae, praemium sim.*: *absolute*: PLAVT. Aul. 194 adiuvabere a me, *Euclio* ... :: nunc -it, cum pollicetur; inhiat aurum. *c. obi.*: CIC. inv. 2, 157 est aliud ... propter fructum atque utilitatem -endum, quod ⟨genus⟩ pecunia est. fin. 3, 37 quam ... utilitatem aut quem fructum -entes scire cupimus *occulta*? (EDICT. imp. Aug. Suet. Aug. 28, 2 eius rei f. percipere, quem -o). CAES. civ. 2, 32, 11 sui laboris milites semper eventu belli praemia -verunt (SALL. Catil. 21, 1 quae p. armis -rent *coniurati.* VERG. Aen. 12, 764 ludicra. TIB. 1, 2, 28 *latro,* qui ... raptā p. veste -at. *al.; cf. p. 1957, 38*). SALL. Catil. 33, 4 divitias. Ps. SALL. rep. 2, 5, 4 alienas opes -ere. HOR. carm. 3, 14, 2 *Augustus* dictus ... morte venalem -iisse laurum. 3, 16, 42 multa -entibus desunt multa. TIB. 1, 9, 7 lucra -ens ... durum terrae rusticus urget opus (1, 9, 9 l. -turas ... rates. OV. ars 3, 442 l. pudenda. FRONTO p. 192, 8 lucrum et facultates pedibus manibus). OV. am. 2, 5, 12 ferreus est ..., cui -itur victa palma cruenta rea (3, 2, 82. ars 1, 727 [fama *var. l.*]. LIV. 28, 41, 8 palmam belli Punici patrati. *al.*). *al.*

γ *regnum sim., loca, quae regantur*: ENN. ann. 273 *seditiosi* ferro rem repetunt regnumque -unt (SALL. epist. Mithr. 8 patrium. VERG. Aen. 12, 190 [*loq. Aeneas*] nec mihi regna -o: paribus se legibus *eqs.* OV. fast. 2, 680. LIV. 24, 25, 4 palam atque aperte. *al.*). CIC. leg. agr. 1, 1 dabitis ... Alexandream clam -entibus eis, quibus apertissime pugnantibus restitistis? (*in eadem re et sublucente vi locali*: 2, 44 si A. -batur, cur non eosdem cursus ... quos *olim* ... cucurrerunt? cur non aperte ..., cur non ... derecto ... regionem illam -erunt?). LVCR. 5, 1142 *regibus occisis* imperium sibi ... ac summatum quisque -bat (SALL. Catil. 33, 4 non i. neque divitias -imus, ... sed libertatem. Iug. 20, 7 aperte totius Numidiae i. -ere. OV. met. 7, 504. *al.*). SALL. Iug. 79, 8 quos finis populo suo -rent. 111, 1 Numidiae partem, quam nunc -ret, tum ultro adventuram *Boccho* (LIV. 45, 19, 15 p. regni). NEP. Ages. 1, 4 de honore regni ... contendit *nepos* neque id, quod -vit, consecutus est. SEN. Phoen. 558 (*Iocasta Polynici*) -endo patriam perdis (*556* quae regere expetis). LVCAN. 7, 270 nec sanguine multo spem mundi -itis, *milites.* *al.* *loco obi. ponitur adv.* supra: SALL. Iug. 24, 5 (*Adherbal de Iugurtha*) intellego illum supra, quam ego sum, -ere (*7* nunc vostrum regnum armis tenet).

δ *societas, amor sim.*: TRAG. inc. 226 (*nisi ad p. 1969, 62 trahas*) prolubium est -ere (pat- *trad.*) amicitiam et fidem (CIC. inv. 2, 167 eorum *fructuum* ... causā -enda *videtur. ibid.* propter utilitatem. SEN. epist. 19, 4 amicitia olim -batur, nunc praeda). RHET. Her. 4, 20, 28 amorem -ere, pudorem fugere. SALL. Iug. 14, 5 *belli Carthaginiensis* tempore magis fides eius *populi Romani* quam fortuna -unda erat (*adde* TRAG. *supra*). VERG. Aen. 1, 651 (*per zeugma*) Pergama cum -ret inconcessosque hymenaeos *Helena.* OV. met. 6, 700 (*loq. Boreas*) hac ope, *sc. vi,* debueram thalamos -iisse socerque non orandus erat (11, 250 thalamis potiere -tis. SEN. Herc. O. 419. *al.*). VAL. FL. 7, 178 (*loq. Venus*) *Medea* foedera ... -at ipsa viri, *sc. Iasonis.*

ε *mala, quae subeunda sunt* (*cf. p. 1960, 49; non huc spectat e. g.* SALL. *p. 1957, 19*): ACC. trag. 434 paratus sum ubivis -ere pestem ⌞permiti⌟ (*i. perniciei; conferre possis* mortem oppetere, *nisi cogites de peste superanda, tollenda, ut spectet ad B vel p. 1950, 49*). CIC. fin. 2, 61 *P. Decius cum* mortem ardentiore studio -ret, quam Epicurus voluptatem -endam putat (VERG. georg. 4, 218 [*item* Aen. 11, 647 *de militibus*] *apes* -unt per vulnera m. [*v.* NON. *supra p. 1946, 67*]. VAL. MAX. 5, 6, 5 sibi. SEN. Phoen. 196 quare ille m. cupiat aut quare -at [*v. Zwierlein, Krit. Komm., 1986, ad l.*]. epist. 67, 9. *al.*). OV. epist. 15, 220 (*loq. Sappho*) ut mihi, *quam sprevisti,* Leucadiae fata -antur aquae (LVCAN. 8, 652 te f. extrema -ente. *cf. p. 1961, 45*). LIV. 5, 20, 6 ut quisque laboris periculique praecipuam -ere partem soleat (*cf.* 7, 10, 1 praecipuam sortem periculi -ere). VAL. FL. 7, 438 (*Medea Iasoni*) tantos ... -isti cur non ipse tua fretus virtute labores? TAC. ann. 16, 26, 3 finem *vitae.* DRAC. satisf. 26 ut -rem subito certa pericla miser.

b *-untur animantes* (*e contextu subaudiendi l. 56. 65. al.*): **α** *generatim*: Ⓘ *usu communi*: CIC. fam. 14, 1, 1 mea culpa ..., qui ab iis me amari putabam, qui invidebant, eos non sequebar, qui -bant. CATVLL. 28, 13 (*acerbe*) -e nobiles amicos, *qui cohortem suam defraudent.* VERG. Aen. 7, 367 (*nisi ad p. 1950, 12*) si *secundum oraculum* gener externa -itur de gente Latinis (STAT. silv. 1, 2, 76 multum g. ille -tus matribus). HOR. carm. 2, 18, 11 pauperem ... dives me -it (PORPH. gratiam mei -it. *alii intellegunt vim arcessendi vel adeundi*). OV. am. 3, 1, 60 (*Elegia poetae*) te iam -it ista *Tragoedia* (*24* incipe maius opus). met. 13, 238 (*Vlixes Aianti*) quis te laudatve -itve, *sc. amicum*? Pont. 2, 3, 16 (*8* vulgus amicitias utilitate probat) detrahe menti spem fructus avidae: nemo -endus erit. MANIL. 2, 7 patriam cui *Homero* ⌞turba -entum⌟ dum dabat, eripuit (⌞⌟ *sc. 'eum civem' potius quam 'ei patriam'*; iura -entem *trad., corr. Housman*). SEN. suas. 3, 3 *non immolandam esse Iphigeniam,* quia homicidium esset ..., quo plus impenderetur quam -retur: -i ⟨Helenam⟩, impendi Iphigeniam (*sublucet imago emptionis, cf. p. 1962, 43*). SEN. Ag. 398ª (*loq. Clytaemestra dissimulans*) ubinam -tus per decem coniunx mihi annos moratur? (*indicata diuturnitate praevalet color desiderandi sim.; cf., nisi ad p. 1965, 56 spectat,* Phoen. 502 teneo longo tempore -ta votis ora *filii*). *al.* *affirmando, vindicando*: OV. met. 9, 25 (*Achelous Herculi*) matris adulterio patrem -is *dicens te Iovis filium.* Ⓘⓘ *indicatur ad quid* (*cf. p. 1963, 63*): SALL. epist. Mithr. 16 *tu, Arsaces,* a nobis ad societatem, ab illis *Romanis* ad praedam -ĕris. LIV. 42,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

52, 16 *populum Romanum* nunc propalam Macedoniam in servitutem -ere (45, 22, 6 Graecia in s. -ta). SEN. Med. 972 me ... in exitium -unt *Iason eiusque socii* (*cf.* TAC. Agr. 31, 2 [*loq. dux Britannorum*] nos ... in excidium -imur).

β *in re amatoria* (*nisi hic illic subest vis rogandi, quae praevalet p. 1963, 23; ceterum cf. p. 1949, 12. 1950, 42*): SALL. Catil. 25, 3 ut saepius -ret viros quam -retur *Sempronia.* HOR. carm. 1, 33, 13 me melior cum -ret Venus. 2, 5, 16 proterva fronte -et (-it *var. l.*) Lalage maritum (*sc. amatorem*). *al.* PROP. 2, 9, 23 hic etiam -itur, qui te prius ipse reliquit. 2, 20, 27. 2, 34, 4 formosam raro non sibi quisque -it. OV. am. 3, 2, 62 iuro ... te dominam nobis tempus in omne -i. epist. 16, 95 (*Paris Helenae*) ut ... te cupio, sic me cupiere puellae; ... nec tantum regum natae -iere. 16, 172 *Helena,* o tanto digna labore -i. *al., e. g. p. 1946, 53.* *tituli picti in vasis potoriis*: CIL XIII 10018, 136 -o (*v. edd. ad l.*). 137 -e. 138 -e me. 139 -es me.

2 *usu peculiari*: **a** *indicatur, unde -atur, ut praevaleat color arcessendi, deducendi, assumendi sim.* (*v. etiam p. 1960, 14 et cf. p. 1949, 23; de animantibus praeter p. 1960, 9; accedunt praepos.* ab *vel* ex *passim,* de *l. 21. 25. 41. al., adv. e. g. l. 20. 43. 55*): α *-unt discentes, imitantes vel docentes, explicantes sim.*: PLAVT. Most. 763 *quidam aedificaturus* hinc, *sc. ex hoc aedificio,* exemplum capere vult ...; *eo magis* hinc ... ⌞s⟨ibi⟩⌟ exemplum -it, quia *eqs.* ([⌞⌟ *A,* ex te *B*]. RHET. Her. 4, 9, 13 de rebus ante gestis e. -ere. CIC. prov. 20 meorum ... factorum e. semper ex summorum hominum factis mihi ... -enda *esse.* de orat. 3, 137 doctrinae sunt ab iis *Graecis* e. -enda. *al.; cf. p. 1957, 61*). RHET. Her. 3, 4, 8 argumentationis ... ratio de secundo libro -etur (QVINT. inst. 5, 13, 1 ex aliis locis. *al.*). CIC. inv. 1, 91 remotum est, quod ultra, quam satis est, -itur. 2, 11 ut ex hoc *libro* inventa ipsa, ex superiore autem expolitio inventorum -atur. Caecin. 10 forte videbor altius initium rei demonstrandae -tisse, quam *eqs.* (fin. 5, 33 i. summi boni a natura -verunt. VAL. MAX. 1 praef. *totius operis* i. a cultu deorum -ere). Cluent. 11 paulo longius exordium rei demonstrandae -am. de orat. 1, 43 Peripatetici ... adiumenta atque ornamenta dicendi a se -i ... oportere *putant* (Tusc. 4, 84 ab ea *philosophia*). 1, 230 subsidium oratori ex illis disputationibus ... ad dicendi copiam -endum esse. 1, 233 *philosophi* a se oportere dicunt -i praecepta dicendi (OV. ars 3, 57 -ite hinc, *ex hoc libro,* p. QVINT. inst. 1 prooem. 17 a philosophorum scholis virtutis p.). top. 78 oratores et philosophos ..., ex quorum et dictis et scriptis saepe auctoritas -itur ad faciendam fidem (SEN. nat. 4 praef. 12 [*coni.*]. QVINT. inst. 1, 6, 2 a. ab oratoribus vel historicis -i solet). fin. 2, 31 a primo ... animantium ortu -itur origo summi boni *apud Epicurum.* 2, 32 nec ... argumentum hoc Epicurus a parvis -vit aut etiam a bestiis (MANIL. 2, 450 *ratio* argumenta -ens omni de parte. QVINT. inst. 7, 6, 6. *al.*). ac. 1, 5 *in philosophia verba* a Graecis -ere (HOR. sat. 1, 10, 29 patriis intermiscere -ta v. foris. SEN. contr. 1, 3, 9 ampliatio, ... ex qua verbum in sententia -tum est. *al.*). fat. 18 cur Epicurus ... ab atomis -at praesidium ([*sim.* 46]. OV. ars 3, 207 hinc, *e libro meo,* ... p. laesae -itote figurae. CELS. 1 prooem. 31 a certis *causis. al.*). *al.* LVCR. 5, 1133 *stulti* -unt ... res ex auditis potius quam sensibus ipsis (QVINT. inst. 10, 6, 7 ex memoria). VERG. Aen. 8, 395 quid causas -is ex alto? ([*cf.* NON. *supra p. 1946, 63.* SERV. argumentatione longe repetita]. OV. fast. 1, 465 unde -am c. horum moremque sacrorum? 5, 350. MANIL. 4, 519 nec longe causa -enda est). HOR. sat. 1, 4, 79 laedere gaudes ... :: unde -tum hoc in me iacis? PROP. 4, 1, 108 (*loq. astrologus*) ab zonis quinque *caeli* -enda *est* fides (AVIEN. ora 79 longe). OV. fast. 1, 660 (*Musa poetae*) quid a fastis non stata sacra -is? (LIV. 10, 38, 6 *sacerdos* se id sacrum -ere adfirmabat ex vetusta Samnitium religione). *al.* *absolute,* alte -ere *sim.* (*sc. dicendo, scribendo*): CIC. epist. frg. 7, 1 si Pompeius non ex alto -ret et multis verbis me iam hortaretur (*cf. l. 48*). SEN. contr. 1, 2, 15 Cestius etiam altius -it et obicit, quod *eqs.* (*ceterum iuxta obi., v. vol. I 1786, 24 sqq.*). suas. 3, 4 *Fuscus* valde ... longe -it (*ceterum iuxta obi., v. vol. VII 2, 1647, 27 sqq.*). β *-unt quodlibet commodum, lucrum sim. sectantes*: RHET. Her. 4, 24, 33 *constat* multos aliqua ex honesta re ... sibi praesidium -ere (CIC. ad Q. fr. 3, 6, 1 p. firmissimum -bamus ex optimi ... viri benevolentia ad omnem statum nostrae dignitatis. VITR. 2 praef. 1 ab se. CELS. 5, 26, 34 a medicamentis. *al.*). CIC. Arch. 16 si ex his studiis delectatio sola -retur. fin. 3, 24 ut in ipsa *arte* insit, non foris -atur extremum, id est artis effectio. ac. 1, 11 doloris medicinam a philosophia -o (fam. 5, 15, 4 ab iis *litteris.* PLIN. nat. 29, 3 ab oraculis). Tusc. 3, 6 cuius *philosophiae* auxilium non ut in corporis morbis -endum est foris (CAES. Gall. 7, 59, 6 tantis ... difficultatibus obiectis ab animi virtute a. -endum videbat *Caesar.* SALL. Iug. 107, 1 ab ... pedibus a. -ere [*i. fugere. cf. l. 71*]. *al.*). *al.* LVCR. 5, 1040 *aves* alis ... fidere et a pinnis tremulum -ere auxiliatum. OV. epist. 17, 25 *Theseus rapuit Helenam*; non tamen e facto fructum tulit ille -tum (SEN. dial. 11, 2, 3 nullum maiorem ex ea *pecunia* f. quam contemptum eius -it *sapiens.* epist. 102, 4. *al.*). ars 1, 230 est aliquid praeter vina, quod inde -as (*sc. e conviviis*). LIV. 4, 58, 2 ut ex incommodo alieno (*i. Veientium*) sua occasio -retur *a Romanis* (27, 28, 6 ab ira). 6, 22, 6 *consul* ex errore *collegae* gratiam potius sibi quam suam gloriam -iit ([-it *codd.*]. PLIN. nat. 19, 2 ex his *hortis*). 33, 40, 4 ex Philippi ... adversa fortuna spolia ... -isse *Antiochum* (38, 53, 7 ex Africani [*gen. obi.*] triumpho). 36, 15, 1 Antiochus ... cernens nihil se ex Graecia praeter amoena ... hiberna et infames nuptias -isse. *al.* SEN. contr. 2, 1, 28 alius ... ex contemptu divitiarum gloriam -at (10, 4, 8 quam *g.* ex damnato -erunt *accusatores.* VAL. MAX. 8, 14, 6 ex humillimis rebus. *al.*). 9, 1, 11 -isti ex hoc *facto* aeternam memoriam. CELS. 5 prooem. 2 *ut partes medicinae* ab eo nomen trahant, a quo plurimum -unt. SEN. dial. 4, 28, 5 etiam eos, qui volentes *de nobis male locuti sunt* ..., ex iniuria nostra non ipsam iniuriam -ere (*cf. e. g. p. 1959, 65 et* 7, 9, 4 interrogas, quid -am ex virtute? ipsam). 12, 16, 3 quibus *mulieribus* omnis commendatio ex forma -itur. *al.*

b *-untur actiones, quas aliquis (aliquid l. 46) efficere conatur, fieri vult sim.* (*indicatur, unde -atur, l. 22. 38. 50 sq. sublucente colore sub a illustrato*): α *cum acc. obi.* (*exempla certiora; huc vergunt e. g. p. 1958, 43. 1959, 67; cf. p. 1950, 37 sqq.*): Ⓘ *vario usu*: PLAVT. Mil. 214 *servus astutus* numquam ... quiescet, prius quam id, quod -it, perfecerit (*in eadem re*: 231 *te* impetrare dico id, quod -is). Truc. 813 *eam* praegnatem fecit; ... plus valebat: vicit; quod -bat, abstulit (*respicitur coitus ut*: OV. am. 1, 10, 31 locat noctes ... et vendit ..., quod uterque -bat. *al.; cf. p. 1962, 70*). ELOG. Scip. (CE 958) 2 facta patris -iei (*aemulando, cf. p. 1959, 23*). CIC. Tusc. 5, 5 huius culpae et ceterorum vitiorum ... omnis a philosophia -enda correctio est. CATVLL. 64, 241 *Aegeus* ut summa prospectum ex arce -bat (VERG. Aen. 1, 181 omnem p. late pelago -it, ... si quem ... videat [GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1290 -it: visu circum inspexit]. *cf. e. g. Pacuv. trag. 96* p. aucupo). CAES. Gall. 2, 24, 1 *equites* rursus aliam in partem fugam -bant (*al., v. vol. VI 1, 1469, 58 sqq.*). VERG. Aen. 5, 733 (*Anchises mortuus Aeneae*) infernas accede domos et Averna per alta congressus -e ... meos. 7, 88 pellibus incubuit stratis somnosque -vit (TIB. 1, 10, 9 *olim* somnum ... -bat securus ... dux gregis inter oves. OV. met. 13, 676. *al.; cf.* soporem: VERG. Aen. 8, 405 [*v.* NON. *supra p. 1946, 64*]). 8, 615 amplexus nati Cytherea -bat (*al., v. vol. I 1998, 35 sqq.*). OV. epist. 7, 13 facta fugis, facienda -is. rem. 399 ubi concubitus et opus iuvenale -entur (met. 4, 206 tuos Clytie ... -bat c. SEN. Ag. 30 natae nefandos -ere c. iubet *Fortuna patrem*). met. 8, 390 *venatores* iaciunt ... sine ordine tela; turba nocet iactis et, quos -it, impedit ictus. LIV. 1, 25, 9 Horatius caeso hoste *primo* ... secundam pugnam -bat (SIL. 5, 33. 9, 32). 8, 33, 13 Papirium tamquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore victoriam et triumphum -ere (28, 19, 11 HOMER. 388. *al.*). 10, 8, 11 certamen tantum patricii -unt (22, 15, 2). *al.* GRATT. 220 *canis* unus ... operi ... -to adsumptus (*sc. venationi. cf.* APVL. met. 8, 4, 1 venatum Tlepolemus ... -bat indagaturus feras). VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 *coniugis numquam* nisi excussae complexum -iit *tyrannus sibi timens* (OCTAVIA 730). CELS. 1, 3, 25 deiectio ... medicamento ... -enda est (*ibid.* qui deicere volet). 2, 8, 18 sanguinis profusione vel fortuita vel etiam -ta. SEN. Herc. f. 1257 (*Amphitryon Herculi*) semper absentis pater fructum tui tactumque et aspectum -o. *al.* *-unt res*: QVINT. inst. 1, 10, 38 quid ... magis oratio quam probationem -it? 8, 6, 60 *circumitus eloquendi* nonnumquam necessitatem habet ..., interim ornatum -it solum. Ⓘⓘ *-untur mala, quae aliis infligantur* (*cf. p. 1958, 40*): CIC. inv. 1, 19 ut ab ea *Clytaemestra* poenas liberi sui ... -ere debuerint (Att. 1, 16, 7 fore, ut aperte victrix nequitia ... p. ab optimo quoque -ret sui doloris. LVCR. 6, 72 ut ex ira p. -ere *velit numen.* SALL. Iug. 65, 3 LIV. 3, 58, 11. *al.*). OV. met. 15, 108 nostrum ... -entia letum corpora *bestiarum.* LIV. 28, 19, 11 supplicium ex se, non victoriam -i (SEN. Herc. O. 1786 a me. LVCAN. 2, 539 s. poenamque). 30, 16, 7 imperium ex victis hostibus populum Romanum, non perniciem -ere. VAL. MAX. 1, 8, 6 cum Bruttii ... maximis ... viribus Thurinae urbis -rent excidium. SEN. dial. 3, 3, 3 *ferae* etiamsi haec (*sc. dolorem sim. aliorum*) efficiunt, non haec -unt. 4, 5, 2 nec illi *tyranno* verbera lacerationesque in ultionem -untur, sed in voluptatem.

β *cum struct. verbali* (*cf. p. 1973, 66*): Ⓘ *acc. c. inf.* (*nisi subest notio rogandi ut p. 1975, 32*): PLAVT. Pseud. 684 quom quid cupienter dari -imus nobis. LVCIF. Athan. 1, 23 l. 59 hoc est nolle vitam, hoc est -ere sibi tribui mortem. Ⓘⓘ *inf.* (*iuxta acc. obi. l. 66. 71*): LVCR. 3, 86 (*locum spurium putat Deufert, Pseudo-Lukrezisches, 1996, 52 sq.*) homines ... vitare Acherusia templa -entes. CAES. Gall. 7, 77, 15 (*loq. Critognatus*) Romani ... quid -unt aliud aut quid volunt nisi ... *exteris gentibus* aeternam iniungere servitutem? VERG. Aen. 7, 96 (*vox divina Latino*) ne -e conubiis natam sociare Latinis. HOR. epist. 1, 11, 29 navibus atque quadrigis -imus bene vivere. OV. met. 8, 421 socii ... victricem ... -unt dextrae coniungere dextram (*sim.* STAT. silv. 3, 4, 63 *imperatoris dextram* tangere Persae ... -unt). 14, 571 nec iam dotalia regna ... nec te, Lavinia virgo, sed vicisse -unt *Rutuli et Troiani.* CIL XI 137 (*saec. I; loq. homo natione Parthus*) -ti (*pro* -tii) ⌞usq(ue) a pubertate⌟ senectae meae pervenire (⌞⌟ *i. 'usque ad ... maturitatem', Bücheler ad* CE 1580; *an ad p. 1965, 32?*). SIL. 4, 759 *Hannibal altero oculo omisso* sat ... putat lucis, Capitolia cernere victor qua -at. 17, 437

[Dubielzig - Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cruore ... perfundere terras. STAT. Theb. 3, 365 protinus ire -o. 4, 402 *tu, taure,* qui solus avita gramina communemque -is defendere montem. silv. 4, 4, 88 si forte, meis quae sint exordia musis, scire -is. Ach. 1, 352 *Achillis sororem tibi* tradimus; arma ... -bat ferre et Amazonio conubia pellere ritu. Ⓘⅈⅈⅈ *c. enunt. secund., sc.* ut (ne *l. 11; iuxta obi. praeter l. 9. 13*): LIV. praef. 5 hoc quoque laboris praemium -am, ut me a conspectu malorum ... avertam (4, 25, 2 victoriae p. quod -batur, ut plebeius crearetur, nullum fuit). 35, 14, 4 secutum ... sua sponte est, velut consilio -tum esset, ⌞ut ... Hannibal ... suspectior ... fieret⌟ (*si pendet etiam a* -tum esset). VAL. MAX. 9, 6 ext. 1 Carthaginienses Xanthippum ... merserunt, quid tanto facinore -entes? an, ne victoriae eorum socius superesset? QVINT. inst. 1, 3, 2 non dabit mihi spem bonae indolis *discipulus,* qui ⌞hoc⌟ imitandi studio -et, ut rideatur (⌞ ⌟ *potius abl. quam acc.*).

B *qui (quae) aggrediuntur, laedunt, minuunt sim.* (*cf. p. 1950, 49 et explicationes p. 1952, 25. 1955, 10. al.; actio saepius fit dicendo, scribendo; pro obi. sunt fere animantes, res ad eos pertinentes e. g. l. 35. 45; obi. suppl. l. 29. 32*): **1** *de animantibus* (*addasne* ACC. *p. 1958, 41? respiciuntur criminantes e. g. l. 21. 31 [sed qui alios reos postulant v. p. 1972, 21], decipientes l. 27, detrectantes l. 35, temptantes l. 42, incantantes l. 39; modus actionis indicatur saepe per abl.* [*praepos.* per *l. 35*]): CIC. de orat. 2, 284 in senatu cum ageretur de agris publicis ... et -retur (premeretur *var. l.*) Lucullus ab *adversariis criminantibus.* 2, 305 te ... obiurgabam, quod ministratorem -res, non adversarium (*imagine gladiatoris explicatur vol. VIII 1016, 32 sqq.*). Att. 2, 2, 2 (*vigente imagine pugnandi*) *Herodes* me epistola -vit, ad te ... comminus accessit. SALL. Iug. 20, 2 *Iugurtha* in regnum Adherbalis animum intendit; ipse acer, bellicosus, at is, quem -bat, ... inbellis. VERG. Aen. 4, 675 (*Anna Didoni*) me fraude -bas? ([CLAVD. DON. p. 418, 23 decipit hominem, qui f. aliquem -it]. Ov. fast. 6, 511 non venit haec nostris hospes amica choris, f. -it [*sc. nos*] sacrique parat cognoscere ritum. *al.; per zeugma*: VAL. FL. 5, 502 [*Iason Aeetae*] seu f. -vit seu quis honore meos). LIV. 33, 47, 9 Hannibalem se -i ab Romanis *criminationem dissimulantibus* non fallebat. PAVL. FEST. p. 107 incessere: ... iactu vel verbis -ere (VELL. 2, 45, 1 *legis Clodiae* v. etsi non nominabatur Cicero, tamen solus -batur). SEN. suas. 6, 23 *Cicero* vixit ... ita, ut semper aut -ret alterum aut invicem -retur. SEN. dial. 7, 27, 2 (*loq. Socrates*) inlustrata est virtus mea per ea ipsa, per quae -batur (*sc. per iocos comoediae*). nat. 4 praef. 13 ut te -ere comminus possint *adulatores.* PETRON. 106, 1 mimicis artibus -ti sumus et adumbrata inscriptione derisi (*sc. propter quam eos fugitivos credideramus. aliter*: APVL. apol. 41, 5 *accusatores* aiunt mulierem magicis a., marinis illecebris a me -tam esse). STAT. Theb. 9, 340 *Crenaeus* audax pariter telis et voce proterva Hippomedonta -it: '...'. TAC. hist. 2, 20, 2 Caecina ... temptata Othonianorum fide per conloquium et promissa isdem -tus ... consilia ... in oppugnationem Placentiae ... vertit (4, 56, 2 *Vocula* optimum ... ratus mutua dissimulatione et isdem, quibus -batur, grassari). ann. 12, 65, 1 quod coniugem principis devotionibus -visset. *al.* -ere fata (*aliter l. 68; cf. e. g. Ov. am. 1, 6, 14* strictas in mea f. manus. *Lucan. 2, 107* infantis ... rumpere f.): Ov. epist. 19, 118 pecca[s] *aliamque ama,* si mea f. -is. VAL. FL. 6, 407 *equi* externa ... f. -entes (*opp.* in sua versi funera). **2** *de rebus*: PVBLIL. sent. Q 63 quo caveas, cum animus *adversarii* aliud, verba aliud -unt? VERG. Aen. 9, 128 Troianos haec monstra -unt (*sc. naves in nymphas mutatae.* SERV. auct. id est 'appetunt'; hoc ad Troianorum pertinet damnum). HOR. sat. 2, 1, 39 hic *saturarum mearum* stilus haud -et ultro quemquam animantem. Ov. rem. 369 summa -it livor (*365* detractat. *cf. imag. p. 1953, 23*). SEN. Oed. 710 non haec Labdacidas -unt (prem- *var. l.*) fata, sed veteres deum irae sequuntur. dial. 5, 5, 8 *laedit* nulla magnum animum iniuria ..., fragilior eo, quod -it. epist. 95, 14 tanto operosiora esse *debent* munimenta *contra vitia,* quanto vehementiora sunt, quibus -imur. 123, 13 ab invitantibus (*e. g. divitiis*) recedamus, adversus -entia (*e. g. laborem, dolorem*) concitemur. *al.*

C *qui adeunt, attingunt sim.* (*sc. vi occupandi vel aggrediendi evanescente sec. usum p. 1953, 34 illustratum*): **1** *verbis* (*nisi vi arcessendi p. 1959, 15 illustrata; aliter l. 15 et p. 1958, 72*): AFRAN. com. 360 antiquitas -enda ... est mihi: maiores vestri *eqs.* **2** *oculis* (*cf. p. 1957, 42. 1960, 23*): VERG. Aen. 5, 508 Mnestheus adducto constitit arcu alta -ens pariterque oculos telumque tetendit. APVL. met. 6, 28, 3 caelum ... sollicito ⌞vultu⌟ -ens (⌞ ⌟ nutu *trad., sed cf.* BOETH. cons. 5 carm. 5, 13 qui recto caelum vultu -is). **3** *cursu temporis*: SEN. Tro. 390 quo cursu properat *sol* volvere saecula ..., hoc omnes -imus fata (*aliter l. 45. p. 1958, 49*). IVVENC. 1, 696 quem ... -at finem fallax doctrina, videndum est (*ad Matth. 7, 16* fructibus eorum cognoscetis eos).

II *-itur, quod subiectum est potestati, voluntati alterius concedentis, conferentis, perficientis sim., ut vergat in vim q. e. poscere, rogare* (*sive more flagitantium, imprimis p. 1964, 43, sive precantium, imprimis p. 1965, 31, sed colores frustra separare coneris; abiit in notionem interrogandi p. 1975, 22. petitio fit fere verbis, sed significatione muta p. 1962, 72. 1965, 44 et e. g.* LVCAN. 3, 739 tacito ... vultu *nec non sub A2. gr. respondere solet αἰτεῖσθαι*). *dat. commodi vel praepos.* pro *e. g. p. 1966, 16. 1968, 44. 58 sq. 1969, 73 sq. 1971, 51; cum abl. instr. vel modi*: litteris CIC. Att. 11, 16, 3 fam. 3, 3, 1. *al.* POMP. Cic. Att. 8, 12ᵇ, 2. *al.* (*cf.* per litteras: CIC. Att. 11, 7, 2 fam. 2, 6, 2. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 2 SALL. Iug. 105, 1. *al.*), precario *l. 17 et vol. X 2, 1145, 62 sqq.,* prece (precibus) *vol. X 2, 1223, 5 sqq.,* verbis PLAVT. Rud. 405 CIC. Verr. II 1, 135. *al.* CAES. Gall. 1, 20, 5. *al.,* votis *p. 1965, 56, alia collegimus p. 1968, 5. 1970, 27. saepe iuxta verba notionis affinis, e. g.* oro *vol. IX 2, 1051, 24 sqq.,* posco *vol. X 2, 70, 77 sqq.,* postulo CIC. div. in Caec. 64 Verr. II 5, 138. *al.* NEP. Timol. 2, 1 LIV. 21, 3, 3. *al.,* precor *p. 1974, 15 sq. vol. X 2, 1153, 28 sqq.,* rogo PLAVT. Rud. 405 LVCIL. 684 CIC. Verr. II 4, 65 de orat. 3, 213. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 24, 5. *al.*

A *exempla notionem illustrantia* (*neglectis plerumque structuris verbalibus, quas sub B collegimus*): **1** *de animantibus*: **a** *in universum*: α *de quibuslibet*: Ⓘ *-untur res*: Ⓐ *minus definitae, sc. pron. vel adi. neutr.* (*specimina paucissima*): PLAVT. Amph. 24 (*loq. Mercurius*) pater huc me misit ... oratum ...; hoc -ere me precario a vobis iussit leniter dictis bonis. 36 iniusta ab iustis impetrare non decet, iusta autem ab iniustis -ere insipientia est. Truc. 752 ad vos ⟨volo⟩ ire. :: non potest, nimium -is (pati *trad.*). TER. Hec. 28 quid -am, ... aequo animo attendite. ACC. trag. 280 ne attenderis -ere a me id, quod nefas sit concedi tibi. CIC. orat. 140 amicissimo ... viro et recta et honesta -enti satis facere. ad Q. fr. 3, 1, 16 Domitio ... multa iam feci, quae voluit quaeque a me -vit. PVBLIL. sent. R 13 rapere est, non -ere, quicquid invito auferas. *al.*

Ⓑ *res corp. et pecunia*: PLAVT. Aul. 94 (*avarus ancillae*) aquam aufugisse dicito, si quis -et (Rud. 405 a. hinc de proxumo rogabo, nam extemplo, si verbis suis -rem, daturos dixit *sacerdos.* 430 a vobis. *al.*). 391 aulam maiorem ... ex vicinia -e (Rud. 133 *qui sacrificaturi sunt,* semper -unt aquam hinc aut ignem aut vascula aut cultrum aut veru aut a. extarem aut aliquid). 400 hinc artoptam ex proxumo utendam -o a Congrione. *al.* CAECIL. com. 275 (= TRAG. inc. 244. *nisi ad p. 1949, 23*) taeniam, qui (*instr.*) volnus vinciret, -it. LVCIL. 684 ferri tantum si roget me *uxor,* non dem, quantum auri -it (*v.* NON. *supra p. 1946, 63. item -itur pecunia*: VAL. MAX. 7, 3, 8 *quidam* proscriptus ... per ... vias ... publicas stipem -ens. SEN. benef. 3, 27, 3 *Rufus ab Augusto* -it ... non fastidiendam ... summam et impetravit. *al.*). POMPON. Atell. 153 continuo ad te centuriatim current, qui panem -ent (APVL. met. 6, 19, 5. *al., e. g. p. 1976, 17; cf. l. 44*). NOVIVS Atell. 35 *quidam* consequitur paenularium, cilotrum -it (*obscurum, cf. supra p. 70, 62 sqq.*). CIC. fam. 15, 18, 1 longior epistula fuisset, nisi eo ipso tempore -ta esset a me, cum iam iretur ad te (*item -untur, quae adhuc scribenda sunt*: ad Q. fr. 3, 5, 4 [*antea*: me de versibus faciendis rogas]. CATVLL. 68, 10 munera ... Musarum hinc -is, *sc. a me. al.; cf. p. 1965, 1*). *al.* *emendo vel mutuando*: PLAVT. Asin. 200 (*nisi ad p. 1949, 23*) a pistore panem -imus, vinum ex oenopolio; si aes *a nobis datum* habent, dant mercem. Curc. 68 parasitum in Cariam misi meum -tum argentum a meo sodali mutuom (MART. 10, 15, 3 m. cum -rem sestertia quinque, negasti). Epid. 143 opust quadraginta minis ... cito. :: ... unde auferre me vis? quo a trapezita -o? TAB. cer. Herculan. 73 -it et numerat⟨o⟩s acce⟨pit⟩ *sestertios tot* (*sim.* 74. *al.*). MART. 1, 113, 5 quaecumque lusi ..., a Valeriano *bibliopola* ... -es. 3, 57, 2 cum -rem mixtum, vendidit ille *caupo* merum. *al.*

Ⓒ *actiones, condiciones sim.*: Ⓘ *vario usu* (*pauca selecta, v. struct. verbales p. 1973, 66*): PLAVT. Capt. 721 ab eo -ito gratiam. Curc. 249 potin coniecturam facere *de somnio meo* ...? :: quin coniectores a me consilium -unt (*al., v. vol. IV 454, 16 sqq., addas e. g.* CIC. Vatin. 3). ENN. scaen. 162 (*Eurypylus Patroclo*) auxilium et vestras manus -o, priusquam oppeto malam pestem (TER. Phorm. 729 unde a. -am? CIC. Verr. II 1, 136 -ere a. a Chelidone *meretrice.* off. 2, 13. *al.*). LVCIL. 729 (*post rixam amantium*) cum pacem -o, cum placo, cum adeo (CIC. inv. 1, 21 ab iratis *auditoribus* si perspicue pax et benivolentia -itur, ... ea non invenitur. LVCR. 1, 40 *Venus a Marte* -ens ... Romanis ... p. *cf. p. 1965, 38. 1969, 55*). CIC. Phil. 2, 82 *Antonius consul* nihil ipse poterat, omnia rogabat: ... beneficia ... a conlega -bat (off. 2, 67. PVBLIL. sent. B 3 beneficium dare qui nescit, iniuste -it. SEN. contr. 9, 1, 4. *al.*). orat. 230 (*antea*: necessitatis excusatio) qui hanc a Laelio ... veniam -it (HOR. ars 11 hanc v. -imusque damusque vicissim. Ov. trist. 1, 7, 31 v. pro laude -o laudatus abunde. *al.*). fam. 14, 2, 2 (*uxori*) mea lux, meum desiderium, unde omnes opem -ere solebant (Ov. met. 8, 271 cuius *Thesei* o. Calydon ... sollicita supplex -iit prece; causa -endi sus erat. *al.*). CATVLL. 61, 152 quae tuus vir -et, cave, ne neges (*respicitur coitus ut e. g.* Ov. ars 3, 476 neque te facilem iuveni promitte roganti nec tamen ..., quod -it ille, nega. *cf. p. 1960, 19*). HOR. epist. 1, 14, 14 *olim* tu mediastinus tacita prece rura -bas, *sc. ut ibi degeres,* nunc urbem ... optas. *al.* ② *-itur matrimonium*: ACC. trag. 500 coniugium Pisis -ere ([pat- *trad.; ipsa uxor intellegitur vol. IV 325, 16*]. Ov. met. 10, 613 discrimine vitae c. -ere hoc *Atalantae.* FEST. p. 170 [*e Cornificio*]. *aliter p. 1965,*

[Dubielzig - Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20). CIC. Cluent. 27 -it Oppianicus, ut sibi Sassia nubat. VERG. Aen. 4, 535 (*loq. Dido*) Nomadum ... -am conubia supplex (12, 42 [*Latinus Turno*] te ... natam et c. nostra -entem. STAT. Theb. 2, 158. *aliter p. 1970, 4*). LIV. 4, 9, 10 rabie duorum iuvenum funestas nuptias ex occasu patriae -entium (MART. 1, 10, 1. 6, 8, 3 a quodam sene. *al.*). *al.* ③ *-itur, quod heredes facere iubentur* (*cf.* GAIVS inst. 2, 249 [*inter* verba utilia fideicommissorum; *sim.* PAVL. sent. 4, 1, 6] -o, rogo, volo, fidei committo [*huc spectat* GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 34 *πέτω· τὸ ζητῶ*]): IAVOL. dig. 36, 1, 48 a quo *herede testator* -it, ut filio suo ..., cum ad annos sedecim pervenisset, hereditatem restitueret (IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 3 GAIVS inst. 2, 250. *al.*). CELS. dig. 31, 29 pr. *cum quidam* liberto ducenta legasset -issetque ab eo, ut ea concubinae ipsius daret. IVLIAN. dig. 30, 96, 2 si tibi servus legatus fuerit et -tum a te, ut Titio aliquid praestares. *al.* SCAEV. dig. 32, 35 pr. patronus liberto statim tribum emi -ierat. 34, 2, 18 pr. *uxori* anulos ... reddi ab heredibus -it. *al.* *ipsa verba testantium*: IVLIAN. dig. 36, 1, 26 pr. a te, heres, -o fideique tuae committo, ut, quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, filio meo ... reddas (MARCELL. dig. 40, 5, 56 SCAEV. dig. 31, 88, 1. *al.*). VAL. dig. 32, 12 Stichus liber esto: et ut eum heres artificium doceat ..., -o. TEST. (Inscr. Dessau 6468. *saec. II med.*) 14 a vobis, optimi municipes, -o et rogo ... hanc voluntatem ... ratam ... habeatis (GAIVS inst. 2, 250 r. te ... -oque a te, ut. *al.*). TEST. (CIL X 7457. *a. 175*) 8 a te -o, Eutychianum ... manumittas. SCAEV. dig. 32, 93, 5 *testator* ita -it: '-o, uti velis coheredem tibi recipere.' PAPIN. dig. 31, 69 pr. '-o, Luci Titi, contentus sis centum aureis'; fideicommissum valere placuit. *al.*

Ⓓ *tempus, aetas*: CIC. nat. deor. 1, 60 de *Simonide* ... cum quaesivisset hoc Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit; cum idem ex eo postridie quaereret, biduum -vit. VERG. Aen. 4, 433 (*loq. Dido*) non iam coniugium ... oro ..., tempus inane -o *ab Aenea,* requiem spatiumque furori, dum *eqs.* (OV. epist. 7, 178 [*Dido Aeneae*] tempora parva -o. SEN. Med. 290 fraudibus [*dat.*]. dial. 10, 8, 1. *al.; cf. p. 1970, 10*). PROP. 4, 4, 88 *Tarpeia* nubendi ... -it ... diem (MIN. FEL. 13, 4 deliberationi. *cf. p. 1968, 73. 1969, 59*). OV. met. 9, 413 -et ⌞hos⌟ ... supplex ab Iove Callirhoe natis infantibus annos ([⌞ ⌟ *sc. annos puberum*]. 14, 139 iuvenes ... a.). SEN. Tro. 787 parva, quam -imus, mora est (epist. 101, 12). *al.*

Ⓘ *-untur animantes* (*manus l. 38*): Ⓐ *quos quis habere, sibi sociare sim. vult* (*ita, ut simul rogentur, e. g. l. 42. 57. 60; -untur animalia, ut dentur in praedam vel dono, l. 39. 49*): ① *quoslibet*: ENN. scaen. 162 vestras manus (*v. p. 1962, 56*). VERG. Aen. 6, 395 Tartareum ille *Hercules* manu custodem in vincla -vit ipsius a solio regis (*v. Norden, ³1934, ad l.; cf. p. 1972, 48 et v.* NON. *supra p. 1946, 65*). OV. met. 9, 11 ut soceri domus est intrata -ti: 'accipe me generum' dixi. SEN. contr. 1, 6, 6 aliquis in adoptionem iuvenis -itur; si volet ire, quaerat, senex ille, qui -it, quales ... habeat maiores (CALP. decl. 11 them. -it dives a paupere filios in a.). SEN. apocol. 7, 4 (*Claudius Herculi*) si qui a me notorem -isset, te fui nominaturus. benef. 7, 20, 3 si *tyrannus* pro magno -et munere artifices scenae et scorta ..., libens offeram. MART. epigr. 20, 1 cum -ret pars haec *spectatorum* Myrinum, pars illa Triumphum, *sc. ut producantur.* QVINT. decl. 342, 12 etiamsi piratae tantum vicariam -issent. *al.* *c. praedicativo*: OV. met. 1, 616 -it hanc *vaccam* Saturnia munus *a Iove.* SEN. Herc. f. 806 (*loq. Theseus*) *Dis pater* me ... -enti munus Alcidae dedit. VAL. FL. 5, 235 (*loq. Phrixus*) qui ... me ... generum ... -isti, *Aeeta.* *al.* ② *virgines matrimonio iungendas* (*virginitas l. 60; in imag. l. 64; cf. etiam l. 1. p. 1959, 5. 1964, 35*): ACC. trag. 503 (*Pelops Oenomao*) ut essem adfinis tibi ..., tuam -i⟨i⟩ gnata⟨m⟩ (VERG. Aen. 12, 42. SEN. Herc. O. 354 *Euryti* regis). CIC. Att. 13, 28, 4 ab eo *Talna* nuper -tam Cornificiam ...; *eum* non esse probatum mulieribus. CATVLL. 70, 2 nulli se dicit mulier mea nubere malle quam mihi, non, si se Iuppiter ipse -at. VERG. catal. 12, 2 sq. datur tibi puella, quam -is *eqs.* Aen. 7, 54 sq. multi illam *Laviniam* ... -bant ...; -it ante alios ... Turnus. CIRIS 412 *Scylla,* certatim ex omni -iit quam Graecia regno. OV. epist. 17, 104 (*loq. Helena*) mea virginitas mille -ta procis. met. 1, 478 multi illam -iere, illa aversata -entes *eqs.* fast. 6, 108 nymphe ... nequiquam multis saepe -ta procis. *al.* LIV. 4, 9, 4 virginem ... forma notam ⟨duo⟩ -iere iuvenes. *al.* *indicatur ad quid* (*cf. p. 1958, 74. 1973, 62*): CARM. Suet. gramm. 18, 2 (*in imag.*) uni Crassicio se credere Zmyrna (*sc. carmen Cinnae*) probavit: desinite, indocti, coniugio ⌞hanc⌟ -ere (⌞ ⌟ hoc *var. l.,* coniugium hoc *Reifferscheid*). SEN. Tro. 877 te *Polyxenam* ... ad sancta lecti iura legitimi -it *Achilles.* QVINT. decl. 343 them. pauper et dives eandem puellam -bant in matrimonium (*al., v. vol. VIII 478, 55 sq.; cf. ibid. 479, 47*). HYG. fab. 31, 9 *Hercules* Iolen ... in coniugium -iit (35). *al.* ③ *hospites ad cenam sim. vocandos*: LVX. anth. 326, 5 (*tit.* qui amicos ad prandium clamabat) *nolui* pasceres quemquam -resque mecum. REGVLA mag. 61, 5 *si quis* secum ... ad comedendum te ... -at, ... iteratae eius petitioni ... consenti.

Ⓑ *quos quis prece adit* (*aliter l. 36; cf. p. 1966, 37 et imprimis p. 1976, 6; de* PLAVT. Curc. 148 *v. p. 1955, 4*): VET. LAT. Matth. 5, 42 (cod. 4. *al.*) omni -enti te da ei (*cod. 1* poscenti, VVLG. qui -it a te. *cf. locum geminum* Luc. 6, 30 [cod. 4. *al.* = VVLG.]). DON. Ter. Ad. 472, 1 'orare' est placidos -ere, 'obsecrare' iratos rogare. CLAVD. DON. Aen. 8, 400 p. 174, 15 plus promisit, quam -tus est. AVG. serm. 83, 2 -it te mendicus, et tu es dei mendicus. CHROMAT. in Matth. 25, 4, 1 (*ad l. 1*) si eos, qui nos -unt, despiciamus. PAP. Tjäder II 29, 8 (*a. 504*) Flavius Vitalis ..., forensis, scribsi rogatus et -tus a Flavio Basilio ... ipso praesente mihique dictante (*in formula fere eadem: ibid.* 35, 3 [*a. 572*]. 43, 4 [*a. 542?*]). CASSIOD. inst. 1, 23, 2 *Dionysius* -tus ab Stephano ... canones ... composuit. *al.*

Ⓘ *non indicatur, quid -atur*: Ⓐ *in universum* (*exempla selecta; obi. e contextu supplenda v. supra, e. g. p. 1962, 27. 48*): PLAVT. Asin. 662 hanc *mulierem* ... iube -ere atque orare mecum (*item fere* 686). Stich. 71 exorando, haud adversando sumendam operam censeo: ⌞gratiam per⌟ si -imus, spero ab eo *patre* impetrassere (⌞ ⌟ *A,* a patre *P*). TER. Haut. 926 (*patri nimis severo*) fac, ut audeat *filius* ... abs te -ere et poscere! Phorm. 604 -am hinc, unde a primo institi; is si dat, sat est. CIC. Verr. II 4, 75 *Verres* tum -ere (*inf. hist.*) ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere. de orat. 1, 90 ut ... blandiri eis ..., a quibus esset -endum, ... possemus. Att. 14, 13ᵇ, 2 litterae ... tuae ... sic me adfecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te ita -ente, ut *eqs.* SORT. (CE 331) 10 laetus lubens -ito. VERG. Aen. 4, 127 *Venus* non adversata -enti *Iunoni* adnuit. HOR. sat. 1, 3, 5 Caesar, qui cogere posset, si -ret per amicitiam patris atque suam, non quicquam proficeret *apud Tigellium cantorem.* OV. met. 14, 595 estis ... digni, quaeque -is pro quoque -is (*sc. Venus Aeneasque*). Pont. 3, 7, 38 si quis -ret, qui dare vellet, erat. VITR. 6 praef. 5 quid ... putemus suspicari, qui rogetur ... sumptus faciendos committere gratiae -entis, nisi *eqs.*? (*part. praes. pro subst. ut*: SEN. benef. 2, 14, 1 aestimabimus ... utilitatem potius quam voluntatem -entium. 3, 5, 2 audi voces -entium. *al.*). SEN. benef. 1, 1, 5 *quis non* longis sermonibus ... occasionem -endi abstulit? PLIN. epist. 6, 18, 2 nihil est, quod *tibi* negare debeam, praesertim pro patria -enti. *al.* *forma* -o *per parenthesin inseritur enuntiato, fere i. q. quaeso* (*cf.* -o *postpositum sec. gr. παρακαλῶ p. 1973, 69*): LVCIAN. Cypr. epist. 22, 3, 2 salutamus ... Vranium, Alexium, Quintianum, Colonicam et universos, -o (*sc. veniam*), quorum nomina non scripsi, quia tam lassus eram; ideo ignoscere debent. Ⓑ *spectat ad rem veneriam, coniugium*: OV. epist. 20, 167 tu, *rivalis,* -is ex tuto, gravior mihi morte repulsa est. met. 9, 513 sq. (*loq. Byblis*) ego, quae fueram non reiectura *fratrem* -entem, ipsa -am? 14, 672 (*Vertumnus Pomonae*) nunc quoque, cum fugias averserisque -entes, mille viri cupiunt. *al.* LIV. 40, 4, 3 Theoxena multis -entibus aspernata nuptias est. 42, 12, 3 Seleuci filiam duxisse eum *Persea* non -entem, sed -tum ultro. PANEG. 7, 6, 1 qui te iam olim sibi generum, etiam ante, ⟨quam⟩ -ere posses, sponte delegerat.

β *de iis, qui poscentes nituntur lege, iure, more quodam sollemni sim.* (*exempla certiora, vix ad p. 1970, 27 trahenda; respicitur, quod debetur ex emptione vel conductione, l. 48 sq. 57. 62. al., ex credito l. 51. 56. al., pro damno illato l. 69. p. 1965, 25. al., pro qualibet remuneratione e. g. l. 61. 64*): Ⓘ *rogatur pecunia debita*: PLAVT. Aul. 456 prō vapulando ... abs te mercedem -am (*loq. coquus conductus ut*: Merc. 770 m. cedo. :: cras -ito; dabitur). 507 sumptūs -unt *artifices* (*i. mercedem pro sumptu, cf. p. 1971, 48; de uxoribus -entibus cogitat Stockert, 1983, ad l.*). Epid. 55 *danista* argentum -it (607. Most. 361 praesentarium. *al.*). Most. 588 (*loq. danista*) quin vos mihi faenus date? ... meum -o (*cf.* CIC. Q. Rosc. 32 -e tu tuum; exige et aufer, quod debetur [*ad rem v. l. 70*]). 631 sq. *faeneratori* debentur minae *tot* ... :: tantumst; nihilo plus -o. :: velim quidem ..., ut uno nummo plus -as (*cf. p. 1971, 9. 16*). Pseud. 1313 (*loq. servus tamquam creditor*) quid ... dubitas dare mi argentum? :: ius -is ...; tene! *al.* ENN. scaen. 322 *harioli,* quibus divitias pollicentur, ab eis drachumam ipsi -unt. TER. Phorm. 647 quae dotem -at *a patre.* GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 4 (*cf. p. 1965, 10*) qui prodeunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis, *re vera* -unt ... a Nicomede pecuniam; qui suadent, ut accipiatis, *Quirites,* ... -unt ... a Mitridate rei familiari suae pretium et praemium (*pro opera sua; in venditione*: GELL. 1, 19, 8 quod *p.* erat -tum pro omnibus *libris.* APVL. met. 10, 27, 1). VAL. ANT. hist. 21 regis Pyrri amicus ad C. Fabricium ... venit ac praemium -vit et ... promisit regem ... necare (QVADRIG. hist. 41 [*in eadem re*]. *adde l. 61, cf. p. 1965, 14. 1966, 55*). CIC. Quinct. 37 doce te -isse ab eo *patre rei* ... pecuniam, doce ... dixisse deberi (39. Rab. Post. 46 adventicia p. -itur ab eo, cui sua non redditur. *al.* VERR. FL. frg. Gell. 17, 6, 3 [*antea*: flagitare p.]. *al.; adde l. 60*). Q. Rosc. 51 sibi soli, societati nihil Roscium -isse *a Flavio, qui servum communem interfecerat.* 52 -isse ... suam partem Roscium a Flavio ..., integram reliquisse *partem socii* (QVINT. inst. 12, 2, 11 [*e* CIC. *l. 73*]. *al.; cf. et p. 1965, 8*). dom. 98 (*in imag.*) inimicos nondum morte comploratā arbitria -entīs funeris (*v. vol. II 410, 61 sq.*). de orat. 2, 352 *Scopas dixit* Simonidi ... se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquom a ... Tyndaridis ... -ret. Brut. 17 (*loq. Brutus*) ego a te huius *Attici* voluntarius procurator -am, quod ipse ...

[Dubielzig - Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

se exacturum negat (*in imag. respicitur liber a Cic. scribendus ut*: 19 quod huic debes, ego a te -o). Att. 11, 23, 3 *Dolabella* -et ... tertiam *dotis* pensionem (VLP. dig. 19, 2, 19, 1). *al. sine obi.*: PLAVT. Curc. 542 (*miles trapezitae*) credidi te nihil esse redditurum. :: cur nunc a me igitur -is? Most. 653 sq. (*danista seni*) nempe abs te -am? :: -ito cras. *al.* CIC. Quinct. 41 debuit tibi C. Quinctius: numquam -isti. *al.* Ⓘⓘ *rogantur res variae praebendae*: PLAVT. Most. 312 conveniunt manuplares ...: praedam participes -unt. Rud. 1123 (*v. p. 1948, 12*) *praedae* dimidiam ... partem. Stich. 60 quot kalendis -ere demensum cibum (*de servis ut*: TER. Haut. 978 unde mihi -rem c. *domino irato*). GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 2 sq. Quirites, ... neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire; omnes nos ... aliquid -imus ...; (3) ego ipse ... -o a vobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem (*cf. p. 1964, 59*). OV. ars 2, 290 *libertatem promissam* a domina ... -at. met. 8, 92 (*Scylla Minoi*) praemia nulla -o nisi te (fast. 3, 385 facti -e p. *al.*). LIV. 1, 11, 9 *Tarpeiam* ex pacto ... arma -isse (*sc. non armillas*). 3, 47, 2 *Verginius* circumire ... coepit et non orare solum precariam opem, sed pro debita -ere. SEN. contr. 1, 1, 12 quod a dispensatore locupletis inimici ... diurnum -am (*sc. victum*). SEN. dial. 9, 8, 8 familia -it vestiarium victumque. SIL. 6, 448 (*uxor Regulo*) non ego complexus et sanctae foedera taedae coniugiumve -o (*sc. quod iure coniugii mihi debetur. aliter p. 1962, 73*). *al.* Ⓘⓘⓘ *rogantur animantes reddendi, puniendi, alicui conciliandi* (*corium l. 25; addas l. 15*): PLAVT. Truc. 839 *meretrix* puerum, *quem sibi supposuit,* reddat, si quis eum -at (*in eadem re*: 862 sq. scio ..., quid -as; ... p. -is). CIC. Tull. 54 hoc sequitur, ut familia⟨m⟩ M. Tulli concidi oportuerit? vix ..., ut corium -i *oportuerit* (*sc. virgis caedendum.* SEN. dial. 2, 14, 2 ad dominum accessit et -it c. *servi noxii*). OV. epist. 12, 197 (*Medea Iasoni*) te -o, quem merui *meis beneficiis.* 16, 35 (*Paris Helenae*) te -o, quam pepigit lecto Venus ... nostro. SEN. Tro. 554 (*Vlixes Andromachae*) quod sorte iussus Hectoris natum -am *immolandum. al.*

b *per struct. verbalem* (*in parataxi iuxta imperat.* [*cf. p. 1974, 75*]: Vet. Lat. or. Man. 13 -o rogans te, domine: remitte mihi *peccata.* Ambr. in Luc. 6, 24 vae mihi, si non -iero: 'concede mihi debitum.' Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 76, 13 attende ..., -o [*Rustic.* quaeso; *gr. I 1, 2 p. 46, 27 πρόσεχε ..., παρακαλῶ*]. *dubites de* Plavt. *p. 1955, 5, cf. et* Val. *p. 1963, 19; alio modo inducit orationem rectam p. 1963, 23*): α *enunt. secund., quae inducuntur per* ut *vel* ne (*raro in versibus, sc.* Ter. Phorm. 378 Catvll. 15, 2 Laber. mim. 42. Prop. 3, 10, 17 [*versu suspecto*]. Phaedr. 3, 10, 39 Pers. 5, 149 Sil. 6, 584. *al., sed paulo saepius apud* Ov. *et* Sen. *trag.; cf. etiam p. 1961, 5. 1976, 22*): Ⓘ *iuxta acc. obi.*: Ⓐ *pron., numerale* (*specimina pauca inde a* Cic. *selecta*): Ter. Phorm. 378 abs te hoc bona venia -o ..., mihi ut respondeas. Cic. Quinct. 66 se ... id primum -ere, ne ... conetur. div. in Caec. 23 reus ut absolvatur, non -o, sed ut potius ab hoc quam ab illo accusetur, id -o. Phil. 2, 10 alterum -o a vobis, ut me ... benigne, alterum ipse efficiam, ut ... attente audiatis. 2, 86 supplex te ad pedes abiciebas: quid -ens? ut servires? Caes. Gall. 2, 31, 4 *legati dixerunt se* unum -ere ac deprecari ..., ne se armis despoliaret. Ov. met. 10, 135 munus ... supremum hoc -it a superis, ut *eqs.* Liv. 39, 37, 21 id modo -ierunt, ut Romani *quaedam* ... mutarent nec Achaeos religione obstringerent *eqs. al.* nihil -ere: Cic. Mil. 81 n. -it nisi, ut ignoscatur (fam. 6, 9, 2). Liv. 24, 47, 13 n. ... aliud -bant quam, ut ... bona sibi restituerentur (40, 47, 5 n. prius -ierunt a praetore q., ut bibere sibi iuberet dari. *al.*). Ⓑ *subst.* (*quod spectat ad eandem rem atque enunt. secund.; aliter* Sall. *p. 1970, 14.* Cvrt. 4, 7, 9 pacem et, ut adiret urbes suas, -entes *legati. al.*): Carm. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 7 *deos civitatis* precor venerorque veniamque a vobis -o, ut vos ... civitatem ... deseratis *eqs.* (*similis formula orandi*: Liv. 8, 9, 7 vos, *dei,* precor, veneror, v. -o feroque, uti *eqs.; ceterum*: Catvll. 15, 2 Aureli, v. -o pudentem, ut ... conserves puerum ... pudice. Liv. 6, 23, 11 CE 1191, 3). Cic. Verr. II 3, 117 nec beneficium -batur a decumano, ut ... liceret. Sen. contr. 10, 1, 7 praemium -imus, ut *eqs.* Sen. Herc. f. 509 (*Amphitryon Lyco*) hoc munus ... -o ..., ut primus cadam (*cf. l. 7*). Qvint. decl. 368, 10 ne impune laesa sit, solacium -it *mulier. al.*

Ⓘⓘ *sine adminiculo pron. vel subst.*: Ⓐ ut (ut non *fere per litotem* Cypr. epist. 5, 2, 1 Hist. Avg. Aur. 28, 1; *collegimus paucas iuncturas potiores, ceterarum specimina singula attulimus; cf. p. 1976, 22*): Rhet. Her. 3, 6, 12 si ignorent *auditores,* -emus *in orationis principio,* uti gnoscant. Varro frg. Non. p. 77, 13 -isti, ut eius educationis fierem tibi socius. Cic. S. Rosc. 12 -imus ... a vobis ..., iudices, ut ... vindicetis, ut ... resistatis, ut hoc cogitetis *eqs.* (*sim. iunguntur petitiones complures e. g.*: Verr. II 2, 85 ut ... operam suam profiteretur seque adiuvaret. Cluent. 22 ut negotium susciperent, adulescentem investigarent, sibi restituerent ... filium. Sull. 55 ut emat gladiatores et ut hos ipsos emat. fam. 5, 4, 2 ut tuos mecum serves potius quam ... me obpugnes. *sim. saepius; adduntur negata infra l. 51 sqq.*). Verr. II 3, 189 -vit in benefici loco ..., ut sibi ... liceret (3, 191 Phil. 2, 9 Caes. Gall. 1, 30, 4. 1, 39, 3 Bell. Afr. 35, 3 Hisp. 22, 5 Liv. 30, 43, 5. *et saepius*). 4, 140 -isse, ut sibi ... ignosceretur (Vatin. 7. *al.* Caes. Gall. 4, 27, 4. *et saepius*). Cluent. 89 -am a vobis, ut me ... attente audiatis (rep. 1, 36. *al.* Liv. 37, 34, 8. *al.*). Scaur. 21 -o a vobis ..., ut me ... quasi ... iacere fundamenta patiamini (Att. 14, 17^{a}, 4 [= fam. 9, 14, 4]. Liv. 36, 12, 3. *al.; cf. e. g. l. 64*). fam. 9, 13, 3 -o ... a te vel, si pateris, oro, ut homines miseros ... conserves ... velisque *eqs.* (10, 2, 2. *al.* Liv. 2, 57, 3. *al., e. g. l. 45*). 13, 7, 5 a te ... -o atque contendo, ut ... id mihi des (13, 11, 2 operam. *al.* Lent. Cic. fam. 12, 14, 5 procurationem. Bell. Afr. 4, 1 potestatem ... agendi. 33, 1 praesidium. *al.*). *et saepe. antecedit enunt. secund. vel totum vel partim* (*cf. l. 64*): Rhet. Her. 3, 6, 12 ut talem virum velint cognoscere, -emus *in principio.* Cic. Verr. II 4, 66. leg. agr. 3, 2 a vobis ..., ut eam voluntatem ... retineatis, -o. Att. 16, 6, 3 hoc, quod ... debeo, -o a te, ut ante provideas. *al., e. g. l. 3.* Planc. Cic. fam. 10, 8, 7. Laber. mim. 42 libidinem ut tollam -is togatae stirpis. Ov. epist. 12, 2 met. 6, 352. *al.* Ⓑ ne: Cic. S. Rosc. 7 a Chrysogono -o, ut pecunia ... contentus sit, sanguinem ... ne -at (*item post enunt. affirmativum*: Nep. Att. 21, 6 -o primum, ut ..., deinde, ne. Liv. 7, 31, 9 ut ... parcerent neque ... arma inferrent. 8, 2, 10 ut ..., ne ... etiam. *al.; cf. l. 8*). Balb. 19 est ... -endum, ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriae, ne *eqs.* (*item iterata negatione*: Sall. Iug. 15, 1 ne se alium putarent ... neu verba inimici ante facta sua ponerent. Liv. 7, 14, 2 ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet. Cvrt. 8, 5, 14 ne ... cogeres, neu ... contraheres. Petron. 17, 9. *al.*). fam. 6, 2, 1 -o a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere. *al.* Caecin. Cic. fam. 6, 7, 6 -o a te, ne exeat *liber* aut ... corrigas *eum* (*item sequitur affirmatio*: Nep. Eum. 6, 3 ne pateretur ... ferretque opem. Hann. 12, 2 qui *legati* ab rege -rent, ne *Hannibalem* ... secum haberet sibique dederet. Liv. 41, 8, 12 haec ne postea fierent, -bant legati et, ut redire in civitates iuberent socios. *al.*). Brvt. Cic. fam. 11, 19, 2 his ne quam patiare iniuriam fieri ..., a te -o (*item antecedit enunt. secund.*: Caes. Gall. 4, 9, 2 *legati,* ne propius se castra moveret, -verunt. *al., e. g. l. 63*). Caes. Cic. Att. 10, 8^{b}, 1 existimavi ... pro nostra benevolentia -endum, ne quo progredereris proclinata iam re. *al.* ut ne (*etiam vocibus interpositis*): Cic. Verr. II 3, 114 ut ... -ret, ut ab aratoribus ... ne amplius ... quam terna medimna exigeret. Cael. 30 tantum -o, ut, si qua est invidia ... – quam video esse magnam –, ne huic aliena peccata, ne aetatis ... vitia noceant. fam. 2, 7, 4 -vi ... non, ut decernatur aliquid novi ..., sed ut ne quid novi decernatur, ut ... condicio maneat. *al.*

β *enunt. secund., quae exhibent coni. nudum* (*quaedam pro enunt. prim. accipi possunt, cf.* Diom. gramm. I 359, 8 praeponuntur ... imperativis ... multa *verba,* velut 'volo', 'rogo', '-o' ...; id est '⟨volo⟩ facias', '⟨rogo⟩ dicas'

[Dubielzig - Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et cetera. *de imperat. v. p. 1973, 66*): Cic. Att. 3, 25 illud abs te -o, des operam ..., ut *eqs.* (*item c. pron. praepar.*: fam. 15, 8 id ... -o, me absentem diligas [*item, sed addito* ut: 15, 7]. Cael. Cic. fam. 8, 3, 3. Ov. Pont. 3, 1, 151 -e nil aliud, saevo nisi ab hoste recedam. Lvcan. 9, 879 Plin. epist. 5, 8, 14. *al.*). 5, 11, 6 *egit* Patro mecum ..., ut -rem a vestro Areopago, *ὑπομνηματισμὸν* tolleren (*item vitari vid. iteratio coniunctionis*: fam. 13, 9, 3. 13, 34 aps te -o, cures, ut is intellegat *eqs.* [*sed cf.* 13, 45 a te -o, ut cures, ut intellegat]. 13, 39 aps te -o, efficias, ut *eqs.* Liv. 44, 14, 7 Plin. epist. 6, 19, 3. *al.*). fam. 16, 14, 2 id ... mea causa facias, a te -o (*item antecedit, quod -itur*: Phaedr. 3 prol. 63 sincerum mihi ... reddas iudicium, -o. Mart. 8, 69, 3 ignoscas, -imus. *al.*). Cass. Cic. fam. 11, 2, 2 -imus a te, facias nos certiores. Caes. Gall. 6, 1, 2 *Caesar* ab ... Pompeio ... -it, ad se proficisci iuberet *milites conscriptos.* Sall. Iug. 102, 2. Ov. met. 11, 281 *Peleus* -it, ... se iuvet *Ceyx.* Liv. 42, 5, 11 ab utrisque -iit, abstinerent bello et ... discordias finirent. *al.*

γ *enunt. secund. varia* (*cum adminiculo pron. l. 17. 21*): Cic. fam. 11, 17, 2 tibi persuadeas nihil me maiore studio a te -ere, nihil te mihi gratius facere posse, quam si ... Lamiam in petitione iuveris (*cf. p. 1974, 10*). 13, 59 in eius *Fabii* controversiis quid decernas, a te non -o ..., sed, ut quam facillimos ad te aditus habeat ...; hoc te vehementer ... rogo (*item c. enunt. interrog.*: Symm. epist. 4, 7 illud ... de te -ere non audeo, sed tuo relinquo iudicio, an ... praecipias adiuvari. *praevalente notione interrogandi*: Hyg. astr. 2, 4, 6 Aristaeus, Apollinis filius, -i⟨i⟩t a parente, quo facto calamitate civitatem posset liberare. Ps. Greg. Tvr. Thom. 64 de quibus *mulieribus* -vit *Thomas,* quo permittente ingressae sunt vel quis eis aperuisset *fores. enunt. pendet potius a subst. p. 1969, 20 et* Plin. epist. 3, 9, 21 consilium a senatu -bam, putaretne debere me *eqs.*). Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 82, 14 supplicavi plurimum -ens, quatenus ... nostram absentiam ... manifestam necessitatem magis arbitrari dignamini (Rustic. dignemini, *gr. I 1, 2 p. 54, 6 παρακαλῶν*). Fvlg. Virg. cont. p. 90, 23 Iuno ⟨A⟩eolum -it, quo naufragium Troianis inportet.

δ *inf.*: Ⓘ *acc. c. inf. (v. etiam p. 1960, 60. 1976, 30 et cf. acc. dupl. p. 1973, 60): forma* id meum esse -o *in sermone iuris de vindicantibus, intendentibus* (*cf. vol. VII 1, 2117, 19 sq.*): Labeo dig. 40, 12, 42 -ere eum *servum* tuum esse poteris. Pompon. dig. 44, 2, 21, 2 si Stichum et Pamphilum tuos esse -ieris. *ibid.* 3. Gaivs inst. 4, 4 actio, qua rem nostram esse -imus. 4, 51 si rem aliquam a possidente nostram esse -amus, id est, si in rem agamus vel ad exhibendum. *al. usu communi*: Sen. Herc. O. 478 precor: ... *arcanum* fide tacita premas. :: quid istud est, quod esse secretum -is? Lvcan. 3, 183 *v. p. 1973, 48.* Sil. 9, 638 quem tibi non nasci fuerit per vota -endum. Svet. Vesp. 8, 3 constitui aliquid sibi. Calp. decl. 39 them. viri fortis filium tyrannus -it sibi dedi. Ivlian. dig. 45, 1, 56, 4 confestim decem recte dari -it. Gell. 9, 2, 1 ad Herodem Atticum ... adiit *quidam* ... ac -it aes sibi dari. Gaivs dig. 50, 16, 234, 1 quam *rem* actor restituendam esse -it. Papin. dig. 31, 77, 2 *cum mater* -isset a filiis viro dotem restitui (*item indicatur a quo e. g. p. 1963, 15 et* Vet. Lat. II Macc. 12, 11 [rec. L, *sim.* X, V] -bant a Iuda dexteras sibi dari [*gr. ἠξίουν*]. Tert. bapt. 20, 4 -ite de domino peculia gratia⟨e⟩ distributiones charismatum subiacere *vobis. al.*). *al., e. g. p. 1963, 14 sq. 1966, 40. 43.* Ⓘⓘ *inf. solum* (*cf. p. 1960, 63. 1976, 30; vix addas* Verg. *p. 1970, 18*): Sen. Herc. O. 677 *Phaethon* -it unum praebere diem (*subi. inf. a -ente diversum non indicatur ut*: Stat. Ach. 1, 80 [*respondet Neptunus Thetidi -enti 1, 72* obrue puppes] ne -e ... mergere classem. Vet. Lat. II Macc. 7, 28 [rec. L] -o, nate, ... intellegere, quia *eqs.* [*gr. ἀξιῶ,* rec. V -o ..., intellegas, X -o ..., ut intellegas, *B. al.* oro]. *al.*). Lvcan. 10, 97 (*Cleopatra Caesari*) nil ipsa paterni iuris inire -o. Sil. 3, 13 hinc, *sc. ab oraculo,* omen coeptis et casus scire futuros ... -bat *Hannibal.* 13, 250 recipi ... -entes ... excludunt socios (*item -ens subi. est inf. pass.*: Svet. Aug. 5 *cum reus* -ret ... donari quasi proprio suo ... deo, *sc. divo Aug.* Calp. decl. 18 them. Tert. praescr. 11 l. 12. *al.*). Ivlian. dig. 30, 82, 1 eam *rem* mihi dari oportere. Gaivs inst. 4, 116^{b} a te -ere possum dari mihi oportere (dare *cod.; item indicatur, a quo -atur, e. g.* Iren. 3, 21, 2 Ptolomaeus ... -iit ab Hierosolymitis ... habere scripturas eorum. *cf.* Sil. *l. 56*). *al.* ⓘⓘⓘ *nom. cum inf.*: Ven. Fort. carm. 6, 5, 23 cum ... iungi -retur ... regali Gelesuintha toro.

c *per praepos.* de, *sc. struct. partit. pro obi.* (*nisi locos ad p. 1949, 23 trahere malis; aliter p. 1976, 63*): Tert. apol. 9, 11 qui de arena ferinis obsoniis cenant, qui de apro, qui de cervo -unt (*postea*: ursorum alvei appetuntur). carn. 14 l. 25 filius a domino vineae mittitur ad vinitores ... de fructibus -tum (*cf. Matth. 21, 34* ut acciperent fructus).

d *per adv.* ita, sic: *p. 1972, 1. 1973, 47 et e. g.* Cic. Verr. II 3, 191.

2 *indicatur is, qui prece sim. aditur*: **a** *per praepos.: structura sollemnis est* ab *c. abl., passim obvia inde a* Plavto, *cf. e. g. p. 1962, 17 sq. 1968, 33; raro occurrit* ex, *sc.* Cic. or. frg. A 9, 26 ex me (*postea*: a me). fam. 15, 6, 2 Ov. epist. 4, 54. *al. (cf. p. 1962, 28. 30; aliter p. 1959, 17), aetate posteriore etiam* de, *sc.* Apvl. met. 2, 18, 2. 6, 16, 4. Papin. dig. 36, 1, 59, 2 (*verba testamenti*). Vlp. dig. 13, 6, 5, 14 Cypr. epist. 37, 4, 2. Decret. centon. Lun. (CIL XI 1354) 14. *al., e. g. p. 1975, 21. 24. 48; singulariter*: Greg. Tvr. glor. mart. 94 p. 551, 6 *martyres* -ierunt ad dominum, ut eos ab hoc periculo dignaretur eruere.

b *per adv.* unde: *p. 1965, 10. 1968, 40. 1970, 37. al.,* hinc u. *p. 1964, 16.*

c *per acc. obi.* (*cf. p. 1955, 3 sqq. et* precor, rogo *sim. c. acc. personae*): **α** *indicata simul re desiderata*: Ⓘ *per acc. obi. sc. forma* -o aliquem aliquid (*pass.* -or aliquid; *cf. e. g.* oro *vol. IX 2, 1041, 63 sqq.,* posco *vol. X 2, 82, 18 sqq.*): *cum pron. neutr.*: Dolab. Cic. fam. 9, 9, 2 illud ... ⌞te⌟ -o, ut ... tu tuis rebus consulas (⌞ ⌟ a te *Cratander aliique; cf. Lebek, Verba prisca, 1970, 125*). Vet. Lat. Ioh. 16, 23 *v. p. 1966, 35.* Hier. interpr. Iob 6, 22 aliquid vos. tract. in psalm. I p. 301 l. 13 considera, o domine, quid te -o, quoniam non te -o corporale desiderium *eqs.* Avg. serm. 359, 3 p. 1593 *nolite dare* hoc, quod -imini. Vict. Vit. 1, 37. *al. cum subst.* (*e coni.* Sil. *p. 1950, 6*): Vet. Lat. Ios. 15, 18 (Aug. quaest. hept. 7, 4) -am patrem meum agrum (cod. 100 = Vvlg. a patre). Matth. 7, 9 (cod. 1. *al.; sim.* Vvlg.) quem si -ierit filius eius panem (cod. 4. *al.* a quo). Hier. c. Ioh. 18 manum -eris et pedem porrigis. Cod. Theod. 6, 26, 14 pr. venalicium non -antur. Sidon. carm. 23, 29 usuram -imurque reddimusque. Drac. Orest. 534 -o Cecropidas vindictam. *al.* Ⓘⓘ *per struct. verbalem* (*vix addas* Liv. *p. 1974, 17; falso trad.* Cic. fam. 13, 72, 2 [⟨a⟩ te *edd.*]): CIL II 1359 (*saec. II?*) heres ... -tus ab ordine Arund(ensium), ut ... statuas ... in foro poneret (Scaev. dig. 34, 1, 18, 2 te ... -o, ut [*verba testamenti ut* 40, 5, 41, 15. ⟨a⟩ te *Mommsen utrobique*]. Vet. Lat. I Macc. 11, 28 [rec. B] -iit ... regem, ut *eqs.* [*gr. ἠξίωσεν, recc. L, V* postulavit]. Evtr. 2, 24, 2 Regulum. Optat. app. 1 p. 190, 19 Amm. 28, 6, 8. *et saepe; v. etiam exempla a gramm. ficta ut* Prisc. gramm. III 169, 4 [*antea*: rogat]. *al.*). Vet. Lat. II Macc. 9, 26 (recc. B, M, *sim.* P) rogo ... vos et -o ... unumquemque conservare bonitatem animi (*gr. παρακαλῶ ... ὑμᾶς καὶ ἀξιῶ,* recc. L, X, V ut ... conservet. *item c. inf.* [*nisi ad p. 1975, 32 trahas*]: Presb. Cypr. epist. 8, 3, 4 -imus vos ... harum litterarum exemplum ... transmittere. Dict. 2, 48 precatores, qui eum ... -rent remittere iras. Schol. Verg. Bern. ecl. 6, 13 *Varus et Tucca* poetam ... -ierunt scribere Bucolica. *al.*). Cypr. epist. 5, 1, 1 -o vos ..., fungamini ... partibus ... meis (*item cum coni. nudo* Hil. coll. antiar. p. 169, 14 -endum [-endam *var. l.*] credidi sanctitatem vestram ..., dignemini ... elaborare. CIL VI 18817, 9 -o vos, ⟨ma⟩nes ..., commendat⟨um⟩ habeatis *coniugem. al.*). *al.* ⓘⓘⓘ *per praepos.* de (*cf. l. 63*): Schol. Iuv. 6, 568 (*si ἀπὸ κοινοῦ*) de quibus ... rebus melius dii respondent aut -ti praestant nisi de turpibus? Avg. civ. 3, 17 p. 122, 10 quamquam de hac re nec -endi sint nec monendi *Romani.* in psalm. 55, 17 l. 35 *quidam* -bant eum *deum* de hereditatibus, de amplianda pecunia, de *eqs.*

β *non indicata re desiderata* (*vix addas* Acc. *p. 1965, 45; loco dubio*: Pvblil. sent. S 12 sapiens ⌞cum -itur, si⌟ tacet, graviter negat [quod -itur, ubi *var. l.*]): *v. p. 1963, 74. 1966, 37 sqq. et e. g.* Ps. Philo antiq. 31, 5 si ... -ierit me ... dicens 'pota me aqua'. Schol. Iuv. 10, 350 *dii* non -ti bona praestabunt. Hier. tract. in psalm. I p. 284 l. 51 conservum. *al. in exordio libelli*: Avell. 17, 1 -imus clementiam vestram, piissimi ... imperatores (*v., quae confert ed. ad l.*).

d *per dat.* (*vix recte de abl. separ. cogitat Baehrens, Beiträge zur lat. Syntax, 1912, 363 sq. addens locos, quibus edd. supplent praepos.* ab, *l. 52 et* Cvrt. 10, 5, 14 Apvl. met. 4, 32, 6 Epiphan. Avell. 244, 2): *loco dubio*: Petron. 65, 2 quae *ova* ut comessemus, ambitiosissime nobis Trimalchio -iit dicens *eqs.* (*dat. defendere vid. Petersmann, Petrons urbane Prosa, 1977, 82,* ⟨a⟩ nobis *edd.*). *exempla certiora*: Chron. Alex. chron. I p. 129, 313 Neemias ... -iit regi Artaxerxi, et iussus ab eo edificavit Hierusalem. Patric. conf. 59 -o illi, det mihi, ut *eqs.* (illum *cod. unus in ras.*). Iord. Get. 56 *Amazones* vicinis gentibus concubitum -ierunt. Greg. Tvr. glor. mart. 79 p. 541, 30 -o caritati tuae, ut *eqs.* Mart. 2, 40 veniam -o legenti (a legente *var. l.; sim. variant codd.* vit. patr. 2 praef.). vit. patr. 1, 5 -imus ⌞potentiae vestrae⌟, ut *eqs.* (⌞ ⌟ *acc. var. l.*). *alia afferunt Löfstedt, Syntactica I², 1942, 205, Norberg, Synt. Forsch., 1943, 148.*

3 *absolute: v. p. 1964, 10. al. et coloribus peculiaribus p. 1965, 3. 1966, 6. 1967, 61. 1968, 51. 1970, 36. 1973, 22. per praepos.* de *indicatur, quo spectet id, quod -itur* (*cf. l. 37; aliter p. 1975, 65*): Cic. *et* Brvt. *p. 1969, 10 sqq.* Vet. Lat. sap. 13, 19 *dei ficti cultor* de adquirendo et de operando et de omnium rerum eventu -it ab eo, qui in omnibus est inutilis (*antea*: pro itinere -it [*cf. p. 1966, 16*]).

deriv.: peta, petax, petela, petesso, petibilis, *?*petibulum, peticius, petiliter, petitio, petitium, petitor, petiturio, petitus (-ūs), petulcus, 2. petulus. *cf.* penna, petilius, petitorius.

compos.: ap-, com-, de-, ex-, op-, *?*per-, prae-, *?*pro-, re-, suppeto, *cf.* dispetit, impeto; agri-, ceni-, cornu-, heredi-, honori-, lucripeta, *cf.* altipeta *vol. I 1764, 44*; lucipetus; peteredium; *cf.* accipiter, praepes, propitius.

cf. Onom. *Dubielzig - Bk.*

petorritum (-tōri-), -ī *n.* [*mutuatum e lingua Celtarum, sicut alia* *[Breimeier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vocabula ad rem vehiculariam pertinentia; significatur i. q. quattuor rotis instructus. soni vocis mutationes linguae lat. proprias praebent, sc. metathesin petor- < *petru- (*cf.* Petru-corii) *et vocalem attenuatam* -rito- < *-roto- (*cf. hibern. vet.* roth < *roto- *'rota'*). *cf. Walde - Hofmann II 298. Fo.*] *scribitur* -tori- FEST. p. 206 (*inde* PAVL. p. 207). PLIN. nat. 34, 163 *nec non hic illic in var. ll. et in* GLOSS. [*confunditur cum* praetorium ISID. orig. 20, 12, 4. *al. e coni. dub.* -a *pro* porta VARRO frg. Non. p. 195, 28. *legebatur olim* -um *pro* petrotum NOT. Tir. 107, 66.]

significatur genus vehiculi, sc. quattuor rotis instructi: **1** *agitur de origine vel notione sim.* (*rem fusius tractat* GELL. 15, 30): FEST. p. 206 -um et Gallicum vehiculum esse et nomen eius dictum esse existimant a numero quattuor rotarum, alii Osce, quod hi quoque petora (pitora *var. l.*) quattuor vocent, alii Graece, sed *αἰολικῶς* dictum (QVINT. inst. 1, 5, 57 plurima *verba* G. evaluerunt, ut raeda ac -um. GELL. 15, 30, 6 sq. [*e Varrone*]. *cf. l. 22*). GELL. 15, 30, 3 *ineptus homo opinionem Probi referre contendens* faciem vehiculi ementitus est ... falsam ... et vocabulum Graecum esse dixit atque id significare volucres rotas interpretatus est, commutataque una littera -um esse dictum volebat quasi petorrotum. PORPH. Hor. sat. 1, 6, 104 -um genus vehiculi est, quod vulgo carrum dicitur (SCHOL. g. v.; alii carpenta intellegunt, nonnulli carrucas. *cf. etiam* GLOSS.^{L} I Ansil. VE 58. II Philox. PR 171, *ubi legendum vid.*: p[ra]etori⟨t⟩um: *εἶδος ἅρματος* [*cf. et l. 6*]). epist. 2, 1, 192 (*inter Gallorum vehicula*) ⟨pe⟩torrita, quibus familiae regum *vehuntur in pompa triumphali* (*sim.* SCHOL.). ISID. orig. 20, 12, 4 (*inde sim.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1147) pilentum vel -um contecta quattuor rotarum vehicula, quibus matronae olim utebantur (pr(a)etori(t)um *var. ll.; affertur* HOR. sat. *sub 2*). **2** *exempla cetera* (*explic. Horatii v. sub 1*): HOR. sat. 1, 6, 104 *si parentes nobiles haberem,* mihi ... plures calones atque caballi pascendi *forent,* ducenda -a. epist. 2, 1, 192 *in scaena* esseda festinant, pilenta, -a, naves. PLIN. nat. 34, 163 *Galli* coepere ... et esseda sua colisataque ac -a exornare simili modo (*sc. argento inducendo sim.; v. app. crit.*). AVSON. 27, 2 (397 S.), 5 rapiant imposta -a mulae (*item -a trahunt mulae*: 27, 15 [394 S.], 35 invenies praesto subiuncta -a mulis. *cf.* 27, 8 [403 S.], 15 cantheris moneo male nota -a vites nec ... mulas ipse ... agas [*v. 13* cisium. *14* raedae]). *Breimeier.*

petra, -ae *f., πέτρα. de origine*: COMMENT. Lucan. 6, 16 -a, ut vulgo dicitur, latinum non est. HIER. in Gal. 2, 11 p. 341^{B} quam nos latine et graece -am vocemus, hanc *eqs.* ISID. orig. 16, 3, 1 graecum est. *de scriptura*: CIL IV 1974 pitras (*si huc pertinet*). GLOSS.^{L} Corp. P 313 patra. *abbreviatur* p CIL III 4543 XIII 7369, *v. vol. VI 2, 1824, 23 sq.* NOT. Tir. 110, 86. *formam graecam gen. sing.* -as *v. p. 1978, 32. 1979, 37. in versibus legitur modo* pet-r- (*e. g.* SEN. Phaedr. 1023 ARATOR act. 1, 600), *modo* pe-tr- (*e. g.* STAT. Theb. 1, 333. 4, 376). *de notione*: FEST. p. 206 -arum genera ... duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare (*affert l. 67 et 69*) ..., alterum manufactum (*affert p. 1978, 34*). SYNON. Cic. p. 442, 18 rupes. -a. saxa. scopuli. scrupuli. cautes. *al. legitur in versibus apud* PLAVT. (*l. 56. p. 1978, 25*), ENN., LAEV., PHAEDR., SEN. *trag.* (*ter*), STAT. (*bis*). *al., in oratione soluta inde a* GALLO (*p. 1978, 34*), HYG., FESTO, SEN. *philos., saepe apud* CVRT. *et* PLIN. nat., *postea praecipue in script. sacris et apud ecclesiasticos.* [*val.* piatră; *dalm.* pitra; *it.* pietra; *sard.* petra; *raet. or.* piere, *occ.* peidra; *francog.* pierre; *prov. vet.* peira *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pedra; *hisp.* piedra; *port.* pedra. *cf. M.-L. 6445. Battisti - Alessio IV 2911. Wagner II 254. Wartburg VIII 313 sqq. Corominas*^{2} *IV 534 sq. Machado*^{3} *IV 330. St.*] [*confunditur in codd. c.* pera VET. LAT. Luc. 9, 3 (codd. 2 *et* 8); *in falsa var. l. pro* Petrus CYPR. Fort. 11, *pro* metra Ps. PHILO antiq. 23, 5 (*v. Jacobson, comm. 1996, ad l.*); *loco corrupto* PLAVT. Truc. 56 quod †-a† debeatque amans scorto scio.]

i. q. πέτρα, massa saxea, lapidea (*ab homine formata p. 1978, 34. 43. 63. 66 sqq.; usu generali de materia e. g. p. 1978, 21. 46. 1979, 9 et* PRVD. perist. 5, 446 -arum murices; *dicitur conviciose de homine p. 1980, 69 [ceterum e. g. p. 1980, 25]; gr. resp. πέτρα, nisi alia adnotavimus, πέτρος e. g.* VET. LAT. II Macc. 1, 16): **I** *exempla qualitates -ae illustrantia*: **A** *magnitudinem* (*exempla manifestiora; multa inter 1 et 2 ambigua in ceteris capp. inveniuntur; nota gradationem* AVG. in Iob p. 539, 24 gradus fecit de monte ad -am, a -a ad lapides, a lapidibus ad arenam): **1** *-a est potius magna, alta, ut sit fere i. q. scopulus, rupes, mons sim.* (*e monte abrumpitur l. 73*): ENN. ann. 365 alte delata -isque ingentibus tecta (*si recte ad scopulum refert* FEST. *l. 43 hunc locum et* LAEV. carm. frg. 10 [*loquiturne Chiron?*] ubi ego saepe -is). PHAEDR. app. 22, 2 *ursus* scopulosum ad littus currit et prendens -am ... *se* demittit vado. SEN. Ag. 468 tractu ... longo litus ac -ae gemunt. Herc. O. 804 -ae Capherides. Phaedr. 1023 scelere -ae nobiles Scironides (*de eisdem -is*: STAT. Theb. 1, 333). nat. 4, 2, 7 *Nilus* -a dividitur. 6, 22, 2 cum -a e latere montis abrupta cecidisset, aedificia vicina tremore collapsa sunt. CVRT. 3, 10, 6 in praeruptis -is Illyriorum et Thraciae saxis. 7, 11, 1 una erat -a, quam Ariamazes ... cum XXX milibus armatorum obtinebat. 7, 11, 28 sub ipsis radicibus -ae (8, 11, 7). 8, 2, 20 praeterfluebat torrens amnis, terga -a claudebat; hanc manu perviam incolae fecerant *eqs.* 8, 2, 26 verticem -ae ... petiverunt (ARNOB. nat. 5, 5). 8, 13, 27 quam *navem* -ae fluctus inliserat. *al.* COLVM. 8, 17, 1 stagnum ... exciditur in -a. PLIN. nat. 32, 18 circa ... Paron et Deli -as. *al.* STAT. Theb. 4, 376 *fama est* locutam Sphinga -is. Ps. QVINT. decl. 13, 8 cavis inventos -is ... favos. FRONTIN. grom. p. 17, 13 *in mensura devitanda sunt* aedificia, maceriae, -ae aut montes. MIN. FEL. 4, 5 in istis ... in altum procurrentibus -arum obicibus residamus. VET. LAT. exod. 33, 22 (cod. 100, *sim.* VVLG.) ponam te in speluncam -ae (Is. 33, 16 [cod. 181. *al.*] in excelsa s. -ae firmae [*Vulg.* munimenta saxorum]. *al.; cf.* HIER. in Eph. 1, 3 p. 445^{C} *in* cavernis -arum [VVLG. Is. 7, 19. *al.*]. *sim. al.*). Matth. 27, 51 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) terra mota est et -ae fissae sunt (*huc spectant e. g. p. 1979, 66 et* LEO M. serm. 53, 2). 27, 60 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) in monumento suo novo, quod excidit in -a (*de sepulcro Christi ut e. g.* HIL. in Matth. 33, 8 in monumento novo in -a excisa [exciso *var. l.*]. *cf. infra l. 66 sqq.*). HERM. vulg. sim. 9, 2 (*sim.* Pal. 9, 2, 1) ingentem mihi -am ostendit *eqs.* HIER. epist. 140, 5, 2 qui sustinet tempestatem, vel -ae vel tecti quaerit refugium. Ps. PROSP. carm. de prov. 35 non castella -is, non oppida montibus altis imposita *arcere hostem potuerunt.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 42 *in mari rubro sita est* insula modica, -a viva, in qua *eqs.* CIL III 633^{I}, 10 insc⟨e⟩ndentibus in templo -am excidit (*v. vol. V 2, 1243, 45 sqq.*). *al.*

2 *-a est potius minor, humilis, ut sit fere i. q. lapis* (*significatur solum saxosum, lapidosum e. g. l. 39. 63*): **a** *de certo genere naturali saxi lapidisve*: PLAVT. Bacch. frg. 8 cum liquescunt -ae (*sc. in fornace*), ferrum ubi fit. PLIN. nat. 37, 191 *gemma quaedam est* velut in -a candidis manibus inter se complexis *similis.* VINDIC. epist. ad Valent. 6 -a ... exusta ... sfongea efficitur, unde calx ... conficitur (*cf.* CASSIOD. var. 7, 17, 1 *calx* -a solubilis, saxea mollities, harenacius lapis). ORIBAS. syn. 2, 12 Aa p. 99, 13 (*sim.* La) Asie -e flores *carnem consumunt* ([*gr. Ἀσσίας πέτρας ἄνθος*]. 7, 4, 1 Aa p. 135 [*sim.* La] *medicamentis desiccantibus,* qualia sunt A. -ae f. *al. apud eundem, cf.* 7, 29 add. Aa p. 171 Asias -as anthus). GREG. M. in euang. 17, 9 -a salis ... animalibus ponitur *lambenda* (*postea*: -a salis debet esse sacerdos in populis). *al.* **b** *exempla varia*: GALL. Fest. p. 206 -a est, qui locus dextra ac sinistra fornicem †expleturusque† ad libramentum summi fornicis (FESTO *est exemplum -arum manufactarum*). HYG. Gell. 10, 16, 13 si Hercules eum *Theseum* evellerit e -a (*ad quam erat vinctus*). FEST. p. 206 *v. p. 1982, 30.* INSCR. Dessau 9369 (*a. 86/87*) *renovatum est* flumen ... usque ad -as (*sc. ad solum nativum* [*gr. ibid. ἕως τῆς πέτρας*]; *Schiff in: Festschr. Hirschfeld, 1903, 383 cft. locutionem gr. μέχρι τοῦ στερίφου*). HYG. grom. p. 75, 24 naturales -ae pro signis habentur (*item signum est finium e. g.* SIC. FLACC. grom. p. 106, 29 naturales notatae. GROM. p. 309, 2 [*disting.* terminus]. p. 342, 23 taxatae non perdolatae a ferro. LIB. col. I p. 242, 1 quadratas inscriptas. *al.; signum congeritur e -is*: GROM. p. 341, 29 gamma de -a sicca constructa. LIB. col. II p. 262, 2 collectione -arum). VET. LAT. Ios. 5, 2 (cod. 100. *al.*) fac ... cultellos petrinos de -a acutos et ... circumcide filios Istrahel (*cf. p. 1981, 66; item -ā circumciditur*: VVLG. exod. 4, 25 acutissimam -am. AMBROSIAST. in Gal. pr. 4 circumcisi sunt de -a, quae significat Christum [*in sim. explic.*: QVODV. prom. 2, 14, 27 in baptismo ex -a corde *circumciduntur*]. *cf. p. 1980, 8*). iud. 6, 20 (cod. 100, *sim.* VVLG.) *carnes et panes* inpone ad -am illam (*sim. -a pro ara est e. g.* VVLG. iud. 13, 19 *Manue libamenta* posuit super -am offerens domino [*explicat* Ps. ORIG. tract. 13, 18 duritiam cordis ... sinagogae manifestat]. *in cultu pagano fort.* CIL VIII 23156 dealbavit -a⟨m S⟩aturni). Ezech. 24, 7 super limpidissimam -am effudit sanguinem (*disting.*: super terram). 26, 4 dabo eam *Tyrum* in limpidissimam -am. AVG. serm. 317, 5 *martyr Stephanus* -is lapidabatur, qui pro -a (*sc. Christo*) moriebatur. QVODV. haer. 1, 6 -a contra Goliam manu David missa (*antea*: lapidis ictu). Ps. THEOD. PRISC. add. p. 334, 29 *medicamentum* omnes -as *renum* iactabit (*in eodem cap. quater* calculos. *cf.* ORIBAS. eup. 1, 11, 6 Li p. 417 si -as in renibus habent [*gr. λιθιάσει*]. ISID. orig. 4, 7, 32). ROMVL. fab. 18, 4 rec. gall. dominus ... ait puero: 'da mihi -am'. 67, 6 rec. gall. (*sim.* rec. vet.) ut per terram illam *caudam* traherem sive per -as. ITIN. Anton. Plac. rec. A 23 -a ... quadrangulis, quae stabat in medio praeturio, in quam leva⟨ba⟩tur reus, qui audiebatur. ORIBAS. syn. 2, 56, 66 Ab *et* As p. 128, 8 *sulfur perlucidum,* sine -a (*gr. ἄλιθος, cf. p. 1984, 39*). *al. metonymice i. q. sarcophagus, monumentum* (*cf. l. 15 sq.*): LEX Sal. Merov. 55, 5 si quis hominem mortuum super alterum in nauco aut in -a miserit (*an supra ad l. 15?*). VEN. FORT. carm. 9, 2, 46 membra creatoris cum iacuere -is. 9, 2, 60 *mortuum* -a mersa tegit.

B *duritiam vel stabilitatem* (*cf.* OP. imperf. in Matth. 31 p. 793 -a ... in se duas habet proprietates naturae, fortitudinis et duritiae [*seq. p. 1979, 72*]. *huc spectant multa sub III allata*): **1** *exempla varia*: VET. LAT. psalm. 136, 9 (cod. 303. *al.* = VVLG.) qui ... adlidet parvulos tuos ad -am (*ad cogitationes refertur e. g.* HIER. epist. 130, 8, 5 REGVLA mag. them. psalm. 24. *sim. homines -is illiduntur*: VICT. VIT. 2, 36 per gladios acutos

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-arum ... *martyrum* caput conterebatur). Sirach 26, 24 fundamenta aeterna super -am solidam. Matth. 7, 24 (cod. 4. *al.* = Vvlg.) *vir sapiens* aedificavit domum suam supra -am *eqs.* (*sim.* Luc. 6, 48 [*ibid.*]. *pendent e. g. p. 1980, 39. 42. 44*). Avg. in psalm. 92, 3 l. 47 humiles tamquam -a sunt: -a deorsum videtur, sed solida est. **2** *duritia -ae vi maiore superatur*: Vet. Lat. III reg. 19, 11 (Ps. Ambr. serm. Sess. 3, 5, *sim.* Vvlg.) spiritus magnus ... comminuens montes et conterens -as in conspectu domini. Iudith 16, 15 (18; cod. 151 = Vvlg.) -ae sicut cera liquescent. Ier. 23, 29 (cod. 177, *sim.* Vvlg.) *verbum dei est* sicut securis concidens -am. Heges. 3, 11, 2 -a inter undas servare suos *usus* nescit (*antea*: solidiora mollioribus cedunt ...; aquae alluvione scopuli solvuntur).

C *colorem*: Conc.^{S} I 5 p. 171, 1 *polypodes aut chamaeleontes,* quorum illi ... -as, hi ... folia iuxta colores proprios imitentur (*sim.* IV 1 p. 134, 26 Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 150, 17). Ven. Fort. carm. 10, 9, 36 (*de vineis iuxta Mosellam*) in pallore -ae vitis amoena rubet. Itin. Anton. Plac. rec. A 18.

II *respiciuntur ea, quae ex -is oriuntur, in -is crescunt vel versantur*: **A** *liquores* (*flamma l. 19*): Sen. nat. 6, 8, 4 vidimus duas -as, ex quibus ingens vis fluminis excidebat. Cvrt. 6, 4, 3 *aquae* ex -is imminentibus manant. Plin. nat. 2, 240 in Nymphaeo exit e -a flamma. 37, 35 *quidam sucinum* credidit in Britannia -is effluere, quas electridas vocavit. Carm. Vermaseren, Excavations in the Mithraeum of Sancta Prisca, 1965, 193 (*a. 190/200?*) fons concluse -is, geminos qui aluisti nectare fratres, *sc. Cauten et Cautopaten* (*de metro restituendo v. Merkelbach, Mithras, 1984, 113 c. adn. 12*). Tert. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 17 montes legimus (*sc. Ioel 3, 18*) destillaturos dulcorem, non tamen, ut sapam de -is ... speres. Vet. Lat. exod. 17, 6 (cod. 102, *sim.* Vvlg.) stabo ibi ... super -am in Choreb; et percuties -am et exiet de illa aqua et bibet populus meus (*sim.* num. 20, 8 [cod. 100 *et* Vvlg.]). deut. 32, 13 (cod. 100. *al., sim.* Vvlg.) suxerunt mel de -a et oleum de firma -a (*respiciens* I Cor. 10, 4 *-am esse Christum explicat e. g.* Qvodv. virtut. carit. 10, 4). *al.*

B *animalia*: Colvm. 8, 16, 8 *pisces quidam,* quod in -is stabulentur, saxatiles dicti sunt. Plin. nat. 8, 214 *ibex saliendo quasi* rotatus in -as. 9, 148 *spongeae* nascuntur ... in -is. 10, 42 *aves uncos ungues habentes* in -is raro consistunt. *al.* Vet. Lat. psalm. 103, 18 (cod. 303. *al.* = Vvlg.) montes excelsi cervis, -a refugium erinaciis (*de quo animali v. Witek, RAC XVII 926 sqq.*). Hier. interpr. Iob 39, 1 si cognovisti tempus pariendi tragelaphorum ⟨in -is⟩ (-as *var. l.* [*cf. gr. τραγελάφων πέτρας*], *quam formam gen. gr. explicat ut acc. obi.* Avg. in Iob p. 616, 14 peperit ... -as ... ille, qui firmamenta solida exemplorum in scripturis posuit). Vvlg. num. 24, 21 si in -a posueris nidum tuum (*explicat* Rvfin. Orig. in num. 19, 3 p. 182, 7 -a Christus est). *al.*

C *plantae* (*praevalet plur.*): **1** *exempla varia*: Plin. nat. 20, 245 *id* in silvestri *genere herbae* evenit, in -is maxime. 24, 29 *chamaepitys* in -is nascens (32, 66 *alga* iuxta terram in -is n. *al.* Prob. Verg. georg. 2, 152 *aconita* fere in -is n. Scythiae. Diosc. 4, 50 p. 28, 14 licena, qui super -a maritima nascitur. *al.*). *al.* Diosc. 5, 137 p. 229, 7 alosanctos (*i. ἁλὸς ἄνθος*) invenitur super -as Nili fluminis. *al.* **2** *dicitur c. respectu sterilitatis*: Vet. Lat. Matth. 13, 5 (Ps. Orig. tract. 13, 17) quaedam *grana* ... ceciderunt super -am (*cf.* 13, 20 [cod. 3] *qui* supra -a seminatus est. *gr. utrobique ἐπὶ τὰ πετρώδη* [*alias vers. v. p. 1984, 12 sq. 21. 23*], *sed πέτρα locis geminis* Luc. 8, 6 *et* 13 [cod. 2. *al. et* Vvlg.], *unde* -a *fere omnes vers. lat.*). *pendent e. g. l. 71 et* Qvodv. fer. 2, 4 saxa -arum. Chrysost. hom. V 1007^{C} (6 l. 6 D.) quid incassum laboras et supra -am, ut aiunt, seris? (*cf. etiam Otto, Sprichw. n. 789*).

D *dei, homines* (*cf. l. 39*): Inscr. Année Épigr. 1980 n. 48 (*Romae, a. 180/184*) -am genetricem, *sc. Mithrae* (*adde locis vol. VI 2, 1824, 21 sqq. allatis, cf.* Comm. instr. 1, 13, 1 de -a natus *Mithras*). Vet. Lat. Is. 51, 1 (Chrysost. hom. II 103^{A}) aspicite in solidam -am, ex qua excisi estis (*cf.* Ps. Philo antiq. 23, 4 una -a erat, unde effodi patrem vestrum *eqs.*). Arnob. nat. 5, 5 p. 253, 23 -a concepit et ... nascitur *Acdestis.* *al.*

III *in imagine, comparatione vel in parabolis, locutionibus explicationibusve allegoricis* (*fere in sacr. script. et apud ecclesiasticos [aliter p. 1980, 70]; afferimus potiora, cf. etiam IB et IIC2*). *saepe respicitur -ae stabilitas sim., quae praebet fundamentum solidum, sub B imprimis eius duritia; c. alio respectu ponitur maxime p. 1980, l. 5. variae explicationes iuxta ponuntur e. g.* Hier. epist. 120, 8, 7 (*explicatur p. 1978, 13*) dura corda gentilium; sive -ae universa vaticinia prophetarum, qui et ipsi a -a Christo cum apostolis -ae vocabulum susceperunt, *ut mysteria veteris test. patefiant* (*cf.* Orig. in Matth. ser. 139 p. 286, 29 sqq.). Ps. Orig. tract. 13, 17 -a ... alibi pro firmamento, alibi pro duritia ponitur synagogae (*seq.* haec -a [*sc. p. 1980, 5*] fundamentum est fidei; e contra autem -a duritiam cordis esse dominus docet [*sc. l. 49*]). Op. imperf. in Matth. 31 p. 793 (*antea p. 1978, 70*) homines aut propter constantiam fidei -a dicuntur aut propter duritiam cordis.

A *ponitur in bonam partem*: **1** *spectat ad Christum* (*deum testam. vet. p. 1980, 16; v. etiam l. 40. p. 1978, 48. 57. al.*): Vet. Lat. Rom. 9, 33 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) pono in Sion lapidem offensionis et -am scandali (*sim.* I Petr. 2, 8 [cod. 53. *al.* = Vvlg.]. *utrobique ad Christum refertur Is. 8, 14 ὡς πέτρας πτώματι* [*ubi* Vvlg. -am scandali, *aliae vers.* lapidi ruinae]. *huc spectant e. g.* Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 386, 22 [*de Christo*] *et l. 58*). I Cor. 10, 4 (cod. 78. *al., sim.* Vvlg.) bibebant ... de spiritali sequenti -a, ⟨-a autem erat Christus⟩ (*alluditur ad p. 1979, 27.* ⟨⟩ *haec afferuntur etiam in explicatione aliorum locorum script. sacr., e. g. p. 1979, 29 et* Tert. adv. Marc. 3, 16 p. 403, 5 circumcisis nobis petrina acie [*v. p. 1978, 46 sqq.*], id est Christi ⟨praeceptis⟩, -a enim Christus). Cypr. epist. 63, 8, 2 Christus, qui est -a, finditur ictu lanceae in passione (*spectat ad p. 1979, 27 ut e. g.* Ps. Orig. tract. 15, 11 -am ... imaginem dominicae carnis habuisse nulla dubitatio est). Hil. in Matth. 6, 6 in -a se ipsum dominus significat ... fundamentum. Priscill. tract. 1, 28 nobis -a Christus, nobis lapis angularis Iesus *est* (*subesse vid. Eph. 2, 20 sq. ut e. g.* Prosp. carm. de ingrat. 799 non horum templo est Christus -a fundamentum). Hier. epist. 65, 15, 3 super -am Christum ... fundata est catholica ecclesia. psalt. sec. Hebr. 30, 4 -a mea tu es, *domine* (*cod. 300. al. et Vulg.* fortitudo). tract. in Marc. p. 349, 7 Petrus a -a Christo nomen accepit (*cf.* Avg. serm. 295, 1 vis nosse, de qua -a Petrus dicatur? Paulum audi [*sc.* I Cor. 10, 4]. Max. Tavr. 80, 3 -a Christus, Simon nuncupatus est Petrus. *al.*). Avg. in psalm. 140, 19 adiunge illos *philosophos Graecos* -ae, ... compara inflatos crucifixo. Orient. carm. app. 2, 2 (*inter epitheta Christi*) -a. Avell. 133, 2 cum multi se a -ae illius, quae Christus est, soliditate diviserint. Arator act. 1, 600 *Stephanus* per tot lapides -ae coniungitur uni. *al.*

2 *spectat ad Petrum* (*cf. l. 18*): Vet. Lat. Matth. 16, 18 (cod. 3. *al.* = Vvlg.) tu es Petrus et super hanc -am aedificabo ecclesiam meam. Tert. praescr. 22 l. 21 Petrum aedificandae ecclesiae -am dictum. Hil. in Matth. 16, 7 digna ... aedificatione illius *ecclesiae* -a! Ambr. hex. 5, 24, 88 *gallo* canente ipsa ecclesiae -a culpam suam diluit. in Luc. 6, 97 quod *Petrus* de -a habeat soliditatem constantiae, fidei firmitatem. Avell. 232a, 2 *ecclesia* in -a summi apostolorum subnixa. Ennod. dict. 2, 8 p. 432, 19 architectus (*sc. Paulus*) et -a, ... lapis et superaedificans, ... fundamentum et opifex. *al.* *ad eius confessionem*: Hil. trin. 2, 23 unum ... hoc est inmobile fundamentum, una haec felix fidei -a Petri ore confessa 'tu es filius dei vivi' (*sc. Matth. 16, 16*). 6, 36 super hanc ... confessionis -am. Greg. M. epist. 4, 33 l. 23 in -a ecclesiae, id est in confessione beati Petri. *al.*

3 *spectat ad ecclesiam eiusve doctrinam sim.*: Iren. 3, 24, 2 *infideles* non ... sunt fundati super unam -am, sed super harenam. Firmil. Cypr. epist. 75, 17, 1 *ut successor Petri haereticos defendens* multas alias -as inducat. 75, 17, 2 *ab haereticis* aboleri christianae -ae veritatem. Fvlg. aet. mund. p. 173, 15 *Petrus* super -am stabilem firmat ecclesiam. Avg. bapt. 1, 17, 26 in solida unitatis -a. Max. epist. p. 91 (*ad episcopum*) -a, in qua fundatus es, ora nostri navigii *conligamus.* Avell. 129, 11 *haeretici* ad -am, supra quam est fundata ecclesia, revertentes. 234, 5 *deus* ecclesiam in -a rectae fidei incorrupta fundavit. Epist. pontif. 885 Conc.^{S} IV 2 p. 210, 7 nostrae fidei firmamentum, ... fidei nostrae -a firmissima. *al.*

4 *cetera exempla*: **a** *respiciuntur res* (*fere de stabilitate, duritia*): Vet. Lat. psalm. 39, 3 (cod. 300. *al.* = Vvlg.) *dominus* statuit super -am pedes meos et direxit gressus meos (*hinc pendet* Hier. epist. 147, 9, 4. *explicat* Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 231, 5 -a ... quasi fundamentum et crepido quaedam est animae). Is. 50, 7 (Hier. *ad l., sim.* Vvlg.) posui faciem meam sicut fortissimam -am (*sc. contra adversarios*). Hier. epist. 18 A, 2, 4 pro solida -a luti opera sectamur. Avg. in Iob p. 577, 7 ille ... in terra tamquam in -a firmus est, qui facit quod dicit. in psalm. 103, serm. 3, 5 l. 91 -as ..., firmamenta quaedam praeceptorum. l. 93 multa verba dei, multae -ae. Leo M. epist. 124, 8 Conc.^{S} II 4 p. 162, 37 verbi incarnationem ... fecerunt sibi ... -am scandali (*cf. supra l. 1*). serm. 45, 1 cuius iter efficit virtutum -a solidum (*opp.* vitiorum arena). *al.* **b** *transfertur ad homines eorumve mentes sim.* (*cf. l. 69. p. 1979, 66. 70 sqq.*): Ambr. in Luc. 6, 98 enitere ..., ut et tu -a sis; itaque non extra te, sed intra te -am require; -a tua actus est, -a tua mens est; supra hanc -am aedificatur domus tua, *eqs.* Orig. in Matth. 12, 10 p. 85, 32 -a est ... omnis, qui imitator est Christi *eqs.* ser. 139 p. 287, 17 *omnes,* qui opus nominis -ae habent in se – id est apostoli et prophetae – -ae sunt et ipsi. *al.*

B *ponitur in malam partem* (*cf. p. 1979, 66 sqq.*): Hier. in Nah. 1, 6 l. 183 ('-ae dissolutae sunt ab eo') dura corda hominum, quae -ae vocantur. Vvlg. Ier. 5, 3 induraverunt facies suas super -am. Avg. serm. 4, 22 dicitur de homine absurdo et duro -a, et de homine robusto et immobili dicitur -a *eqs.* *al.; huc fortasse pertinet* Gloss. I p. 163 -a graece lytargicus (*i.* leth-) dicitur.

deriv.: petralis, petrarium, petrata, petreia, petrensis, petreus, petriniola, petro, petrosus; *cf.* petrabulum, petronia.

compos.: petrapium. *cf. Onom.*

petrabulum, -ī *n.* *vox gr. πετροβόλος declinando suffixum* -bulum *[Ottink]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad notionem q. e. instrumentum, quo quid iacitur, in sermonem lat. traducta (v. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 70), v. etiam petrobolus. *i. q. machina bellica, qua lapides iaciuntur*: NOT. Tir. 110, 87.

petraeus, -a, -um, *πετραῖος. scribitur* -tre- *l. 6. 11. 13. acc. f.* -an *l. 6. 11. i. q. ad petram pertinens*: **1** *de plantis, quae crescunt in petris*: PLIN. nat. 20, 92 hanc *brassicam* alii -am vocant (petrean *var. l.; v. André, Les noms de plantes, 1985, 38*). 27, 41 (*inde* 1, 27, 24) alum nos vocamus, Graeci symphyton -um (*v. André, loco cit., 253 s. v. symphytum 2*). *f. pro subst. est nomen gr. herbae, q. e. capparis* (*v. André, Lex. des termes de botan., 1956, 70. 245*): DIOSC. 2, 159 p. 241, 3 cappar, quem multi ... -an appellaverunt (pentrean *cod.; gr. 2, 173 πετραίαν*). *?***2** *de aedificio e lapide facto*: FRONTIN. aq. 7, 7 sub ⟨arcu⟩bus petraei⟨s⟩ (petrei⟨...⟩ *vel* petre⟨...⟩ *codd.; fortasse recte, ut locus ad l. 42 pertineat, an est* petrē - *praesumendum?*).

cf. Onom.

petrālis, -e. *a* petra. *i. q. petris, lapidibus stratus*: CASSIOD. in psalm. 39, 3 l. 52 *virtutes rigidae* habent viam -em, ubi non inquinatis, sed mundis pedibus ambulatur.

petrapium, (-ī) *n.* *e* petra *et* apium *formatum ab* ISID. *ad explicandam vocem q. e. petroselinon* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 194*): ISID. orig. 17, 11, 2 *petroselinon* nos -um dicere possumus, *σέλινον* enim Graece apium dicitur.

petrārium, -ī *n., subst. a* petra *derivandum, non nisi e coni. dubia Rigaltii* LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2, 2 (pignerarium *codd. et Diercks*). [petrarium *tamen subest his vocabulis linguarum romanicarum q. d.: it. mer.* petraro; *francog. vet.* perrier *et var. dial.; a* petraria: *it.* petraia; *francog.* perrière; *prov. vet.* peireira *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pedrera; *hisp. vet. et dial.* pedrera; *port.* pedreira. *cf. M.-L. 6445a. Battisti - Alessio IV 2881. Wagner II 254. Wartburg VIII 323. Corominas*[2] *IV 535. Machado*[3] *IV 330. St.*]

petrāta, -ae *f.* *a* petra. *nomen herbae, q. e. asplenos* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 194*): GLOSS. III 545, 57 espalnu -a. *fortasse vox subest ibid.* 595, 39 spalangnia: petra. 629, 37 spalagnio: petra.

petreia, -ae *f.* *a* petra. PAVL. FEST. p. 243 -a vocabatur, quae pompam praecedens in colonis ... imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris, appellata (*an nomen proprium?*).

petrēnsis, -e. *a* petra. NOT. Tir. 110, 88 (*restit. e* petrestis). *i. q. in petris vivens*: PS. APVL. herb. interpol. 59 l. 23 alia *species herbae confirmae* est -is (*cf. gr. Diosc. 4, 9, 1 σύμφυτον πετραῖον, v. André, Les noms de plantes, 1985, 253*). l. 25 [a]petrensis, sed appellatur etiam pectis *eqs.* (*si recte restituimus; cf. Diosc. 4, 9 rec. Vind.*). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 26 cibum dantes ... ex oleribus ... atque piscibus -bus.

petreus, -a, -um. *a* petra, *nisi metiaris* petrē -, *cui* petrae- *subest, cf. l. 4. 13. i. q. ad petram pertinens: de eis, quae e petra constant vel eius duritatem habent*: AVG. serm. 297, 3 (*in lusu verborum*) aspera via mortis, spinis plena: sed istae spinae Petra et Petro transeunte -is pedibus tritae sunt. GREG. TVR. vit. patr. 14, 1 erant haec, *sc. scamnum, sella, lectulum,* inmobilia, quia ex ipso lapide incisa massae ipsi -ae inhaerebant (petr(a)e *var. ll.*). ITIN. Theod. 7 mons -us est (*sc. Calvariae locus*). *de eis, quae in petris vivunt*: EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 9 litorei, altivagi, -i ... pisces (*gr. πετρώδη*).

petriniola, -ae *f.* *a* petra. *nomen herbae, q. e. verbenaca* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 194*): GLOSS. III 579, 31 verminatia: -a.

*?***1. petrinus,** -a, -um. *si recte suppletur, vox est stirpis celticae (v. Holder, Alt-Celtischer Sprachschatz, 1904, II 975, 43 sqq.), quae indicat modum iaculandi, sc. hastam*: ORAT. imp. Hadr. (CIL VIII 18042) B a 10 iaculationem ... ⟨-am⟩ (*suppl. Dehner coll. e. g. Arr. tact. 37, 4 ὁ πέτρινος δὴ ὀνομαζόμενος τῇ Κελτῶν φωνῇ, sc. ἀκοντισμός*).

2. ⁂**petrinus,** -a, -um, *πέτρινος* (*quod in gr. respondet*). -īnus *v. p. 1982, 13, cf. l. 60.* GLOSS.[L] I Ansil. PE 1309 -o cultello: ex lapide facto. [*francog. vet. et med.* perrin; *prov. vet.* peirin (*a* petrīnus); *deriv.: hisp.* pedernal; *port.* pedernal. *cf. M.-L. 6445. Wartburg VIII 324 sq. Corominas*[2] *IV 535. Machado*[3] *IV 328. St.*]

i. q. ad petram pertinens: **1** *de eis, quae e petra constant, i. q. lapideus, saxeus*: **a** *de circumcisionis instrumento*: **α** *in scriptura sacra*: VET. LAT. Ios. 5, 2 (cod. 100. *al.; deus ad Iosue*) fac tibi cultellos -os de petra acutos (Euagr. Gall. alterc. p. 24, 1 gladios, *Vulg.* cultros lapideos). 5, 3 (cod. 100) gladios -os (*item in eodem cod.* 21, 40. 24, 30, *cf.* Aug. quaest. hept. 6, 6 *et* loc. hept. 6, 22 cultros -os, *Vulg. ubique aliter*). **β** *apud auctores christ. huc spectantes* (*saepe in interpr. allegorica e I Cor. 10, 4 orta; cf. p. 1980, 5 sqq.*): TERT. adv. Iud. 9, 22 circumcisis nobis -a acie, id est Christi praeceptis; petra enim Christus *eqs.* (adv. Marc. 3, 16 p. 403, 4). HIL. myst. 2, 6, 2 iterata cultello -o circumcisio praecepta *est* (HIER. adv. Iovin. 1, 21 [*antea*: cultello euangelii]. PS. HIER. epist. 19, 16 p. 204[A] [*opp.* ferreus]. AVG. serm. 162 C, 11 Rev. Bénéd. 102, 1992 p. 60, 270 *necessarius erat* c. -us, antequam veniret ipsa petra. EPIPHAN. in

euang. 15 p. 11, 19 duodecim c. -i ... ad circumcidendos filios Israel, id est duodecim apostoli. *al.*). ZENO 1, 3, 15 -is illis cultris (FILASTR. 151, 2 non ergo -is c. dicit circumcisos Iudaeos, sed paganorum durissimis mentibus. PS. HIER. epist. 2, 3 p. 47[A]). AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 25, 1 circumcidit Iesus -is gladiis ...; petra Christus est, circumcidat te ... gladius oris eius (CHROMAT. in Matth. 54, 3 *caro Christi* erat g. -us incidens gulam mortis). RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 48, 17 ista est circumcisio, quae -is machaeris per Iesum populo dei data est. (18) quae est ... m. -a et qui gladius? Orig. in Ios. 26, 1 p. 458, 2 m. -as, id est cultros e saxo. *al. apud eundem*).

b *exempla cetera*: PEREGR. Aeth. 3, 6 *est mons Sinai* totus -us ..., ita ut nec fruticem habeat. SERM. Rev. Bénéd. 57, 1947 p. 123, 38 -a theca *Christi sepulti* (*cf.* INSCR. christ. Le Blant 334, 3 [*vers., v. vol. X 2, 804, 28 sqq.*] monumenta -a). EXC. barb. chron. I p. 296, 297 *Alexandriae* portas fecit auro perfusas, quae nunc dicuntur -as.

2 *de actione, quae adhibita petra fit, sc. de circumcisione*: CONSVLT. Zacch. 2, 8, 7 in abscisionibus -is.

3 *de naptha, quae e petra profluit*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 42 *petrae quaedam* fundent unguentum, quod oleum -um appellant *eqs.*

cf. Onom. *Ottink.*

petrisel- (-sil-) *v.* petrosel-.

petro, -ōnis *m.* [*a* petra; *de ratione translationis v. infra; de suffixo* -ōn- *v. Leumann, Gramm. 1977, 361 et Gaide, Les subst. masc. ... en ... (i)ō, 1988, 73. 75 sq. 181 sq., quae quidem duo homonyma* petro, -ōnis *fuisse suspicatur. Fo.*] *de vervece* (*sc. vetere, qui carnem praebet duram? nomen, quod vervecis gregem antecedentis firmitatem sim. laudat, intellegit e. g. Moore, Latomus 50, 1991, 349 sqq.*): PLAVT. Capt. 820 qui *lanii* -i nomen indunt verveci sectario: (821) eum ego si in via -em publica conspexero, (822) et -em et dominum reddam mortales miserrumos. *de homine, sc. rustico*: FEST. p. 206 -es rustici fere dicuntur propter vetustatem, et ⌞quod deterrima quaeque ac praeruptus ⟨...⟩ agri petrae vocantur⌟, ut rupices idem a rupibus (⌞ ⌟ *non sanum; pendent* PAVL. FEST. p. 207 -es rustici a petrarum asperitate et duritia dicti. ISID. orig. 10, 231 -o ... et rupex a duritia saxorum nominantur [petra(e) *var. ll.*]).

cf. Onom. *M. H.*

petrobolus, -a, -um, *πετρόβολος* (*an -βόλος? v. infra; in gr. respondet; v. etiam* petrabulum). *significatur lapis (quasi) funda iactatus*: VET. LAT. Ezech. 13, 13 (Optat. 3, 10 p. 96, 13) inmittam tempestatem nimiam et pluviam, diluvia et lapides -os et percutiam parietem (*Vulg.* l. grandes [*sec. hebr. ad grandinem refert Hier. ad l.*]. *inde* OPTAT. 3, 10 p. 94, 15 tempestatem, pluviam et ⌞l.⌟ -os et accusationes [⌞ ⌟ *om. in eadem serie* p. 96, 6]). *masc. pro subst.*: VET. LAT. I reg. 14, 14 (cod. 91. *al.*) *percussit Ionatha* quasi viginti viros in volidis (*i.* bol-) et petrovolis et in saxis campi (*an de funda ipsa* [*sc. -βόλος*]*? cod. 115* in fundibalis, *Vulg. aliter*).

petrocopos, -ī *m., πετροκόπος* (*quod in gr. non legitur, cf. André, Les noms de plantes, 1985, 195*). *nomen herbae, q. e. saxifraga*: ANTIDOT. Brux. 198 quae *herba* appellatur graece -os (-corp- *cod.*). *Ottink.*

petrōdēs, (-is), *πετρώδης, adi.* *i. q. petrarum plenus, saxosus*: SERV. Aen. 1, 416 Arabiae ... tres sunt: inferior, -es (*i. Arabia Petraea*), eudemon.

petronia (-ōn-*?*), -ae *f.* *fortasse a* petra *sec.* limonia *sim., nisi corruptum e* plectronia. [*in var. l. falsa* PS. APVL. herb. 34 l. 18 (*legitur* Peletronias).] *i. nomen herbae, q. e. centaurea maior* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 202 s. v.* plectronia): GLOSS. III 573, 39 -a: centaurea. 581, 16 centauria: -a *eqs.*

cf. Onom.

petronius, -a, -um (*subst. l. 59*). *fortasse vox gallica, cf.* petruncu-lus. *significatur genus canum*: GRATT. 202 *si vis venari leporem,* -os – haec fama – canes volucresque Sycambros et pictam ... Vertraham delige. 206 *ea* -is bene gloria constat. *M. H.*

petroseliniticus, -a, -um. *a* petroselinum. *i. q. petroselino conditus*: DIOSC. 5, 86 p. 197, 19 vinu maratrinu ... et petroseleniticu ... medicatur *quibusdam* (*gr. 5, 65 πετροσελινίτης. cf. 5, 85 p. 197, 14* vinu seliniten).

⁂**petroselīnum** (-on, -us), -ī *n.* (*m.*), *πετροσέλινον. scribitur* petri- PLIN. phys. Bamb. 85, 6 GLOSS. III 569, 33, -seleni EDICT. imp. Diocl. 34, 9 G., -sil(l)in- *vel* -silen- *saepe in codd. medii aevi; formae magis immutatae*: CHIRON 968 petrosil(l)en, MISC. Tir. p. 48, 19 petrisilio, p. 62, 16 petrosilo, p. 64, 24 petrosile, GLOSS. petrisilus. prisilin. *litteris gr.* COLVM. 11, 3, 36. *de genere et formis: nom.* -on *e. g. p. 1983, 14. 17,* -us *saepius apud* ORIBAS. *et in* GLOSS.; *nom.* (*acc.*) -u *vel* -o PLIN. phys. Bamb. 82, 60 (*nisi est gen., cf. l. 72*). 88, 3 *et apud* DIOSC., MISC. Tir., ORIBAS., GLOSS.; *gen.* -o HIPPOCR. mul. 1 l. 575 (*?*), -u RVF. podagr. 19 (*vix acc.*); *abl.* -u DIOSC. 3, 71 p. 407, 8. *plur. non exstat. legitur apud* CELS., COLVM., SCRIB. LARG., PLIN. nat., EDICT. imp. Diocl., APIC. *al.* [*formis immutatis: val.* petrinjel; *it.* prezzemolo; *sard.* petrusimula; *francog.* persil; *prov. vet.*

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peiresilh *et var. francoprov., prov., vasc. cf. M.-L. 6448. Battisti-Alessio IV 3077. Wagner II 255. Wartburg VIII 325 sqq. Corominas*^{2} *IV 536. St.*].

nomen herbae q. e. πετροσέλινον (*quod gr. respondet; nomen transferri videtur ad alias herbas l. 8 sqq. insuper l. 36; laudatur species Macedonica e. g. l. 38. 42 nec non* PELAGON. 94. 341. *al.* MARCELL. med. 20, 90. 101. *al.; ad rem v. Andrews, Class. Philol. 44, 1949, 96 sq.*): **1** *agitur de origine, natura, nomine sim.*: COLVM. 11, 3, 36 atrum holus, quod Graecorum quidam vocant [hipposelinon] *-ov,* nonnulli *σμύρνιον,* pastinaco loco ... debet conseri *eqs.* (*cf. l. 17 et* DIOSC. 3, 73 p. 408, 1 de smirrion, quem in Cilicia -um vocant: maxime in monte Amano nascitur *eqs.* GLOSS. -us: ismirnus. -us Macedonicus: oliserus [*i. olusatrum*]). PLIN. nat. 20, 118 (*antea*: hippo-, oreo-, heleoselinum) alio genere -um quidam appellant in saxis natum, praecipuum ad vomicas. PALLAD. 5, 3, 2 ex ipsius *apii* genere est ipposelinon ... et eleoselinon ..., quod nascitur in lacunis, et -on maxime locis asperis. Ps. APVL. herb. 128 l. 7 Itali † triannem dicunt (*cf.* GLOSS. trianum. triane. trione). herb. interpol. 128 l. 9 sq. a Graecis dicitur -on, alii smirnion, Latini apium silvaticum; -on nascitur in petris, sed est summum ac probabile Macedonicum, odoris boni *eqs.* (*cf.* DIOSC. 3, 71 p. 407, 8 -u nascitur in Macedonia, in criptis vel in speluncis; semen est minutu ... aromatis habens odorem; virtus est illi diuretica *eqs.* GALEN. alfab. 220 [de oleo]. GLOSS. Marcidonis id est petrosilus). ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 7 Aa p. 495 -i semen acer cum amaritudine est (*sim.* La). syn. 1, 17, 2 Aa p. 55, 8 si ... admisceantur suavia et bene olentia, qualia sunt anesus, -us *eqs.* (*sim.* La). 4, 1, 2 Aa p. 2 -us (La -o. *inter ea, quae extenuant in cibis; sim.* 5, 40, 3 *et* 10 Ab p. 74 sq.). ISID. orig. 17, 11, 2 -on vocatum, quod sit simile apio et nascatur in petris ..., quod nos petrapium dicere possumus.

2 *cetera exempla*: **a** *adhibetur ad medicamenta componenda*: CELS. 5, 23, 1^B quod *antidotum* habet ... -i *denarios tot* (*item in compositione antidoti*: 5, 23, 3 SCRIB. LARG. 176. 177. *al.*). 5, 25, 12 colice ... Cassi ex his constat: ... -i *denarii quattuor* (*in eodem medicamento*: SCRIB. LARG. 120 [*inde* MARCELL. med. 29, 5]). frg. Pelagon. 288, 1. SCRIB. LARG. 144 ad renum dolorem potio ...: apii seminis, -i, anesi *aliquantum* (*sim. ad renum vitia*: MARCELL. med. 26, 2 THEOD. PRISC. log. 109). *al.* PLIN. nat. 1, 20, 47 medicinae ex iis, quae in horto seruntur: ... -o (una). 28, 197 asini iocur aridum cum -i partibus duabus ... tritum (*inde* MARCELL. med. 22, 36. *item teritur*: CHIRON 968 silis montanum, quod dicunt -on, tritum dabis. MARCELL. med. 28, 14. *al.*). 32, 101 castorea cum dauci semine et -o. PLIN. med. 2, 4, 13 -i Macedonici drachmae *tot* (*inde, sed sine attrib.* MARCELL. med. 20, 133). PELAGON. 187 -i ..., dauci ..., api seminis ...: aequis ponderibus tunsa *eqs.* (*item tunditur*: VEG. mulom. 2, 90, 3. Ps. APVL. herb. 128 l. 6 herba -um tunsa ... dolorem sedat. MARCELL. med. 18, 11. *al.*). 370 potio hiemalis: ... croci, costi, -i Macedonici *aliquantum* (*inde* VEG. mulom. 3, 28, 30). 390 compositio pulveris quadrigarii: cinnami, ..., -i aridi *eqs.* (*cf.* Ps. APVL. herb. 128 l. 3 herbae -i pulverem mollissimum [MARCELL. med. 20, 86]). CHIRON 310 potione hac eum *equum lienosum* potionabis: ... -o (*inde* VEG. mulom. 2, 92, 6). MARCELL. med. 26, 21 seminis -i cyathos tres (26, 34 ANON. med. ed. Piechotta 138 THEOD. PRISC. log. 75. APIC. 1, 27 [*in compos. salis morbos prohibentis*]. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 143). HIPPOCR. mul. 1 l. 575 -o (*gen.?*), dauci ... dabis in vino potui (*gr. ἱπποσελίνου*). CAEL. AVR. chron. 4, 7, 100 asperso suco ... -i. *al., imprimis apud* PELAGON. *et* MARCELL. med. **b** *adhibetur in re culinaria (cf. l. 24): est condimentum ciborum*: APIC. 2, 4 teritur -um (4, 2, 18. 32. 6, 6, 2). 6, 8, 6 -i modice. exc. pim. p. 87, 10 de seminibus hoc: papaver ... -um. *et saepe apud eundem.* PALLAD. 12, 22, 5 (*de olivis condiendis*) rutam et -um sternes. *ipsum -um est cibus*: VITAE patr. 3, 200 p. 804^D herbas usibiles, id est lapsanum ... et -um; iste quippe erat praecipuus eorum *monachorum* victus. **c** *usus non indicatur*: EDICT. imp. Diocl. 34, 9 G. ⟨p⟩etroseleni p(ondo) (unum) *denariis centum viginti.*

deriv.: petroseleniticus.

petrosile *v.* -selinum. *Ley-Hutton.*

⁂**petrōsus,** -a, -um. *a* petra. GLOSS. III 260, 66 *πετρώδης*: scopulosus, -us. *legitur inde a* PLIN. *maiore, non nisi in oratione soluta.*

1 *de locis, agris sim. fere i. q. plenus petrarum, multas petras habens* (*gr. respondet πετρώδης, nisi aliud adnotavimus*): **a** *de quibuslibet locis* (*n. plur. pro subst. l. 71*): PLIN. nat. 4, 84 *lacus quidam a Maeotide* -o discluditur dorso. HYG. mun. castr. 53 si locus -us aut arenosus fuerit (SCHOL. Hor. epist. 1, 17, 53 salebrae sunt aspera loca et -a. ROMVL. fab. 17, 6 recc. vet. *et* gall. OP. imperf. in Matth. 39 p. 846 [*ad Matth. 21, 21*] *mons,* ubi l. -a et aspera). QVODV. fer. 4, 6 Stephanus, ... de terra -a vulneratus, ex ea lapides in suo corpore ... collegit. HIPPOCR. aer. 1 utrum palustribus *aquis* utantur et mollibus an duris et de altis et -is *eqs.* 7 *aquae,* quarum sunt fontes -i – duras enim has esse necesse est (*gr. ἐκ πετρέων*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 38 mons Sina -us, raro terram habet.

b *de locis, ubi inveniuntur plantae versanturve animalia* (*sc. aquatilia, v. l. 75. p. 1984, 8*): α *adi.*: PLIN. nat. 9, 96 *locustae* vivunt -is locis, cancri mollibus (Ps. APVL. herb. interpol. 75 l. 28 nascitur in -is l. [*c. eodem verbo*: Ps. DIOSC. herb. fem. 8 asperis et -is l. 58 cultis et -is. *al. ibid.*]). 26, 83 *planta* nascitur in maritimis -is. β *neutr. plur. pro subst.*: PLIN. nat. 17, 256 caprificorum laudantur maxime nigrae et in -is (*sc. nata sim., item deest verbum*: 24, 133. 24, 134 in aridis, -is. 24, 137. *cf.* nasci in -is: 20, 32. 21, 50 in -is opacisque. 25, 159 *cotyledon* nascitur in maritimis -isque umidis. 26, 46 in -is apricis et isdem nivalibus. 27, 33). 24, 130 *chamaedrys* carpitur ... in -is. 32, 59 *ostrea* gignuntur ... in -is carentibusque aquarum dulcium adventu. PALLAD. 4, 10, 26.

c *de locis ad serendum haud idoneis* (*sc. in parabola de semente [Matth. 13, 3 sqq. al.] et locis inde pendentibus*: α *adi.*: VET. LAT. Matth. 13, 5 (cod. 4. *al.*) quaedam *semina* ... ceciderunt in loca -a (13, 20 [cod. 4. *al.*] supra -a l. Marc. 4, 5 [cod. 5. *al.*] super l. -a. COLLECT. Arian. hom. 2, 4 non -a, non spinosa l. *sunt in via, quae est Christus.* AVG. in psalm. 128, 1. *al.*). Marc. 4, 5 (cod. 3) super -am terram (HIER. in Zach. 8, 11 l. 346 non arida et -a. RVFIN. Orig. in gen. 1, 4 p. 6, 22 si *eqs.,* t. nostra '-a' appellabitur. ARNOB. IVN. in psalm. 111 l. 13 [*opp.* bona]. *al., e. g. p. 1983, 69*). COLLECT. Arian. hom. 22, 4 qui ... -a(m) habet mentem, id est duritia[m] perfidiae [h]oneratam. serm. 7, 2 -a stultitiae congeri[a]e. HIER. in Matth. 13, 5. β *neutr. plur. pro subst.*: VET. LAT. Matth. 13, 5 (cod. 1. *sim. al. et* VVLG.) *semina* exciderunt in -a (*cf.* Marc. 4, 5 [cod. 2. *al. et* VVLG.] super -a. Luc. 8, 6 [cod. 30] supra -a [*gr. πέτραν, Vulg.* petram]). 13, 20 (*ibid.*) in -is seminantur (*sim.* Marc. 4, 16 [cod. 3. *al. et* VVLG.]). HIER. in Abd. 14 l. 474 multi *Christiani in persecutione negaverunt* vel infirma fide vel supra -a seminati. PAVL. NOL. epist. 23, 1 ager ... ille spinis horridus aut harenis aridus aut -is asper et nudus. AVG. serm. 216, 3 semen verbi dei ... tanquam inter -a durissimae conscientiae vestrae stoliditate *comprimitur.* AVELL. 101, 2 *semen purae confessionis* non in -a deveniens aestu temptationis exaruit. *al.* γ *fem. sing. pro subst.*: VET. LAT. Matth. 13, 20 (cod. 2) super ... -am (Marc. 4, 5 [cod. 17]. 4, 16 [codd. 8. 17]). Ps. AMBR. laps. virg. 29 seminavi in spinis, in -a (*nisi ad β*).

2 *de aliis rebus, quae vario modo ad petras pertinent*: **a** *de eis herbis, quae in petris nascuntur* (*cf. 1b*): Ps. APVL. herb. interpol. 127 l. 8 *symphyti species* alia est -a (e petrosis locis, petrosis *var. ll.; de eadem ibid.* l. 10 est et alia -a [*gr. Diosc. 4, 9, 1 πετραῖον, φύεται ἐν πέτραις*]. *v. André, Les noms de plantes, 1985, 253*). CASS. FEL. 45 p. 113, 5 saxifragae -ae *semen* (*v. André, loco cit., 228*). **b** *de eo, quod petras iacit* (*vertitur gr. πετροβόλος*): VET. LAT. sap. 5, 23 a -a ira plenae mittentur grandines. **c** *de substantia, quae petras (minimas) continet* (*cf. p. 1978, 65*): ORIBAS. syn. 2, 56, 88 Aa p. 130, 12 *stypteria* recens ... et non -a (*La* sine lapidem, *gr. ἄλιθος*). *Ottink.*

?**petrōtus,** -a, -um, *πετρωτός.* NOT. Tir. 107, 66 -um (peronatum *Koppe,* petoritum *Forcellini*). *i. q. lapideus factus*: PLIN. nat. 36, 195 quos *calices duos vitreos* appellabant -os (pterotos *Barbarus,* peritretos *Friedrich* [*v. Blümner, Technol. IV 402 adn. 2*]).

petrudecameto CIL XIII 2494. *vox celtica, v. Hallbauer, De num. lat. epigr., 1936, 114.*

petrunculus, -a, -um. *fortasse vox gallica, ut* veltravus (*vel* veltrabus) *et* segusius; *cf.* petronius. *significatur genus canum*: LEX Burg. lib. const. 97 tit. de canibus veltravis aut segutiis aut -is (*in eadem serie ibid. infra*). *M. H.*

pētucl- *pro* pedicul- *v. p. 975, 64.* **pētuīta** *vel* **-tās** *v. sub* pituita.

⁂**petulāns,** -antis *adi.* [*participium verbi* *petulāre, *quod interiit; derivatum esse videtur a* petulus, *quae vox fortasse servata est in glossis, v.* 2. petulus. *cf. Leumann, Gramm. 1977, 337. 550 et v. sub* petulcus. *Fo.*] NOT. Tir. 58, 10^a. 66, 43. *abl.* -e CIC. Sest. 110 AVSON. 13, 89 (78 S.), 4. *compar. inde a* CIC., *superl. inde a* Ps. SALL. *de notione et origine*: FEST. p. 206 (*v. sub* petulcus). PROB. app. gramm. IV 200, 1 inter lascivum et -em et temulentum hoc interest, quod lascivum satullum gestientem significat, -em autem libidinosum (satullum libidinosum *M*) ostentat, temulentum vero satullum vinolentum esse demonstrat (ISID. diff. 1, 327 inter l. et -em: lascivus luxu, -s temeritate [*eadem* DIFF. ed. Beck p. 67, 9, *sed pro* luxu *exhibet* lapsu]). SCHOL. Cic. Gron. D p. 283, 10 -s est ex animo, ex moribus, inpudicus ex corpore. ISID. orig. 10, 213 -s nunc quidem pro audace et inprobo ponitur: olim autem acerbi flagitatores et proprie argentariorum ... pueri ... a petendo -es vocati. SYNON. Cic. p. 423, 20 effrenatus. inmodicus. ... violentus. inmoderatus. -s. procax. *eqs.* 433, 7 lascivus. procax. hilaris. -s. 437, 27 -s. protervus ... maledicus. contumeliosus. GLOSS. *αὐθάδης. παράβολος.* adsidue postulans vel importunus. lascivus; a petendo. II 249, 33 *ἄταχτος*: inquietus, inordinatus, -s. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1316 -s: inpurus, spurcus. II Philox. PE 335 -s: *ἀναγωγός, προαλής.* 342 -s: *προωλής* (*-αλ-*), *ἰταμός, προπετής. al.* *legitur in versu inde a* PLAVTO, LVCR., OV., *in orat. soluta inde a* RHET Her., CIC., VARRONE.

dicitur de eis, qui alios petere cupiunt, lacessere vel laedere student, ut sit fere i. q. procax, protervus (*ponitur fere c. vituperatione de eis, qui mo-*

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dum excedunt [opp. modestus *l. 18, cf. etiam l. 10], mores offendunt; minus severe notantur lasciva l. 57. 61. p. 1986, 13. 20. 25. 32. 37 et sub IB2. indicatur [in] qua re quis -s sit per abl. l. 29. p. 1986, 32, praepos.* in *c. abl. l. 11. 33. 36. p. 1986, 28, c. acc. p. 1986, 35,* ad *c. gerund. p. 1986, 48; augetur per adv. l. 14; masc. pro substantivo e. g. l. 14. 33*): **I** *respiciuntur animantium mores vel actus*: **A** *hominum vel deorum*: **1** *quorumlibet (maxime eorum, qui contumeliam vel iniuriam aliis inferunt sive maledictis sive vi; usu minus definito e. g. l. 9 sqq. 14. 17, cf. p. 1987, 43*): **a** *de ipsis hominibus (de oppido l. 28)*: PLAVT. Bacch. 612 -s, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato, sine modo et modestia sum. RHET. Her. 4, 40, 52 *reus est* cupidus, intemperans, -s, superbus. CIC. inv. 2, 33 qui *reus* in illa re turpis aut cupidus aut -s fuerit. Cluent. 39 *Manlius* ex -i atque improbo scurra *triumvir capitalis factus (cf. l. 52)*. Pis. 10 *censurae* potestatem minuere ... nemo tam effuse -s conatus est. Phil. 3, 35 libidinosis, -bus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis servire, ea summa miseria est. de orat. 2, 305 *patientia* illud assequor, ut si quis mihi ... male dicat, -s aut plane insanus esse videatur. fin. 1, 61 alii -es *sunt,* alii audaces, protervi *eqs.* Att. 2, 1, 5 hominem -em modestum reddo ... perpetua gravitate orationis (ad Q. fr. 2, 4, 1 NEP. Timol. 5, 2. QVINT. decl. 331, 25 h. alioqui -s quaerit, quomodo impune occidat). *al.* VARRO frg. Non. p. 168, 4 unus puer -s atque inpurus inquinat gregem puerorum. AETNA 73 *Encelados* -s expirat faucibus ignem. FEST. p. 344 quidam -s ... ex mensa salinum coiecit in fornacem. PHAEDR. 3, 5, 2 Aesopo quidam -s lapidem impegerat. SEN. dial. 2, 17, 2 materia -bus et per contumeliam urbanis detrahitur, si *eqs.* 5, 8, 4 offendet te superbus contemptu, dicax contumelia, -s iniuria. epist. 83, 20 *vino sumpto* -s non linguam, non manum continet (*sim. ebrii sunt -es*: IVV. 3, 278 ebrius ac -s, qui nullum forte cecidit, dat poenas. 6, 297 -s madidumque Tarentum). 104, 27 uxorem eius *Socratis* moribus feram, lingua -em. PERS. 1, 133 si cynico barbam -s nonaria vellat (*cf. p. 1988, 8*). QVINT. inst. 2, 4, 22 citra personas in ipsa vitia ... perorare, ut in adulterum, aleatorem, -em (*postea*: adulter caecus, aleator pauper, -s senex). 7, 2, 28. 9, 4, 23 *ne* fortiori subiungatur aliquid infirmius, ut ... latroni -s. 11, 1, 67 libertatis nostrae ratio reddatur, ne quis nos ... -es in laedendis eis *dignationibus* ... putet. 11, 1, 88 *si milites dicis* -es. 12, 9, 10 decl. 372, 8. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 437, 8 (*ad Luc. 4, 34*) *daemonem* invidiosum et in ipsa confessione -em. *al.*

b *de dictis, voce, conviciis sim.*: RHET. Her. 4, 10, 14 iste clamare voce ista, quae perfacile cuivis rubores eicere potest: ita -s ‚est atque acerba' ([es atque acer *var. l.*]. *de verbis*: GELL. 10, 6, 1 voces ... -iores). CIC. Mur. 14 ut eius *Murenae* nulla fraus ..., nullum -s dictum in vita proferatur (PETRON. 11, 4 me coepit ... verberare, adiectis etiam -bus d. GELL. 7, 11, 2). Cael. 30 omnia sunt alia non crimina, sed maledicta, iurgii -is magis quam publicae quaestionis (PHAEDR. 3, 11, 2 obscena dicta et -s i. *improbi eunucho maledicentis.* TAC. hist. 3, 32, 2 *Cremonenses,* ut sunt procacia urbanae plebis ingenia, -bus i. inluserant *milites. cf.* VELL. 2, 28, 3 -is convicii iudicium ... redditur [ARNOB. nat. 4, 34 p. 242, 5 AVG. c. Faust. 19, 20]). Brut. 241 C. Staienus, ... fervido quodam et -i et furioso genere dicendi. orat. 88 ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobsceno, ne mimicum, nec -i, ne improbum (*sim. de iocis*: off. 1, 104 duplex ... est iocandi genus: unum illiberale, -s, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum *eqs.* PLIN. epist. 9, 17, 2 *non* me ... delectat, si quid ... -s a scurra ... profertur. SVET. Aug. 56, 1 iocis ... invidiosis aut -bus lacessitus). Ps. SALL. in Tull. 7 -issimis verbis laedis (SIL. 8, 264 *Varro* ad vulgum in patres -ia v. ferebat [ut ovantia *trad.*]. COD. Iust. 9, 30, 2 [*a. 466*]). QVINT. inst. 6, 3, 33 vitandum ..., ne -s, ne superbum ... videatur, quod dicimus. PLIN. epist. 4, 14, 4 si non nulla *hendecasyllaborum* tibi -iora paulo videbuntur (*antea*: his iocamur, ludimus, amamus *eqs.*). COD. Theod. 9, 4, 1 inprobo -ique maledicto nomina nostra *lacessere.* SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 51 cantu -iore.

c *de animo, affectibus, actionibus variis sim.*: MANIL. 5, 144 Bacchi Venerisque sequaces *homines* perque dapes mensasque super -ia corda et sale mordaci dulcis quaerentia risus. VAL. MAX. 9, 14 ext. 3 *quidam proconsulem insultans* -is animi *fuit* (NOVELL. Marc. 1, 8 si quis ... -i animo his *edictis* despectis maiorem iudicem ... adierit). SEN. dial. 2, 13, 2 si quid *saevientes* in morbo -ius ausi sunt adversus medentem. PETRON. 92, 8 me ... pueri tamquam insanum imitatione -issima deriserunt. QVINT. decl. 265, 13 in templo pulsasti hominem; rem -em fecisti. HIL. in Matth. 4, 27 fides ... -es humanarum mentium motus publicae caritatis frangit adfectu. AMM. 22, 9, 9 *Iulianus calumniatorum* -em saepe dementiam ad usque discrimen expertus. 31, 6, 3 caesis plurimis *seditiosorum,* quos impetus deceperat -ior. MART. CAP. 8, 804 *ita riserunt Silenum,* ut quamplures alios *deorum* ... in -is proruptionis sonitum ... provocarint (*de risu quodam ut*: 8, 807 Cupido vel Satyrus -is ausus procacitate dissiliunt). *al.* *poetice de re, qua quis petulanter utitur*: AVSON. 19, 103 (325 S.), 78 ut ... pubi admoveant -ia lumina lychni *feminae Cupidinem cruciatum insultantes.*

d *de partibus corporis hominum -ium*: PERS. 1, 12 tunc – ignoscite ..., sed sum -i splene (*qui est sedes laetitiae sim.*) – cachinno. MOYS. Cypr. epist. 31, 8, 2 *lapsi communicationem festinanter poscentes* iactant -i et infreni ore convicia (CONC.^{S} I 5 p. 160, 27).

2 *eorum, qui in amore pudicitiam laedunt vel omnino obscene agunt (respiciuntur plerumque viri, feminae l. 13. 21. 25. 29. 32. 38 sq.; huc fort. spectant quaedam minus definita sub 1, e. g. p. 1985, 29*): **a** *de rebus ad homines pertinentibus*: CIC. Cael. 50 (*ad Clodiam*) aut ... pudor tuus defendet nihil a M. Caelio -ius esse factum, aut impudentia ... huic ... ad se defendendum facultatem dabit. Ps. CIC. in Sall. 13 facile intellegetur, quam -i pueritia tam impudicus et procax adoleveris. RVT. LVP. 1, 18 oculi ad -em lasciviam *aptissimi* (*cf.* PETRON. 138, 6 si *Paris* hanc *amicam Encolpii* in comparatione vidisset tam -bus oculis, ... Helenen huic donasset [HIER. epist. 45, 2, 2. PRIMAS. in apoc. 5, 1 l. 222 mulierem David ... -i o. vidit, concupivit et abstulit]. STAT. silv. 2, 6, 41 [*de puero delicato*] *non* -s acies). PLIN. nat. 35, 72 pinxit et ... libidines, eo genere -is ioci se reficiens (*cf.* 35, 140 -i pictura innotuit). Ps. QVINT. decl. 15, 10 *amor,* cui perditis visceribus adhaeremus inquieti, lascivientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac -s *est* (ARNOB. nat. 4, 26 p. 232, 19 -is amoris). APVL. apol. 9, 10 quid tam -s habent ... versus mei? (*antea*: lascivissimus versus *Solonis*). met. 5, 23, 3 patulis ac -bus saviis festinanter ingestis *a Psyche.* 6, 11, 3 *Cupido cubiculo* coercebatur ..., ne -i luxurie vulnus gravaret. IREN. 3, 23, 5 *Adam* retundens -em carnis impetum (*sim. de carne* VEREC. satisfact. 73 in ... -is carcere carnis mens oppressa iacet). AVSON. 13, 89 (78 S.), 4 sit mihi talis amica: ... pulchra procax -e manu, verbera quae ferat et regerat. *al.* **b** *de ipsis hominibus, deis*: CIC. parad. 20 lapsa est ... *cuiusdam* libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet quam si -s fuisset in ... nobili virgine (*nisi ad a*). OV. ars 1, 767 si doctus videare rudi -sve pudenti, diffidet miserae protinus illa sibi. rem. 329 poterit dici -s, quae rustica non est. FEST. p. 329 *fontis Salmacidis* aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuvenibus -bus antecedentium puerorum puellarumque violandarum. STAT. silv. 1, 2, 7 *inter musas* vultu -s Elegea propinquat. 2, 3, 25 (*Diana ad comites*) numquamne avidis arcebo rapinis hoc -s foedumque pecus? (*i. Pana; cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 695 Faunos sumpto vino in venerem constat esse -es. SIDON. carm. 7, 33 Satyri -es. v. *et p. 1985, 73. 1987, 37*). CALP. decl. 17. APVL. met. 2, 16, 4 corpore ipso ad libidinem inquies, alioquin et -s ... impatientiam veneris Photidi meae *monstro.* AMBR. paenit. 1, 14, 72 verba -is mulieris cupiditatum retia sunt. GREG. M. moral. 27, 17 desiderium -is dominae, *sc. uxoris Potiphar.* *al.*

B *animalium* (*cf. l. 33 sq. et* petulcus; *minus vigente vi laedendi maxime l. 48*): OV. am. 3, 5, 23 *cornix* bovis niveae -i pectora rostro fodit. PHAEDR. 1, 2, 20 lignum ... superā *ranarum* turba -s insilit. SEN. Herc. f. 145 errat ... molli -s haedus in herba (CARM. de mens. 2, 11). Phaedr. 303 (*de Iove formam mutante*) fronte nunc torva -s iuvencus virginum stravit sua terga ludo. IVV. 12, 5 -s quatit hostia funem. ENNOD. opusc. 4, 32 p. 390, 27 ursus -ior ... caules ... immani ingrediens contritione vastavit. *accedit* ad *c. gerund.* (*cf. e. g. vol. II 1248, 22 sqq.*): GELL. 17, 20, 8 quaedam animalium parva ... ad imitandum sunt ... -ia.

II *transfertur ad res naturales vel materia carentes*: LVCR. 6, 111 *carbasus* perscissa furit -bus auris. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 61 *si anima mundi* in inferiora respicit, cum sit -s, potentia vivificandi fit (*cf.* 4, 11 fit ei *animae mundi* in animanda eius *animae* -ior adpetitus).

adv. ⁂**petulanter.** *compar. saepius inde a* CIC. (*fere notione q. e. nimis -r, sed aliter l. 70*), *superl. inde a* RHET. Her. GLOSS. -r: impudenter. *legitur in oratione soluta inde a* RHET. Her., CIC., *in versibus* OV. epist. 16, 247 PRVD. perist. 14, 41 psych. 314.

i. q. modo petulanti: **1** *notione sollemni fere i. q. proterve, contumeliose, impudice*: **a** *respiciuntur actiones dicendi*: RHET. Her. 4, 35, 47 -issime ... semper iste oppugnavit senatum (*nisi ad c*). CIC. Sest. 110 quem fortem et bonum civem non -issime est insectatus *Clodius*? (*opp.* benedixit). Cael. 6 *maledictio* si -ius iactatur, convicium, si facetius, urbanitas nominatur. 8 quis est ..., qui isti aetati atque isti dignitati non possit quam velit -r ... maledicere? 32 -r facimus, si matrem familias (*i. Clodiam*) secus quam matronarum sanctitas postulat nominamus. Att. 2, 19, 3 Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium -r invectus est. Ps. CIC. in Sall. 22 desine bonos -issime consectari. OV. epist. 16, 247 (*Paris Helenae*) ut possem verbis -ius uti, ... ebrietas est simulata mihi. GELL. 10, 6 tit. multam dictam esse ... mulieri nobili, quod locuta esset -ius (AMM. 15, 3, 11 *rei* confessi inter epulas -r se quaedam locutos). 16, 7 tit. Laberius verba ... licentius -iusque finxit. AVR. VICT. Caes. 21, 3 cum ... -ius multo (quippe quae pudorem velamento exuerat) respondisset *Iulia noverca verbis Caracallae.* AVG. civ. 1, 1 p. 5, 16 -r et procaciter insultare servis Christi. CONC.^{S} I 5 p. 162, 37 tam -r et inconsiderate ... ais, *haeretice* (*gr. I 1, 6 p. 141, 10 ἀνέδην*). *al.* **b** *respiciuntur actiones pudicitiam in amore laedentes* (*cf. dicta impudica l. 67. 71*): CIC. Cael. 38 si vidua (*i. Clodia*) li-

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bere, proterva -r, ... libidinosa meretricio more viveret. IVST. 7, 3, 4 *Persis feminas* -ius contrectantibus. Ps. AMBR. apol. Dav. II 1, 3 esto ..., David -r erraverit. PRVD. perist. 14, 41 ne -ius quisquam verendum conspiceret locum, *ubi stabat virgo* (*cf. 43* procaciter). AVG. in euang. Ioh. 13, 11 l. 14 videat illam aliquanto -ius per fenestram adtendere (*cf.* in psalm. 140, 9 l. 25 si *quis* uxorem suam paulo -ius viderit conversari). **c** *cetera exempla*: CIC. Att. 9, 19, 1 cum *haec* a perditis in civili nefario bello -issime fiant ([*opp.* modeste]. SEN. dial. 2, 4, 2 quidquid fit in sapientem proterve, -r). SEN. contr. 9, 5, 7 nepotem suum avus ... inter pueriles iocos -ius lascivientem feriet. QVINT. decl. 313, 15 multa -r, multa temere, multa cruente commiseras. Ps. QVINT. decl. 18, 11 *servos* -r excuteres, *si rem incredibilem scrutareris.* TAC. hist. 1, 13, 3 Otho pueritiam incuriose, adulescentiam -r egerat (IREN. 1, 30, 3. AMM. 16, 12, 64 agentes -ius milites). VLP. dig. 47, 10, 15, 39 (*e Labeone*) *servum* honorem ornamentaque *magistratus* -r adtemptantem. Ps. AVR. VICT. epit. 28, 3 *imperatorem* ludis saecularibus -ius cachinnantem. AMM. 21, 6, 2 quidam ... ausus paulo -ius stare *inter adorantes imperatorem.* COD. Theod. 16, 9, 4 dominio sibi -r adquisito, *sc. a Iudaeo. al.*

2 *notione paulo deflexa fere i. q. temere, praepropere*: CASSIOD. hist. 2, 5, 1 -r ... proferre sententiam (*Sozom. 1, 19, 1 προπετῶς*). 10, 12, 2 non oportere ante catholicam cognitionem aliquid facere -r (*Socrat. 6, 14, 3 προπετές τι ποιεῖν*). Ios. antiq. 3, 271 si ... amore nimio et huius rei zelo -r maritus ... *adulterii* suspicione movetur (*gr. προπετῶς*).

deriv.: petulantia. *cf. Onom.*

petulantia, -ae *f.* *a* petulans. *de notione et origine*: CIC. rep. 4, 6 a petendo -a, a procando ... procacitas nominata est (*trad. apud* NON. p. 23, 16). NON. p. 162, 8 -am pro inprobitate (*affert p. 1985, 16*). ISID. diff. 1, 327 (*cf.* 1, 115 *ed. Codoñer, 1992*) lascivia a luxu, -a a temeritate vocata; -a autem libido dicitur ab eo, quod petit male alienum pudorem. GLOSS. -a: *ἀναιδία, προπέτεια. ἀναγωγία, προπέτεια.* lascivitas. libido, spurciditas. inportunitas. iactantia. luxuria. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1331 plus appetens; inde etiam dicimus procaces, quia -a et procacitas vicina sibi quadam mentis iunguntur insania, ut plus velint. *al.* *legitur in versibus ter apud* PLAVT. *et singulis locis apud* LVCIL., LVCR., PROP., PRVD. *al., in prosa oratione inde a* CATONE, CIC., SALL., *plur. non nisi l. 38 (?). 67. p. 1988, 39.* [*restituitur pro* peculantia LVCIL. 257 (*minus certe* COMM. instr. 2, 29, 13, *v. p. 921, 23*). *e coni. dub.* EVANTH. de com. 2, 5 *Satyros* in iocis semper ac ⌞petulantes⌟ deos ... esse (⌞ ⌟ -iis *Leo*).]

i. q. actio vel habitus petulantis: **I** *notione infestandi, incessendi magis minusve vigente est fere i. q. procacitas, audacia, inverecundia, lascivia, intemperantia*: **A** *respiciuntur mores vel actiones hominum.* *-ā in malam partem infestantur alii contumeliis vel iniuriis inlatis* (*minus valet quam* violentia SATVRN. dig. 48, 19, 16, 6), *usu minus definito e. g. p. 1988, 3. 46 (cf. p. 1985, 8); addimus hyperbolen l. 60 et locos, quibus in neutram bonamve partem adhiberi videtur l. 72. p. 1988, 44.* *iuxta ponitur* audacia *l. 71. p. 1988, 1. 4 (distincte). 20. al.,* cupiditas *p. 1988, 46 et* CIC. Quinct. 92, libido *p. 1988, 6,* procacitas *p. 1988, 14* (*cf. l. 32*), temeritas *p. 1988, 23; opp.* modestia *p. 1988, 13. 23* (*cf. p. 1988, 25*). *cum gen. explic. saepius sub 1a* (*cf. 1bβ*), *gen. partis corporis l. 58. 73. p. 1988, 30. 51. stat pro persona petulanti imprimis p. 1988, 5. 8. 19; cf. prosopop. p. 1988, 35. 58.*

1 *quorumlibet*: **a** *-a exhibetur verbis sim.* (*de accusatore litigioso v. sub b*): PLAVT. Men. 743 (*ad matronam rixosam*) monstra, quod bibam, tuam qui possim perpeti -am. CIC. dom. 3 *Clodius convicii* exercitationem ... intolerabili -a ... munivit. CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 3 *licet* alteri male dicere, tamen cavendum est, ne in -am incidas. Ps. SALL. in Tull. 1 maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quam morbo animi -a ista uti. PROP. 1, 16, 37 (*amator ad ianuam*) te non ulla meae laesit -a linguae (SVET. Tib. 61, 6 CONC.^{S} I 5 p. 130, 5). VAL. MAX. 6, 2, 9 *histrio quidam* -a usus est *versum quendam ad Pompeium referens.* PLIN. nat. praef. 2 (*ad Titum*) ut hac mea -a fiat, quod proxime non fieri questus es in alia procaci epistula nostra. 18, 249 -ae sales (*sc. quibus ridentur rustici. sim. de qualitate iocorum*: QVINT. inst. 11, 1, 86. PLIN. epist. 4, 25, 5 effrenata -a. SVET. Galba 20, 2 *lixae et calones* irritati ad talem iocorum -am). QVINT. inst. 6, 3, 33 dicendi -a. decl. 378, 2 procacitatis -a. GELL. 1, 15, 3 -ae ... verborum coercendae (AVSON. 18 parecb. [358 S.] v. ... -am ... *nuptiarum* ludus admittit). 1, 17, 3 *Socrates Xanthippam domi perpessus* ceterorum quoque foris -am ... facilius *fert* (*cf. p. 1985, 28*). 3, 3, 15 -as dictorum *Naevii.* APVL. met. 3, 15, 1 sermonis ... profana -a. NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 1, 1 lapsorum fratrum inmoderata -a usque ad periculosam verborum temeritatem producta. AVG. civ. 7, 26 p. 308, 12 ut ... *flagitia deorum* scriberentur, sit audacia vel -a poetarum. MART. CAP. 5, 517 *Cicero* incurrit etiam in hendecasyllabi phalaecii -am (*cf. p. 1985, 57*). MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 9, 30 oris ... -ā. *al.*

b *-a exhibetur quolibet modo*: α *exempla varia*: CATO orat. 171 contumelia, quae mihi per huiusce -am factum itur (*de accusatore audaci ut*: CIC. Quinct. 92. 94. Caecin. 103 *nihil* illius audaciae -aeque concessit. QVINT. inst. 12, 9, 9. *al.*). LVCIL. 257 nequitia occupat hoc *genus hominum,* -a prodigitasque. CIC. Font. 37 turpitudo, quae a lubidine aut a -a aut ab audacia nata esset. 40. Catil. 2, 25 ex hac ... parte pudor pugnat, illinc -a; hinc pudicitia, illinc stuprum. Cael. 30 invidia ... aeris alieni, -ae, libidinum iuventutis (*sim. de -a iuvenum e. g.*: Cato 36 -a, ... libido magis est adulescentium quam senum. SVET. Nero 26, 1 -am ... velut iuvenili errore exercuit. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 133 -am puerorum barbam tibi *Stoico* vellentium [*cf. p. 1985, 29*]. AVG. civ. 17, 20 p. 250, 15). Pis. 31 *Pisonis* furorem -amque fregistis. Phil. 3, 28. LVCR. 5, 47 quid ... superbia spurcitia ac -a *efficiunt in homine*? BELL. Afr. 54, 2 -ae nimiaeque libertatis *militum* ... finem *facere* (*antea*: licentiae militaris. *cf.* TAC. Agr. 16, 5 -a castrorum [*opp.* disciplina]. hist. 2, 27, 2. 3, 11, 2 ut olim virtutis modestiaeque, tunc procacitatis et -ae certamen erat. 4, 1, 3 militis invidiosa ... -a. SVET. Vit. 10, 2 rapinas ac -am omnium). SALL. Catil. 37, 5 qui ... probro atque -a maxume praestabant. NVX 137 -a *praetereuntium, qui nuces decerpunt.* LIV. 3, 46, 3. SEN. contr. 2, 6, 5 *obicis patri* -am *ipse* iniuriarum damnatus. 7, 6, 17. VAL. MAX. 4, 3, 14 (*de oppido contra Romanos rebellante*) Tarentinae ... -ae (*cf. p. 1985, 28*). 9, 7, 2 multitudinis temeritas ... principes ... suos omni -ae genere vexavit. SEN. benef. 1, 10, 2 in -am et audaciam erumpet male dispensata libertas. 4, 27, 1. dial. 2, 9, 4. 4, 32, 3 nihil ... illi, *qui Catonem percussit,* post tantam -am mali factum est? 5, 13, 5 ebrietatis suae temeritatem ac -am metuunt. 12, 19, 2 *amitae meae* modestia in tanta feminarum -a rustica (*de opp. cf. p. 1986, 30*). QVINT. inst. 5, 10, 26. decl. 331, 23 non est hic *reus* talis in quo -a credenda sit: modestos mores habet *eqs. al.* Ps. QVINT. decl. 17, 13. GELL. 1, 8, 6 tali -a *meretricis nimium postulantis* ... ictus ... Demosthenes avertitur. TERT. bapt. 17, 4 -a ... mulieris, quae usurpavit docere. paenit. 6, 21 qui ... *baptismum* optat, honorat; qui praesumit, superbit; in illo verecundia, in isto autem -a apparet. patient. 6, 5 *a Christo est* compressa -a manus (spect. 18 p. 20, 1 *spectare* pugnos ... et colaphos et omnem -am m.). AMM. 17, 13, 28 *hostes* -ā ruentes in agmina ... legionum. AVG. serm. 311, 5 *sanctum* locum invaserat -a saltatorum (*postea*: pestilentia et -a saltatorum). EPIST. imp. Valent. Conc.^{S} II 3, 1 p. 14, 18 non debet ... turbarum -a praevalere (*gr. II 1, 1 p. 5, 26 θορύβῳ προπετείας*). *al.* *per prosopop.*: HYG. fab. geneal. 1 ex Nocte et Erebo Fatum ... Discordia Miseria -a Nemesis *oriuntur* (*cf. fort. Hesiod. theog. 214 Μῶμον*). β *c. additamentis indicantibus, qua in actione appareat -a vel quid petatur* (*sc. gen. vel praepos.* in *c. acc.*): GELL. 13, 28, 4 mens viri prudentis adversus vim et -as iniuriarum ... prospiciens debet esse. CYPR. zel. 2 *diabolus* linguam convicio provocat, manum ... ad -am caedis instigat. TRACT. de indur. cord. Phar. 14 l. 18 propter ventris ingluviem et -am praesentis escae. ANTH. 649, 1 in nimios hominum -a census.

2 *eorum, qui in amore pudicitiam laedunt vel omnino obscene agunt* (*sed sine vituperatione l. 60 sq.; respiciuntur plerumque viri, sed feminae l. 56*): **a** *exempla varia*: PLAVT. Merc. 28 (*inter vitia amori inhaerentia*) immodestia, -a et cupiditas (*nisi ad 1b*). CIC. Verr. I 14 liberos coniugesque ... integras ab istius *Verris* -a conservare (SCHOL. Cic. Gron. B p. 335, 2 -a: temeritate). off. 1, 127 nec actio rerum illarum (*i. genitalium*) aperta -ā vacat nec orationis obscenitas. phil. frg. X 3 furentem -am *adulescentium.* PETRON. 25, 3 Gitona, verecundissimum puerum, *non* sufficere huic -ae (*i. puellae devirginandae*) affirmavi. 126, 2 quo *spectat* ... oculorum ... mollis -a ..., nisi quod formam prostituis? (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 27, 10 -a ... quam male utitur oculis). Ps. QVINT. decl. 14, 7 *meretrix* addicta -ae *virorum.* PLIN. paneg. 49, 8 obscena -a *scurrarum.* ARNOB. nat. 6, 22 inpudicam -am iuvenum. IVST. 7, 3, 6 -am legatorum *Persarum feminas hospitis appetentium.* AVR. VICT. Caes. 16, 2 *uxor imperatoris* in tantum -ae prorumperat, ut *eqs.* AMM. 30, 9, 2 *Valentinianus* -am frenarat aulae regalis. COD. Iust. 5, 27, 7, 3 (*a. 519*) -ae servire. *al.* **b** *per prosopop.*: PRVD. psych. 433 Iocus et -a (*in cohorte Luxuriae*). MART. CAP. 7, 725 (vers.) melius thalamo dulcis -a fervet (*sc. quam Athena*). DRAC. Romul. 6, 63 venit alma Fides, -a simplex, casta Pudicitia procedit *in cohorte Amoris.*

B *respiciuntur animalia*: COLVM. 7, 6, 4 *arietes* cornuti fere perniciosi sunt propter -am. APVL. met. 9, 1, 3 (*loq. asinus*) ne rursum convivium placidum simili -a dissiparem (*antea*: ut importunum atque lascivum me ... ⟨iussit⟩ cohiberi). GREG. M. moral. 26, 29 anima *elata* ... in iumentorum -am cecidit (*cf. psalm. 48, 13*).

C *respicitur morbus hominem vexans*: GELL. 12, 5, 9 philosophum ... cum -a morbi dolorisque exultantia conluctantem.

II *notione infestandi deficiente* (*cf. etiam p. 1987, 45*): **A** *de temeritate, levitate sim. hominum* (*exempla certiora*): PLAVT. Cist. 672 (*loq. serva, quae cistellam perdidit*) -a mea me animi miseram habet (*674* si era mea ⟨me⟩ sciat tam socordem esse quam sum). PLIN. epist. 8, 21, 1 ut in vita sic in studiis ... *decet* severitatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, haec in -am excedat. **B** *de luxuria plantarum*: PLIN. nat. 16, 124 domibus expetitur ramorum -a *arboris cuiusdam* ... latissima

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exspatiantium umbra et in vicinas domos saepe transilientium. FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 2 florali lasciviens virguncula -ā, hedera largiori circumflua, improbi vultus.

petulcus, -a, -um. [*a* petere, *potissimum intercedente adi.* petulus; *cf.* Patul-c-ius *iuxta* patulus. *v. Fruyt, Probl. méthod., 1986, 167 sq. Fo.*]. *praeter glossas aliquot attulimus omnia.* [*confunditur in codd. cum* petulans SVLP. SEV. dial. 2, 9, 1 DYNAM. vita Max. 14 l. 336, *cum* petulus ANTH. 682, 2 HIER. in Matth. 25, 33 l. 939 SVLP. SEV. dial. 2, 9, 1; *e coni. l. 60 sq. 64.*]

fere i. q. petulans (*sed dicitur imprimis de animalibus; saepe de eis, qui [quae] impetu, vi laedunt vel lascivia pudicitiam offendunt*): **1** *doctrinae et explicationes grammaticorum*: FEST. p. 206 *animantes* petulantes et -i etiam appellantur, qui protervo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia (*affert* VERG., LVCR. [*v. sub 2a*], AFRAN. [*v. sub 2b*]) ...; interdum pro veloce usi videntur antiqui (*affert l. 30*). DOSITH. gramm. 23, 5 -us qui petit (*inter nomina* a participiis figurata. *sim.* CHAR. gramm. p. 60, 8 EXC. Bob. gramm. I 536, 1). PROB. Verg. georg. 4, 10 -i: lascivientes haedi (*explicatur l. 32 ut* SERV. auct. *ad l.* luxuriosi, lascivi, exultantes et ˹-i dicti ab appetendo, unde et meretrices -as vocamus˺ [*sim.* SCHOL. Bern. *ad l.* -i: graece dixit, idest salitores vel petulantes exultatione ...; -i, a petendo dicti *eqs.* ISID. orig. 10, 231 GLOSS.]). PRISC. gramm. II 136, 19 inveniuntur pauca a nominibus vel verbis in 'ulcus': ... 'peto -us'. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 3, 15, 12 ('lascivae ... capreae') -ae. GLOSS. -us: petulans insiliendo. lascivus. GLOSS. I p. 163 -um: instabile vel impurum. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1335 -i (petultio *trad.*): iniuriosi, stulti. 1337 -um: libidinosum. V Abba PE 51 -um: luxuriosum vel totum appetens. *al.*

2 *exempla auctorum*: **a** *de animantibus* (*saepe de animalibus cornigeris* [*cf.* GLOSS. IV 551, 3 -um: cornipeta vel petulans insiliendo sicut capra], *de Pane vel Satyris l. 35. 37; de hominibus l. 30, cf. l. 19*): COM. pall. inc. 35 exilivit quasi -us quidam, pedibus convibravit. LVCR. 2, 368 haedi cornigeras norunt matres, agnique -i balantum pecudes. VERG. georg. 4, 10 (*inde* AVSON. 18 [352 S.], 19) *ubi* neque oves haedique -i floribus insultent ([*explicationes v. sub 1*]. MANIL. 5, 108 [*de sidere*]. *cf.* HIER. *infra*). COLVM. 7, 3, 5 capri vel arietis -i saevitiam pastores hac astutia repellunt (*cf. l. 23 et* SER. med. 954 caprae fimus ... -ae). ANTH. 682, 2 *o Pan* rustice lustrivage capripes cornute ... caudite -e. HIER. in Matth. 25, 33 l. 939 haedos, lascivum animal et -um et fervens semper ad coitum (vita Pauli 8 [*de Satyro ut* SCHOL. Verg. Bern. ecl. 6 praef.]. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 469 [*de vacca*]. ENNOD. epist. 1, 13, 2 p. 23, 22 ne malignorum quispiam ... -um a. rosetis inmiserit). SVLP. SEV. dial. 2, 9, 1 *vacca* multos noxie -a confoderat (*cf. l. 37 et* GREG. TVR. glor. mart. 47 *martyr* bovis -i religatus vestigiis [vit. patr. 14, 2 p. 719, 23. DYNAM. vita Max. 14 l. 336 quendam ... bos -us cornu feriente iugulaverat]). **b** *de actionibus hominum* (*de versibus vel de actione fabularum* TER. MAVR.): AFRAN. com. 188 nostrum in conventum aut consessum, ludum lapsumque -um (*si sic legendum*). TER. MAVR. 1846 poetae, qui ludicra carmina Baccho versibus -is ... tres dabant trochaeos. 2395 Atella vel quis fabulis actus dedit -os. ASTER. ad Renat. l. 510 *feminae procaces* alienos ... oculos gestibus -is invitant. CASSIAN. inst. 1, 7 *nihil* -um vel calidum iuventutis ... in eorum *monachorum* corpore residere. SALV. gub. 3, 38 (*ad Matth. 5, 28*) ait dominus -os impudicorum hominum intuitus noxa adulterii non carere.

adv. **petulcē** *vix probabile l. 63.* *Ley-Hutton.*

1. petulus, -a, -um *v. p. 1935, 65.*

2. petulus, -a, -um. [*a* petere; *cf.* credulus, gerulus *al.; fortasse adhuc nota erat haec vox, a qua derivanda sunt* *petulare (petulans) *et* petulcus. *Fo.*] [INSCR. Ital. IV 1 n. 543 (*a. 400*) -us *per errorem lapicidae pro* tetulus (*i.* tit-) *vel nom. propr.* P(a)etulus.] GLOSS. IV 142, 22 (= GLOSS.^{L} III Abol. PE 56) -um: lascivum (petulcum: l. *Lindsay*). GLOSS. V 475, 37 (= GLOSS.^{L} V Aa P 1150) -e: petulantes, ilares ([petillae *Theander*]. 510, 61 [pretule *trad., ut in addit. codicis a ad* IV 151, 7; petulcae *in exemplari suo Heraeus loco priore, Lindsay loco altero*]). 555, 45 -e: meretrices (petulce *Heraeus in exemplari suo coll. Serv. georg. 4, 10 Isid. 10, 231*).

adv. **petulē** *vix agnoscas* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1333 ˹petulce: petulans, -e˺ (petulc⟨a⟩e: petulan⟨te⟩s, -⟨a⟩e *Lindsay in exemplari suo indicis gloss.; cf. l. 59 sqq.*).

deriv.: petulans.

petūmen *v. sub* petimen. **petunculus** *v. supra p. 907, 73 sq.*

[*κτήσιος*: **petūniālis** GLOSS. III 290, 10 (*sc. epitheton Iovis corrupte trad.,* pecun- *corr. cod., fort. recte; cf. supra p. 924, 18.*]

pētuōsus *v.* paetuosus.

peucē, -ēs *f.*, *πεύκη*. *scribitur* picc- *p. 1990, 9; litt. gr.* AMBR., ISID. *formae sunt gr. praeter acc.* -em *p. 1990, 8. 15; nom.* -i, *gen.* -is *per iotacismum* ORIBAS.; *plur. deest.* *de origine et notione*: AMBR. hex. 3, 13, 56 quam *arborem* Graeci *πεύκην*, nos piceam dicimus ([*litt. gr. cod. S,* peuc(h)en *fere ceteri*]. ISID. orig. 17, 7, 31 *pinum* aliam *πίτυν*, aliam G. *πεύκην* [-en *trad.*] vocant, quam nos p. dicimus, eo quod desudet picem).

i. q. πεύκη, sc. pinus, picea sim.: **1** *proprie de arbore* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 195*): PLIN. nat. 11, 118 cantharidas *generant* vermiculi ficorum et piri et -es (*cf. Arist. hist. anim. 552b1 πεύκαις*). DIOSC. 1, 76 p. 41, 16 semen arboris *pini* ... potuidas (*i. πιτυίδες*) appellatur, similiter et -es (*gr. 1, 69, 3 πεύκης*). GALEN. alfab. 225 (de resina; cod. Lucc.) *invenitur resina* liquida circa terebintum et -en et cypressum (peucme *cod. Palat.*, -em *edd.*). ORIBAS. eup. 2, 1 *II* 7 Aa p. 497 ˹-is˺ ... cortex (˹ ˺ *scrib.* piccis [*per confusionem c.* piccius] *pro gr. πεύκης, distinguitur* de peccio ... c. [*gr. πίτυος*]; *La* pini [*disting.* picci]). syn. 2, 21 Aa p. 103, 22 *aquosum frigorem in se habent* acacia ..., conion, peuci, id est picci (*La p. 103, 23* peccius arbor, *gr. λεύκη, sed interpretes legisse vid. πεύκη. de* picci, peccius *v. sub voce* piccius). **2** *transfertur ad uvam* (*sc. coloris picei*): PLIN. nat. 14, 75 tribus generibus uvarum ibi (*sc. in Aegypto*) nobilissimis, Thasio, ˹aethalo, peuce˺ (et allo peuce(m) *fere trad.*).

cf. Onom. *Breimeier.*

peucedanum (-on), -ī *n. et* peucedanus, -ī *f.*, *πευκέδανον* (*-ος*). *scribitur* peuci- SORAN. app. 5 PHILAGR. med. 4 p. 189, 11 ORIBAS. syn. 2, 56, 50 La p. 126, 15. *al.*, paucidarium GLOSS. III 628, 4. *de genere et formis: nom. vel acc. sing.* -on LVCAN. 9, 919 Ps. APVL. herb. 95 l. 9 herb. interpol. 114 l. 12, -u CHIRON 197 SORAN. app. 5. DIOSC. 3, 86 p. 413, 3 (*excipitur per pron. fem.*). PLIN. phys. Bamb. 3, 17. ORIBAS. syn. 8, 3, 1 Aa p. 206 (-um La). GLOSS., *nom.* -us MARCELL. med. 2, 19 -us herba. PHILAGR. med. 4 p. 189, 11 GLOSS.; *plur. non exstat.* *legitur in prosa oratione inde a* CELSO, SCRIB. LARGO, PLIN. nat., *in poesi* LVCAN. 9, 919 MARCELL. med. carm. 51.

est nomen herbae (*cf. iuncturam* herba -um Ps. APVL. herb. 95 l. 1. 3. 6 [*adde supra l. 23, infra l. 71*]; *ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985 s. v.*): **1** *de natura, nomine, proventu sim.*: **a** *usu sollemni i. q. '-um officinale' L.*: PLIN. nat. 25, 117 inter prima *medicamenta* celebratur -um, laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace; caulis ei tenuis, longus, feniculo similis, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, gravi odore, sucosa; gignitur in montibus opacis, foditur exitu autumni. 27, 143 (*quaerit, quam diu vis herbarum duret*) -um et aristolochia ad VI *annos* ..., si in umbra serventur. Ps. APVL. herb. 95 l. 9 a Graecis dicitur -on, alii ˹sinona˺ agrion (si(n)con *trad.; cf.* GLOSS. III 576, 59 sicenaria: -um), alii agriofillon (agnofillon *codd., unde* GLOSS. III 552, 29 agnopilon: peucidanis), profetae agatos daemon, Itali pinastellum, alii satanaria (*inde* GLOSS. III 572, 31 peucidadanis i. satanaria. *ad totum locum cf. Diosc. gr. Vind. 3, 78*). DIOSC. 3, 86 p. 413, 3 de -o: -u, quam rustici in bubula mittunt, virga habens in medio simile maratro, folia plurima circa radice habens spissa, cui flore est mellinu, radice nigra et gravi odore et grossa, lacrimum plurimum habens, locis umbrosis et montuosis nascens. GALEN. alfab. 208 (de peucedano) -um herba est tyrsum et ramos habens similes ut feniculum ...; radix eius incensa serpentes et viperas fugat. GLOSS. -us: fenuculus agrestis. -um: maura. -u: capparis radix. paucidarium id est capparus. *al.* **b** *i. q. cucumis silvaticus*: Ps. APVL. herb. interpol. 114 l. 12 Graeci *appellant* elaterion, ..., ferombron, -on, notion, Latini anguineum, cucumerem silvaticum, profetae ictinos (*cf. Diosc. gr. Vind. 4, 150*).

2 *adhibetur in re medica sim. occurrit saepe in compositionibus medicamentorum. adhibetur maxime sucus (fere radicis) itaque frequentatur iunctura* -i sucus SCRIB. LARG. 56 PLIN. nat. 25, 143. *et saepe.* MARCELL. med. 1, 13. 12, 3 (*cf. p. 1991, 3 et* ORIBAS. syn. 2, 56, 50 Aa p. 126, 15 -i opus [La -um opus, *gr. πευκεδάνου ὀπός*]); -um *solum ponitur iuxta alios liquores e. g. l. 61. 62. p. 1991, 1. ceterum nota* -i radix PLIN. nat. 26, 54. 76 MARCELL. med. 1, 24. *al.; inter odoramenta est l. 63. 72, cf. l. 32 sq. 42. p. 1991, 6.*

a *ad varias curationes*: CELS. 5, 18, 29 *malagma* ad dolores articulorum ...: plumbi combusti, papaveris lacrimae ..., -i ... pares portiones. 6, 9, 3 (*in medicamento, quo dentes curantur, ut*: SCRIB. LARG. 56 CAEL. AVR. chron. 2, 4, 80. *al.*). PLIN. nat. 25, 139 (*ad capitis dolores ut*: 32, 68 *inlinitur* castoreum cum -o et rosaceo. PLIN. med. 1, 1, 5 MARCELL. med. 1, 13. 36. *al.*). 26, 114 *comitiales* sanat: ... -um cum coagulo vituli marini (*cf.* ORIBAS. syn. 8, 3, 1 Aa [*sim.* La] p. 206 oportet ... odoramentis sensos *epilepticorum* relevare, qualia sunt -u *eqs.*). 26, 118 phreneticos somnus sanat, qui continget -o ex aceto capiti infuso (*item somnum conciliat*: 32, 28 [*inde* PLIN. med. 3, 19, 1]). *et saepius.* PELAGON. 6, 2 (*in medicamento ad omnem morbum adhibendo ut*: VEG. mulom. 3, 11, 1 [*cf.* CHIRON 197]). 451 (*in remedio* ad morbum sive ad umbras expulsandas de stabulo). CHIRON 190 (*inde* VEG. mulom. 1, 19, 3) *equos* oportet et fumigare rebus austeris: ... aspalto et -um et castoreo et oppoponaco (*i.* opopana-; *sim.* 193). VEG. mulom. 4, 3, 11 pulverem herbae ... -i. Ps. APVL. herb. 95 l. 7 (*ad curandos phreneticos ut l. 64 et* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 131 odoramentis utemur, hoc ⟨est⟩ castoreo, -o *eqs.* 1, 15, 135. *al.*). THEOD. PRISC. gyn. 21 opobalsami (unciam) I, -i (unciam) I *eqs.* (*in pessario ut*: SORAN. app. 5 opobalsamum, -um *eqs.*). log. 53 *paralyticorum* caput ... infundo ex castoreo -o et

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oleo laurino ... temperato. *al.* **b** *ad serpentes arcendos eorumve morsus curandos*: SCRIB. LARG. 163 *ne serpentes noceant,* habere ... in cinctu oportet -um. 166 (*in compositione theriaces*) -i lactis *aliquantum.* LVCAN. 9, 919 *Psyllorum castra* medicatus circumit ignis: ... Thessala centaurea -onque sonant flammis (*cf. p. 1990, 45 et* Ps. APVL. herb. 95 l. 3 sq. herbam -um incendes, arcet enim serpentes odore suo; -um ... morsui inposita medetur). PLIN. nat. 25, 117 sq. (*cf.* 1, 25, 70). CHIRON 834 pastillum ad venenum, qui morsi sunt: ... aristologia, -um *eqs.* *Ley-Hutton.*

peucidinus, -a, -um. *a πεύκινος (quod ubique resp.) sec. adi. πευκεδανός formatum vid.; cf.* peucinus. *trad. ubique* pesc-, *orto vitio per* pefc-*e* pevc-; *cf. e. g. vol. V 2, 1005, 8. nom. sing. gr.* -e *fortasse l. 14. i. q. peucinus (e var. l. huc spectat* ORIBAS. syn. 2, 56, 64 St p. 128, 3): DIOSC. 1, 79 p. 43, 6 resina molle, id est pituina et -a, ... *tussi* medetur **([***gr. 1, 71, 3***]**. p. 43, 10 duriores ... r. sunt stroviline et -e et pituine *eqs.* [*gr. 1, 71, 4*]. p. 43, 14 ⌞-a⌟ et strovilina [⌞ ⌟ piscina *var. l.; gr. 1, 71, 4. antea*: pituina]**)**.

peucinus, -a, -um, *πεύκινος. nom. sing. gr.* -e *l. 21. i. q. ad peucen arborem pertinens: sc.* resina: DIOSC. 5, 56 p. 189, 20 vino huic addunt r. -a, et sic servatur (*gr. 5, 34, 1 πευκίνη*). GALEN. alfab. 225 (de resina; cod. Paris. *et* Palat.) post quam *r. pityinam* numeratur -a (peucena *cod. Lucc., edd.*). ISID. orig. 17, 7, 71 quarum *r. pinalium est* alia pityine, alia -e *eqs.* (piucin(a)e, piccina *sim. var. ll.*). *sc.* anthrax: ORIBAS. syn. 2, 56, 64 La p. 128, 3 *ge ampelitis nigra* peucynis (peucidinis *St.*) antraxim longa inferenda est (*versio erroribus obnoxia, v. gr. πευκίνοις ἄνθραξι μακροῖς ἐμφερῆ* [*sc. γῆν*]).

peuma *v. supra p. 984, 14.*

[PLIN. nat. 33, 108 **peumenēn** *quidam spumae argenti genus vocant* (-em *var. l.; vix recte trad.,* reu- *Detlefsen, v. Zehnacker, 1983, ad l. et Halleux, Rev. Philol. 49, 1975, 86*).**]**

peusis *f., πεῦσις. t. t. rhet., i. q.* interrogatio, percontatio *(sc. cui respondet is, qui interrogat* [*cf.* ISID.]): CASSIOD. in psalm. 4, 7 l. 191 (*psalm. 4, 6 sq.* quis ostendit nobis bona? signatum *eqs.*) haec figura dicitur graece -is, latine autem percunctatio, ubi et interrogatio fit et responsio parata subsequitur **(***fere item* 8, 5 l. 135. *sim.* 48, 6 l. 93 -is et apocrisis, quando interrogatione praemissa responsio apta subsequitur [113, 5 l. 79 latine percunctatio atque responsio]**)**. ISID. orig. 2, 21, 47 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 1346) -is, id est soliloquium, cum ad interrogata ipsi nobis respondemus (GLOSS. V 655, 20).

pex *v. sub* pix.

Pythagoras **†pexasis** *dicit* Ps. APVL. herb. 10 l. 18 (*inter nomina herbae q. d. artemisia monoclonos*; fexasa(s), pfexasis *var. ll., cf.* GLOSS. III 563, 16 fexaga i. artemisia monoclonus).

pexātus, -a, -um. *a* pectere (pexus). [*vix recte* -us *pro* praetextatus *coni. Lipsius* SEN. dial. 7, 25, 2.] *i. q. indutus vestimento pexo, floccoso, nondum detrito*: MART. 2, 58, 1 -us pulchre rides mea, Zoile, trita (*cf. Blümner, Technol. I* ^{2}*1912, 178 adn. 1*).

*?***pexibarbus,** -a, -um. *a* pectere (pexus) *et* barba (*fortasse vox medii aevi*). *i. q. barbam pexam habens*: SCHOL. Pers. 1, 15 (cod. b4) barba (barbitondium *Jahn*) est ... tonsurae genus, quo iuvenes tondentur, ut sic tonsi -i vocantur.

pexitās, -ātis *f.* *a* pectere (pexus). *i. q. qualitas vel status pexus (sc. floccosus, lanuginosus sim.? vix densus, spissus sim.)*: PLIN. nat. 11, 81 (*describitur tela araneae*) crebratae -s telae et quadam politurae arte ipsa per se tenax ratio tramae.

pexo, -ere. *a* pectere (pexus). *i. q. pexum facere, pectere*: CAPER gramm. VII 110, 19 -o capillos et repexo recte *dicitur.* EVTYCH. gramm. V 485, 13 (*inter verba tertiae coniugationis in xo desinentia*) -o -is. *compos.*: repexo.

*?***pexor,** -ōris *m.* *a* pectere (pexus), *si recte coni. i. qui pectit*: POMPON. Atell. tit. aruspex vel -or rusticus (*Ribbeck,* aruspice vel pectore rustico *trad.; eiusdem notionis esse* pectore, *sc. e* pectere, pectum *deriv., sentit Bücheler*).

pexus, -a, -um *v. supra p. 906, 75.*

pezica, -ae *f., πεζίκη. nomen generis fungorum*: PLIN. nat. 19, 38 sunt et in fungorum genere Graecis dicti -ae (-ce, pezy- *var. ll.*), qui sine radice aut pediculo nascuntur (*inde* 1, 19, 14 -ae. *cf. var. l. Theophrast. frg. Athen. dipn. 2, 59 p. 61e πέζικας* [*πέζικας edd.*]).

[pfu(i) *interiectionis loco falsa var. l.* PLAVT. Pseud. 1294 (fu *Ritschl,* hae *Lindsay sec. A*).**]** *Breimeier.*

ph *v. supra p. 2, 36 sqq.*

phacoīdēs, -is *adi., φακοειδής. scribitur* fa- *in codd.,* -odes GLOSS. *i. q. lenti similis*: **1** *de parte quadam oculi (cf. Pollux 2, 70 sq.; estne pro subst. fem.?)*: VINDIC. epit. alt. 5 *oculi tunica* tertia h⟨y⟩aloides vel -es *vocatur* **(**[fal-, fag-, feg- *codd.; cf.* med. 19 p. 220, 15 quam *tunicam* Graeci *κρυσταλλοειδῆ* vocant seu *-ῆ eqs.* [crustalloidem ... -em *cod.*]**)**. med. 19 p. 220, 17 *sphaerae* mediam partem, quam appellamus

-em. **2** *neutr. pro subst. est nomen gr. herbae, quae lat. calcifraga dicitur (v. André, Les noms de plantes, 1985, 45. 195)*: DIOSC. 4, 174 p. 87, 6 empetron aut -es nascitur locis montuosis et maritimis *eqs.* (*gr. 4, 179 φακοειδές*). GLOSS.^{L} I Ansil. FA 178 (med. p. 34) -es: herba, quae in paludibus et humidis semper nascitur locis.

phacon *v.* phacus.

phacoptisanē, -ēs *f., φακοπτισάνη. significatur puls quaedam*: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 178 ptisana cum lenticula, quam Graeci ⟨phaco⟩ptisanen vocant.

phacos *v.* phacus. **phaculla** *v. sub* phascolum.

phacus, -ī *m., φακός (quod in gr. respondet). scribitur* fa- *in codd. singulas formas partim corruptas v. infra.* [*in falsa var. l., ubi legendum vel restituendum est* sphacos PLIN. nat. 22, 146. 24, 27; *vix recte restit.* Ps. APVL. herb. 102 l. 8 (pacos *trad. pro* sphacos, *v. Wellmann ad Diosc. gr. Vind. 3, 33*).]

1 *i. q. lentigo, sc. macula in cute hominum lenticulae similis (v. vol. VII 2, 1158, 84)*: CASS. FEL. 73 p. 177, 20 ad lentigines, quas -ūs appellant, et ad solis ustiones, quas efelidas dicunt. **2** *nomen gr. herbae, quae lat. lens vel lenticula dicitur (v. André, Les noms de plantes, 1985, 141)*: DIOSC. 4 capp. p. 7, 7 de -on. 4, 86 p. 48, 1 de -on: lenticula, que super aqua invenitur, rotunda est sicut lenticula *eqs.* **(***sim. explicatur per* lenticla: ORIBAS. eup. 2, 1 *Φ* 1 Aa p. 471 -es [La -us]. *Φ* 2 *ibid.* -os [La -us]).

phaecasia *v.* phaecasium.

[phaecasiānōrum vetera ornamenta deorum *falso tradit cod. unus* IVV. 3, 218 (phaecasiatorum *Valesius,* aera Asianorum *Housman*).**]**

phaecasiātus, -a, -um. *a* phaecasium (phaecasia). [*e coni. dub. l. 25.*] *i. q. phaecasiis indutus*: SEN. epist. 113, 1 me in alia esse sententia profiteor; puto quaedam esse, quae deceant -um palliatumque, *sc. philosophum.* PETRON. 82, 3 (*ironice*) in exercitu vestro -i milites ambulant?

phaecasium, -ī *n. et* **phaecasia,** -ae *f., φαικάσιον. significatur genus quoddam calceamenti*: SEN. benef. 7, 21, 1 Pythagoricus quidam emerat a sutore -a, rem magnam. PETRON. 67, 4 *uxor fuit* succincta cingillo, ita ut infra ... *apparerent* periscelides tortae -aeque inauratae.

deriv.: phaecasiatus.

[phaenion *olim e coni. falsa legebatur* PLIN. nat. 21, 164 (fremion, fremeon *codd.,* eremion *André coll. Diosc. 2, 176, 1*).**]**

phaenomena, -ōn *n., φαινόμενα. scribitur* f(a)en- *in cod. vet. B* LACT. inst. 2, 5, 24 *et saepius in codd. med. aevi, ubi etiam* phaen-, phoen-, foen-. *formae exstantes: nom./acc.* -a *et dat./abl.* -is *sub 1, gen. gr.* -on *sub 2. non legitur nisi in titulis librorum vel c. eorum respectu* (*sic* LACT. *nec non l. 57*).

i. q. visui apparentia: **1** *in caelo; non nisi tit. Arati operis, quod verterunt, retractaverunt Cic., Ov., Germ., Avien. (nota et l. 47)*: GERM. tit. Arati -a **(**[de astronomia *sim. var. l., v. Henriksson, Gr. Büchertitel, 1956, 59*]. AVIEN. Arat. tit. A. -a [*sed v. Henriksson, loco cit., 59*]. HIER. in Tit. 1, 12 p. 572^{B} quod ... in -is A. legitur; quem Cicero in Latinum sermonem transtulit et Germanicus Caesar et nuper Avienus et multi, quos enumerare perlongum est. *cf.* DIOM. gramm. I 483, 2 [= SVET. frg. p. 16, 11] -a *Ἀράτου* et Ciceronis**)**. HYG. fab. 14, 33 *id* Cicero in -is exponit. SCHOL. Germ. Bas. p. 55 conveniens ... principium -is. LACT. inst. 1, 21, 28 ii, qui -a conscripserunt. 2, 5, 24 eum librum, quo -a *Arati* breviter comprehendit *Ovidius.* SCHOL. Verg. Veron. ecl. 3, 40 *Aratus scripsit* -a. PROB. Verg. georg. 1, 138 Ovidius in -is. **2** *in corpore aegroti (cf. Theod. Prisc. log. 1* quae *ratio passionum* ... oculis comprehendi ... potest, quod officium liber superior occupavit): THEOD. PRISC. eup. faen. tit. euporiston liber I -on. log. 59 in primo -on. 64 -on libellus superior. gyn. 1 duobus libris ... causas proposui, -on euporiston officium, logicam disputationem.

phaeon *n., φαιόν. scribitur* fae- *in* INSCR. *significatur oculorum medicamentum coloris cinerei, ravi sim.*: SCRIB. LARG. 23 quod *collyrium* a colore -on dicitur (*inde* MARCELL. med. 8, 4). INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 149 b Sex. Polle(i) Solle(mnis) -on ad lip(pitudinem).

⁂phagedaena, -ae *f., φαγέδαινα (quod in gr. respondet). scribitur litt. graecis* CELS. 5, 28, 3^{B} (*forma lat.*). 5, 28, 3^{C}. 6, 18, 4 (*in cod. nunc deperdito*) *et* COLVM., *ceterum in codd. med. aevi saepius* pag-, phag-, fac-, fag-, far- *sim. et* -gaden-, -gidin- *sim. praevalet plur., acc. plur.* -es *p. 1993, 3.*

1 *t. t. medicinae; significatur*: **a** *ulcus quoddam, quod progrediens quasi exedit, corrodit sim. corpus (hominis praeter p. 1993, 2): in locutione* '*aliquid* -am appellare, vocare' *sim.*: CELS. 5, 28, 3^{B} ulcus, quod -am Graeci vocant, quia celeriter serpendo penetrandoque usque ossa corpus vorat **(**PLIN. nat. 20, 27 ulcera, quae -as vocant [*inde* PLIN. med. 3, 4, 6]. 20, 167. 24, 92. PALLAD. hist. mon. I 12 [*cf. II 17* vulnus ..., quod dicitur cancer seu carcinus]. *cf. l. 75. p. 1993, 6 et* PLIN. nat. 28, 242 ea ..., quae -as vocant in ulcerum genere**)**. 6, 18, 4 id genus ... cancri, quod -a a Graecis nominatur. *cetera exempla*: CELS. 5, 28, 3^{C} quos -a urgebit (*disting.* therioma). PLIN. nat. 20, 30 -as ulcerum (20, 130. 23, 22. 35, 189). 26, 146

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gangraenas, -as, putria. *al.* CHIRON 689 est aliud genus vulneris ..., quod nascitur in omnem partem corporis, quod est -a. HIPPOCR. aer. 10, 13. Ps. DIOSC. herb. fem. 42 idem sucus ... carbunculos ... et -es ... exedit (-is *var. l.*). **b** *morbus, qui praecipue in nimia edacitate et vomitu constat*: PLIN. nat. 26, 110 -is, quod nomen sine modo esurientium est et alias ulcerum, ... *haec* medentur. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 20 *a lipothymia* -a discernitur, siquidem in ipsa non ... digestioni tradantur accepta, sed gravatione sequente evomantur. 3, 3, 46 tit. de -a. 3, 3, 46 est etiam -a ex stomachi passionibus *eqs.*

2 *vitium alvarii*: COLVM. 9, 13, 11 saepe *apes* etiam vitio, quod *-αν* Graeci vocant, intereunt (*postea: favi* conputrescunt et vitiis paulatim serpentibus corrupto melle ipsae quoque apes intereunt).

⁂phagedaenicus, -a, -um, *φαγεδαινικός* (*quod in gr. respondet, sed iunctura q. e.* vulnus -um *reddit vocem φαγέδαινα* DIOSC. 4, 159 p. 77, 5 [*gr. 4, 164, 4*]. *al.*). *scribitur in codd. plerumque* fageden-, fagedin-.

i. q. ad phagedaenam pertinens: **1** *adi.*: **a** *de ulcere* (*cf. p. 1992, 68*): PLIN. nat. 24, 9 ⌞ulceribus⌟, quae -a vocantur (*c. cod. uno edd. omnes inde a Mayhoff,* vulneribus *codd. cet.*). DIOSC. 2, 152 p. 237, 17 vulnera sordida et -a (5, 35 p. 181, 6 pascentia v. et -a. ORIBAS. syn. 3, 25, 5 Aa p. 856 ad cancros et v. -a. 3, 35 tit. Aa p. 858 ad v. putrida et -a. *al.* [DIOSC., ORIBAS.]). ?**b** *de parte corporis ulcere phagedaenae affecta* (*si recte intellegimus*): GLOSS.ᴸ V Abba PO 57 podix vel podice -a, id est anum (*ad Iuv. 2, 12 sq. refert Heraeus in schedis nostris*).

2 *masc. pro subst.: de hominibus nimia edacitate cum vomitu affectis* (*de eorum morbo l. 30; huc spectare vid.* GLOSS. III 598, 1 bolimus [*i. βούλιμος*]: -us [*scrib.* faced(in)icus]): CAEL. AVR. chron. 3, 3, 47 -is ... hoc convenire negamus (*disting.* his, qui fame urgentur). diaet. pass. 62 ex quibus -um adprehendis? ex nimio appetitu cibi plurimi atque ... transvoratione ... atque acceptorum vomitu (*disting. antea*: bulimus). *de morbo edacitatis*: GLOSS. III 601, 9 -us: *ὄρεξις.*

p(h)ager (*l. 38. 42,* -rus *l. 33 nec non 43*), -grī *m., φάγρος vel πάγρος. scripturas et formas v. infra.* [*it. vet.* fagro, frago *et var. mer.; a* pagrus *vel* pagarus: *it. vet.* pagaro, parago *et var. dial.; prov.* pagre; *hisp.* pargo; *port.* pargo. *cf. M.-L. 6453. Battisti-Alessio II 1583, IV 2767. Wagner II 204. Wartburg VIII 349. Corominas² IV 401. Machado³ IV 311. St.*] [*e coni. dub.* PLAVT. frg. 16. ANTH. 21, 59 (pa-; *ceterum v. vol. VII 2, 894, 8 sq.*).]

nomen piscis (*v. e. g. Capponi, comm. Ov. hal., 1972, ad l. infra cit. et Fajen, ed. Opp. hal., 1999, 374 sq.*): OV. hal. 107 *gaudet pelago* rutilus phager ((h)arcer, passer *sim. codd.,* pagur *olim perperam legebatur*). PLIN. nat. 9, 57 qui *pisces* lapides in capite habere existimantur, ut lupi, ... pagri (pha- *Sillig*). 32, 113 phagri (*cod. unus,* fa-, pa- *var. ll.*) fluviatilis ... dens (*inde* 1, 32, 38 [pa- *var. l.*]). 32, 150 phager (*inter pisces marinos*). ORIBAS. syn. 4, 17, 7 Aa p. 20 glauci, zygenae, gongri, fragos *eqs.* (fagros La; *gr. φάγροι*). ISID. orig. 12, 6, 22 pagrum, quem Graeci *φάγρον* (fagrum *codd.*) ideo nuncupant, quod duros dentes habeat, ita ut ostreis in mari alatur (*inde* GLOSS.ᴸ I Ansil. PA 78 pagrum piscem *eqs.*).

phagidin- *v.* phagedaen-. **phagiditas** (fag-) *v.* sphagitis.

p(h)ago, -ōnis *m., φάγων* (*cf. l. 56, sed vox in gr. non legitur, v. Frei-Korsunsky, Griech. Wörter aus lat. Überlieferung, Diss. 1969, 34; cf.* pultiphagonides). *scribitur in codd. fere* fa-, *sed* pa- *l. 53.* [*e coni. dubia* SIDON. epist. 5, 5, 2, *v. vol. VI 3, 2533, 46.*] *fere i. q. ganeo, polyphagus* (*cf.* GLOSS. V 360, 50 -o: manduco [*scrib.* fogo *ut*: GLOSS.ᴸ Corp. F 269], *v. vol. VIII 276, 26*): *tit. comoediae Plauti*: VARRO ling. 7, 61 *Plautus* in Pagone: '...'. *ceterum*: VARRO Men. 529 propter -es ... turdum nisi volantem non video (*antea*: edones. *affertur et explicatur ab* NON. p. 48, 12 sqq. edones et -es ab edacitate; unum latinum, aliud graecum). HIST. AVG. Aurelian. 50, 4 delectatus est -e, qui usque eo multum comedit, ut ... aprum integrum, centum panes ... comederet, biberet autem *eqs.* (*fort. est nomen proprium hominis edacis*).

phagoloedorus, -ī *m., φαγολοίδορος* (*quod apud gr. auctores non legitur*). *trad. litt. gr. apud* HIER., *ceterum lat.* (fagolid- *plerumque in* GLOSS.). *significatur is, qui calumniis vesci videtur, ut sit i. q. calumniator, obtrectator*: HIER. praef. Vulg. Ezech. p. 6, 17 vereor, ne illud eis *obtrectatoribus* eveniat, quod graece significantius dicitur, ut vocentur *-οι* (*fort. pendet e* RVFINO *infra, cf. proleg. ed. pontif. p. lxvii; explicat pars codd.*: hoc est manducantes ⌞senecias⌟ [*obscurum*]. *inde* GLOSS. V 360, 60 -i manducantes [*item* GLOSS.ᴸ Corp. F 30 -i]. 584, 14 -os manducans senecias [*postea: qui* aliorum facta deroget *eqs.*]. 619, 23 -us est manducans maledicta *eqs.*). RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 547^ genus hominum ... ad calumniandum vehementius ..., quos Graeci *-ους* appellarunt (-os *codd.*).

phagrus *v.* phager.

de **phal** *abbreviatione cf. Fink, Roman Milit. Records, 1971, 112* (*vix ad p. 1998, 37 pertinet; fort. de munere phalangarii cogites*).

phala *v.* fala.

phalacrocorax, -acis *m., φαλακροκόραξ* (*quod in gr. non legitur, sed cf.*

Plin. nat. 11, 130 quaedam animalium naturaliter calvent, sicut ... corvi aquatici, quibus apud Graecos nomen inde). *nomen avis* (*v. e. g. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 405 sq., qui vocem ad duas species pertinere suspicatur*): PLIN. nat. 10, 133 *avis quaedam* capitur circa Alpes ..., ubi et -es, avis Baliarium insularum peculiaris (phalaco(cro)races *codd. praeter unum omnes, corr. sec.* 1, 10, 68). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 22 -x, corvus, pica *eqs.* (fa- *codd.*).

phalancārius *v.* phalangarius.

⁂phalanga, -ae *f.* [*a gr. φάλαγξ stirpe per* -a- *aucta, cum* *-anx, -angis *linguae lat. insolitum esset, et genere servato; exempla similia apud Leumann, Gramm. 1977, 455* (*c. explicatione dubia*). *Fo.*] *scripturae* pa- (*exhibent codd. vet.* Ps. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 p. 137, 43 [*L, S*]. MAX. TAVR. hom. 10, 2 l. 27. 30 sq. [*S*]) *et* fa- *praevalent in codd. med. aevi; scribitur* palanca *in var. l.* GREG. ILIB. in cant. 3, 8, planca *l. 26* (*vix pertinet ad vocem q. e.* planca). [*it. mer.* falanga; *a* palanga, palanca: *val.* părîngă; *it.* palanca *et var. dial.; sard.* palanga; *var. raet. centr. et occ.; francog.* palanche *et var. dial.; var. francoprov., prov., vasc.; cat.* palanca; *hisp.* palanca; *port.* panca; *a* planca: *var. it. dial.; raet. or.* plancie, *occ.* plaunca; *francog.* planche; *prov. vet.* planca *et var. francoprov., prov., vasc.; cat. vet.* planca. *cf. M.-L. 6455. Battisti-Alessio II 1584, IV 2726 sq. Wagner II 207. Wartburg VIII 350 sqq. Corominas² IV 348 sq. Machado³ IV 289 sq. St.*]

1 *significatur lignum (ob)longum, potius teres*: **a** *quod subicitur ita molibus (navi, machinae belli), ut moveri possint, sc. i. q. scutula* (*cf.* NON. p. 163, 20 -ae dicuntur fustes teretes, qui navibus subiciuntur, cum adtrahuntur ad pelagus vel cum ad littora subducuntur [*inde* GLOSS. V 646, 42 planc(a)e fustes]): VARRO frg. Non. 163, 25 *Poenus captivos* crudelissime pro -is carinis subiecerat. CAES. civ. 2, 10, 7 hoc opus, *sc. musculum bellicum,* ... ⌞machinatione navali⌟ -is subiectis ad turrim hostium admovent (⌞ ⌟ *del. Paul*). **b** *quo umeris duorum pluriumve hominum imposito onera feruntur* (*cf.* CHAR. gramm. p. 138, 4 falanx militum dicitur; -a fustis, cui quid deligatur [*sim.* GLOSS. V 500, 9]): VITR. 10, 3, 7 *onera gravia* cum feruntur a phalangariis hexaphoris et tetraphoris, examinantur per ipsa media centra -arum, ut ... aequas partes collis singuli ferant operarii; mediae enim partes -arum, quibus lora tetraphororum invehuntur *eqs.* 10, 3, 8 in -is et iugis *iumentorum* (*iuxta ponuntur eadem*: 10, 3, 9). VET. LAT. num. 13, 23 (Ps. Orig. tract. 11, 6) *exploratores* sustulerunt illum botrum in -a (*gr. ἐπ' ἀναφορεῦσιν, cod. 100* in portatoriis, *Vulg. 13, 24* in vecte. *pendent e. g.* Ps. ORIG. tract. 11, 17 quae -a crucem domini indicabat. QVODV. prom. 2, 9, 15 l. 25 *magnum botrum* -ae impositum. *cf. infra l. 43*). **c** *quod vario usui est*: PLIN. nat. 7, 200 proelium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus, quos vocant -as. 12, 17 in tributi vicem regibus Persidis e materia *ebeni* ... centenas -as ... pensitasse Aethiopas. GREG. ILIB. in cant. 3, 8 *botrus est* corpus domini ... -a crucis *adlatum* (APON. 3, 15 l. 250 *Christus* in -a c. levatus est. *cf. l. 38*).

2 *significatur multitudo hominum* (*huc pertinent var. ll. pro formis vocis* phalanx: -ae [*dat.*] FRONTIN. strat. 2, 2, 1, -am CAES. Gall. 1, 52, 5 FRONTIN. strat. 2, 3, 17 SVET. Nero 19, 2 ITIN. Alex. 26, -ā VEG. mil. 2, 2, 1; *formas ambiguas v. p. 1996, 37* [*quo vix trahas l. 50. 54*]): **a** *armatorum, sc. exercitus (plerumque pugnae) instructus: Macedonum, Persarum*: IVL. VAL. 1, 45 *Alexander Scamandro* scribit omnis -as ... armare. 2, 28 *ubique* -is eius *Darii* atque ordinibus confluentibus (*postea*: illae tot -ae [*ed. Rosellini,* phalanges *ed. Kuebler*]). *Germanorum, Hunnorum*: GREG. TVR. Franc. 2, 2 p. 39, 6 ne pereant populi utriusque -ae, *sc. Vandali Alamannique.* 2, 7 p. 49, 4 inter -as hostium, *sc. Hunnorum* (*cf.* glor. mart. 59 p. 529, 7 omnis -a hostilis). 2, 27 p. 72, 18 *rex Francorum* iussit omnem cum armorum apparatu advenire -am. 4, 44 p. 179, 18 Langobardorum -ae ... caesae. 7, 35 p. 357, 2. 10, 3 p. 484, 4 duces ... cum -is suis. **b** *variorum* (*cf. p. 1998, 6*): GREG. TVR. Franc. 1, 48 p. 33, 8 *omnis* somno -a conpraemitur (*seq.* ex hac multitudine). Iul. 27 p. 576, 2 *fulmine* columnas percuti, non -as (*sc. in ecclesia congregatas; postea*: catervam).

deriv.: phalangarius, ?phalangatis (*dat., abl. plur.*). *cf.* planca.

[p⟨h⟩alangabant *in frg. vix genuino* AFRANII *affert Perotti, Cornucopiae I epigr. 115, 4* (*antea affertur l. 27*).**]**

⁂phalangārius, -a, -um (*pro subst. l. 68 sqq. p. 1995, 2. 9* [*?*]). *a* phalanga. *scribitur* pa- CIL VI 7803, fa- CIL VI 1785, 4 (-lanc-), *utraque scriptura et in codd. med. aevi.*

i. q. ad phalangam pertinens: **1** *cum respectu perticae significatur baiulus, qui phalangā onera portat* (*cf.* NON. p. 163, 22 [*praecedit l. 24*] etiam nunc -os dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. GLOSS.ᴸ II Philox. FA 36 falang[i]arii *λιθοφόροι.* PH 1 -i: *οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμῶντες βάρη καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες*): VITR. 10, 3, 7 *onera* cum feruntur a -is hexaphoris et tetraphoris. PAP. Corp. 315, 1 (*saec. II/III*) ⟨p⟩halangarīs ... dr(achmae) *tot* ..., aciscularis *tot.* CIL VI 1785, 4 (*saec. IV?*) -is, qui ... ad templum cupas referre consueverunt, nummi *tot.* 7803 in monimento -oru(m) (*sc. eorum collegii*).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *cum respectu multitudinis*: **a** *armatae; adhibetur*: **α** *pro subst., significatur miles, qui est pars phalangae*: HIST. AVG. Alex. 50, 5 fecerat et falangem (falangen *Peter*) triginta milium hominum, quos -os vocari iusserat et cum quibus multum fecit in terra Perside; quae quidem erat ex sex legionibus similium armorum *eqs.* **β** *pro adi. (nisi fallimur); significatur res phalangae vel phalangitae propria*: GLOSS.^{L} II Abav. FA 33 -us: ut gladius (III Abstr. FA 36. *al.* [*restituas* GLOSS. V 293, 64]. *sim. al. in* GLOSS. [*per* ut *subst. ad iuncturam aptum indicari videtur*]).

b *cuiuslibet* (*dubium an pro subst.*): GLOSS. V 500, 4 -us: ⌞verbosus⌟. unus ex multis (⌞ ⌟ *vix sanum*).

?**phalangātīs:** multitudinibus GLOSS.^{L} V Aa F 114 (*item* GLOSS. V 500, 8). *si derivandum est a* phalanga, *significari vid. i. q. phalangis instructi vel phalangium modo ordinati; ad* phalanx *trahit Goetz*).

phalangio *et* **phalangion** *v.* phalangium.

phalangītēs (-a*?*), -ae *m., φαλαγγίτης. non nisi plur. significatur is, qui militat in phalange*: LIV. 37, 40, 1 *Antiochi* acies varia ... erat: decem et sex milia peditum more Macedonum armati fuere, qui -ae appellabantur *eqs.* (*cf.* 37, 42, 3 inter equitem ⟨et⟩ quos appellant -as). 37, 40, 5 ad latus dextrum -arum ... Gallograecorum pedites opposuit (*sim.* 37, 40, 10). 42, 51, 3. 43, 18, 4 quorum *peditum* pars -ae erant.

phalangītis, -is *f., φαλαγγῖτις. scribitur* fa- DIOSC. *genus herbae, sc. i. q. phalangium* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, s. v.; cf. p. 1996, 22*): PLIN. nat. 27, 124 -is a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemum vel ... leucacantha (*postea*: huius folio ... auxiliantur contra scorpionum phalangiorumque ... ictus. *inde* 1, 27, 98 -is sive phalangion sive leucacantha). DIOSC. 3, 118 p. 426, 19 de falangio: falangion aut -in – multi et ista leucacantum vocant – virgas habet duas (*postea*: morsibus venenatis occurrit *eqs.; gr. 3, 108 φαλαγγῖτιν*).

phalangium (-on), -ī *n. vel* **phalangio,** -ōnis *m.* (sp(h)a-, sfa- *l. 38*), *in gr. resp. plerumque φαλάγγιον, hic illic subest φαλαγγιόδηκτος, aliter p. 1996, 18.* [*e gr. φαλάγγιον*; *cum* phalangio, -ōnis *cf.* curculio, porcellio *sim. necnon stirpes alternantes* scorpius/-io, gobius/-io *sim.; explicationem temptat Gaide, Les subst. masc. ... en ... (i)ō, 1988, 240 sqq. Fo.*] *scribitur in codd. med. aevi* pha- *e. g.* CELS. 5 capp. 182 *et plerumque apud* PLIN. nat., pa- PLIN. nat. 8, 228 (*var. l.* pha- *ut* 32, 30. 32, 44 VEG. mulom. 2, 145). PELAGON. tit. ante 279. *al.*, fa- PLIN. nat. 23, 160 (*in var. l. ut* 25, 119 SOL. 11, 13. *al.*). PELAGON. 282 (*cod. Eins. ut* 283). capp. 20 CHIRON 424. *al., e. g. l. 26; legitur* sp(h)a-, sfa- (ispa- *var. l.* DIOSC. 1, 143 p. 72, 10) *in codd. antiquioribus e. g.* VET. LAT. Ios. 24, 12 (cod. 100). IVL. VAL. 3, 1 ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 918, *ceterum e. g.* CELS. 5, 27, 9, *v. Fischer ed. Pelagon., 124 sq. et Schwyzer, Griech. Gramm., I 334. de formis: decl. secundae forma sollemnis est neutr.* -gium (*nom., acc. gr.* -on *l. 23. 26. al.*): CELS. 5, 27, 9 (*sed* 5 capp. 182 -onis [*estne aetatis rec.?*]). PLIN. nat. *ubique* (*var. lect. falsa* -onum 31, 65). SOL. 11, 13 IVL. VAL. 3, 1 PLIN. med. 3, 36 tit. 3, 36 (*sed* -ius *l. 49*). VEG. mulom. 2, 141, 1 (*sed* -ius *l. 49*). PS. APVL. herb. 99 l. 14 (*sed occurrunt formae tertiae decl.* 3 l. 24 herb. tit. morb. l. 178. 180). DIOSC. *v. sub 2* (*ceteris locis habet formas tertiae decl.*). POL. SILV. chron. I p. 544, 3 ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 918 *bis.* PRISC. LYD. solut. 9 p. 96, 7; *ceterum exstant masc.* -gius PLIN. med. 3, 33 praef. VEG. mulom. 2, 145 (*sed* 2, 143, 1 -onis). *v. p. 1996, 20 sq.*, -gus CHIRON 514 (*sed in indice* 424 -one). ISID. orig. 14, 6,16 *et p. 1996, 21, vix addas l. 65. p. 1996, 15. formas decl. tertiae* -gio (-go *l. 67*) *v. locis l. 54 sq. indicatis; genus masc. fort. p. 1996, 16. legitur* -um *apud* CELS. 5, 27, 9, PLIN. nat. (*38*^{ies}) *et inde a saec. III/IV, sc. imprimis apud medicos* (*v. l. 44 sqq.*), -o *apud* CELS. *l. 43.* VET LAT. Ios. 24, 12 (cod. 100). FIRM. 8, 19, 9 *et inde a* PELAGON. *plerumque apud medicos, v. e. g. l. 66. 74. p. 1996, 5.*

1 *significatur bestiola morsu vel ictu venenato noxia*: **a** *araneus, sc. usu communi* (*v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 33 sqq. 197*): **α** *exempla varia*: CELS. 5, 27, 9 ubi ... -um nocuit *eqs.* (*huc pertinet* 5 capp. 182 ad -is morsus quaerenda remedia. *pendet* ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 918). PLIN. nat. 1, 29, 38 araneorum et -orum gen(era) (1, 30, 8–53). 20, 62 contra ... -a (22, 163 c. araneos et -a. *al.* PLIN. med. 3, 36 tit. *cf.* PLIN. nat. 22, 60 *herbae* vis ad omnia venenata et -a ... inlita. 24, 71 adversus -a et araneos [32, 30]). 21, 162 *venenum* scorpionum et -orum. 24, 62 -i⟨i⟩s ..., quorum morsus genitale excitat (*al.* VEG. mulom. 2, 143, 1 MARCELL. med. 17, 15. PS. THEOD. PRISC. add. p. 281 -onum et araneorum. DIOSC. 1, 138 p. 69, 2 m. -i⟨on⟩um. 2, 102 p. 219, 18 [-ngonis *trad.*]. CASS. FEL. tit. 68 p. 166, 18 [= capp. 68]. *al., adde l. 60*). 25, 163 -orum ictibus (27, 124. 31, 65 i. venenatos. DIOSC. 5, 33 p. 179, 15 -onum et scorpionum. PS. DIOSC. herb. fem. 70). *al.* IVL. VAL. 3, 1 desertas Indiae regiones ..., bestiolarum ... examinibus infestas, quas -a vocant (*gr. p. 99, 2 τόπους ... φαραγγώδεις, sed subesse videtur φαλαγγιώδεις sec. Kroll, RE X 848, 46*). FIRM. math. 8, 19, 9 *pastor* a modica bestiola, id est a -e ..., percussus interibit (*cf.* PELAGON. tit. ante 279 [= capp. 20] de percussu -is [DIOSC. 2, 109 p. 221, 20]). PLIN. med. 3, 33 praef. serpentes ..., mures aranei, -i. 3, 36 -um praecipue in leguminibus ... observatur, sed et araneus *eqs.* PELAGON. 282. CHIRON 514 (*inde* VEG. mulom. 2, 145) -us, si momorderit iumentum (*huc pertinet* 424 [*in indice*] de -e). VEG. mulom. 2, 141, 1 a noxiis animalibus, id est colubris, scorpiis, -is et muribus caecis. POL. SILV. chron. I p. 544, 3. BOETH. top. Arist. 140a4 -o putrimordax *appellatur a Platone.* PRISC. LYD. solut. 9 p. 96, 7 scorpius et apes et vespes et phalaggium. *al.* **β** *-um explicatur ut genus araneorum sim.* (aranei *iuxta pos. e. g. p. 1995, 61. 66*): PLIN. nat. 8, 97 *cervi* percussi a -o, quod est aranei genus. 8, 228. 10, 204 dissident ... ichneumones vespae et -a aranei (*cf.* 11, 72 *ichneumones* unum genus ex araneis peremunt, -um appellatum). 11, 79 -a ex iis *araneis* appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum ..., adsultim ingredientium. 11, 85. 18, 156 nascitur et -on in ervo, bestiola aranei generis (*errorem Plinii suspicatur Leitner, l. cit., 197*). 29, 85 aeque -on Graeci vocant inter genera araneorum, sed distingunt lupi nomine; tertium genus est eodem -ī nomine araneus lanuginosus *eqs.* SOL. 11, 13. PS. APVL. herb. 3 l. 24 ad morsum araneorum, quos Graeci -es vocant (*inde* herb. tit. morb. l. 178. *item fere* MISC. Tir. p. 61, 13 [*ubi*: aranearum]).

b *musca, vespa, sc. usu peculiari*: VET. LAT. Ios. 24, 12 (cod. 100) misit ante vos -es et eiecit illos *hostes* a facie vestra (*gr. τὴν σφηκιάν, Vulg.* crabrones). GLOSS.^{L} III Abol. SE 72 -gius: musca venenosa (*item* I Ansil. SP 6 -g⟨i⟩us. GLOSS. V 333, 43 -gius. 390, 22 -gion).

2 *significatur genus herbae, sc. i. q. phalangitis, quae imprimis morsibus bestiolae sub 1 descriptae medetur* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, s. v.; adde* PLIN. *p. 1995, 23. 25 sq.*): DIOSC. 1, 144 p. 72, 15 *in Aegypto* inveniuntur -a ...; virtus est ei in foliis epispastica.

cf. Onom. (Ispha-, Pha-, Sfa-, Spha-).

phalang(i)us *v.* phalangium. **[phalango** *v. p. 1994, 62.*]

phalanx, -ngis *f., φάλαγξ. scribitur in codd. vet.* pha- (*quam scripturam docet* CAPER gramm. VII 95, 4) VERG. *passim,* LIV. 42, 66, 3 *et al. in cod. V,* VEG. mil. 2, 2, 1 (*E, bis*). HEGES. 3, 24 p. 228, 25 (*C*). SEDVL. carm. pasch. 3, 83 (*T*); fa- VERG. Aen. 11, 92 (*M*). HEGES. 3, 24 p. 228, 25 (M^2). VVLG. I reg. 17, 8 (*cod. R saec. VI*). PRVD. psych. 816 (*A*); pa- VERG. Aen. 6, 489 (*R*). NOT. Tir. 107, 65 pla(n)x. *generis est fem., sed masc. fort. p. 1997, 74. de formis: acc. sing.* -em CAES. Gall. 1, 25, 2 *et passim (de* -en *cf. p. 1995, 3), formam gr.* -a SVET. Nero 19, 2 (-am, -em *var. ll.*). ITIN. Alex. 26 (-am *var. l.*); *acc. plur.* -es LIV. 44, 41, 1 HOMER. 392. *al., formam gr.* -as (*quam vix trahas ad* phalanga): VAL. FL. 6, 758 VVLG. I reg. 17, 8. VEG. mil. 2, 2, 1 (-es *var. l. ut* PRVD. psych. 816). SIDON. carm. 9, 125 CORIPP. Ioh. 1, 78. 1, 511. 2, 49 (*sed* -es *e. g.* 3, 179 [-as *edd. sine necessitate*]. 4, 622) *et l. 47, in var. l. falsa* CAES. Gall. 1, 52, 5 HOMER. 392 VEN. FORT. Mart. 2, 249. *var. ll. falsae certe ad* phalanga *pertinentes v. p. 1994, 45 sqq. de mensura*: -es *paenultima correpta, sc. graeco more, pronuntiari docet* PROB. app. gramm. IV 197, 13, *syllaba producta exhibent poetae, e. g.* VERG. Aen. 6, 489 VAL. FL. 6, 750. *de notione* (*v. et p. 1994, 30. 1997, 37*): SYNON. Cic. p. 417, 34 caterva ... ala. cuneus. -x. ISID. orig. 9, 3, 46 proprie ... Macedonum -x, Gallorum caterva, nostra legio dicitur. GLOSS.^{L} V Aa F 62 -as: multitudines, turmas, exercitum, legiones. GLOSS. -x: *πλῆθος στρατοῦ. παρεμβολή. παράταξις ἐν πολέμῳ.* exercitus. legio, multitudines. -es: ordo militum. multitudines. turbae. *sim. al., v. et l. 75. p. 1997, 41. legitur in oratione soluta apud* CAES., NEP., LIV. (*qui vocem frequentat ut* CVRT.), FRONTIN., SVET., *postea paucis locis (raro plur.); in versibus saepe inde a* VERG., SEN. (*deest* LVCANO; *saepe plur.*).

i. q. φάλαγξ: **I** *proprie significatur multitudo militum potius densa* (*ad rem v. e. g. Kromayer-Veith, Heerwesen u. Kriegführung d. Griechen u. Römer, 1928, 83 sqq. 99. al.; Lammert, Phalanx 2, RE XIX 2, 1625 sqq.*). *usu strictiore (qui praevalet sub A, sub B v. imprimis p. 1997, 45. 50 sq.) respicitur peditum, sc. gravis armaturae, acies ad pugnam dense disposita vel ea pars exercitus, quae eo modo pugnare est solita, vario opere occupata (disting. equitatus vel levis armatura e. g. p. 1997, 17. 30, variat c.* pedites *p. 1997, 29. 31); usu laxiore (qui praevalet sub B, sub A v. maxime p. 1997, 8. 18. 30. 31) respicitur quaelibet militum, armatorum multitudo sim. (turma equitum fortasse p. 1997, 49 [cf. p. 1998, 3]) neglecto plerumque, quibus armis vel quo ordine sit instructa* (*extra pugnam vel agmen maxime p. 1997, 36. 39 sqq.*). *indicant gen. vel adi., cuius gentis -x sit e. g. p. 1997, 14. 41, e quibus constet p. 1997, 10. 51 sq.* (*cf. p. 1997, 54 sq.*).

A *apud scriptores rerum gestarum, rei militaris sim.; respicitur -x*: **1** *variarum gentium* (*subest fere usus sub 2 illustratus*): **a** *Gallorum, Germanorum* (*cf. p. 1994, 52*): CAES. Gall. 1, 24, 5 *Helvetii* confertissima acie reiecto nostro equitatu -e facta sub primam nostram aciem successerunt (1, 52, 4 Germani ... ex consuetudine sua -e f. impetus gladiorum exceperunt). 1, 25, 2 *nostri* hostium -em perfregerunt; ea disiecta *eqs.* 1, 52, 5 in -em *Gallorum* (-as, -am *var. ll.*). OROS. 6, 7, 8 (*e l. 70*) pugna ... gravis ex -e Germanorum fuit, quam coacto in unum agmine scutisque supra capita contextis ... praestruxerant ([*cf. 9* testudinem]. *huc spectare videtur* GLOSS.^{L} Corp. E 398 ex -e: of ðreote, of foeðan [*anglo-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sax.]). **b** *Romanorum*: LIV. 8, 8, 3 quod antea, *sc. aetate prisca,* -es similes Macedonicis *fuerunt,* hoc postea manipulatim structa acies coepit esse. SVET. Nero 19, 2 parabat et ad Caspias portas expeditionem conscripta ex Italicis senum pedum tironibus nova legione, quam Magni Alexandri -a appellabat (-am, -em *var. ll.; sim. in imitatione Alexandri* HIST. AVG. Alex. 50, 5 *p. 1995, 3*). **c** *quorumlibet*: ITIN. Alex. 26 Darius movet -a in Alexandri dextrum cornu (*de Persis cf. p. 1994, 51*). VVLG. I reg. 17, 8 *Goliath* clamabat adversum -as Israel. HEGES. 3, 24 p. 228, 25 (*in oratione*) Persarum catervae, ... Aegyptiae -es. CASSIOD. Ios. antiq. 13, 361 p. 386 *Lysimachus Gazaeus* militarem ... congregans -em (*gr. στρατιωτικόν*).

2 *Macedonum, Graecorum* (*cf. l. 37. p. 1996, 46*): NEP. Chabr. 1, 2 *Atheniensium* -em loco vetuit cedere obnixoque genu scuto, proiecta hasta impetum excipere hostium docuit. Pelop. 4, 2 -em prostravit Laconum. Eum. 7, 1 -x ... Macedonum (LIV. 31, 39, 10 *silvestria erant* incommoda -i maxime M., quae, nisi ubi praelongis hastis velut vallum ante clipeos obiecit ..., nullius admodum usus est. 33, 8, 13 M. -em hastis positis ... gladiis rem gerere [*antea*: equites levemque armaturam]. *al. apud eundem*). 8, 2 illa -x Alexandri Magni, quae Asiam peragrarat deviceratque Persas. LIV. 9, 19, 8 illa -x, *sc. Alexandri,* immobilis et unius generis, Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans *eqs.* 32, 17, 11 quae *cohortes* cuneum Macedonum – -em ipsi vocant – ... vi perrumperent (*cf.* 33, 8, 7 cum caetratis et cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, ⌞quam -em vocabant⌟ [*nisi interpol.*]. CVRT. 3, 2, 13 ipsi *Macedones* -em vocant, peditum stabile agmen). 33, 9, 5 -x, quae venerat agmen magis quam acies. 44, 41, 2 adversus leucaspidem -em ...; ea media acies hostium fuit. *al.* CVRT. 3, 9, 2 Macedonicae -i (FRONTIN. strat. 2, 3, 17 -em M. [-am *codd. pot.*]. *cf. l. 2*). 3, 9, 7 Alexander -em, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. 4, 12, 23 -em, ⌞sicut antea dictum est⌟, in duo cornua extenderat (*sc. 4, 12, 3, ubi* peditem). CVRT. 5, 6, 2 rex -em ... inducit *Persepolim.* 6, 4, 15 levis armatura ducebat agmen, -x eam sequebatur, post pedites erant inpedimenta. 7, 5, 32 -x moenia oppidi circumire iussa *est* et dato signo diripere urbem (*disting.* cum expedita manu). *al.* FRONTIN. strat. 2, 2, 1 -i regis Pyrrhi explicitae resisti non posse (-(a)e *var. l.*). *al.* EPIT. Alex. 12. VEG. mil. 2, 2, 1 Macedones, Graeci, Dardani -as habuerunt, ut in una -e armatorum ... *octo* milia censerentur (-a *var. l.*).

B *in poesi* (*fere epica*): VERG. Aen. 2, 254 Argiva -x instructis navibus ibat *eqs.* ([*vix de classi*]. SERV. '-x' lingua Macedonum legio: et est ... synecdoche. *add.* auct.: significat enim totum exercitum. *sim. explicat* 11, 92 maesta -x [*respic. pompa lugentium Pallantem*]). 6, 489 Danaum proceres Agamemnoniaeque ... -es ut videre *Aeneam, sc. in Orco* (*hinc pendere vid.* GLOSS.^{L} I Ansil. FA 232 -as: priores populi). 12, 544 Argivae quem non potuere -es sternere. 12, 551. 12, 662. SEN. Ag. 216 Thressa cum Rheso -x. VAL. FL. 7, 471 (*de eis militibus, qui e draconis dentibus sunt orti, ut*: 7, 613 DRAC. Romul. 10, 580). *al.* SIL. 4, 158 sternitur ... Camertum prima -x. 5, 185. 17, 418 Graia -x (*sc. a Philippo rege missa*) patrio densarat more catervas *eqs.* HOMER. 392 *Diomedes* versas prosternit caede -es. STAT. Theb. 10, 749 *id non* iam ... Pelopea -x ... credunt (*sc. constructio ad sensum*). *al.* CLAVD. 15, 406 Pandionias ... -es. CYPR. GALL. exod. 426 SIDON. carm. 9, 125. CORIPP. Ioh. 2, 49 armatas ... movet pulsatque -as (*antea*: leves equitum turmae). 4, 622 *dux Maurus* composuit solido iunctas umbone -es (*sim.* 6, 526 *dux Romanus* condensas peditum cingens umbone -es [*de fine versuum cf. l. 68*]). Iust. 4, 241 *Caesaris* protectorum ... -es fulgebant rutilo pilis splendentibus auro. *al.*

II *in imag. vel translate* (*indicant gen. vel adi., cuius originis -x sit l. 70, e quibus constet, e. g. l. 69. p. 1998, 3. 13, qua in re agat l. 74*): **A** *hyperbolice de manu paucissimorum strenue pugnantium, agentium* (*sc. fratrum, cf. p. 1998, 9*): VERG. Aen. 12, 277 fratres *octo iuvenis occisi,* animosa -x accensaque luctu ... gladios stringunt ([SERV. quasi -x, id est legio]. *item in proelio*: SIL. 10, 98 unanima ... -x, *sc. sex fratrum* [*97* armigeram cohortem]). VAL. FL. 1, 436 (*inter remiges Argus*) numerosa -x, proles Cyllenia (*sc. tres Mercurii filii* [*comprehensine tamquam robur firmum?*]). AVELL. 140, 7 illa fratrum fidelium -x, *sc. Macchabaeorum.*

B *de multitudine* (*fere hominum, sed rerum l. 69, animalium 1998, 3, daemonum l. 72*): **1** *pugnantium, adversantium* (*vel vi armorum vel alio modo*): LAVS Pis. 206 (*in ludo latrunculorum*) plena ... -e aut ... pauco spoliata milite vincis. STAT. Theb. 2, 471 cum *aprum Calydonium* premeret Pelopea -x, saxa obvia volvens. IVV. 2, 46 *viros molles* defendit numerus *eorum* iunctaeque umbone -es. PRVD. psych. 816 *homines* terrigenas ferro pepulisse -as culparum. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 25 p. 1558 inimicorum nostrorum. MAR. VICTOR. aleth. 3, 247 en terrena -x quid non furiosa resignet, ... quae *turrim Babylonicam struit?* SEDVL. carm. pasch. 3, 83 (*spectat ad Marc. 5, 13 vel Luc. 8, 33*) tristes ... -es, *sc. daemonum,* porcinum tenuere gregem (*74* legio. *cf.* op. pasch. 3, 7 p. 237, 19 tristis ... -is incursus). POMER. 2, 2, 1 *sacerdotes sunt* praedicatores caelestium, ⌞primi -es⌟ invisibilium proeliorum (⌞ ⌟ primae -es *coni.*, primi palaestrites *var. l.*, primi praeliantes *vel* praeliatores *add. pars codd.; iungasne* praedicatores ... primi?). ARATOR act. 2, 954. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 161, 17 adversum nos pugna surrexit et nos et illam ⌞equorum⌟ -em ... suscepimus et vituperationem (⌞ ⌟ *videntur respici equi Absalom II reg. 15, 1*). p. 191, 9 *pietatis propugnatorem* tantae amicorum ... et hostium -es ab Iesu iam caritate *non diviserunt.* **2** *qualibet* (*cf. p. 1994, 58 sqq. 1997, 60*): PRVD. perist. 11, 201 *die festa* patricios ... confundit plebeia -x umbonibus aequis (*pendere vid. e p. 1997, 68*). CYPR. GALL. gen. 1442 *Ioseph* optatam excipiens viso genitore -em (*cf. 1439* fratrum ... agmen). exod. 8 *in Aegypto* numerosa creantur corpora et inmensa densentur nube -es, *sc. Iudaeorum.* 177 *ut* deserta per arva incedat Iudaea -x ([*179* plebem]. num. 318 I. -x ... signa movet castraque ... *alibi* conlocat. 490). ENNOD. opusc. 3, 175 p. 376, 14 tantae *captivorum* liberatorum -es (*postea*: agminibus). VITA Amator. 26 -x universa agrestium ad *sancti* ... pedes cucurrit (*antea*: multitudine).

cf. phalanga. *cf. Onom.*

phalarica *v.* falarica.

phalāris (-lēris), *plur.* -ides *f., φαλαρίς* (*-λῆρ-*). *scribitur in codd.* -ler- PLIN. *et* DIOSC. (*in var. l.* VARRO), fa- POL. SILV., DIOSC., GLOSS. [*it.* palèo. *cf. M.-L. 6456. Battisti - Alessio IV 2729. St.*]

1 *nomen avis aquaticae* (GLOSS. *λευκομέτωπος*; *cf. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 406 sqq.*): VARRO rust. 3, 11, 4 *sunt anatibus* non dissimilia alia genera, ut querquedulae, -es *eqs.* (*inde restit.* COLVM. 8, 15, 1 anates, quercedulae, boschides, -es [plargid-, philagrid- *sim. trad.*]). PLIN. nat. 10, 132 -es in Seleucia Parthorum et in Asia, aquaticarum laudatissimae (*inde* 1, 10, 67 de peregrinis avibus: -es, Phasianae, Numidicae). POL. SILV. chron. I p. 543, 25 -is. **2** *nomen herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 195*): PLIN. nat. 27, 126 -i⟨s⟩ thyrsum habet longum *eqs.* (*inde* 1, 27, 102). DIOSC. 3, 154 p. 440, 1 de -is: -is virgas habet multas *eqs.* (*gr. 3, 142 φαληρίς*). *Spoth.*

***phalerae,** -ārum *f. et* **phalera,** -ōrum *n., τὰ φάλαρα. scribitur fere* phal- *in inscr. et codd. vet.,* pal- DECRET. Strabon. (CIL VI 37045) 4, 6. CIL I^{2} 792, 5 (*a. 44/40*). *al. et cod. V* CIC. Verr. II 3, 185, fal- INSCR. Dessau 9200, 12 (*saec. I ex.*). *al., in codd. vet.* VERG. Aen. 5, 310 (*P*). *al., inter voces a* f- *incipientes* CHAR. gramm. 459, 39. *al.,* -lar- CIL V 7495 (*saec. I*^{1}). X 1202, 9 (*post a. 117*); *ceterum scriptura multum variat in codd. rec.* (*maxime in* GLOSS.), *e. g.* fall-, -etr-, -ern-. *notatur* p(h)aler CIL I^{2} 792, 5 (*a. 44/40*). XI 395, 11 (*a. 66*). *al.,* phal CIL III 8438, 3 (*saec. I*^{1}). VI 1626, 7 (*saec. II*^{1}). NOT. Tir. 99, 64 -a. *de genere et formis: longe praevalet fem. plur.* (*inter feminina semper pluralia* CHAR. gramm. p. 35, 26 DIOM. gramm. I 328, 3 PHOC. gramm. V 428, 10. *al.*), *sing. consuetudini poetarum tribuit* VARRO ling. 10, 73, *invenitur* CHAR. gramm. p. 459, 39. AMM. 20, 4, 18 (*sed v. infra l. 73*). VIRG. gramm. epit. 9, 5, 3 GLOSS. III 273, 20; *neutr. plur.* VARRO Men. 97 *nec non saepius in* GLOSS., *e var. l.* PLIN. nat. 33, 18, *sing.* GLOSS.^{L} V Aa F 116; *masc. sing.* GLOSS. *l. 47 sq. gen. plur.* -erum AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 5, 2 (-erarum *var. l.*). *de notione*: NON. p. 554, 13 -ae sunt bello ornamenta. GLOSS. II 405, 22 *περιτραχήλιον*: monile, hic -us, collare (*sim.* 491, 20 [*inter nomina latine masc., graece neutr.*]. *cf.* 579, 28 -rnus: monile). GLOSS.^{L} V Aa F 73 -is: bullis. Corp. F 111 -as: hryste (*anglosax.*). *al.* (*v. l. 55 sq. p. 1999, 12. 73 sq.*). *legitur in tit. inde a saec. I in. a. Chr., apud auctores inde a* VARRONE, CIC., SALL., VERG., LIV.

est genus quoddam ornamenti (*ad rem cf. Lammert, RE XIX 2, 1659 sqq., Maxfield, The Military Decorations, 1981, 91 sqq.; -ae fere sunt pretiosae, sc. aureae, argenteae, gemmeae sim. e. g. l. 58. 65. p. 1999, 48*): **I** *proprie*: **A** *ornatus equorum* (*elephanti l. 75, asini l. 65*; CHAR. gramm. p. 35, 26 -ae: *ἱπποκόσμια.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 14, 43 *ephippia* sunt -⟨a⟩e et straturae equorum. *al.; hic illic simul insigne nobilitatis, potestatis est, sc. equitis vel magistratus e. g. l. 69. p. 1999, 2; selecta post* PLIN. nat.): VARRO Men. 97 -a gemmea ⟨at⟩que ephippia et arma margariticandicantia (*item iuxta* ephippia: GELL. 5, 5, 3 [*inde* MACR. Sat. 2, 2, 2]. APVL. met. 10, 18, 4 [*l. 66*]). CIC. Verr. II 4, 29 *ab* homine ... nobili -as pulcherrime factas, quae regis Hieronis fuisse dicuntur, utrum ... abstulisti an emisti? Att. 15, 29, 3 Formiani ... Plancum se aiebant ... vidisse demissum, sine -is (*nisi ad B1b*). *al.* VERG. Aen. 5, 310 *cursu contendentium* primus equum -is insignem victor habeto ([SERV.: equorum ornamentis; sermo Graecus est]. *cf. e. g.* APVL. met. 10, 18, 4 *asinum* -is aureis et fucatis ephippiis ... exornatum [RVFIN. Basil. hom. 2, 6 p. 1741^{C}]. SIDON. epist. 4, 20, 1 comptus. PAVL. PELL. euch. 143 ornatior [CORIPP. Ioh. 1, 517 alipedes ... ornatos -is]). LIV. 9, 46, 12 ut plerique nobilium *offensi humilitate praetoris* anulos aureos et -as deponerent (*in eadem re*: VAL. MAX. 9, 3, 3 -as equis suis detractas abiecerunt. PLIN. nat. 33, 18 [*ex annalibus*] ⌞-as positas⌟ *esse* [-a posita *var. l.*]). 22, 52, 5 *in castris Romanis argentum* plurimum in -is equorum erat (*pendet gen. ut*: IVST. 12, 7, 5. AMM. 20, 4, 18 *ut diadema sit principi coronando,* equi -a[e] quaerebatur [quaerebantur *pars edd.*]. *al.*). 44, 26, 6 *Perseus* equos -asque et sagula donum principibus *Gallorum* ferre *coepit.* PLIN. nat. 8, 12 *rex elephantum strenuum* -is argenteis, quo ma-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

xime gaudent, ... donavit. 37, 194 ut *gemmae* equis regum ... frontalia ac pro -is pensilia facerent. FLOR. epit. 1, 5, 6 *e Tusciae populis* anuli, -ae, paludamenta ..., omnia denique ... insignia, quibus imperii dignitas eminet, *sumpta sunt.* APVL. met. 3, 1, 1 punicantibus -is Aurora ... caelum inequitabat. Socr. 23 p. 172 in emendis equis -as *non* consideramus. INSCR. Année Épigr. 1956 n. 124, 9 (*Africa, saec. II ex.*) *militi* equo et -is et armis donato (*nisi ad B1a*). *al.*

B *ornatus hominum*: **1** *de ipso ornamento*: **a** *donum militare, sc. in exercitu Romano* (*torques, armillae, -ae dona sunt centurionum evocatorumque, qui fere etiam corona donantur, aut inferiorum graduum; donantur singuli praeter l. 16. 36; de usu donandi v. Maxfield, op. cit., 184 sqq. 210 sqq.; fort. huc spectat* GLOSS.^{L} Corp. F 88 -⟨a⟩e: ornamenta equorum vel militum arma): **α** *in titulis* (*indicatur donator saepissime, bellum vel occasio saepe, ipsa merita raro, e. g. l. 15. 19. 33; fort. addas l. 6*): Ⓘ *exempla varia*: DECRET. Strabon. (CIL VI 37045) 4, 6 imperator virtutis caussa turmam *equitum* ... donavit ... cornuculo et patella, torque, armilla, -eis (INSCR. Moes. Sup. I 26 [*saec. II*] ⟨d⟩onis donatum hastis fa⟨leris corona⟩ m⟨u⟩rali [*si recte suppl.*]). CIL VIII 217, 12 (*saec. II in.*) (centurio) ..., consecutus ob virtutem ... coronam muralem, vallarem, torques et -as (*v. app. crit.*). Ⓘ *formula sollemnis, sc.* (donis) donatus torquibus, armillis, -is (*ordine diverso l. 23. 27. 31. al.; exempla selecta*): CIL I^2 792, 5 (*Capuae, a. 44/40*) evocat(us) ..., d. t., a., paler(is), coron(is). III 8438 (*aet. Aug.*). 2718 (*saec. I in.*) a Tib(erio) Caesare. 9885 (*aet. Aug. vel Tib.*) -is, t., a. INSCR. Année Épigr. 1975 n. 446 (*Cremonae, saec. I in.*). INSCR. Dessau 2321, 4 (*saec. I^1*) *eques* t., a., -is ab imperatore donatus. INSCR. Aquil. 2787, 7 (*saec. I^1*) d. t., a., -is, hasta pura bis, coronis aureis quin⟨que⟩. CIL V 7495, 4 (*saec. I^1*) ob virtutes -is, t., a. don⟨atus⟩. 7003, 9 (*a. 65*) ⟨d⟩onis d. a divo Claud(io) bello Britannico ⟨to⟩rquibus, a., -is, corona aurea. XI 395, 5 (*a. 66*) bello Britan(nico). 395, 11 ob res prosper(e) gest(as) contra Astures. II 4461, 10 (*aet. Trai.*). III 6359, 6 bis corona aurea, t., -is, a. ob triumphos belli Dacici. INSCR. Tun. Merlin 778, 12 (*eadem* 779, 11; *aet. Trai.*) t. et a. et -is. CIL III 13648, 8 (*saec. II^1*) honoris virtutisq(ue) ⟨c⟩ausa. *al.* (*cf. vol. II 616, 2 sqq.*).

β *apud scriptores*: CIC. Verr. II 3, 185 *nulla victoria parta* virum fortissimum ... corona et -is et torque donasti (LIV. 39, 31, 17 donati ... equites -is [*postea*: catellis ac fibulis]. PLIN. nat. 7, 102 [*de Dentato, ut*: GELL. 2, 11, 2]). SALL. Iug. 85, 29 *ostentare* hastas, vexillum, -as, alia militaria dona. VAL. MAX. 3, 2, 24 *Siccio Dentato* praeferebantur ... aureae coronae octo ..., -ae *tot* ([pharetrae *var. l.*]. *de eodem l. 36 et* SOL. 1, 103). SIL. 15, 255 merita aequantur donis ...; -is hic pectora fulget, hic torque ... circumdat ... colla. IVV. 16, 60. TAC. hist. 1, 57, 2 manipuli ... et gregarius miles ... -as ... loco pecuniae tradebant *Vitellio.* *al.*

b *quilibet ornatus*: **α** *virorum* (*saepe bellatorum sim.; ad A trahere possis e. g.* STAT., TAC.): VERG. Aen. 9, 359 Euryalus -as Rhamnetis et aurea bullis cingula, ... Remulo ... olim quae mittit dona ... Caedicus ..., haec rapit atque umeris ... aptat ([*ad A trahit* SERV.]. *de eisdem*: 9, 458 multo -as sudore receptas. *item iuxta* cingula: STAT. Theb. 8, 566 *mater iuveni* auro -as auroque sagittas cingulaque ... presserat. SIDON. epist. 4, 9, 2 cultus in cingulis, splendor in -is). TAC. Germ. 15, 2 *Germanorum principibus a finitimis gentibus dona* mittuntur, electi equi, magn⟨ific⟩a arma, -ae torquesque (*item iuxta* torques: ann. 12, 36, 3 *in triumpho* -ae, torques, quaeque bellis ... quaesiverat *rex captus,* traducta). Ps. DAMAS. epigr. 1, 12 *Goliath* -as et tela gerentem. *al.* **β** *feminarum*: PETRON. 55, 6 vers. 10 matrona ornata -is pelagiis (*cf.* ZENO 2, 1, 19 quantarum neces animarum in -is pendent ornatae matronae). PRVD. c. Symm. 2, 1095 *virgo Vestalis* verendis vittarum insignis -is. CLAVD. carm. min. app. 5, 35 ex umeris ... -as imponis, *sponsa.* CARM. Année Épigr. 1954 n. 169d (*Albae Fuc.*) ⟨F⟩lavia, te decoret una Venus ph⟨aleris⟩.

2 *per ornamentum respicitur potius honos, dignitas, potestas, ita ut vergat in metonymiam* (*maxime* CE, CASSIOD.; *fere opponuntur interna vel caelestia; in bonam partem* CASSIOD.): PERS. 3, 30 an deceat *superbum esse,* ... quod ... censorem ..., trabeate, salutas? ad populum -as! ego te intus ... novi (SCHOL. ornamenta, quae beneficio fortunae habes, quae te ornant extrinsecus. *hinc* HIER. epist. 58, 7, 2). AMBR. in Luc. 5, 103 *ut pauperes* crucem potius tollerent quam -as mundi huius extollerent (CE 1347^{b}, 8 [*a. 395*] populos praefectus ... gubernans has m. -as ... transcendis ... donatus munere Christi). 5, 104 (*homines saeculares comparantur harundini*) forensibus criniti -is, nodis obsiti ... intus inania, foris speciosa sectantur. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 23 ut *homines* bona cuncta ... potestatum -is ... metiantur. CASSIOD. var. 6, 20, 1 (*ad consularem provinciae*) secures ... et fasces ... tuis videntur -is deputata.

II *translate, respicitur ornatus dictorum, scriptorum sim.* (*cf.* phaleratus. GLOSS. -as: adulatoria verba. ornatus sermonum. GLOSS.^{L} V Aa F 76 -as: fabulas seu ornamenta. GLOSS. Leid. Hessels 42, 16 -as: falsitates. *al.; saepe in malam partem, e. g. p. 2000, 9. 14*): FRONTO p. 49, 17 omnia *ἐν τῷ ἐπιδεικτικῷ ἀδρῶς* dicenda, ubique ornandum, ubique -is utendum. DIOM. gramm. I 471, 27 haec omnia non -is, sed viribus structa sunt *a Cicerone.* SCHOL. Cic. Gron. A p. 344, 9 *criminationem* ⟨pro⟩ponere sine illis localibus -is melius est. AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 5, 2 verbi dogmata velut quaedam -erum (-erarum *var. l.*) monilia. MART. CAP. 3, 221 (vers.) Camena parvo -as parat libello. SIDON. epist. 1, 9, 7 mea carmina non heroicorum -is, sed epitaphistarum neniis comparabuntur. 9, 16, 3 vers. 54 schema si chartis -asque iungam. ENNOD. dict. 3, 3 p. 434, 5 sine -is est omne, quod dictat affectio. CORIPP. Iust. 4, 164 -is -as et laudibus addere laudes. *per gen. indicatur res ornata vel ornans* (*aliter l. 7*): SYMM. epist. 1, 89, 1 praeter loquendi -as ... quiddam ... conveniens auribus patrum ... sonuisti (*cf.* VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 1 procul a causa vagantes locutionum -as). AMBR. in Luc. 2, 42 -as sermonum (SVLP. SEV. dial. 1, 27, 3 inanes s. -as et verborum ornamenta contemnere). Ps. AMBR. paenit. 8 p. 981^{B} doctrina, quae verborum -is gloria virtutis abutitur (PAVL. MED. vita Ambr. 1 [*opp.* virtutem rerum]. FAVST. REI. grat. prol. p. 4, 25 [*opp.* testimoniorum virtute]. SEDAT. ad Ruric. epist. 8 equum ... magnificis v. ... -is oneratum. ENNOD. dict. 9, 7 p. 452, 11). EVSTATH. Basil. hex. 3, 6, 7 magisterium veritatis, nullis ... facundiae -is exornatum (*gr. aliter*).

deriv.: phaleratus.

***phalerātus,** -a, -um. *a* phalerae. *scribitur in codd. vet.* PH- TER. Phorm. 500 (*A*). LIV. 30, 17, 13 (*P*). *al.,* f- PRVD. psych. 30 NOVELL. Marc. 1, 5. *al.* GLOSS.^{L} III Abstr. FA 23 -is: ornatis aut ficticiis. Corp. F 113 -a: gehyrsti (*anglosax.*). *al.* *legitur in versibus raro, sc. apud* TER., PRVD., VEN. FORT., *in oratione prosa apud* LIV., PETRON., SVET. *et inde a saec. IV.* [*edebatur olim* FVLG. myth. 1, 18 p. 31, 6 (*v. ed. Muncker, 1681, 57*).]

i. q. phaleris instructus, praeditus sim.: **1** *ornantur dicta, scripta* (*vergit in bonam partem non nisi* SIDON.; *fere impeditur veritas, sinceritas sim.*): TER. Phorm. 500 me ut -is ducas dictis et meam (*i. citharistriam*) ductes gratiis (DON. honestis atque ornatis. *sim. al., cf. l. 23*). AMBR. epist. 10, 73, 2 *lingua* -is dotata sermonibus (incarn. 6, 51 -is s. non posse vim veritatis obduci. SIDON. epist. 4, 3, 8 carminis brevitas longitudinem -i s. *non* eliminat. ENNOD. dict. 7, 9 p. 445, 13. *al., cf.* FVLG. serm. ant. praef. non -is sermonum studentes spumis). in psalm. 118 serm. 22, 9, 2 -a magis quam vera sapientia. NOVELL. Marc. 1, 5 per sermonem fucatum et -a verba (*cf.* ENNOD. epist. 1, 5, 5 p. 10, 19 -is verborum superciliis). VEN. FORT. carm. 8, 21, 1 -a rotatu ... pagina (*vix ad 3*). *neutr. pro subst.*: POMER. 3, 34, 2 prudentibus viris non placent -a, sed fortia. **2** *ornantur equi* (*fere potentium, nobilium sim.; inter honores saeculi inanes* PRVD., PAVL. NOL.): LIV. 30, 17, 13 equos duo -os, bina equestria arma *eqs.* (*inter munera regis ut*: 43, 5, 8. 44, 14, 2. *item de donis*: CLAVD. DON. Aen. 5, 310 p. 458, 7. MARCELL. chron. II p. 102, 521 *Iustinianus* -os ... caballos ... impertivit aurigis). SVET. Cal. 19, 2 *Caligula* per ... pontem ... commeavit ... -o equo insignisque quercea corona (*in eadem re*: Ps. AVR. VICT. epit. 3, 9). Claud. 17, 3 *Claudium triumphantem secutus est* M. Crassus Frugi equo -o. OBSEQ. 69 equus -us in ipsius *consulis* conspectu ... concidit. CLAVD. DON. Aen. 11, 90 p. 420, 8 ('equus positis insignibus *eqs.*') non insignis neque -us, ut solet. PRVD. psych. 195 *Superbia* -um circumflectit equum. PAVL. NOL. epist. 29, 12 p. 259, 7 senatores prosequebantur *peregrinam verendam* ... -is equis, auratis pilentis. *masc. pro subst.* (*si recte trad.*): AMM. 26, 3, 5 *senator* -[i]o insidens (equo *sim. add. edd. pars*). **3** *usu vario*: PETRON. 28, 4 *Trimalchio* lecticae impositus est praecedentibus -is cursoribus quattuor (*cf.* SVET. Nero 30, 3 *Nero* fecisse iter traditur ... armillata -aque Mazacum, *sc. equitum,* turba atque cursorum). PRVD. psych. 30 *Culturae veterum deorum* -a ... tempora vittis. Ps. LEO M. humil. 3 l. 15 *non* maior ducitur -a iniquorum potentia quam rectorum inhonora iustitia. FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 9 *Musae* -um exoticis diadema carbunculis.

inde **phalero,** -āre. *i. q. phaleris instruere* (*cf.* GLOSS. -are: ornare. -ari: ornari): AMBR. in Luc. 2, 53 plebs simplex quae -are (fallere *var. l.*) audita et fucare nesciret (*item de verborum phaleris*: off. 1, 12, 44 *non* eloquentiae -andae [-tae *var. l.*] gratia, sed veritatis probandae). in psalm. 118 serm. 3, 6, 2 animalia redimiculis gaudent et -ari sibi magis quam nodari videntur.

phalēris *v.* phalaris. *Breimeier.*

phallicus, -a, -um, *φαλλικός.* *fere restit. e scripturis depravatis* phalaec(i)us *sim.* (*apud* TER. MAVR. *metro postulante*). *neutr. sing.* -on *l. 69.*

nomen metri tres trochaeos complectentis (*cf.* ithyphallicus; *neutr. pro subst. l. 70. 71 sqq.*): BASS. gramm. VI 266, 9 saturnius constat ... *e* commate *quodam* et -o metro (266, 12 -on m. 268, 30). TER. MAVR. 2555 tres trochaeos, cui nomen quoque -o dederunt (*huc spectat* 2593 -os trochaeos, ut dixi modo). 2600 -a de tribus trochaeis. 2942 in fine versum -is sonantem. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 168, 26 -um ...: 'non ebur neque aurum' (*hic tantum trad.,* phalaecius *apud eundem eodem sensu legitur e. g. 117, 13. 124, 2. 143, 2*).

?**phallovitrobolus** *v. p. 2001, 16.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

phallus, -ī *m., φαλλός. scribitur in codd. med. aevi fere* fa-, *sed* va- *l. 9.* [*rom.* fallo, fallone *'crustulum oblongum'. cf. M.-L. 6457a. St.*] [*e coni. dub. v. p. 2019, 13.*]

fere i. q. membrum virile (erectum): ?**1** *de pene hominis*: CIL IV 10085 -us durus Cr(escentis), vastus (*sed* Thallus *legit Solin, Gnomon 45, 1973, 269*). **2** *de effigie sacra* (*usus apud Graecos sollemnis*): ARNOB. nat. 5, 19 p. 273, 1 *in Cypriae Veneris initiis* referunt -os propitii numinis signa donatos. 5, 28 p. 284, 17 quibus *mysteriis* in Liberi honorem patris -os subrigit Graecia (va- *cod. ut* 5, 29 p. 286, 15 quid sibi velint hi -i, quos per rura, per oppida mos subrigit et veneratur antiquus). 5, 39 p. 298, 18 -orum illa fascinorumque subrectio. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 4, 4 *Christiani* non -os aliquos neque ithyphallos ... veneramur (*Migne gr. 36, 337*^{C} *φαλλοί*).

falces **phanclas** †Chermonesioe dicunt VARRO ling. 5, 137. *obscurum* (*coni.* zanclas, phalangas *al.*).

[phandovitrobuli *falso trad.* HIST. AVG. Pert. 8, 5 (*inter vasa*; phallovitroboli *Egnatius, alii alia*).]

phanerōseis *vel* -sīs, (-eōn) *f., φανερώσεις. titulus operis graeci, quo Apelles haereticus revelationes quasdam conscripsit*: TERT. praescr. 30 l. 26 quae ab ea *muliere* didicit, -⟨e⟩is scripsit (facinorosus *sim. var. ll., gr. litt. editores fere, φανερώσει* ascripsit *Kroymann*). Ps. TERT. haer. 6 p. 224, 5 habet ... lectiones suas, quas appellant -is, Philumenes cuiusdam puellae.

phantaseus *v.* phantasius. *Spoth.*

⁂phantasia, -ae *f., φαντασία. de scriptura: codd. vet. praebent et* pha-, *e. g.* AVG. cons. euang. 4, 10, 20 p. 416, 6 (*B*). gen. ad litt. 10, 24 p. 327, 20 (*E*). FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 5, 1 (*R*), *et* fa-, *e. g.* AMBROSIAST. in Rom. 8, 39, 3 (*C*). AVG. gen. ad litt. 4, 6 p. 102, 14 (*E*). SVLP. SEV. Mart. 23, 11 (*V*). *litteris gr. apud* CIC. *al.* (*v. l. 33. 51*). *de formis: acc. sing.* -an CHALC. comm. 156 MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 7 l. 2 (-am *var. l. ut* NEBRID. Aug. epist. 8 SERV. Aen. 8, 91); *de acc. sing.* -a *apud* Ps. VIGIL. THAPS. trin. *v. ed. Bulhart p. ix. de notione* (*cf. l. 51 sqq.*): GLOSS. *φαντασία.* ostentum, ostensio praeter consuetudinem. *legitur in oratione soluta inde a* CIC. (*cui est vox gr. ut* QVINT., GELL. *al.*), SEN. *rhet.* (*semel ut* PETRON.), IREN., PORPH., CHALC. [*abrut.* pandošə *'tussis gravis'. cf. M.-L. 6458. Wartburg VIII 361. St.*] [*confunditur in codd. c.* phantasma *e. g.* RVFIN. Clement. 2, 65, 3 AVG. conf. 3, 6, 10 p. 44, 15.]

i. q. φαντασία (*quod in gr. respondet, nisi aliud indicavimus; de notione vocis gr. et de variis vocibus, quibus latine redditur, v. l. 51 sqq., ceterum e. g. p. 2002, 23. 33 [cf. etiam l. 63. 65]; de voce affini* phantasma *v. l. 47 sqq. nec non p. 2005, 52. 2006, 71. 2007, 42; metonymice p. 2003, 19*): **I** *de imaginatione, visione* (*quid quis imaginetur sim., indicatur per gen. e. g. l. 72. p. 2002, 49. 51. 2003, 14, enunt. secund. p. 2002, 50, subi. iuxta iuncturas quasdam p. 2002, 62 sqq., accedit praepos. p. 2002, 48*): **A** *significatur potius effectus imaginandi* (*qui fit opera animi vel mentis, sed visu oculorum sub Id*): **1** *notione imaginis magis minusve servata*: **a** *de eis, quae res externas sensibus perceptas in animo reddunt* (*subest Stoicorum de perceptione doctrina; iuxta ponitur* phantasma *l. 64 et* AVG. gen. ad litt. 10, 24 p. 327, 20 lib. arb. 2, 92 soliloq. 2, 20, 34 CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 80, 11; *distingui videtur l. 73 et* AVG. conf. 3, 6, 10 p. 44, 15 mus. 6, 11, 32 trin. 9, 6, 10 ISID. diff. 1, 216): CIC. ac. 1, 40 impulsione oblata extrinsecus, quam ille *Zeno -αν,* nos visum appellemus licet (*sim.* 2, 18. *voci gr. respondet lat.* animae imaginationes BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 28, 1). QVINT. inst. 6, 2, 29 quas *-αϛ* Graeci vocant – nos sane visiones appellemus –, per quas imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ... videamur. GELL. 19, 1, 15 (*Epictet. frg. 9*) visa animi, quas *-αϛ* philosophi appellent *eqs.* CHALC. comm. 156 assensus et appetitus ex se moventur nec tamen sine imaginatione, quam -an Graeci vocant (*seq.* fallente imagine). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 32 l. 71 *animae intellegentia* volvitur in sensibilibus et per -am in falsam subsistentiam circumducitur. RVFIN. Orig. in num. 11, 9 nullius extrinsecus -ae sollicitatus imagine. NEBRID. Aug. epist. 6, 1 quod, quamvis non omnis -a cum memoria sit, omnis tamen memoria sine -a esse non possit (*ei respondet* AVG. epist. 7, 1 sine imaginibus vel imaginariis visis, quae -arum nomine appellare voluisti). AVG. civ. 11, 26 p. 498, 5 sine ulla -arum vel phantasmatum imaginatione ludificatoria. epist. 7, 4 imagines, quas -as cum multis vocas, in tria genera ... distribui video, quorum est unum sensis rebus impressum, alterum putatis, tertium ratis. 166, 4 *natura animae non potest* in aliqua -a corporalium imaginum, quas per carnis sensus percipimus, cogitari. gen. ad litt. 12, 15 p. 400, 19 ipsa -a, quae fit in cogitatione sermocinantis (*antea*: imagines rerum corporalium, quas necessario cogitavi, ut haec dicerem). trin. 8, 6, 9 l. 69 Carthaginem ... cum eloqui volo, apud me ipsum invenio -am Carthaginis; sed eam ... *accepi* per corporis sensum, quoniam praesens in ea corpore fui *eqs.* (*disting.* est apud me phantasma *Alexandriae numquam visae*). 10, 10, 16 per -am ... imaginariam cogitat *mens* (*postea*: per imaginale figmentum). HESYCH. in lev. 6, 14 p. 850^{C} saeculares ... -as. CAEL. AVR. acut. 2, 38, 222 visa mentis simplicia, quae appellant -am. PRISC. LYD. solut. 3 p. 59, 30 est ... -a motus ex facto sensu secundum operationem. *al.* **b** *de eis, quae poeta vel orator fingit* (*tribuit personis carminis l. 12 sq.; in definitione l. 9. 19* [*paulo aliter p. 2001, 67*]): SEN. suas. 2, 14 *alius orator* longe disertius hanc -am movit et adiecit: '...'. PORPH. Hor. epod. 2, 17 ('*cum* caput Autumnus agris extulit') poetica -a (*abl.?*) finxit autumnum quasi corporalem deum (*sim. spectat ad res naturales more personarum agentes*: SERV. Aen. 8, 91 ['mirantur et undae'] per -am quandam *eqs.* georg. 1, 103 ['mirantur Gargara'] -a est poetica rei inanimali sensum dare [*inde* SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 103]. 2, 82. SCHOL. Stat. Theb. 4, 448 dicit paene -ā [*an nom.?*] *fontem et montem ingemuisse*). SERV. Aen. 4, 576 ('deus ... instimulat') *Aeneae* -a est ad sociorum terrorem. 6, 808 *Anchises* mira ... utitur -a, ut quasi ostendat *eqs.* ecl. 2, 60 ('quem fugis, a, demens?') per -am quasi ad praesentem loquitur (auct. Aen. 12, 646 ['vos o mihi, Manes, este boni'] quasi per -am relinquens superos. SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 53 ['Musa, velim memores'] quasi -a poetarum operis heroici). auct. Aen. 4, 466 ('ferus Aeneas') non est epitheton 'ferus', sed -a: talem enim illum imaginabatur *Dido,* qualem timebat. CASSIOD. in psalm. 9, 29 l. 470 quae figura dicitur -a, quoties in concipiendis futuris visionibus animus perducitur audientis. *al.* **c** *de eis, quae dormientes, aegrotantes, furentes sim. vident, imaginantur*: VET. LAT. Sirach 34, 6 sicut parturientis cor tuum -am patitur (*gr. φαντάζεται*). AMM. 14, 11, 18 *animi* visa nocturna, quas -as nos appellamus. RVFIN. Clement. 2, 64, 1 qui daemone incipiunt repleri vel moveri mente, ... per -as primo ad iocunda quaeque ... transferuntur, deinde ad ea, quae non sunt (hist. mon. 20, 1 per -as mulieribus apparentibus [*postea*: absque mulierum -a; visus mulierum]. PLAC. med. 8, 1 rec. *β* [*rec. α* fantasma]. CASSIAN. conl. 21, 26, 4 *suggestiones* per -as ... somniorum *infert diabolus*). AVG. gen. ad litt. 12, 20 p. 409, 11 *si anima* ipsa eas *corporalium similitudines* agit, -ae tantum sunt (*disting.* ostensiones). EVAGR. PONT. sent. mon. 11 rec. H p. 1181^{C} *ieiunans* non videbis in somnis -as malas (*rec. A* visiones). CAEL. AVR. acut. 3, 15, 125 *phreneticos* traductos visis, quae Graeci -am appellant. OP. imperf. in Matth. 48 p. 902 homo circa mortem -as videt. *al.* **d** *de imagine, quam fingunt oculi* (*decepti*): SERV. auct. Aen. 10, 269 ('adlabi classibus aequor') *ut* hoc ad -am Rutulorum referant, quoniam *eis* ... facies multarum navium adpropinquantium perinde visa est atque si ipsum aequor cum classibus allaberetur.

2 *notione imaginis evanescente vel evanida de cogitatione, opinione sim.*: **a** *falsa, vana sim.* (*plerumque de erroribus haereticorum [cf. IIA2]; de doctrina catholica e parte Manichaeorum l. 50*): IREN. 2, 11, 2 *haeretici* cessantes a multifaria sua -a (*opp.* veritatem). LVCIF. non parc. 2 l. 35 non deo, sed -ae *serviunt haeretici.* Ps. ATHAN. Lucif. epist. 4 l. 47 probasti nihil esse, sed tantum -am Arrianorum verba (*cf.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 101, 17 oro, ut -a sit somnium hoc et nihil veri significans). RVFIN. Adamant. 5, 14 vanis fabulis et -is inanibus *haeretici cuiusdam* (*gr. φαντασίαις καὶ δοχήσει*). Orig. princ. 4, 2, 1 p. 308, 20 *haeretici mentientes* prout eis animae suae -a vanitasque suggesserit (*gr. ἅπερ ἡ ψυχὴ ... ἀνειδωλοποίησεν*). AVG. c. Faust. 8, 2 in -a illa vestra de regno dei. in psalm. 147, 8 tenentes in animo -as vanitatis suae. serm. 165, 6 -as conversationis animarum ante corpus in caelo. QVODV. haer. 1, 9 -am esse, quod dicitur ... Christum femineo potuisse nasci ex utero. CONC.^{S} I 2 p. 38, 33 sectionis, *sc. divisionis verbi ab homine,* -a (*aliae vers. e. g. I 5 p. 51, 5* intellectus vel cogitatio, *II 3, 1 p. 84, 20* imaginatio). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 296, 28 -am ... inducitis (*gr. I 1, 6 p. 152, 27 φαντάζεσθε*). *al.*

b *qualibet*: *α exempla varia*: HIER. in Hab. 3, 10 l. 695 pulchre opinationem -ae altitudinem vocat (*spectat ad p. 2003, 25 ut* AVG. civ. 18, 32 p. 301, 28 -a ... visio est, quam *confessus est propheta*). RVFIN. Clement. 2, 65, 3 quae per -as videram (*antea*: mente et cogitatione). CONC.^{S} IV 1 p. 55, 6 *Marthae et Petro* sufficiebat ... praecipuum aliquid ... de ipso *Christo* praeter ceterorum hominum -am accipere (*opp.* perfectam scientiam. *explicatur* AVELL. 83, 111 -am ... intellegentiae ... accepisse). *β quid cogitetur (tantum), indicatur per subi. iuxta locut.*: in -a (per -am *l. 67*) consistere, esse *sim.*: RVFIN. Orig. princ. 2, 3, 6 p. 122, 4 *mundum incorporeum* in sola mentis -a vel cogitationum lubrico consistentem (RVSTIC. c. aceph. p. 1223^{B} in solis rationibus et intellectibus et ... m. -is est, ceterum re ipsa non subsistit). CONC.^{S} I 5 p. 328, 8 rec. Q non per -am est salus nostra *eqs.* (*cf. l. 72*). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 7, 29 tantum in -a auditus est resonantis *vocis repercussae.* -a est: CONC.^{S} I 2 p. 54, 33 *si* adoptive erat in corpore verbum ..., – quod autem adoptione dicitur, -a est – invenitur putative et salus et resurrectio hominum dici (*sim.* I 5 p. 328, 6 rec. Q *quod* figurate dicitur, -a est. *rec. B v. p. 2006, 70. aliter II 3, 1 p. 205, 15* imaginatio). p. 54, 34 non -a est salus nostra *eqs.* (*sim.* II 3, 1 p. 205, 16. *cf. l. 67*).

B *significatur potius vis animi vel mentis*: **1** *qua quis imagines concipiat*: QVINT. inst. 8, 3, 88 (*inter vires oratoris*) *sunt* praecipua ... eius

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

orationis opera *δείνωσις* ..., *-α* in concipiendis visionibus *eqs.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 6 l. 9 qua -a intellegentiae adtingimus *deum?* AVG. lib. arb. 2, 92 *v. p. 2007, 41.* NEBRID. Aug. epist. 6, 2 a sensu -am habere omnes imagines. 8 mihi est -a et, quod volo, potis est fingere (*antea: somnia* in sua -a facta). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 237, 22 -a ... mentis aspicit ea, quae unita sunt, alterius esse naturae (*gr. I 1, 6 p. 158, 23 νοῦς φαντάζεται, alia vers. I 5 p. 300, 15* animus intellectu ... discernit). **2** *qua quis incitetur, moveatur ad aliquid*: RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 2 p. 196, 30 *dicunt, quod* a se ... moveantur animantia, cum eis -a, ⌞id est voluntas quaedam vel incitamentum⌟, adfuerit, quae ea moveri ad aliquid ... provocaverit (*cf.* p. 197, 15 -a, ⌞id est voluntas vel sensus⌟. p. 197, 18 *araneae* -a, ⌞id est voluntate quadam vel studio⌟ textrinae, ad opus texendi ... concitantur [⌞ ⌟ *desunt apud Orig., ubi distinguuntur φαντασία et φύσις φαντασιαστική*]). GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 14 tibi ex voto violenti regni -a cessit.

II *de specie, forma rei* (*hominis sub A 1a; potius de actione e. g. l. 44. 51. p. 2004, 26; respicitur species splendida sim. e. g. l. 20. 30. 41. 66; qua in re constet species, indicatur per gen. e. g. l. 32. 46. 68. 74 sqq. p. 2004, 26 sqq., per enunt. secund. p. 2004, 24*): **A** *oblata oculis*: **1** *quolibet contextu*: **a** *metonymice de homine, qui praebet speciem: magnificam, splendidam*: PETRON. 38, 16 -a, non homo (*an significatur homo tam dives, ut ad fabulam pertineat?*). *caducam, vanam*: GLOSS. III 384, 53 quid homo? ... minimi temporis -a *ὀλιγοχρόνιον φάντασμα.*

b *notione sollemni*: **α** *in malam partem de specie fallaci, veritati non congruente sim.*: Ⓘ *qualibet*: VET. LAT. Hab. 3, 10 (Hier. *ad l.*) dedit abyssus vocem suam ⌞altitudinem -ae⌟ (Verec. in cant. 6, 12. *al.* ab altitudine -ae, *Vulg. aliter.* HIER. *in comm. explicat primo in neutram partem [p. 2002, 56], deinde in malam*: l. 710 altitudinem -ae suae, id est umbrae et imaginis. *sim.* VEREC. *loco cit.*). IREN. 2, 31, 3 *apud haereticos quosdam* error et seductio et magica -a in speculatu hominum impie *fit.* 5, 22, 2 nec divitiis nec gloria mundana neque praesenti -a capi. MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 25 l. 4 esse existentiam quandam et in his, quorum -a quadam est interire. PELAG. in II Thess. 2, 10 *seduci* per -am simulationemque virtutum (RVFIN. hist. 2, 13, 3 *multis* per -as deceptis [*gr. δυνάμεις μαγικάς*]. 5, 7, 3 [*affert Iren. 2, 32, 4, v. p. 2005, 52*] per -am ... fecisse haec [*gr. φανταστικῶς*]. hist. mon. 28, 3, 1 per -as magicas [*gr. μαγείαις*]. *al., cf.* ACT. Petr. 31 in -a). CONSVLT. Zacch. 1, 18, 14 (*respicitur exod. 7, 12 sqq.*) *non* cedit aliquantisper similitudo veritati, signisque *Moysi* -a *magorum.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 3, 6 *luna* concretionis et diminutionis ... quasdam nobis exhibet -as. GILD. Brit. 11 chron. III p. 32, 2 impiis Romana ... stigmata cum horribili -a praeferentibus. 30 *ibid.* p. 43, 9 supervacuam -am. 67 *ibid.* p. 64, 4 cum magno apparatu magnaque -a vel potius insania. MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 403 (*de mari Rubro Aegyptios mergente*) apparebat non esse -am. GREG. TVR. Franc. 4, 29 *Chuni* magicis artibus instructi diversas eis *Francis* -as ostendunt et *vicerunt. al.* Ⓘⓘ *a diabolo vel daemonibus effecta* (*hic illic se transfigurando* [*quae a magis efficiuntur v. supra*]): VITA Anton. 9 p. 25, 21 *daemones* transfigurati in bestias et serpentium -as. 28 p. 43, 5 si possibile esset illis *daemonibus* quicquid volunt, ... neque faciebant -as neque transfigurantes se veniebant ad hominem. 36 p. 48, 27 *malorum daemonum* concursus et -a turbata est cum sono ... et turbore (*opp. p. 48, 10* adventus et visus *bonorum*). 37 p. 49, 21 cum vident trepidantes, augent -as *daemones.* 40 p. 51, 27 *venit* ieiunante me ipse subdolus quasi monachus habens -am panis. EVAGR. vita Anton. 12 p. 861 non ut ante (*sc. in cap. 11*) -am, sed ingentem auri massam ... conspexit. AMBROSIAST. in Rom. 8, 39, 3 *si* per -am, qua seducere meditatur, profundum nobis ostendat *diabolus* (CONSVLT. Zacch. 1, 13, 2 *daemones* per -am ... simulare, quod non sunt). AVG. civ. 18, 5 p. 262, 27 *non* magnum erat daemonibus ... -am talis tauri ... ostentare vaccae *eqs.* SVLP. SEV. Mart. 23, 11 -am suam diabolus ... dissimulare diutius *non poterat.* GREG. TVR. vit. patr. 5, 3 flammarum. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 49 l. 11 stupenda ... -a, *sc. feminae.* REGVLA mag. 71, 7 diabolica ... -a. VITA Melaniae (BHL 5885) 17 p. 12, 22 a -a diaboli (*gr. ἐξ ἐνεργείας*). *al.*

β *in neutram vel bonam partem*: VET. LAT. Zach. 10, 1 (Hier. *ad l.*) dominus ⌞fecit -as⌟ et pluviam hiemalem dabit eis (*Vulg.* faciet nives. *explicat* HIER. *ad loc.* l. 24 sq. *fortasse* magnitudinem gratiae admirationemque donorum nomine -ae voluere describere). IREN. 1, 8, 1 *artifex* per gemmarum -am *decipit* ... idiotas. AVG. epist. 140, 54 *deus lux est non* talis, qualis huius visibilis lucis -a cogitatur. CASS. FEL. 49 p. 128, 9 *ictericos* sequitur ... ex infectione fellis pallor corporis cum ... oculorum crocei vel aurei coloris -a. PASS. Saturnin. 2 simulacra nonnullis adumbrata -is.

2 *in doctrina theologica eorum, qui gr. δοκηταί appellantur* (*respicitur Christi corpus putativum q. d., caro non substantialis sim.; de rebus, actionibus illuc pertinentibus l. 74 sqq. p. 2004, 11. 19 et* AVELL. 74, 5; *sing. praeter p. 2004, 14*): **a** *exempla varia*: MAR. VICTORIN. homous. 3 l. 18 *nulla* passio ibi vel -a aliqua passionis. HIL. syn. 85 -am corporis ..., non corpus (CASSIAN. c. Nest. 5, 5, 1 natam esse de carne virginis non -am c., sed veritatem. *cf.* FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 5, 1 carnis -am *credidit Manichaeus* [3, 34, 3]). RVFIN. Adamant. 5, 1 -a quaedam fuit et non veritas. Ps. AVG. serm. ed. Mai 42, 2 *quod Christus* cibum sumpsit, suspicionem -ae penitus avertit. CASSIAN. c. Nest. 5, 6, 3 ne qui -am ab hominibus visam crederet (*opp.* corporis veritatem). VINCENT. LER. comm. 14, 4 (*de Manichaeis*) -ae praedicatores. CONC.^{S} I 5 p. 151, 8 docesim aut -am. MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 265 non ... -a, non imago. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 3, 63 numquid -a pedes discipulorum ... lavit? *al.* **b** *locutiones adverb.* (*c. praepos. praeter l. 19*): per: FILASTR. 40 quasi per -am apparuisse, ... et non veram carnem hominis habuisse. RVFIN. Adamant. 5, 12 (*opp.* vere; *gr. δοκήσει*). Orig. princ. 1 prol. 4. CONC.^{S} I 5 p. 138, 33 quod non per -am, sed vere habeat corpus (*gr. I 1, 7 p. 60, 16 φαντασίᾳ, alia vers.* I 5 p. 283, 26 non erat -a, sed *eqs.*). in *c. abl.*: RVFIN. symb. 37 l. 32 passionem ... et nativitatem non in veritate carnis, sed in -is fuisse. PRAEDEST. 1, 14 p. 591^{C} nihil ab eo in -a factum. FVLG. RVSP. Tras. 3, 25, 2 *carnem* non in -a, sed in veritate suscepit. GENNAD. dogm. 2 l. 19 neque in -a, id est absque carne ... neque *δοκήσει* ... imaginatum. vir. ill. 25 quod non in -a homo apparuerit, sed veram habuerit carnem (ISID. orig. 8, 5, 12). *al.* *cetera exempla*: CONC.^{S} IV 1 p. 132, 6 suspicione et -a salvatoris ... humanationem, sed non vere factam esse. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 2 p. 65, 9 universa dispensationis eius facta pro -a *esse.* p. 66, 15 *Christum* usque ad -am hominem apparuisse.

B *oblata menti, cogitationi*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 1 l. 30 (*spectat ad 'homousion'*) solum, sine -a, quod alterum *esset* (*cf.* 4, 23 l. 17 sine -a alterius). 3, 7 l. 2 hoc (*sc. 'esse' patris*) ... ceteris principium *est* et primum ad -an secundorum (*sc. filii et spiritus sancti*). 4, 6 l. 14 *deus* nullo principio agens, non ab actione agens, ne actio vel -a principii sit ad agentem. 4, 7 l. 32. 4, 23 l. 6 sic simul *sunt,* ut ne -a quidem copulationis sit. BOETH. elench. soph. 165b25 *sunt ea,* quae secundum dictionem faciunt -am, *sc. elenchi,* sex numero. 168b19. top. Arist. 100b27 nihil ... eorum, quae dicuntur probabilia, in superficie habet ... -am, *sc. rei probabilis.*

deriv.: phantasior, phantasius (-eus).

phantasiasta, -ae *m., φαντασιαστής. de eo, qui haeretice corpus Christi phantasiam esse docet*: LIBERAT. 8 Conc.^{S} II 5 p. 108, 11 ad confusionem Alexandrinorum -arum vel corrupticolarum (*item opp. ibid.* 19 p. 134, 17 ecclesiam illam diviserunt et alios quidem fecerunt c. appellari, verum incorruptibilitatis assertores -as. 20 p. 135, 22).

phantasior, -ārī. *a* phantasia. *i. q. phantasia agitari* (*respiciturne vertigo?*): CHIRON 304 ut *equus* ... pedibus infirmus sit et de pariete in parietem se conlidet et fantasietur. *Ley-Hutton.*

phantasius, -a, -um. [*cum gr. φαντάσιος non legi videatur, fort. iuxta* industr-ius: -ia *sim. ad subst.* phantasia *formatum; de scriptura* -eus *cf. Leumann, Gramm. 1977, 46. Fo.*] -eus *in uno cod.* Ps. VIGIL. THAPS. *i. q. ad phantasiam, sc. corpus putativum, pertinens*: Ps. VIGIL. THAPS. trin. 9, 6 rec. II *deum* hominem natum, non putative, sed vere, non aereum, sed corporeum, non -um, sed carneum (phantasiam *var. l.; item fere* ARNOB. IVN. confl. 2, 26 l. 1763 [in phantasia *ed. princ.*]). ARNOB. IVN. confl. 2, 8 l. 345 in deo nihil putativum, nihil ⌞-um⌟, nihil mendax extitit (⌞ ⌟ phantasticum *Daur, 1992, sec. ed. princ. contra codd., v. ed. Gori, 1993*).

phantasma, -atis *n.* (*f. l. 65*), *φάντασμα. scribitur in codd. vet.* pha-, *e. g.* AVG. conf. 3, 6, 10 (*S*). gen. ad litt. 10, 24 p. 327, 20 (*E*), fa-, *e. g.* VET. LAT. num. 16, 30 (cod. 100). Luc. 24, 37 (cod. 5). HIL. trin. 10, 41. NOT. Tir. 55, 55^{a}. *finguntur et formae decl. primae vel sec. (cf. Tidner, Sprachl. Komm. z. Didasc. apost., 1938, 113): subest* -mat-: *nom. sing.* -ta VET. LAT. Matth. 14, 26 (cod. 3) *v. p. 2005, 15, abl. sing.* -tā VET. LAT. num. 16, 30 (cod. 100), *nom. plur.* -tae SORT. Sangall. 9, 6 visa -ae sunt (*in var. l.* AVG. conf. 3, 6, 10 p. 44, 15), *abl. plur.* -tīs (*dat. in parte codd.* AVG. vera relig. 204) OPTAT. 4, 8 p. 114, 12 PAVL. NOL. epist. 13, 25. 16, 11 AVG. bapt. 4, 15, 22 conf. 3, 6, 10. 9, 4, 9 (-bus *var. l.*). 12, 11, 14 epist. 92 A. gen. c. Manich. 2, 20, 30 (-bus *var. l.*). serm. 8, 6. trin. 7, 6, 11 l. 116 (-bus *var. l.*). vera relig. 269 (*in parte codd. ut*: 279. 295). *subest* -ma: *abl. sing.* -mā HIER. c. Ioh. 34 l. 41 *ed. Feiertag* (*in var. l. pro* -e). AVG. serm. 375 C, 3 coll. Morin p. 342, 19 (*vix acc.*). PLAC. med. *p. 2007, 11.* ACT. Petr. 17 p. 63, 17 (*vix acc. plur.*), *abl. plur.* -mīs DIDASC. apost. 56, 19. *de genere fem. v. l. 54 sqq.; accedit pron. fem. p. 2005, 24.* *de notione*: TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 560, 2 vacua res, quod est -a. *sim. al.* GLOSS.^{L} III Abol. FA 43 visio vana. [*francog.* fantôme; *prov. vet.* fantauma *et var. francoprov., prov., vasc.; port.* abantesma; *a* pantasma: *var. it. dial.; var. hisp. dial. cf. M.-L. 6460. Wagner I 502. Wartburg VIII 363 sq. Corominas*^{2} *II 852. Machado*^{3} *I 29. St.*] *legitur semel apud* PLIN. *min. et inde a* TERT. [*in falsa var. l. pro* phasma HIER. in Ier. 5, 52, 3 in Is. 9, 28, 5 l. 58, *pro* phantasia AVG. conf. 3, 6, 10 p. 44, 15.]

i. q. φάντασμα (*gr. respondere solet φάντασμα et φαντασία* [*sc.* IREN. 1 praef. 2 HIER. hom. Orig. in Ier. 4 p. 625^{B} ACT. Petr. 31. *al.*], *quae infra non*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

notavimus; vox gr. redditur latine Avg. soliloq. 2, 20, 34 *figura,* quam sibi fingit cogitatio, quae graece sive phantasia sive -a dicitur. Cael. Avr. acut. 3, 14, 115 visa mentem fallentia, quae Graeci -ta vocaverunt [*sim.* chron. 5, 7, 83 gyn. 1, 50]; -a *et* phantasia *iuxta ponuntur vel variant, v. l. 55 sq. et p. 2006, 48* [*cf. p. 2001, 39*]): **I** *de specie oculis oblata*: **A** *quolibet contextu; significantur*: **1** *figurae, quae apparent corpore aerio, ficto sim.* (*c. gen. explic. l. 10. 12*): **a** *varia spectra, umbrae, daemones sim.*: Plin. epist. 7, 27, 1 velim scire, esse -ta et habere propriam figuram numenque aliquod putes an inania et vana ex metu nostro imaginem accipere. Tert. apol. 22, 12 -ta Castorum (*sim. de deis paganorum e. g.* idol. 4, 3 servitis -bus et daemoniis et spiritibus. Hier. in Is. 5, 13, 21 genera daemonum ... vel -ta. Prvd. c. Symm. 2, 857 *tot sunt errores paganorum,* quot aeriis volitant -ta monstris). Vet. Lat. Matth. 14, 26 (cod. 2. *al., sim.* Vvlg.) cum vidissent ... *Iesum* in mari ambulantem, turbati sunt dicentes: -a est (cod. 3 -ta. *in eadem re* Marc. 6, 49 [cod. 3. *al. et* Vvlg.] putaverunt -a esse. *huc spectant* Hil. in Matth. 14, 5 inanis visus -a credentes clamaverunt prae timore. Ambrosiast. in II Cor. 11, 14. *al.*). Evagr. vita Anton. 6 p. 851 ad vocem cantantis -a quod videbatur evanuit (*Vita Anton. 6 p. 22, 9* niger, *gr.* ὁ *μέλας*). Serv. auct. Aen. 1, 651 *Proteus dicitur* -a in similitudinem Helenae formatum Paridi dedisse. Hier. in Ier. 2, 95, 2 sirenas, monstra ... et daemonum -ta. Pallad. hist. mon. I 30 *ut sanctus quidam nimia abstinentia* id quod dicunt -a – hoc est non res vera, sed imago – esse aliqua putaretur (*gr. p. 130, 7 φάσμα*). Sacr. Greg. 206, 1 (981 D.) si qua (quod *var. l.*) -a, si qua virtus inimici *inest in aqua baptismi* (*cf. Gelas. 607* omnis virtus ..., omne -a [omnes -a *man. post.*]). *al.* **b** *de eis, qui e morte ad vitam redierunt* (*sc. de Christo post resurrectionem ad discipulos veniente praeter* Ambr. [*distingue doctrinam sub B illustratam*], *cf. l. 43*): Tert. adv. Marc. 4, 43 p. 567, 11 haesitantibus eis, *sc. apostolis,* ne -a esset, immo -a credentibus. Vet. Lat. Luc. 24, 37 (cod. 5) *apostoli* putabant -a videre (*gr. ibid. φάντασμα, cett. πνεῦμα, cf. Vulg.* spiritum). Gavdent. serm. 9, 9 ne non in carne vera esse, sed in -e putaretur, manus suas ceteraque membra Thomae ... attrectanda ingerit. Ambr. in Luc. 6, 63 *Iesus* iussit dari ei *puellae resuscitatae manducare,* quod est testimonium vitae, ut non -a, sed veritas crederetur. Hier. epist. 49, 21, 2 ossa carnemque *monstravit* ..., ne veritas corporis -a putaretur. c. Ioh. 34 l. 40 *Iesus dicitur* comedisse cum apostolis, ne -a putaretur (*cf. l. 33*). Avg. in euang. Ioh. 21, 13 manifestans se eis *apostolis* in veritate, non -a, non umbra, non spiritus. *al.*

2 *quaelibet fallacia et miraculosa, praestigiae sim.* (*e. g. de actione, qua quis decipiat, l. 42. 52. 68. al., de specie, forma, qua quis [quid e. g. l. 51. 63] induitur [species indicatur per gen. l. 57. 66], de paganorum imagine dei, idolo l. 50*): Tert. apol. 23, 1 si et magi -ta edunt. anim. 57, 6 *cum mortui magice ad vitam revocantur,* -a praestatur ... et corpus affingitur (*item de mortui resuscitatione e. g.*: Hier. in Matth. 6, 34 l. 881 in Samuhelis -e [*I reg. 28, 7 sqq.*]. Avg. in euang. Ioh. 50, 5 ne putarent ... -a esse factum *Lazaro resuscitato. cf. l. 26*). Vet. Lat. num. 16, 30 (cod. 100) non in -tā ostendit dominus (*gr. ἐν φάσματι, Vulg. aliter, Aug. quaest. hept. 4, 28* in visione. *explicat*: nonnulli ... in -e interpretare voluerunt, quod omnino sic abhorret a consuetudine locutionis nostrae, ut nusquam fere dicatur -a, nisi ubi falsitate visorum sensus noster inluditur). Hab. 2, 18 (Priscill. tract. 1, 16. *al.*) finxerunt *idolum* ..., -a mendum (*Vulg.* imaginem falsam). Iren. 1 praef. 2 ut decipiat *error* exteriori -e rudiores (*antea*: suasorio ... cooperimento). 2, 32, 4 dominum per -a huiusmodi fecisse dicunt (*gr. φαντασιωδῶς*). Gavdent. serm. 9, 39 probatur virtus salvatoris *in miraculo Cana facto* (*sc. Ioh. 2, 1 sqq.*) ... non -a fuisse, sed veritas. Vita Anton. 28 p. 43, 17 daemones ..., quia nihil possunt, vel -bus intimidant (*cf. p. 43, 12* phantasia et transfigurationibus). Evagr. vita Anton. 11 p. 859 doli auctorem *diabolum* in -e obiurgabat argenti (*cf. Vita Anton. 11 p. 27, 13 diabolus* in ipso erat). Pavl. Nol. epist. 49, 8 corporatum -a, *sc. anguem Aesculapii.* Avg. civ. 10, 27 p. 445, 13 daemones deorum speciem ... fingentes inquinant ... humanum spiritum falsitate -um et deceptoria vanarum ludificatione formarum. Ps. Apvl. herb. 60 l. 7 *asterion* nocte tamquam stella in caelo lucet et qui videt ignorans dicit -a se videre. Alc. Avit. carm. 5, 86 *magi* medicatas armant ... suas noto -e virgas (*sc. in serpentem vertunt*). c. Eutych. 2 p. 29, 11 quibus -a videtur esse, quod gestum est (*sc. ascensio Christi*). Vitae patr. Iurens. 56 (*54* sub duarum puellarum forma) diabolus reducto -e nequitiae puellaris *sanctum alapa percussit.* Greg. Tvr. Franc. 10, 25 p. 519, 6 (*iuxta pos.* praestigias). Greg. M. moral. 15, 7 quid est vita hypocritae nisi quaedam visio -is, quae hoc ostendit in imagine, quod non habet ex veritate. Act. Petr. 17 p. 63, 17 Simonem magica arte usum fuisse et -mā facta ... abripuisse *res pretiosas* (*antea*: magia facta). *al.*

B *in doctrina theologica eorum, qui gr.* δοκηταί *appellantur* (*respicitur fere corpus putativum q. d., caro non substantialis sim. Christi [aliorum p. 2006, 18. 27. 29. 31. 36, cf. l. 25 sqq.], ceterum res eo pertinentes; plur. p. 2006, 12. 18. 34*): **1** *usu vario* (*saepius praedicative; post* Tert., *qui vocem frequentat, pauca selecta*): Tert. anim. 17, 14 Marcion -a eum *Christum* maluit credere, totius corporis in illo dedignatus veritatem. carn. 1 l. 23 qui carnem Christi putativam introduxit, aeque potuit nativitatem quoque -a confingere. 3 l. 47 numquid et angeli illi -a carnis apparuerunt? (adv. Marc. 4, 42 p. 565, 5 sqq. si caro non fuit, sed -a c., -a autem spiritus fuit, spiritus autem semetipsum expiravit et expirando discessit, sine dubio -a discessit *eqs. al. apud eundem, adde l. 29 et cf. l. 8*). adv. Marc. 3, 8 p. 389, 7 cur ... non etiam dei -a portaverit? (Prvd. apoth. 1050 *Christus resurgens* si membrorum -a meorum [*i. humanorum*] est, et -a d. est. *adde l. 31*). 3, 11 p. 394, 21 si mendacio passus est *Christus,* ut -a, potuit et mendacio nasci. 3, 15 p. 401, 27 qui ungui omnino non potuit, Christus (*i. unctus*) vocari nullo modo potuit; aliud est, si et nominis -a adfectavit. 4, 10 p. 448, 28 de substantia corporis adversus -ta Marcionis ('-a *fort.' Kroymann*). Zeno 1, 3, 17 per hominem necesse habuit *hominem vivificare,* ne -a putaretur. Tract. in Luc. 5, 13 *Marcio* -is et putativi corporis adsumsit defensionem: quia ⌞-is⌟ habuit corpus, ideo inquinari non potuit (⌞ ⌟ *sim. gen.*: Pastor libell. p. 44, 5 *non* imaginarium corpus aut -is alicuius in eo fuisse, sed solidum atque verum). Hier. c. Ioh. 25 nostrorum carnes et haereticorum -ta. in Matth. 12, 49 ut natus de -e (*i. Maria*) putaretur *Christus.* Prvd. apoth. 957 *deum* mendax -a cavamque corporis effigiem ... habentem. Avg. serm. 362, 10 -a erat illa manducatio *angelorum* (*gen. 18, 9. al.*) et non erat vera. Evagr. Pont. sent. virg. rec. W l. 90 *Christus* non erat -a mendax in oculis hominum (*rec. H p. 1188*^{B} visio ficta). Leo M. serm. 65, 1 secundum ipsos *haereticos* crux Christi aut simulatio fuerit -is aut supplicium deitatis. *et saepe.* **2** *abl. modi* -e *vel locut.* in -e (*hic illic locut. vergit ad notionem q. e. putative, fallaciter sim., maxime l. 36. 39. 41. 46*): Tert. adv. Marc. 3, 8 p. 390, 16 qui in Christo dormierunt, perierunt, sane resurrecturi, sed -e forsitan, sicut Christus (Hier. c. Ioh. 25 *cum* dominus in -e resurrexerit. Didasc. apost. 56, 19 *haeretici* demones volunt r. spiritales in -mī s). 3, 9 p. 390, 18 quasi et illi *angeli* in -e, putativae utique carnis, egerint apud Abraham et Loth. Ps. Tert. haer. 1 p. 214, 1 se, *sc. Simonem Magum,* in -e dei non passum, sed *eqs.* (p. 214, 15 Christum -e tantum quasi p. fuisse. Ambr. incarn. 6, 46 neque ... in -e p. est, quia nec in -e super mare ambulavit *eqs.*). 6 p. 222, 23 in -e solo fuisse (p. 223, 21. Optat. 4, 8 p. 114, 12 filium dei in -tīs, non in carne f. [-e *var l.*]. Avg. serm. 8, 5 vulnera *Christi crucifixi* illa in -e f. *cf. l. 39*). Hier. epist. 51, 5, 6 (*Epiphan.*) Adam verus ... plasmatus in corpore ... non in -e et ... propter peccatum postea corpus *accepit.* hom. Orig. in Ezech. 1, 4 p. 327, 18 nativitatem illius *Christi* in -e (*cf.* c. Ioh. 34 iuxta Marcionem ... et nativitas eius in -e *fuit.* Nicet. symb. 4 p. 42, 3 in -e ... factam ... incarnationem [*antea*: putative]. Epist. pontif. 885 Conc.^{S} IV 2 p. 209, 14 ne in -e aut aliquo modo non veram sumpsisse carnem credatur ex virgine. *sim. al.*). Avg. epist. 102, 6 *angelos legimus escas* sumpsisse non ficto -e, sed manifestissima veritate (*cf. l. 20*). serm. 375 C, 3 coll. Morin p. 342, 19 spiritum fuisse Christum et apparuisse in -mā, id est quasi carnem non fuisse veram in Christo (Theod. Mops. in I Tim. 3, 16 p. 136, 4 *Simon magus* dicebat ... -e solo dominum a. in carne. in II Tim. 2, 8 p. 206, 1). *al.*

II *de imaginatione, visione mentis* (*iuxta ponitur vel in contextu, versione sim. variat* somnium *l. 57. 68. al.,* phantasia *l. 71. p. 2007, 9. 21. 42. al.; locutio* per -a, -ta *l. 59. p. 2007, 12 et* Avg. bapt. 3, 14, 19 in psalm. 98, 4. *al.*): **A** *significatur actio vel effectus imaginandi*: **1** *notione imaginis magis minusve evanida de opinione, placito, invento sim., quae quis vana, non vera esse iudicat* (*saepius cum contemptu de haereticorum vanitate, sed e parte haeretica* Vigil. Thaps.): Tert. carn. 5 l. 17 falsa est ... fides nostra et -a erit totum quod speramus a Christo. adv. Marc. 1, 27 p. 328, 11 hoc erit bonitas imaginaria, disciplina -a et ipsa. Iren. 1, 8, 1 *haereticorum* male composito -i. Firmil. Cypr. epist. 75, 7, 2 quaedam somnia ... et -a ignoti dei confingentes *haeretici.* Anian. Chrysost. hom. 15, 2 p. 7, 3 *homo* aequalitatem dei cogitationum sibi -e mentiendo (*gr. ἰσοθεΐαν φαντασθείς*). Prvd. ham. 59 *Marcioni* per -ta duplex occurrit species *dei.* Pavl. Nol. carm. 15, 30 Castalidas, vatum -ta, Musas. epist. 8, 1 ille non -e somniatus, sed ab ipsa veritate formatus *eris* consul. 50, 12 quae non viderunt -ta quasi visa fingentes *haeretici.* Avg. conf. 3, 7, 12 *meum* videre usque ad corpus erat oculis et animo usque ad -a. in psalm. 80, 14 l. 88 in imagine -is tui, in deceptione erroris tui. Qvodv. haer. 7, 26 Manichaei -um somniatores. Svlp. Sev. dial. 3, 15, 4 *Martinum* per inanes superstitiones et -ta visionum ridicula ... senuisse. Leo M. epist. 165, 9 Conc.^{S} II 4 p. 118, 14 si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse -is. Epist. pontif. 670 Schwartz p. 88, 8 delirantium somnia et -ta vana. Conc.^{S} I 5 p. 328, 28 rec. B *si* secundum positionem erat in corpore verbum, positione ... quod dicitur, -a est, invenietur et salus nostra ... in specie fuisse facta (*rec. Q* phantasia). p. 332, 27 rec. B quia adducuntur in -e quidam, ut dicant *eqs.* (*rec. Q* de eo ... quod falluntur et dicunt *eqs.; Athan. epist. ad Epict. p. 16, 16 ed. Ludwig περὶ δὲ τοῦ φαντάζεσθαι*). Vigil. Thaps. c. Arian. 2, 41 (*loq. Arius*) ut ... trium deorum ... periculum evadat, subito eos, uti tres unus appareat, incomprehensibili -e conflat, dicens *eqs.* *al.*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *notione imaginis potius servata de visionibus vel imaginibus*: **a** *quae contingunt dormientibus, aegrotis, ebriis sim.* (*vergit ad notionem q. e. somnium e. g. l. 8. 11*): IREN. 2, 33, 1 requiescente corpore quaecumque anima ipsa apud se videt et in -e agit ([*gr. φαντάζεται*]. *ibid.* in -e ... per somnium. HIER. in Ezech. 47, 1 l. 1010 nobis ... in noctium -e illudit inimicus. hom. Orig. in Ier. 4 p. 625^{B} cum in -e esse febrium coeperimus *aegrotantes* et mortis limine urgeri. *al.*). HIER. interpr. Iob 20, 8 tanquam somn⟨i⟩um ... *et* velut -a nocturnum (*gr. φάσμα, Vulg.* visio). EVAGR. PONT. sent. mon. rec. H p. 1181^{C} (*antea*: phantasias) -ta turpia exstinguit esuries (*rec. A* visiones). PLAC. med. 5, 44 rec. *β quiddam* remedium est infantibus, qui -a patiuntur (tit. qui -a vexantur [*abl. an acc.?*]). 8, 1 rec. *α* quae *umbrae* per -a adparent (*rec. β* per fantasiam). DIOSC. 4, 69 p. 40, 1 insomnia non bona et -ta. 4, 138 p. 63, 11 somnia mala ... aut -a (*gr. 4, 143 ἐνύπνια πολλὰ καὶ ταραχώδη*). CASSIAN. conl. 12, 7, 4 ne inlecebrosis -bus feminarum vel dormiens inludatur. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 59 ne visa aegri ex picturis mente accipientes, quae Graeci -ta vocaverunt, plus asperentur. gyn. 1, 50 cum *mulier* a nimia ebrietate sauciata labentia patitur visa, quae Greci -ta vocant. PRISC. LYD. solut. 3 p. 59, 31 in somno vero -a somnium dicimus, *quia eqs. al.* **b** *quae res externas sensibus perceptas in animo reddunt* (*et animum male irritant, depravant sim.*): AVG. civ. 11, 26 p. 498, 5 sine ulla phantasiarum vel -um imaginatione ludificatoria *aliquid* ... certissimum est. epist. 147, 42 inruit ... de consuetudine carnalis vitae in ... interiores oculos turba -um in similitudinibus corporum. in euang. Ioh. 19, 1 nihil aliud nobis facit anima plena -is, nisi quasdam imagines velut duorum hominum patris et filii. gen. c. Manich. 2, 20, 30 difficile est resistere -tīs (-bus *var. l.*), quae per istos sensus (*i. aures et oculos*) intrant in animam. serm. 207, 3 nec serena cordis petentis intentio carnalium voluptatum -bus nubilis impeditur. vera relig. 194 *est* alius deterior ... cultus simulacrorum, quo -ta sua colunt et, quiquid animo errante ... imaginati fuerint, religionis nomine observant. CASSIAN. conl. 14, 12 talium (*sc. quae e lectione fabularum historiarumve sim. sunt orta*) ... me -um imaginatio semper inludens *eqs.* FVLG. RVSP. c. Fastid. 5, 4 caecati -bus suis (*postea*: in illarum rerum cogitatione versantur, quae corporeis oculis corpoream ingerunt molem). GREG. M. in euang. 2, 3 occurrunt cordi -ta peccatorum, quae fecimus. in Ezech. 2, 5, 9 terrenarum atque caelestium imaginum -ta ab oculo mentis compescere. *al.* (*praecipue* AVG. *et* GREG. M.).

B *significatur vis, mens sim., qua quis imagines concipiat vel aliquid excogitet sim.*: IREN. 1, 13, 6 quas *formas* valde audax illa (*sc. Achamoth*) ducta -e ... emisit (*gr. φανταστθεῖσα*). AVG. c. epist. fund. 23 solent deum sibi libertate -is corporis humani specie figurare. lib. arb. 2, 92 qua fantasia vel -e tam certa veritas numeri ... tam fidenter nisi in luce interiore conspicitur? (*nisi ad A*).

deriv.: phantasmaticus, phantasmor.

phantasmata, (-ae) *f. v. p. 2004, 54 sqq.*

phantasmaticus, -a, -um. *a* phantasma. *scribitur* fa- *in cod. A Prud. l. 57 et variis codd. rec.* ISID. [*in falsa var. lect. p. 2008, 13; ut aet. rec. negleximus* SCHOL. Prud. psych. 708.]

i. q. ad phantasma pertinens: de eo, qui (quod) qualitatem phantasmatis habet: AVG. c. Faust. 20, 15 ('vivum vivae maiestatis simulacrum Christum filium dei') Christus vester, *sc. haereticorum,* -us. ISID. orig. 8, 9, 7 (*spectat ad resuscitationem Samuelis I reg. 28, 7 sqq.*) -am inlusionem satanae fallacia factam. *transfertur ad eos, qui putant Christum non verum corpus, sed phantasma habuisse* (*masc. pro subst. l. 57*): LEO M. epist. 124, 6 Conc.^{S} II 4 p. 161, 30 dicant ... isti -i Christiani, quae substantia salvatoris affixa sit ligno *eqs.* (*cf. p. 2008, 18*). TITVLVS Prud. apoth. 952 adversus -os, qui Christum negant verum corpus habuisse.

adv. **phantasmaticōs,** *φανταστικῶς* (*quod in gr. non legi videtur*). *i. q. per phantasma, imaginationem*: SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 2, 1, 17 ('iam nunc ... murmure cornuum perstringis auris') quasi fantasmaticos, *sc. scribis, Pollio* (*cf. Schol. Hor. ad l.* tamquam haec ... ita commendaret, ut se auditor crederet interesse).

phantasmor, -ārī. *a* phantasma. *i. q. phantasia fingere*: IREN. 2, 28, 7 quemadmodum *deus* emisit eam *materiam,* neque scriptura aliqua exposuit neque nos fantasmari oportet ex opinionibus propriis infinita conicientes de deo.

⁂phantasticus, -a, -um, *φανταστικός.* *scribitur* ph- *in codd. vet.* AVG. conf. 6, 13, 23 (*S*), FACVND. defens. 1, 4, 10 (*V*). *al., in codd. recc. etiam* fa-. *legitur inde ab* AVG. [*falso trad. pro* phonascicus FVLG. myth. 3, 10.]

i. q. ad phantasiam pertinens (n. pro subst. v. 2b et 3a; de rebus praeter p. 2008, 18); respicitur: **1** *species vana sim., quae oculos fallit*: **a** *de operibus diaboli, magorum sim.* (*aliter* CASSIOD.): AVG. quaest. hept. 2, 21 -a illa figmenta *magorum* (*exod. 7, 12*). QVODV. prom. 4, 6, 11 *cum quidam sanitatem promittens* circa ... claudos -os quosdam ageret lusus. VEREC. in cant. 2, 5 l. 9 Simon magus ... -as sanitates ... visus est demonstrare, sed non sunt eius opera vera. CASSIOD. compl. in act. 1, 9 ne aliquis tale miraculum, *sc. ascensionem Christi,* -a crederet imaginatione monstratum. MVTIAN. Chrysost. hom. 3 p. 257 *magorum opera* -a et inania demonstrantur (*gr. p. 33 φαντασία*). GREG. M. dial. 2, 10, 2 *monachos* -o ... igne deludi (*postea*: flammas, quas ... finxerat *diabolus*). *al.* **b** *in doctrina theologica eorum, qui gr. δοκηταί appellantur, de corpore putativo, substantia carente Christi* (*hominum resurgentium* Ps. AMBR.): QVODV. grat. 1, 10, 5 nescio quid illud -um fuisse, *quod suscepit Christus* (*opp.* verum hominem). LEPOR. 6 ut credamus unicum filium dei ... non -um, sed verum. LEO M. epist. 124, 2 Conc.^{S} II 4 p. 160, 12 -am corporis speciem oculis apparuisse (= epist. 165, 2 Conc.^{S} II 4 p. 114, 13 [fantasia(m) *et* fantasmaticam *var. ll.*]). Ps. AVG. solut. 75 l. 28 verum hominem, non -um (CONC.^{S} I 5 p. 73, 3 -um, id est putativum). Ps. AMBR. trin. 23 aerium aut -um corpus aut domini fuisse aut nostrum futurum esse (FERRAND. epist. 3, 5 verum, non aereum, non -um). *al. transfertur ad ipsos haereticos, sc. phantasiae assertores*: LEO M. serm. 65, 4 dicant ... isti -i Christiani, quae substantia salvatoris adfixa sit ligno *eqs.* (*cf. p. 2007, 56*).

2 *imago menti oblata, cogitatio imaginaria*: **a** *adi.*: AVG. civ. 18, 18 p. 279, 25 alteri per imaginem -am exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in somnis. trin. 12, 9, 14 *anima* cum eorum imaginibus, quas memoriae fixit, involvitur et -a fornicatione ... inquinatur. AVELL. 97, 19 *nonnumquam est ieiunandum,* ne materia praebeatur ... sensibus -ae voluptatis imaginatione fallendis. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 38 *domini passionem* -ā honoris contumeliosi molitione perturbant *haeretici, ne deus videatur passus esse.* CASSIOD. anim. 4 l. 100 modo quod oculis vidit carnalibus, modo quod -a imaginatione concepit *anima* ([*nisi ad 3 ut fort. et loc. seq.*]. in psalm. 4, 1 l. 21 *ecclesia* non in cordibus nostris -a i. formatur, sicut patria vel ... *aliud,* quod personam non habet existentem. GREG. M. moral. 9, 95 *inferni claustra* nequaquam poena transitoria vel -a i. cruciant *damnatos. al.*). *de somno multis imaginibus perturbato*: ORIBAS. eup. 4, 122 La p. 626 somnia profunda aut -a (*gr. 4, 117, 5 ὕπνοι ... φανταστώδεις*). **b** *neutr. pro subst.*: AVG. conf. 6, 13, 23 *mater in somnis* videbat quaedam vana et -a. haer. 57 de purgatione animarum nescio qua -a et ridicule fabulosa narrare (phantasticae [*i. phantastice*] *var. l.*).

3 *mens eiusve vis, quae cogitationes imaginarias efficit* (*cf. et l. 27*): **a** *neutr. pro subst.*: AVG. civ. 18, 18 p. 278, 29 -um hominis, quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilia genera variatur, ... ad aliorum sensum ... figura corporea posse perduci (*explicatur metamorphosis ut ibid.* p. 279, 3 -um ... illud veluti corporatum in ... animalis effigie). NEBRID. Aug. epist. 8 *si caelestes potestates* in -o suo ista, *sc. somnia, visa,* disponunt atque ita -a nostra contingunt et fit visum, quod est somnium, cur ... non ego -o meo tuum -um ea somnia generare compello? PRISC. LYD. solut. 3 p. 59, 24 illud ... -um est (*cf. Arist. insomn. 459a22 τὸ φανταστικόν*). p. 62, 13 dormientes ... non sentimus, et eorum, quae secundum veritatem aguntur, nullum est -um, itaque consequenter neque somnium (*antea*: eorum ... nullam in somnis phantāsiam ... habemus). **b** *adi.*: NEBRID. Aug. epist. 6, 1 tale aliquid noster intellectus cogitatiove passa est, quod in animo -o memoriam facere potuisset (6, 2 [*opp.* animus intellectualis]).

adv. **phantasticē.** *scribitur* ph- *in cod. vet.* NEBRID. (*P*). [*cf. var. lect. l. 35*] *i. q. modo phantastico, per phantasiam*: NEBRID. Aug. epist. 8 saepe dormientes cum sitimus, bibere somniamus ... et multa talia, quae quasi commercio quodam a corpore in animam -e transferuntur. EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 96, 19 non -e et putative, sed ipsa veritate totum hominem indutus est deus perfecte adsumens. VICTOR. CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 271 (*respic. exod. 7, 12 sqq.*) Moyses veraciter operabatur, illi (*sc. magi*) vero -e. *Ottink.*

phaos *n., φάος.* GLOSS.^{L} IV Plac. 1 21 (*sim.* GLOSS. V 79, 5) iuvenale -[r]os: semper virens ... lumen (*Lucilio* [*frg.* 1360] *tribuit Loewe, Prodromus, 1876, 332*).

pharālis, -e *adi.* *a* pharus. fa- *codd.* *i. q. pertinens ad pharum, sc. lampadem*: LIB. pontif. p. 97, 15 *pontifex* obtulit *ecclesiae* hoc: ... coronas argenteas -es *tot* (p. 99, 12).

phārānītis *f., φαρανῖτις* (*quod gr. non legitur*). *genus amethysti*: PLIN. nat. 37, 122 (*inde* 1, 37, 40) dilutior ... sapenos vocatur, eademque -is in contermino Arabiae, gentis nomine (*sc. Pharan*).

?pharanx, *acc.* -agga *f., φάραγξ.* VET. LAT. num. 21, 12 (cod. 100) *filii Israel* constituerunt in -a Zireth (*gr. εἰς φάραγγα, Vulg.* ad torrentem). *sed fort. perperam pro nom. propr. intellectum est, ut Collect. Arian. c. pag. 6, 4.*

?pharātor *v. vol. VI 279, 10.* *Spoth.*

⁂pharetra, -ae *f., φαρέτρα.* *de origine*: ISID. orig. 18, 9, 1 -a sagittarum theca a ferendo iacula dicta. *scribitur* ph- *passim in codd. titulisque antiquis,* f- *var. l.* VERG. Aen. 1, 323 *et* 336 (*cod. R;* ph- *ceteri et R* *[Balling]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alibi). VET. LAT. psalm. 10, 3 (cod. 300) *et saepius in codd. medii aevi.* NOT. Tir. 77, 65[a]. 77, 74[a]. *de genere: neutr. sing. perperam l. 8. de prosodia: secunda syllaba brevis est apud* PLAVT., *inde a* VERG. *modo brevis, modo positione longa, de* Ps. LIV. ANDR. Ter. Maur. 1937 *dubitatur* (*v. Courtney, The Fragmentary Latin Poets, 1993, 130*). *de notione*: SERV. Aen. 10, 169 coryti proprie sunt arcuum thecae; dicuntur tamen etiam sagittarum, quas et -as nominamus. ISID. *supra.* GLOSS. II 257, 7 *βελοθήκη*: hoc -um, -a (*item neutr.*: 503, 52). V 455, 51 -a: theca sagittaria. *al. legitur in versibus singulis locis apud* PLAVT. *et ?*LAEV. (*l. 42*), *saepe inde a* VERG., *in oratione soluta raro, sc. apud* VITR. (*semel*), TAC. (*bis*), APVL. (*ter*). *al.* [*confunditur in codd. maxime c.* sagitta VERG. Aen. 11, 844 LVCAN. 6, 354. 8, 302 CLAVD. 8, 161. *in versione mira pro ἀμφορέας* CASSIOD. Ios. antiq. 5, 223. 225.]

i. q. φαρέτρα: **I** *proprie (hic illic vergit in metonymian sagittarum [e. g. l. 71 sqq. 75] vel sagittariorum [v. p. 2010, 49]; plur. pro sing.* VERG. Aen. 11, 844 Ov. rem. 705 met. 1, 559. *et saepe); exempla digeruntur*: **A** *sec. usum*: **1** *respicitur actio gerendi sim.*: **a** *sumitur vel geritur*: PLAVT. Trin. 725 quom extemplo arcum [mihi] et -am et sagittas sumpsero ..., dormibo placide in tabernaculo (VERG. georg. 2, 125. Ov. epist. 15, 23 sume, *Phaon,* fidem et -am; fies manifestus Apollo [*inde* CE 1109, 38]. *al.*). VERG. Aen. 1, 323 *virginem* succinctam -a. 1, 336 gestare -am (SEN. Herc. O. 1605 umeris ... tela g. et ... -as. *al., v. vol. VI 2, 1963, 35 sq.*). 1, 500 *Diana* -am fert umero (5, 558 umero. Ov. am. 3, 9, 7 *Tibullo mortuo* puer Veneris fert eversam ... -am. met. 9, 231 tu, *Hercules,* ... arcum -amque ... ferre iubes Poeante satum. PRIAP. 9, 8. *al.*). 7, 816 Lyciam ut gerat ipsa *Camilla* -am (11, 844 umero. VAL. FL. 2, 492 [*Hesione ad Herculem*] *non* tales umeros -amque gerebat Apollo. *al.*). PROP. 2, 12, 10 -a ex umero ... iacet. Ov. met. 2, 439 -am tollere cum telis. 9, 113 -ā ... gravis *Hercules.* STAT. Theb. 6, 931 portat -as ... armiger (CLAVD. DON. Aen. 5, 555 p. 487, 26. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 223). Ach. 1, 347 *Latona* arcum -asque *Dianae* locat. *al.* AVIEN. orb. terr. 1241 *Parthi* demittunt -as umeris. *al.* **b** *exuitur sim.*: Ov. met. 2, 419 *Callisto* exuit hic umero -am. 3, 166 *Diana* nympharum tradidit uni armigerae iaculum -amque. SEN. Ag. 324 umero ... pone -as (Phaedr. 317 CLAVD. 7, 20. *cf.* STAT. silv. 3, 1, 34 pone truces arcus agmenque immite -ae). Herc. O. 787 -a graves laxavit umeros. VAL. FL. 5, 135 umeros nudata -is. 5, 380 *Dianam* renodatam -is. 5, 425. SIL. 12, 24 ne nocte quidem clipei ... reposti, non -ae aut iacula. STAT. Theb. 9, 581. CLAVD. 19, 59 emeritam suspende togam, suspende -am, ad Veneris partes ... redi. *al.*

2 *respicitur usus sagittarum*: **a** *de -a plena aut vacua, vacuanda* (*v. etiam sub B1*): **α** *c. adi.*: Ps. LIV. ANDR. Ter. Maur. 1937 (*an* LAEV.*?*) gravida ... -a (HOR. carm. 1, 22, 3 venenatis g. sagittis. SIL. 7, 445). VERG. Aen. 5, 311 plenam... sagittis (Ov. Pont. 1, 2, 83 dant illis *barbaris* animos arcus p.que -ae. 4, 13, 35 VAL. FL. 1, 708. SIL. 2, 113 p. tractabat bella -a. *al.*). Ov. met. 1, 468 sagittifera (STAT. Ach. 1, 416). SEN. Herc. f. 1234 Lernaeis frequens -a telis. LVCAN. 8, 387 Medos proelia prima exarmant vacuaque iubent remeare -a (SIL. 3, 613 *Domitiano* laxos arcus olim Gangetica pubes summittet v.que ostendent Bactra -as. TAC. ann. 12, 13, 3 CASSIOD. Ios. antiq. 5, 223). TAC. ann. 12, 13, 3 -as telis onustas. **β** *c. verbis: depromendi, evacuandi*: VERG. Aen. 5, 501 flexos incurvant ... arcus ... et depromunt tela -is (11, 590. 11, 859 CIRIS 160 STAT. silv. 2, 3, 27. APVL. met. 5, 23, 1 depromit unam de -a sagittam *Psyche.* MART. CAP. 9, 903 [vers.] crinale spicum -is deprome Cupido [*i. hastam caelibarem*]). Ov. ars 3, 516 rudibus puer ille (*Cupido*) relictis spicula de -a promit acuta sua (met. 1, 468. STAT. Theb. 12, 741 tela -a promentem ... deicit *Theseus*). met. 1, 443 exhausta paene -a (STAT. Theb. 9, 854). STAT. Theb. 7, 353 *Apollo* innumera ⌞laxavit⌟ caede -as (⌞ ⌟ lassavit *var. l.*). AMM. 19, 5, 5 exinanitis proiectisque ante pedes -is. SIDON. epist. 5, 12, 1 -as sagittis vacuare. *al.* *implendi*: LVCAN. 7, 142 cura fuit lectis -as inplere sagittis (8, 220 SIL. 8, 373. *al.*). SIL. 2, 137 deficiens ... manus -ae sua tela remisit. STAT. Theb. 4, 156 inexhaustis artantur tela -is. Ach. 1, 416 stipare -as.

b *de -a aperienda, claudenda sim.*: Ov. am. 1, 1, 21 -a ... *Cupido* soluta legit ... spicula (met. 5, 379 SEN. Herc. f. 993). met. 5, 620 inclusa ... tela -a (*cf.* fast. 2, 326 condita ... in -a tela minora sua. Pont. 3, 8, 19 clausa ... tela -ā). STAT. silv. 4, 4, 30 et sontes operit (aperit *trad.*) -as arcumque retendit Parthus. APVL. met. 5, 30, 5 quae *Sobrietas ... Amoris* -am explicet et sagittas dearmet. NEMES. cyn. 74 inbellemque fugam referam clausasque -as Parthorum (CLAVD. 24, 269 *spicula* maneant c. nunc sicca -is). *al.*

c *cetera exempla* (*selecta*): PROP. 4, 6, 55 *Apollo* -ae pondus consumit in arcus (*item indicantur sagittae per locutionem c. gen.*: VAL. FL. 2, 521 *Alcides beluam* tota ... -ae nube premit. STAT. *l. 35.* VVLG. thren. 3, 13 *dominus* misit in renibus meis filias -ae suae). Ov. am. 2, 9, 38 vix illis *sagittis Cupidinis* prae me nota -a sua est. SEN. Ag. 614 *Troia* Herculea cecidit -a. Tro. 136 moenia ... bis ... -as passa Herculeas. LVCAN. 3, 185 agitare -as. VAL. FL. 3, 161 *non* -am aut acres ultra Tirynthius arcus exercet. STAT. Theb. 1, 658 move -as arcusque intende. silv. 1, 2, 74 (*loq. Amor*) hunc *adulescentem* egomet tota quondam ... -a ... fixi. 4, 4, 30 sontes (*item spectat adi. ad effectum sagittarum*: Ach. 1, 115 insontes. 1, 166 saevis. CLAVD. carm. min. 8, 5 ultrices). VVLG. Ier. 5, 16 -a eius *inimici* quasi sepulcrum patens. CLAVD. 8, 533 Alcides -as Dircaeaque tela solebat praetemptare feris olim domitura Gigantas. *al.*

3 *respiciuntur actiones variae* (*notabiliora tantum*): VERG. Aen. 8, 166 *Anchises Euandro* insignem -am Lyciasque sagittas discedens ... dedit (Ov. met. 13, 680 rex ... dat munus ituris Anchisae sceptrum, chlamydem -amque nepoti. *item donatur*: Ov. Pont. 3, 8, 19. SEN. Herc. O. 1936 donum -ae cessere tuae, *Hercules.* VAL. FL. 1, 661. *al.*). Ov. met. 2, 421 *nympha fessa* posita -am cervice premebat (*cf.* STAT. Theb. 4, 433 *Diana* -ā cervicem excepta quiescit). STAT. Theb. 6, 74 *puero* -as ... dicarat festinus voti pater. 12, 638 emeritas thalamo sacrare -as. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 5 (*describuntur mores coitus apud barbaros*) suspensis de iugo -is, ut indicibus notentur, ne qui intercedat (VVLG. Ezech. 27, 11 -as suas suspenderunt in muris tuis). PORPH. Hor. carm. 1, 36, 10 Cretensibus mos erat laetos dies calculis albis, quos in -as mittebant, notare. *al.*

B *sec. habitum, materiam sim.; agitur*: **1** *de sonitu* (*maxime de -a Apollinis et Dianae*): Ps. LIV. ANDR. Ter. Maur. 1937 pressa ... crepitent tibi, *Diana,* terga -a. VERG. Aen. 9, 660 Dardanidae -am *Apollinis* ... sensere sonantem (Ov. rem. 705 Phoebus adest; sonuere lyrae, sonuere -ae. STAT. Theb. 7, 661 VVLG. Iob 39, 23). Ov. met. 6, 230 audito sonitu per inane -ae. SIL. 12, 710 resonante -a. STAT. Theb. 9, 649 et coiere arcus et respondere -ae. 9, 696 tremulum ... audire -ae murmur. **2** *de aspectu, forma, materia sim.*: VERG. Aen. 4, 138 *Dido,* cui -a ex auro. 5, 558 lēvis ... -as. 8, 166 insignem -am (*cf.* HOR. carm. 1, 21, 11 insignem ... -a ... umerum). 11, 859 aurata ... -a (CLAVD. 10, 134). catal. 14, 10 picta ... -a *in statua Amoris* (Ov. epist. 21, 173 p. dea laeta -a [*i. Diana*]. met. 2, 421. *al.*; *cf.* SEN. Ag. 217 picta -as ... Amazon. VAL. FL. 5, 609 *gens* picta -is). CIRIS 160 fulgenti ... -a (*cf.* CLAVD. 18, 240 -ā fulgens anus exercetur Amazon [*i. Eutropius*]). HOR. carm. 2, 16, 6 Medi -a decori (STAT. Theb. 12, 702. *cf. locum seq.*). STAT. Theb. 8, 404 splendent ... -ae ... decorae (CLAVD. 21, 263 s. vipereae squamosa pelle -ae). *al.* **3** *de pondere vel magnitudine*: Ov. met. 9, 231 capacem. 10, 518 leves (STAT. Theb. 6, 931). SEN. Ag. 325 graves levibus telis ... -as (Herc. f. 1117 VAL. FL. 2, 511). STAT. Theb. 5, 444 ingenti ... -a. CLAVD. 5, 80 inmanes. 26, 494 parva.

C *sec. eos, qui gestant -am; respiciuntur*: **1** *singuli (notabiliora): passim est insigne Dianae (nympharum eius* VERG. Aen. 11, 844. *al.* Ov. met. 2, 421. *al.), Apollinis* (*nota* STAT. Theb. 6, 9 Apollineae ... -ae), *Amoris vel Amorum* (*Veneris* IVV. 6, 138 [*in versu suspecto*]), *Herculis* (*nota* SEN. Ag. 614 Herculea [Tro. 136 LVCAN. 6, 354 SIL. 12, 433]. *eam gerunt Philoctetes vel Hylas e. g.* MANIL. 5, 302 VAL. FL. 4, 30).

2 *gentes*: **a** *c. adi.*: VERG. georg. 3, 345 omnia secum armentarius Afer agit ... Amyclaeumque canem Cressamque -am. Aen. 5, 311 Amazoniam. 7, 816 Lyciam (GRATT. 124 STAT. Theb. 6, 645). PROP. 2, 12, 10 Cnosia. 4, 6, 81 sive aliquid -is Augustus parcet Eois (LVCAN. 2, 55). Ov. met. 8, 22 Cydoneas. Pont. 3, 8, 19 Scythica (LVCAN. 8, 302). STAT. Theb. 4, 259 Amyclaeas. **b** *exempla cetera* (*selecta*): VERG. georg. 2, 125 *Indorum* gens ... sumptis non tarda -is. Aen. 1, 336 virginibus Tyriis mos est gestare -am. HOR. carm. 2, 16, 6 Medi -a decori (SEN. Med. 710 -a ... pugnax Medus. LVCAN 8, 387. *cf.* ANTH. 440, 9). SEN. Ag. 217 picta -as ... Amazon. LVCAN. 3, 185 Cnosos ... agitare -as docta (*item de Cretensibus*: VAL. FL. 1, 708 SIL. 2, 100. PORPH. [*v. sub A3*]). 8, 302 *Parthi* experti Scythicas Crasso pereunte -as (*item de Parthis*: STAT. silv. 4, 4, 30 NEMES. cyn. 74 AVIEN. orb. terr. 1241). AVIEN. orb. terr. 916 clari -is ... Massagetae. CLAVD. 7, 20 positis ... -is ignavas Meroe traxit de crine sagittas. *al.*

II *in imagine vel translate (addere possis p. 2009, 74); adhibetur de*: **A** *corporeis: specie quadam horologii solarii*: VITR. 9, 8, 1 Apollonius -am *invenisse dicitur. genitalibus mulierum*: VET. LAT. Sirach 26, 15 *mulier* contra omnem sagittam aperiet -am donec deficiat. *hystrice*: CLAVD. carm. min. 9, 42 *hystrix* se -a, sese iaculo, sese utitur arcu. **B** *incorporeis*: VET. LAT. psalm. 10, 3 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) peccatores ... paraverunt sagittas in -a ([*gr. εἰς φαρέτραν,* cod. 303. 325 in -am]. *hinc pendent*: OPTAT. 2, 21 p. 58, 5 sagittas de -a pectoris vestri ⌞seductionibus praemisistis⌟ [⌞ ⌟ sumsistis, promisistis *var. ll., anne* prompsistis*?*]. HIER. in Eph. 6, 16 p. 552[A]. *al.*). HIER. psalt. sec. Hebr. 126, 5 sicut sagittae in manu potentis, ita filii iuventutis; beatus vir, qui i. -am suam ex ipsis. VVLG. Iob 30, 11 -am ... suam aperuit et adflixit me *deus.* Is. 49, 2 in -a sua abscondit me *deus* (*explicat* HIER. *ad loc.* l. 61 *Christum, sagittam electam* in humano corpore). Ps. PAVL. NOL. carm. app. 2, 53 o Apollo vere (*i. Christe*) ... dulcis tui -a testimonii, quod quattuor constat viris. Ps. PROSP. carm. de prov. 91 prome ... sanctis caelestia tela -is. CAS-

[Balling]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SIOD. hist. 8, 3, 9 et doctores quidem contra Arianas blasphemias tendebant arcus, iste *Flavianus* vero velut ex quibusdam -is suae mentis sagittas congruas offerebat (*Theodoret. 4, 25, 5 ὁπλοθήκης*). *al.*

deriv.: pharetratus. *compos.*: pharetriger. *cf. Onom.*

pharetrātus, -a, -um. *a* pharetra (*cf.* SERV. auct. Aen. 11, 649 -a participium a feminino genere derivatum). *syllaba secunda invenitur modo brevis, modo positione longa inde a* VERG.

i. q. pharetra instructus, ornatus: **1** *proprie*: **a** *de gentibus, etiam de loco pro gente posito*: VERG. georg. 4, 290 -ae vicinia Persidis. HOR. carm. 3, 4, 35 Gelonos. OV. trist. 4, 10, 110 iuncta -is Sarmatis ora Getis (Pont. 1, 8, 6 dura -o bella movente G.). SIL. 7, 636 *dux Sidonicus* Eoa tumidus -i militis ala. STAT. silv. 5, 2, 32 Araxen. CLAVD. 15, 32 ut ... nostrae ... premant -a secures Susa. 21, 55 *Parthorum* plebs -a. SIDON. carm. 2, 444 -a per arva Niphatis. ISID. orig. 19, 23, 6 -i *sunt* Armenii. **b** *de singulis*: VERG. Aen. 11, 649 Amazon, ..., -a Camilla (*tractat* CLAVD. DON. Aen. 11, 645 p. 514, 25). OV. am. 1, 1, 10 quis probet in silvis Cererem regnare iugosis, lege -ae virginis arva coli (*de Diana ut*: epist. 20, 204 sacra -ae ... deae [trist. 4, 4, 64]. met. 3, 252 ira -ae ... Dianae [*al., v. Onom. III 134, 11 sq.*]. *cf. l. 23 et* CLAVD. 24, 242 -arum comitum *Dianae*). 2, 5, 1 abeas, -e Cupido (*item de Amore vel Amoribus*: rem. 379 Amores [trist. 5, 1, 22 *poeta,* ille -i lusor A.]. met. 10, 525 puer [DRAC. Romul. 10, 61]. STAT. silv. 1, 2, 64 fratres [ANTH. 941, 88. CLAVD. 10, 72 *de statuis*]. MART. CAP. 1, 7 -i volitantisque superi). STAT. Theb. 4, 294 -o ... Tonanti (*sc. in figuram Dianae mutato*). IVV. 2, 108 Sameramis. *?***c** *de rebus*: VAL. FL. 6, 696 *Parthus* -is residens ... tapetis, *sc. in curru* (*nisi ad pharetras acu pictas spectat aut corruptum est*).

2 *translate*: AVIAN. fab. 41, 16 -is nubibus (*sc. imbres, tamquam sagittas, habentibus*).

*?***pharetrazōnium** NOT. Tir. 77, 74[b] (*om. codd. plerique*). *i. q. cingulum pharetris aptum, si agnoscendum est subst. neutr. a φαρέτρα et ζώνιον compos. (quod gr. non exstat), fort. sec.* parazonium *formatum, cf. ibid.* 77, 52[a]. 57.

pharetriger, -a, -um. *a* pharetra *et* gerere; *cf. φαρετροφόρος. i. qui pharetram gerit*: SIL. 14, 286 clade -i subnixas regis (*sc. Xerxis*) Athenas.

[phargus, *vol. VI 1, 281, 53, non invenimus.***]** *Balling.*

[phariacus *v. vol. X 2, 605, 77.***]**

phāricum, -ī *n., φαρικόν.* [*e coni. dub.* PLIN. nat. 28, 158.] *genus veneni*: SCRIB. LARG. 195 tit. ad -um. 195 -um et ipsum dicitur ex conpluribus componi gustumque habere nardi (paricon *var. l.*).

pharisaeus, pharisaicus *v. Onom.* *N. H.*

[pharmaces (*sc.* fa-) *falso trad.* HIPPOCR. aer. 20, 2 *cauterizatis* -es efficiuntur ... corpora (fortiora magis *Brinkmann, an* firma magis*? gr. ἐντονώτερα μᾶλλον*).**]**

pharmaceuticus, -a, -um, *φαρμακευτικός. fere i. q. ad medicamenta pertinens*: CELS. 1 prooem. 9 primam *partem medicinae διαιτητικήν,* secundam *φαρμακευτικήν* ... Graeci nominarunt (*antea*: quae medicamentis ... mederetur. *cf.* ISID. orig. 4, 9, 2 primum genus *curationis* diaeticum, secundum -um *eqs.*). CAEL. AVR. chron. 5, 10, 126 in -o⟨n⟩ responsionum ... libris.

pharmaceutria, (-ae) *f., φαρμακεύτρια. fere i. q. venefica, sc. titulus eclogae: Vergilii*: DON. Verg. ecl. praef. l. 312 *octava ecloga* dicitur Damon vel -a (fa- *trad.; cf. l. 74*). *Theocriti*: SERV. ecl. 8, 1 ecloga, quae appellatur -a (fa- *trad.*). 8, 21 dicit in -a: '...'.

pharmacia, -ae *f., φαρμακ(ε)ία (quod in gr. respondet praeter l. 71).* *scribitur fere* fa-. *acc.* -an *l. 62.*

1 *i. q. disciplina ad medicamenta pertinens (non nisi in definitione sim., iuxta alias partes medicinae)*: SCRIB. LARG. 200 *chirurgia et diaetetica non* sine -a, id est sine ea parte, quae medicamentorum utilium usum habet, perfici possunt. VINDIC. med. 40 manuum officium, quod chirurgiam vocamus; medicamen, quod -am vocamus (*cf.* ISID. orig. 4, 9, 2 -a, quam Latini medicamina vocant). CAEL. AVR. chron. 2, 12, 148 medicaminum regula, quam Graeci -an appellant (*sim.* 2, 14, 202). gyn. 2, 65 *quae passiones* -a, hoc est ... medicaminum potestate, curantur. ISID. orig. 4, 9, 3 -a est medicamentorum curatio (*sim.* GLOSS. III 601, 17). **2** *i. q. medicamentum (peculiariter est nomen certi remedii l. 66)*: CASS. FEL. 29 p. 48, 2 (*ex Hippocr. aphor. 6, 31*) *dolores* flebotomia aut ⌞catharticum ...⌟, quod -am appellant⌟, solvit (⌞ ⌟ -a *cod. alter accuratius reddens gr. [var. l.], ut* HIPPOCR. aphor. 6, 31). HIPPOCR. aphor. 1, 20 *nihil* faciendum ... neque -a neque aliis exagitationibus. 1, 24 -a utendum est. num. sept. 31, 32 post ... -am lacte ... conluere ventres (-a *cod. A*). ALEX. TRALL. 2, 42 (cod. Andecav., *sim. al.*) *utilia aegro* offerenda sunt non solum in cibis, sed et in -a (*gr. II 291 φαρμάκοις*).

pharmacis, (-idos) *f., φαρμακίς. fere i. q. venefica*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8 praef. haec ecloga -is appellatur (parmacies *sim. codd., gr. litt. scribunt edd.; cf. l. 51*).

pharmacītis, -is *f., φαρμακῖτις. genus terrae medicinale*: DIOSC. 5, 186 p. 242, 26 de terra, in qua vineae sunt: quam multi -en dicunt *eqs.* (fa- *trad.; gr. 5, 160, 1 φαρμακῖτιν*).

pharmacōdēs *adi., φαρμακώδης. scribitur fere* f-. *formae gr. l. 7 sq. 13. fere i. q. medicamenti qualitatem habens*: CAEL. AVR. acut. 2, 29, 158 dat ... hyssopum vel tragoriganum: et sunt haec acria atque medicosa, quae Graeci -e appellant (*cf.* 3, 21, 216 *catapotia* quae -e dicuntur. chron. 2, 1, 31 utemur ... *dropace* composito, quem Graeci -en vocaverunt). ORIBAS. syn. 4, 1, 3 La p. 3 fortiter ... sunt desiccantes ... rutae semen et cannapis et sint -es (*gr. φαρμακώδη*). 4, 13, 12 La p. 13 haec in cibo utentibus ⌞-is aliquas habent qualitatem⌟ nimiam (*gr. φαρμακώδη τινὰ ἔχει ποιότητα, Aa* medicaminum ... qualitatem). RVF. podagr. 6 tit. aquarum naturalium calidarum aut -on. 25 -es clysteres (*antea*: communes ... clysteres sunt simplices, alii autem ut medicamen). ALEX. TRALL. 2, 42 haec *remedia* amplius quam oportet -es sunt (*gr. II 291 φαρμακώδη*).

pharmacopōla *et* **-ēs,** -ae *m.* (*sed de femina infra l. 37*), *φαρμακοπώλης. scribitur* fa- *in inscr. l. 42; tam* fa- *quam* p(h)a- *testatur ordo vocum in* GLOSS. *nom. sing.* -es *l. 32,* -a GLOSS. *de notione* (*v. et l. 34*): GLOSS. -a: medicamenti venditor. medicamen vel medicamenta proponens ad vendendum. *legitur inde a* CATONE, CIC., LABER.

significatur homo medicamina sim. vendens eisve aegros curans (*medicus sim. opp. l. 28. 36; ad rem v. Morel, RE XIX 1840 sq.*): **1** *respiciuntur mores inhonesti* (*sc. iactatio circulatoria, fallacia, veneficium sim.*): **a** *in comparationibus sim.*: CATO orat. 81 *loquacem* auditis, non auscultatis, tamquam ⟨ph⟩armacopolam; nam eius verba audiuntur, verum se nemo committit. HIER. adv. Rufin. 1, 1 *obiciunt mihi, cur Origenis* libros in latinum verterim; et ... accusant medicum, quod venena prodiderit, ut scilicet -am suum ... tueantur (*sc. Rufinum, φαρμακοπωλαμ pars codd.*). AVG. c. Iulian. 3, 21, 47 non ... sum -ae similis, ut dicis, qui promittebat bestiam, quae se ipsam comesset (*i. non inter se pugnantia docui; bestia est serpens caudam suam mordens sec. Morel*). **b** *quolibet usu*: CIC. Cluent. 40 *quidam ad veneficium conducebat* -am circumforanum. LABER. mim. 40 -es simium deamare coepit. HOR. sat. 1, 2, 1 -ae, mendici, mimae ... hoc genus omne maestum ... est ... morte *prodigi* (SCHOL. unguentarii. *cf. Porph.* musicis et circulatoribus). SCRIB. LARG. 199 *medicamenti mali pondus nosse* proprium est ... execratissimi -ae ⟨e⟩ contrario oppositi virtuti *medicinae.* MART. CAP. 4, 331 (*loq. Bacchus*) *credas Dialecticam* -am esse Marsicae nationis; ita namque ... anguium adulatione diligitur (forma copulam *codd. plerique*).

2 *cetera exempla* (*adde* SCHOL. *l. 34*): FIRM. math. 4, 13, 2 pigmentarios aut coloris repertores aut -as aut popinarios (forma copalas *sim. codd.*). CIL V 4489, 9 (*Brixiae*) coll(egio) farmac(opolarum) publicor(um).

pharmacum, -ī *n., φάρμακον. trad. fere* f-. *pendet pron. relat. masc. l. 50. nota formam* -e *l. 52.* [*val.* farmec '*vis vel actio magica*'. *cf. M.-L. 6462. St.*] [*sunt qui afferant inscr. spuriam* CIL XI 426* *et versionem recentiorem Orig. in Ier. 19, 3.*]

1 *de medicamento salutari* (*gr. resp. vel φάρμακον vel φαρμακεία*): HIPPOCR. mul. 1 1. 190 -a dare omnia levia (594 *demus* pōtui -a, quae congrua sunt ad matricem. *cf.* addere: 464 ei *mulieri* ... addere -um, qui spargit colera. 490). 202 (*ad fumigationem comburitur canna*) spargi desuper -um (*ibid. iterum*). 236. 290. 568 -a ... utilia. ORIBAS. syn. 9 add. La p. 276 dia pente et dia exin -e, quo uti *eqs.* (*de re cf. vol. V 1, 952, 84 sqq.*; -e *pro* -a *propter* pente*?*). **2** *de veneficio, vi magica*: PS. PAVL. NOL. carm. app. 2, 34 hoc, *sc. Christi,* ad salutem nomen auditum venit, hoc omne tollit -um; obsessa membra ... hoc medelam sortiuntur nomine.

pharmăcus, -ī *m.* *per opprobrium sive i. q. φαρμᾰκός, homo sceleratus sim. (sc. qui damnatus sacrificetur; cf. Harlow, Hermes 102, 1974, 377) sive i. q. φάρμᾰκος, veneficus*: PETRON. 107, 15 (*Lichas ad Encolpium tonsum*) quid dicis tu, latro? ... cui deo crinem vovisti? -e, responde.

cf. Onom.

pharmati *v. Onom. s. v.* pharmuthi. **pharmāx** *v.* pharmaces.

*?***pharnuprium,** -ī *n.* *vox originis incertae.* *vinum quoddam e ficis confectum*: PLIN. nat. 14, 102 sic fit et sycites e fico, quem alii -um, alii trochin vocant (parnuprinum *vel* parnuprimum *var. ll.*).

pharos, pharum *v.* pharus.

*?***pharūrīm.** *scribitur* fa-. *vox hebr.* פַּרְוָרִים (*sing.* פַּרְוָר) *significans partem externam templi sim.* (*nisi pro nom. propr. intellecta*): VVLG. IV reg. 23, 11 iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in -m (*explicat* HIER. nom. hebr. p. 45, 24 -m: conscissio). *Spoth.*

※**pharus** (-os), -ī *f. (et m.) et* **pharum,** -ī *n., Φάρος. de origine v. p. 2013, 3. 2052, 36. scribitur* fa- *in codd. vet. vel inscr.* CIL XIV 4449, 8 (*saec. IV*). OROS. hist. 1, 2, 71 (*B*). COD. Theod. 14, 6, 3 (*V*). *genus fem. testantur* FRG. Bob. gramm. VII 542, 32. DVB. NOM. gramm. V 588, 14 (*affert* VEN. FORT. Mart. 1, 49), *cf. adi. fem. p. 2013, 14. 26. al., rarius masc. e. g. p. 2013, 13. 14; neutr. v. infra. formae gr.* -os, -on *p. 2013, 13 sq. 23. al.;* *[N. H.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neutr. -um ISID. *infra et saepe apud* LIB. pontif., *e. g. l. 33. 34. 39.* *de notione*: ISID. orig. 15, 2, 37 (= 20, 10, 10) -um turris est maxima, quam Graeci ac Latini ... ex ... usu -um appellaverunt, eo quod flammarum indicio longe videatur a navigantibus (*postea p. 2052, 36*). GLOSS. -us: *φάρος.* est altum aedificium vel turris vel facula vel speculatoria super mare, ubi portus est. GLOSS.^{L} III Abstr. FA 62 -us: ⌞cenatorium⌟, turris speculatoria (⌞⌟ *de veste, sc. φᾶρος?*). *al.* [*it.* faro; *var. raet. centr.; prov. vet.* far *et var. francoprov., prov.; cat.* far; *fortasse hisp.* faro. *cf. M.-L. 6463. Battisti - Alessio II 1601. Wartburg VIII 368 sqq. Corominas*^{2} *II 868. St.*]

1 *usu sollemni, i. q. turris ad viam navigantibus monstrandam inluminata* (*ad Onom. relegavimus -on alexandrinam*): **a** *proprie: de -o portus Ostiensis*: VAL. FL. 7, 85 *nauta* iam te, Tiberine, tuens clarumque serena arce -on praeceps subito nusquam ostia ... vidit. IVV. 12, 76 Tyrrhenam ... -on. AVIEN. carm. ad Flav. 7 Romulei ... -i fauces. CIL XIV 4449, 8 (*saec. IV*) *cuidam* consul(ari) molium -i at(que) purgaturae. PAVL. NOL. carm. 24, 366 navis ... intraret ut portum -i. epist. 49, 8 Romani portus -um. COD. Theod. 14, 6, 3 -i ac Portus usibus. *de variis*: STAT. silv. 3, 5, 101 dulcia nautis lumina ... tollit -us aemula lunae (*Capreis, ut*: SVET. Tib. 74 turris -i terrae motu Capreis concidit). SOL. 32, 43 (*antea de -o Alexandrina*) hinc ... in portibus machinas ad praelucendi ministerium fabricatas -os dicunt (*inde* ISID. orig. 15, 2, 37. 20, 10, 10). SERV. Aen. 3, 411 a continenti ... usque ad ⌞-on⌟ tribus milibus distat (⌞⌟ *siculam, nisi corruptum pro* Peloron). RVT. NAM. 1, 404 lumine nocturno conspicienda -os. OROS. hist. 1, 2, 71 Brigantia ... altissimam -um ... erigit. **b** *in comparatione vel in imag. de hominibus pietate conspicuis*: CASSIAN. conl. 18, 1, 2 abbatem ... velut quandam sublimissimam -um primus circumspectantium notavit intuitus. VEN. FORT. carm. 8, 15, 4 (*ad episcopum*) lumen, ... qui inlustrans populos spargeris ore -us. 10, 7, 7 *Martinus* velut alta -us lumen pertendit ad Indos (*sim. de eodem* Mart. 1, 49). laud. Mar. 212 *Maria,* luminis alta -os.

2 *usu deflexo*: **a** *de lampade, lychnucho* (*in suppellectili ecclesiae*): DONATIO Tiburt. p. CXLVII^{a} 3 -os aereos duo, habentes delfinos octonos. LIB. pontif. p. 48, 7 donavit *quidam*... -a coronata *tot* (*cf. l. 38 et* p. 97, 14 coronam -um ante altare argenteum). p. 48, 8 -a aenea *tot.* p. 53, 8 -um ex auro purissimo, qui pendet sub fastidium. *al.* *iuxta* cantarum (-us; *iunctura parum perspicua*): DONATIO Tiburt. p. CXLVI^{b} 44 -um c. argenteum cum catenis et delfinis. LIB. pontif. p. 53, 32 -um c. ..., in quo ardet oleus nardicus. p. 54, 3 -a c. argentea. p. 58, 6 coronam auream ante corpus, qui est -us cantarus (*fere eadem* p. 66, 7). p. 99, 13 -a c. *tot.* p. 109, 2. *al. ibid.* **b** *de lumine: caelesti, sc. miraculoso*: GREG. TVR. Franc. 2, 37 p. 86, 13 -us ignea de basilica sancti Helari egressa visa est ei tamquam super se advenire. 6, 14. 7, 11 -us magna per caelum discurrens. glor. conf. 37 Iul. 34. *al. apud eundem.* *flammarum*: GREG. TVR. Franc. 10, 15 p. 502, 3 *latrones cupae picatae* ignem inieciunt, factumque -um magnam de huius incendio ... suppellectilem rapuerunt.

deriv.: pharalis. *N. H.*

pharynga, -ae *f., φάρυγξ.* *i. q. φάρυγξ, guttur*: ALEX. TRALL. 2, 162 *sanguis eicitur* non ex inferioribus partibus ..., sed de -a (f- *trad.; gr. II 189 τὸν φάρυγγα*).

pharyngotomia, -ae *f., φαρυγγοτομία.* CAEL. AVR. acut. 1, 14, 111 *Asclepiades* in synanchicis ... utitur ... -a, hoc est cannae sive gutturis ob respirationem divisura. *cf.* laryngotomia.

phascōlum, -ī *n., φάσκωλον* (*φασκώλιον*). *i. q. saccellus sim.*: PAVL. FEST. p. 223 -a (*G,* -colla *cett.,* -colia *edd.*) appellant Graeci, quas vulgus per[n]as vocat (*inde* GLOSS. V 607, 38 ⌞phaculla: perna⌟, petaso, petasunculus [⌞⌟ -a: ⟨pera⟩. perna: petaso *eqs. Graevius*]).

phase(c) *indecl. neutr., hebr.* פֶּסַח (*gr. φασέκ, φασέχ, φασέ*). *scribitur in codd. vet.* pha- VVLG. *passim,* fa- EVCHER. instr. p. 154, 5 (*cod. P saec. VI/VII*); *in serie vocum a* f- *incipientium* HIER. nom. hebr. p. 45, 25. p. 78, 1. *al.*; -sec (*v. gr. supra*) *trad.* HIER. nom. hebr. p. 13, 11 (*cf. p. 2014, 13*). *legitur inde a* VET. LAT. III Esdr., HIER. (*hac voce potius quam 'pascha' utitur, cum ex hebr. vertit, ut* VVLG. *fere passim*); *in versu p. 2014, 24.* [*variat in codd. c.* pascha VET. LAT. III Esdr. 1, 1. 1, 9 VVLG. num. 9, 6. *al.*]

fere i. q. pascha (*fere Iudaeorum, sed ad fidem christianam refertur e. g. l. 71. p. 2014, 2. 9; gr. resp. πάσχα* VET. LAT. III Esdr. *passim [sed φασέχ var. l. 1, 17 sq. et locis geminis II chron.]; accedit gen.* domini *p. 2014, 14 sq. 17. al.*): **1** *exempla notionem explicantia* (*cf. p. 586, 21 sqq.*): VVLG. exod. 12, 11 comedetis festinantes; est enim -e, ⌞id est transitus⌟, domini et transibo per terram Aegypti nocte illa ... ac transibo vos (⌞⌟ *desunt in hebr.*). HIER. epist. 78, 1, 6 appellatur ipsa sollemnitas -e, quam nos transitum possumus appellare, eo quod ... ad meliora pergentes ... Aegyptum relinquamus. in Matth. 26, 2 transitus ... noster, id est -e, ita celebratur, si terrena ... dimittentes *eqs.* nom. hebr. p. 64, 21 -e transitus sive transgressio, pro quo nostri pascha legunt. in Zach. 1, 1 l. 53 prima festivitas *anni* est azymorum, -e, quod apud nos graeco latinoque sermone pascha dicitur. Ps. AVG. serm. ed. Mai 154, 2 cum -e, quod est pascha, transitus intellegitur sive transcensus, Christi sanguine nos consecremus ..., ut a vastatore mundi transcendamur. LEO M. serm. 72, 6 (*seq. Ioh. 13, 1* ut transiret *Christus* de mundo ad patrem). *al.*

2 *exempla usum illustrantia*: **a** *potius de sollemnitate, die festo*: VET. LAT. III Esdr. 1, 18 agi -e et offerri hostias (1, 19 -e et diem festum azymorum. 7, 10. EVSEB. GALLIC. hom. 15, 1 ecce etiam nunc, *sc. in ecclesia,* ... iterum -e agitur. *cf. l. 20*). 1, 20 non est celebratum -e tale *post Samuel* (1, 22 VVLG. II par. 35, 9. *al.*). VVLG. exod. 12, 43 religio -e (*cf.* num. 9, 12 ritum -e). 12, 48 facere -e domini (num. 9, 10 domino [II par. 35, 1]. IV reg. 23, 22 -e tale. *al. in eodem opere*). 34, 25 *sollemnitas* -e (II par. 35, 7. HIER. in Ier. 6, 15, 1 [paschae, phasec *var. ll.; vertit LXX Ier. 38, 8 φασέκ*]). lev. 23, 5 *ea die* ad vesperum -e domini est (num. 28, 16 *ea die* -e domini erit. II par. 35, 18 non fuit -e simile huic in Israel. *cf. p. 2013, 69*). HIER. in Zach. 14, 8 l. 297 in -e ... hiemis finis, veris exordium est; in pentecoste *eqs.* Ps. HIER. epist. 149 p. 200, 10 -e domini *custodire.* ISID. nat. 1, 3 l. 21 dies azymorum, -e, quarta decima dies mensis primi est. *al.* **b** *de hostia* (*exempla certiora*): VET. LAT. III Esdr. 1, 1 egit Iosias pascha ... domino suo et immolavit -e ([*gr. utrobique πάσχα*]. 7, 12. VVLG. exod. 12, 21 ite tollentes animal ..., immolate -e. deut. 16, 2. *al.*). 1, 12 assaverunt -e igne (VVLG. II par. 35, 13 super ignem). VVLG. II par. 30, 18 *populus* comedit -e. CARM. adv. Marc. 2, 65 hic *Christus* agnus paschae suspenditur hostia ligno; hunc Paulus -e ... occisum tradit (*sc. I Cor. 5, 7*). *Spoth.*

phasēlāris, -e. *a* phaselus. *i. q. ad phaselos pertinens, non nisi neutr. pro subst. de confectione quadam phaselorum*: HIST. AVG. Heliog. 20, 7 ut *barbas mullorum* pro nasturtiis ... et -bus (face- *trad.*) ... exhiberet plenis fabatariis.

phasēlion, -ī *n., φασήλιον.* *scribitur fere* fa-, *sed* pha- PLIN., pa- GLOSS. III 415, 36, *ceterum* -sil- GLOSS. III 379, 18. *al., cf. l. 34 sq.*

1 *significatur herba q. e. isopyron* (*fort. addas p. 2016, 44*): PLIN. nat. 27, 94 isopyron aliqui -on vocant, quoniam folium ... in passeoli pampinos torquetur (-leon *var. l.; inde* 1, 27, 70, *ubi* -ileon *var. l.; cf. Diosc. gr. 4, 120 φασήλιον* [*-σίλη- al. var. ll.*], *quod vertit* DIOSC. 4, 116 p. 57, 8 -on vocant; ex similitudine faseli nomen accepit). **2** *significatur phaseolus* (*parvus; fort. addas p. 2016, 40*): HERMEN. Celtis coll. 50 *ad cenam* profer ... nuces et -a (*gr. λόβια*). GLOSS. -a: faselin ('= *φασήλιον?' Goetz in indice*). *λοβοί.*

phasēlus, -ī *m. et f. et* -um, -ī *n., φάσηλος.* [*e gr. φάσηλος, cuius genus in lingua vetustiore non certe cognosci potest. graeci hac voce etiam naviculas propter similitudinem formae indicabant. v. Chantraine, Dict. étym. de la langue grecque, IV 2, 1980, 1180. Fo.*] *scribitur in codd. vet.* pha- VERG. georg. 1, 227. 4, 289, fa- PRVD. perist. 5, 498 (*et saepe in codd. rec.*); *ordine glossarum vel testimonio gramm. firmatur* fa- GLOSS.^{L} I Ansil. FA 466 sqq. *al.*, pa- GLOSS.^{L} I Ansil. PA 674, ba- *l. 66 (cf. p. 2015, 54); in codd. medii aevi etiam* -sil-, -sell-. NOT. Tir. 110, 54 -us (*inter navigia*). *masc.* -us (-os) VARRO Men. 85 CIC. Att. 14, 16, 1 CATVLL. 4, 1. 4, 10 PROP. 3, 21, 20. 4, 7, 59. OV. Pont. 1, 10, 39 (*fem. var. l.*). PALLAD. 10, 12. AVSON. Mos. 221. *al. fem.* -us (-os): OV. am. 2, 10, 9. SEN. Herc. O. 695 (*masc. var. l., ut* LVCAN. 5, 518 [*fem. testantur* COMMENT.]). COLVM. 10, 377 STAT. silv. 3, 2, 31. 5, 1, 245 MART. 10, 30, 13 PS. HIER. epist. 18, 4 l. 161. *neutr.* -um: HIPPOCR. vict. 2 l. 190 ISID. orig. 17, 4, 2. *formae gr.* (*non nisi in versibus*): *nom.* -os OV. am. 2, 10, 9. COLVM. 10, 377 (-us *var. l.*). STAT. silv. 5, 1, 245, *acc.* -on VARRO Men. 85 HOR. carm. 3, 2, 29 STAT. silv. 3, 2, 31 MART. 10, 30, 13. *de notione*: GLOSS.^{L} II Philox. PA 153 -i: *φάσηλοι. cetera v. l. 64. p. 2015, 29.* *legitur inde a* SISENNA, VARRONE, CIC., CATVLLO, *notione navigii imprimis apud poetas.* [*confunditur in codd. cum* phaseolus (*v. p. 2016, 4*), asellus PORPH. Hor. epist. 2, 1, 123 Ps. HIER. epist. 18, 4 l. 161.]

1 *significatur genus navigii* (*siliquae simile, sc. curvum [p. 2015, 14] et oblongum [l. 71]; -us fere ligneus est, aliter e. g. p. 2015, 11. 24; brevis est e. g. p. 2015, 3. 9 [sed nota p. 2015, 1], velox l. 71. 74. p. 2015, 15, fragilis l. 71. p. 2015, 18, ornatus p. 2015, 2. 5. 10 sq. 16*). *de notione*: GELL. 10, 25, 5 -i (*inter appellationes navium*). NON. p. 534, 23 -us: navigium Campanum (*afferuntur* VARRO, SALL., SISENNA). ISID. orig. 19, 1, 17 -us est navigium, quem nos corrupte baselum dicimus (*sim.* GLOSS. IV 600, 21 basilum: genus navis). GLOSS. -is: naviculis. *σκαφιδίοις. al.*

a *proprie*: SISENNA hist. 105 prores actuariae, tragi grandes ac -i. VARRO Men. 85 alius domini delicias -on ... solvit (HOR. carm. 3, 2, 29 fragilem ... mecum *nocens non* solvat -on [SCHOL. velox et oblonga navis est]). CIC. Att. 1, 13, 1 *epistulam* ancora soluta de -o dedisti (*cf.* 14, 16, 1 conscendens ... in -um epicopum has dedi litteras). CATVLL. 4, 1 -us ille, quem videtis, hospites, ait fuisse navium celerrimus ..., sive palmulis opus foret volare sive linteo (*de eodem*: 4, 10 iste post -us antea fuit ... silva. 4,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15). SALL. hist. frg. 3, 8 cohors una grandi -o vecta (VERG. georg. 4, 289 *Aegyptiorum* gens ... accolit ... stagnantem ... Nilum et circum pictis vehitur sua rura -is [SERV.: brevibus naviculis, quibus utuntur, cum stagnaverit Nilus]). PROP. 3, 21, 20 per Ionium vectus cum ... Lechaeo sedarit ... vela -us. 4, 7, 59 *trans aquam Stygiam* coronato pars altera ⌊rapta⌋ -o *est* (⌊ ⌋ *Palmer,* parta *trad.,* vecta *codd. rec.*). OV. am. 2, 10, 9 ventis discordibus acta -os. LVCAN. 5, 518 *domus* latus inversa nudum munita -o (ADNOT. genus navis). STAT. silv. 3, 2, 31 *Nereides* secuturam religent post *ratis* terga -on. 5, 1, 245 angusta -os (*opp. 5, 1, 242* magna ... puppis). MART. 10, 30, 13 viva ... quies ponti pictam -on adiuvante fert aura. IVV. 15, 127 *Aegyptios* parvula fictilibus ... dare vela -is et brevibus pictae remis incumbere testae (SCHOL. testeis navigiis; *cf. l. 3*). AVIEN. Arat. 655 *hieme* non ... mihi longa -is aequora temptentur. 1394 navita ... retinet statione -um (*gr. 766 νῆα*). ora 105 *Oestrymnici* non abiete, ut usus est, curvant -o⟨s⟩, sed ... navigia iunctis ... aptant pellibus. orb. terr. 744 Hiberus ... freta veloci percurrit saepe -o. AVSON. Mos. 221 picti rostra -i. PRVD. perist. 5, 498 concito pontum -o scindere (*cf.* SEN. *infra l. 21*). c. Symm. 2, 530 tenues cumbae fragilesque -i. CYPR. GALL. exod. 76 modico fluitante -o *infantis Mosis. al.* **b** *transfertur: ad hominem eiusve vitam sim.*: OV. Pont. 1, 10, 39 vos estis fracto tellus non dura -o, ... vos mihi fertis opem. SEN. Herc. O. 695 stringat tenuis litora puppis nec magna meas aura -os iubeat medium scindere pontum (*plur. pro sing.?*). *ad doctrinam, eloquentiam sim.* (*cf. 2b*): ENNOD. carm. 1, 7, 36 *cymbam meam sutilem* navita ... fingens de cortice puppim conposuit nomenque dedit sine laude -i.

2 *significatur genus leguminis* (*respiciuntur siliquae l. 30. 31. al., grana maxime l. 39; ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 196; cf. vocem usitatiorem* phaseolus). *de origine*: ISID. orig. 17, 4, 6 -um ... et cicer Graeca nomina sunt. 17, 10, 14 -os vocari aiunt a Faselo insula Graeciae. *de notione*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 123 ⟨siliquis⟩, hoc est ⟨f⟩asellis. GLOSS. -us: *φάσηλος τὸ ὄσπριον.* -um: genus holeris. -i: *λόβια.* GLOSS.[L] I Ansil. FA 469 -um: siliquae leguminis, quem nos phaseolum dicimus. *al.*

a *proprie*: **α** *agitur de satione*: VERG. georg. 1, 227 si ... viciam ... seres vilemque -um ..., cadens mittet tibi signa Bootes (PROB. ciceris est genus, quod -um vocant. SCHOL. Bern. ⌊-um: genus leguminis, quod nos siliquam⌋ dicimus [⌊ ⌋ siliquia ... -um *trad.; cf. l. 31 et* BREV. EXPOS. '-um' ... siliqua⟨m, g.⟩ l.]). COLVM. 2, 10, 4 *post lupinum* recte -us terrae mandabitur ... restibili agro, nec amplius quattuor modiis iugerum obseretur (*cf. ibid.* iugerum ... *pisi* modio minus quam -um ... obserere. 11, 2, 75 iugerum agri recipit ... -i modios quattuor [faseoli *var. l.*]). PALLAD. 10, 12 de ... -o ad escam serendo (*sim. ibid. iterum; pendet e p. 2016, 27*). *al.* **β** *exempla varia*: COLVM. 2, 7, 1 leguminum genera ... maxime grata ... videntur faba ..., pisum, -us *eqs.* (*inde sim.* ISID. orig. 17, 4, 2). 10, 377 *aestate in horto* gravis atriplici consurgit longa -os. PELAGON. 24, 2 *medicamentum recipit quantitatem* ciceris ..., -i[s] (*Hippiatr. gr. I p. 266, 5 φασιούλου, p. 425, 22 φασιουλύου*). HIPPOCR. vict. 2 l. 190 -um multo melius *quam pisum* egeritur (*cf. gr. 45, 1 δόλιχοι. hinc pendent* ISID. orig. 17, 4, 6. GLOSS.[L] I Ansil. FA 468 [med. p. 34]). DIOSC. 4, 116 p. 57, 9 *phaselion* ex similitudine -i nomen accepit (*gr. 4, 120 φασήλῳ*). *al.*

b *transfertur ad doctrinam, eloquentiam* (*sc. vilem sim., cf. supra l. 24*): ENNOD. dict. 9, 6 p. 452, 5 mihi vix ... pauper -i esca porrigitur.

deriv.: phaselaris; *cf.* phaseolus.

*?***phaseolātus,** -a, -um. *a* phaseolus. *i. q. phaseolis instructus sim.*: ORIBAS. syn. 9 add. La p. 400 *podagricus* comedat basiolatas zomeras (*Arnaldi, Arch. Lat. Med. Aev. 10, 1936, 77; cf. p. 2014, 66*).

*※*phaseolus, **passiolus** *vel* **fasiolus,** -ī *m. et* -um, -ī *n.* [phasēlus *suffixo* -eolus *deminutivis latinis adsimilatus est, ita ut* pasceolus *al. (Leumann, Gramm. 1977, 75). dehinc vox plerisque graeca non videbatur ideoque plures formarum variationes exhibet quam* phasēlus; *de* p- (passiolus) *cf. Leumann 160. Fo.*] *de scriptura*: phaseol- *omnibus temporibus perraro in codd. invenitur; apud auctores aetatis prioris codd. potiores (non ante saec. IX) fere praebent* passiol-, *e. g.* COLVM. 12, 9, 1 PLIN. nat. 18, 125. 18, 314 (passeol- COLVM. 2, 12, 3 *et* PLIN. nat. 27, 94, *cf. gr. πασίολος*), *raro* fasiol- *vel* faseol-, *sc.* VARRO rust. 3, 7, 8 PLIN. nat. 18, 185; *aetate posteriore* EDICT. Diocl. 1, 21 L. *al. exhibet* fasiol-, *ita ut passim auctores* (faseol- *hic illic codd.* APIC., fasol- *p. 2016, 35*), *et in codd. vet.* ORIBAS. syn. 4, 12, 9 Aa p. 11. 4, 13, 10 Aa p. 13. *al.; obscurum est, quid testetur* PROB. app. gramm. IV 198, 26 sq. fas⌊s⌋olus (e *supra l.*) non ⌊f⌋assiolus (p *supra l.; v. Baehrens ed. 1922 p. 7 l. 141. p. 46*). *neutr.* -um *praeter* GLOSS. *raro, sc.* Ps. THEOD. PRISC. simpl. med. 75 (*sed v. p. 2016, 44*). ANTHIM. 69. *gen. sing. gr.* -u DIOSC. 4, 149 p. 70, 23 (-o *var. l.*); *acc. plur.* -us ORIBAS. syn. 9 add. La p. 400. *al. legitur apud* VARRONEM, COLVM., PLIN. nat., *et inde ab* EDICT. imp. Diocl., *maxime apud scriptores rei rusticae, medicae, coquinariae; deest in versibus; abiit in gr. φασίολος.* [*dalm.* fasul.; *it.* fagiuolo; *sard.* fasolu; *raet. centr.* ferzaila; *francog. vet.* faisol.; *prov. vet.* faizol *et var. francoprov., prov.; cat.* fesol, fasol; *hisp. dial.* frisuelo; *port.* feijão; *e* passeolus: *val.* păsulă; *sard.* bazolu; *it. mer. cf. M.-L. 6464. Battisti-Alessio II 1582. Wagner I 506. Wartburg VIII 373. Corominas*[2] *II 958. Machado*[3] *III 31. St.*] [*confunditur c.* phaselus *e. g.* COLVM. 2, 12, 3. ANTHIM. 69 (*falsa var. l.* COLVM. 11, 2, 75, *falso trad.* GLOSS.[L] I Ansil. FA 471).]

1 *significatur genus leguminis, sc. fere phaselus* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 196*). *de notione v. p. 2015, 31 et* GLOSS.[L] II Philox. FA 63 -i: *λοβοί* (*sim.* GLOSS. -i: *λόβια*). GLOSS. -us: genus leguminis. -i: ⌊*φασίολοι*⌋ (⌊ ⌋ *Goetz, φασίολι vel φάσιλοι codd.*). *de planta tota imprimis sub d, de siliquis et granis sub a et l. 33. 37.*

a *adhibetur inter cibos* (*hominum praeter* VARRONEM) *vel in medendo*: VARRO rust. 3, 7, 8 *columbae* delectantur ... piso, -is, ervo. COLVM. 12, 9, 1 ut *lactucae coliculis* -i viridis integri interponantur, quos ... macerari oportebit (EDICT. imp. Diocl. 6, 39 L. -i v. purg⟨a⟩ti ... s(extarium) [*gr. πασιόλου*]. APIC. 5, 8, 1. ORIBAS. syn. 4, 22, 1 Aa p. 24 [*male e gr. φάσιλοι, ὦχροι,* La: -i acri]. *al.*). PLIN. nat. 18, 125 *siliquae* -orum cum ipsis manduntur granis; serere eos ... licet ab idibus Octobr. (*inde* 1, 18, 33). EDICT. imp. Diocl. 1, 21 L. -i sicci *modium* ([*gr. φασιώλου*]. ANTHIM. 69 ORIBAS. syn. 9 add. La p. 400). 6, 33 -orum fascis habens n(umero) XXV (*gr. φασιόλ⟨ων⟩* [*παση- var. l.*]). APIC. 5, 8, 2 aliter -us sive cicer: frictos ex oenogaro ... gustabis *eqs.* 8, 6, 1 cum -is faratariis. ORIBAS. syn. 4, 12, 9 Aa p. 11 cicer, faba nutriunt, sed plus magis -i nutriunt (*gr. φάσιλοι*). *al.* -us Alexandrinus: ALEX. TRALL. 2, 241 -os A. et maxime *in aqua* infusos ... accipiant *aegri* (*gr. II 511 τοῦ φασιόλου τοῦ Ἀλεξανδρινοῦ*). **b** *respicitur satio, cultura*: COLVM. 2, 12, 3 -i modii quattuor obruuntur (*cf. l. 28*) ... *sex* operis, occantur una, metuntur una (PLIN. nat. 18, 185 -i occantur tantum). 11, 2, 72 *ante finem Septembris* -us ad escam seritur; nam ad percipiendum semen ... circa Kalendas Novembres melius obruitur (PLIN. nat. 18, 125 [*v. sub a*]. 18, 198 serere in iugera ... *modios* -orum IIII [*cf. p. 2015, 40*]. 18, 202 Vergilius ... seri iubet ... -os ... Boote occidente [*cf. p. 2015, 34*]. 18, 314 a Fidiculae ... occasu). **c** *illustrantur aliae res per similitudinem partium -i*: PLIN. nat. 12, 26 siliquis *arboris cuiusdam,* quales in -is videmus. 24, 65 *sparti* semen ... in folliculis -orum modo nascens (*cf. Diosc. gr. 4, 154 φασήλου* [*φασίολος al. var. ll.*], *ubi* DIOSC. 4, 149 p. 70, 23 fasolu [fascolo *cod. Paris.,* '*i.* faseolo' *Bulhart in schedis nostris*]). 27, 94 *isopyri* folium ... in -i pampinos torquetur (*cf. Diosc. gr. 4, 120 φασήλῳ* [*φασιόλῳ var. l.*]). PLIN. phys. Bamb. 50, 3 facis arteriace (*acc.*) in modum -i (*cf. 50, 4* quasi lupinos). **d** *usu vario*: PLIN. nat. 18, 58 *sunt folia* -is venosa. ACT. Archel. 10, 2 *messores metempsychosi* transfundi ... in -um ..., ut et ipsi ... demetantur (*anne* faselium*? vide var. l.* fasellum, *gr. φασήλια*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 14 ibi nascitur ... virga -i longa pedes duo (-a *var. l.*).

*?***2** *significatur isopyron* (*nisi* fasilion *scribendum, v. p. 2014, 32*): Ps. THEOD. PRISC. simpl. med. 75 ⌊isopyrum id est -um⌋ (⌊ ⌋ isopo neuasilinon *cod., restit. Rose sec. exc. Sim. Ian., ubi* fasilium, *et Galen. XI 891 φασίλιον Paul. Aeg. epit. 7, 3, 9*]).

*?***3** *significatur genus escae*: GLOSS. III 315, 8 (*in capite* de escis) *ἀπ⟨ό⟩θερμον*: -us (*restit. Goetz in indice, cf.* GLOSS. III 509, 8 artemon: -us [*anne* argemon *sim.?*]).

*deriv.: ?*phaseolatus.

phasganion, -ī *n., φασγάνιον* (*non adnotamus, cum gr. resp.*). *scribitur* fa- *praeter* PLIN. *significatur herba q. e. gladiolus* (*cf. l. 61*): PLIN. nat. 25, 137 lonchitis non ... eadem est quae xiphion aut -on ([gaphasg-, pasg-, sparg- *codd.*]. 25, 138 *nascitur* x. et -on [pa(r)sg-, prasg- *var. ll.*] in umidis [*inde* 1, 25, 89. *cf. Diosc. gr. 4, 20, 1*]. Ps. APVL. herb. 46 l. 11 [*cf. Diosc. gr. Vind. 4, 20; sim.* herb. interpol. 79 l. 17, *ubi* -non *var. l.*]). SER. med. 744 *proderit* de -o radix decocta palustri. *significatur herba q. e. xanthium*: DIOSC. 4, 131 p. 61, 6 sanction aut -on (*sec. gr. 4, 136, 1 φάσγανον ad l. 64 sqq. trahit André, Les noms de plantes, 1985, 196*).

phasganon, -ī *n., φάσγανον. fere scribitur* fa-. [*e coni. dub.* PLIN. nat. 24, 112.] *significatur herba q. e. gladiolus* (*cf. var. lect. l. 56*): DIOSC. 4, 20 p. 17, 17 xifion aut -on ... dicunt pro scemate foliorum (*sec. gr. 4, 20, 1 φασγάνιον ad l. 52 sqq. trahit André, Les noms de plantes, 1985, 196*). *significatur herba q. e. xanthium* (*si recte coni.*): Ps. THEOD. PRISC. simpl. med. 134 xantium herba, ⌊quae et -on⌋ nuncupatur, id est gladiolus; fructus eius calidus est *eqs.* (⌊ ⌋ quam *cod., restit. Rose sec. exc. Sim. Ian., ubi* fagasmon; *sed Galen. XII 87 φασγάνιον*).

*?***phāsiānācius** (*sc.* -aceus), -a, -um. *a* phasianus. *i. q. ad phasianum pertinens*: ANTH. 132 tit. de capone -o (fassanatio *vel* fassanario *codd., 'anne* Phasiaco*?' Shackleton Bailey, alii alia*).

phāsiānārius, -ī *m.* *a* phasianus. *abiit in gr. φασι(ι)ανάριος. i. qui curam phasianorum gerit*: PAVL. sent. 3, 6, 76 (*sim.* dig. 32, 66) avibus legatis ... phasiani ... debebuntur: an autem -i ..., voluntatis est quaestio.

phāsiānīnus, -a, -um. *a* phasianus. *fere scribitur* fa-. *i. q.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad phasianum pertinens: PALLAD. 1, 29, 2 ut quindecim -a ova nutrix una coperiat, *i. gallina* (ANTHIM. 38 -a [fasiana *var. l.*] o. bona sunt). Ps. THEOD. PRISC. add. p. 311, 5 *medicamentum recipit* adipis anserini vel -i *uncias tot* (ORIBAS. syn. 9, 11, 2 La p. 294 *anetho* admisces adipes anserinus, pollinus et -us. ALEX. TRALL. 1, 114 [*gr. II 81 τῶν φασιανῶν*]. *cf.* GALEN. alfab. 241 [de sepo] melius fasaninum *sebum est* [fasininum *cod. Lucc.*, fasianino *cod. Palat.*]). GLOSS. III 563, 41 *φασιανόν* (fasseanon *trad.*): -a (*sc.* caro).

***phāsiānus,** -a, -um, *sc. usu fere pro subst. fem. vel masc.* (*v. l. 16 sqq.*), *φασιανός. de origine*: SCHOL. Iuv. 11, 139, 1 -us *ἀπὸ τῆς Φάσιδος* dictus. ISID. orig. 12, 7, 49 -us a Faside insula Graeciae, unde primum asportatus est, appellatus. *scribitur in codd. vet. vel inscr.* pha- PAVL. dig. 32, 66, fa- EDICT. imp. Diocl. 4, 17 sqq. L. ORIBAS. syn. 4, 3 Aa p. 6. *al. (in serie vocum a littera* f *incipientium* HIST. AVG. Geta 5, 8 GLOSS. V 360, 44. *al.); in codd. rec. hic illic* -ss-. NOT. Tir. 96, 86 -us. *adhibetur fere pro subst., sc. fem.* -a (*nisi subaudias avis*): PLIN. nat. 10, 132. 11, 114 (*cf. Arist. hist. anim. 557a12 φασιανοί*). *al.* MART. 3, 58, 16. 13, 72 tit. (*masc. var. l. ut*: SVET. Vit. 13, 2). SVET. Cal. 22, 3. *al., masc.* -us: PAVL. sent. 3, 6, 76 PALLAD. 1, 29, 1. 1, 29, 3 sq. AMM. 16, 5, 3. *et saepius; sexus distinguitur* EDICT. imp. Diocl. 4, 17 sqq. L. *adi. exstare videtur* HIST. AVG. Tac. 11, 5 -am avem (*fort. addere possis l. 68, vix l. 1; cf. l. 16 sqq.*). *acc. plur.* -us (*sc. -oύς*) *fort.* ANTHIM. 22 ORIBAS. syn. 9 add. La p. 400. *al. de notione*: GLOSS. -us: *φασιανός.* GLOSS.^{L} I Ansil. FA 479 -us: genus avis. Corp. F 22 -us: worhona (*anglosax.*). *al. legitur in versibus non nisi* MART. 3, 58, 16, *in oratione soluta apud* PLIN. nat., MART. (tit.), SVET., PAVL. sent. *et inde a saec. IV* (*frequentant scriptores medici et* HIST. AVG.). [*it.* fagiano; *prov. vet.* faisan *et var. prov.; cat.* faysá; *port.* faisão. *cf. M.-L. 6465. Battisti-Alessio II 1582. Wartburg VIII 374 sq. Corominas*^{2} *II 835. Machado*^{3} *III 13. St.*]

significatur genus avium (*gr. fere respondet φασιανός vel φασιανή*): **1** *exempla varia* (*fere respicitur natura sim. vel cura in re rustica adhibenda*): PLIN. nat. 10, 132 (*inter peregrinas aves*) -ae in Colchis – geminas ex pluma aures submittunt subriguntque (*inde* 1, 10, 67). 10, 144 ovorum ... alia *sunt* rubri coloris, ut -is. 11, 114 *pediculus* -as ... interemit nisi pulverantes sese. 11, 121 in capite ... *non* nisi volucribus apices ..., *exeunte* stymphalidi cirro, -ae corniculis (*cf. l. 31*). 11, 194. MART. 3, 58, 16 *in villa Baiana vagatur* perdix ... et ... -a Colchorum. 13, 72 tit. PAVL. sent. 3, 6, 76 *v. p. 2016, 73.* PALLAD. 1, 29, 1 in -is nutriendis hoc servandum est, ut novelli ... parentur *eqs.* 1, 29, 3 si pituitam patientur -i. 1, 29, 4 clauso -o *ad saginandum.* AMBR. epist. 4, 15, 3 -is ... diversus color *est,* qui distinguat sexus discretionem. *al.*

2 *adhibetur inter cibos* (*hominum praeter l. 51; in sacrificando l. 43; respicitur saepe pretiositas, luxuria*): **a** *exempla quaelibet*: SVET. Cal. 22, 3 *in Caligulae cultu* hostiae erant ... numidicae, meleagrides, -ae. Vit. 13, 2 in hac *patina* ... -arum (-orum *var. l.*) et pavonum cerebella ... commiscuit (*item usurpantur -orum partes*: HIST. AVG. Heliog. 20, 6 *patinas refertas* capitibus ... -orum. 32, 4 -orum carne. APIC. 2, 2, 1 adipes -i recentes). AMM. 16, 5, 3 *Iulianus* -um ... et sumen ... vetuit ... inferri, ... vili ... cibo contentus. HIST. AVG. Hadr. 21, 4 *tetrafarmacum* erat de -o, suminé, *eqs.* (*sim.* Ael. 5, 4). Pert. 12, 6 -um numquam privato convivio comedit. Geta 5, 8 in quo *prandio per singulas litteras iusso* erat ... -us, farrata, ficus. Heliog. 21, 2 psittacis atque -is leones pavit. Alex. 37, 6 adhibebatur ... *festissimis* diebus -us, ita ut aliquando et duo ponerentur (Tac. 11, 5). SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 76 vitio ... laboramus, si dolemus, cum desit -us (*sim.* 1, 2, 113). AMBR. hex. 6, 2, 5 in quo *convivio* -i aut turturis species adponitur et intus pullus manducatur. APIC. 2, 5, 4 oenogaro -i. *al.* **b** *accedunt adi.*: EDICT. imp. Diocl. 4, 17 L. -us pastus (4, 19. 4, 20 -a non p. *cf. l. 65. 70 sqq.*). 4, 18 -us agrestis. AMBR. Hel. 8, 24 -us pinguior. POMER. 2, 23, 1 -is altilibus.

3 *adhibetur in medicina, diaetetica*: HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 398, 8 -orum (-arum *var. l.*) ... adipes quid commodi habeant, omnes medicorum declarant libri (SORAN. app. 14 *pessarium* recipit haec: ... adipes -i *eqs.* PLIN. phys. Bamb. 55, 1). MARCELL. med. 27, 136 -um vivum in vino necabis *eqs.* THEOD. PRISC. log. 101 p. 201, 11 *dysentericos* iuvat -us in pusca decoctus. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 160 pectora ... -orum (4, 3, 69. ALEX. TRALL. 2, 22 pectus de -is. *sim.* ANTHIM. 22 de -us pastas ..., quia pascuntur, pectus illorum congruum est [*v. app. crit.*]). PHILAGR. med. 1 p. 151, 10 *cibi utiles* sunt ... -i *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 14, 2 Aa p. 13 meliora ... sunt ... -i ... ova. 4, 16, 2 Aa p. 18 *bene digeruntur* columborum pulli et -i pulli (La -orum, *gr. φασιανικῶν* [*φασιανῶν var. l.*]). ALEX. TRALL. 1, 63 *epileptici manducent* -os, sed non saginatos (*paulo aliter gr. I 543 φασιανῶν τὰ μὴ λιπαρά, quod resp. item*: 2, 73 -i, qui non sunt s. [*gr. II 403*]. 2, 241 -i ..., sed non s. [*gr. II 509*]. *sim.* 1, 84 -os, qui non sunt pingues [*gr. I 615*]). *al.*

*deriv.: ?*phasianacius, phasianarius, phasianinus. *cf. Onom.* *Breimeier.*

phasiolus (fas-) *v.* phaseolus.

1. phasis, *acc.* -in *f., φάσις* (*a φαίνω*). f- *codd.* *t. t. conspectum non fractum significans*: CHALC. comm. 239 idem *geometrae* aiunt videre nos vel tuitione, quam -in vocant, vel intuitione, quam emphasin appellant ...; tuitione quidem, ut quae simpliciter et prompte videntur *eqs.* (*opp.* quae in speculis ... considerantur).

2. phasis, *acc.* -in *f., φάσις* (*a φημί*). *t. t. rhetoricus dictum, dictionem significans*: AVG. rhet. 11 p. 143, 27 est aliquod dictum, quod Graeci *-ιν* nominant; id scinditur in duas partes, *sc. κατάφασιν et ἀπόφασιν* (*cf.* RHET. min. p. 585, 15 fasis est res, ex qua quaestio nascitur: catafasis accusatio, apofasis defensio). BOETH. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 5, 7 *-ιν* (-in *codd.*) dictionem interpretamur, *λέξιν* vero locutionem, *i. articulatam vocem.* *Spoth.*

3. *phāsis, -idis *adi. fem., φασίς* (*quod gr. non invenimus*). fas- *in cod. vet.* HIER. epist. 54, 12, 1 (*G*) *et saepe in codd. medii aevi.* *nom. plur. gr.* -ĕs MART., *acc. plur. lat.* -es HIER.

i. q. phasianus (*sc. de ave, homines ad Onom. relegavimus*): **1** *adi.*: MART. 13, 45, 1 si Libycae nobis volucres et -des essent, acciperes. HIER. epist. 54, 12, 1 non -des aves, sed cibarium panem *emere* ([-dis *var. l.*]. 79, 7, 6 procul sint a conviviis tuis -des a., crassae turtures. 100, 6, 5 [*Theophil.*]. in Zach. 14, 10 l. 361 [-dis *edd.*]. *al. apud eundem*). **2** *pro subst.*: VEN. FORT. epist. (carm. 10, 3), 1 post epulas coturnicis aut -dis. *N. H.*

phasma, -tis *n., φάσμα.* *scribitur* ph- *in codd. vet.* TER. Eun. 9 (*A*). VET. LAT. Marc. 6, 49 (cod. 8). *de notione cf. l. 37.*

fere i. q. umbra, larva, species mortui sim.: **1** *fabularum titulus* (*partes agendae l. 30*): **a** *comoediarum*: TER. Eun. 9 *Luscius Lanuvinus* Menandri '-a' nunc nuper dedit ([fama *var. l.; explicant* DON. [*qui et fabulam narrat*]. EVGRAPH. [fama *vel* fana *fere codd.*]. SCHOL. Ter. Bemb. GLOSS. V 538, 51; *cf.* BASS. gramm VI 255, 11 apud Menandrum in '-e'). FEST. p. 162 apud Plautum in '-e' (*respicitur Most. ut* p. 305). FVLG. myth. 1 praef. p. 9, 8 (*loq. Calliopa*) *auditores* aut comedico -e delectabam aut tragica pietate mulcebam. **b** *mimi* (*cf. coni. dub. Watt, Hermes 83, 1955, 497 sqq.* CIC. Att. 1, 16, 13 *et* SEN. apocol. 9, 3 [*pro* Faba *vel* Fama]): IVV. 8, 186 *histrio agit* clamosum ... '-a' Catulli *mimographi* (SCHOL. '-a' nomen est fabulae).

2 *reliqua exempla*: VET. LAT. Is. 28, 7 (Hier. in Is. 9, 28, 5) propter ebrietatem ... erraverunt; hoc est -a (*gr. φάσμα*; *explicat* HIER. *ibid.* l. 58 *dialecticorum tendicula* sunt appellanda ... -ta, id est umbrae quaedam et imagines, quae cito pereunt. l. 62 [fantas- *var. l. utrobique*]). Marc. 6, 49 (cod. 8) ut viderunt ... *discipuli Iesum* ambulantem supra marem, putaverunt -a esse (*gr. φάντασμα, Vulg. al.* phantasma). HIER. in Ier. 5, 52, 3 *maleficos* daemonum -bus servientes (fantasm- *var. l.*).

phassa (-tt-), -ae *f., φάσσα vel φάττα.* f- *fere trad.*, -tt- ORIBAS. *forma gr. l. 49 et fort. 51.*

genus avium, fere i. q. palumbes (*cf. p. 172, 54 sq.*): *de ave viva*: SERV. ecl. 6, 78 Itys in -am *mutatur* (fassidem *cod. unus*). *de carne edenda vel vitanda* (*in arte medica*): CAEL. AVR. acut. 3, 21, 204 volantium pectora, sed non pinguium, ut perdicis vel -ae. CASS. FEL. 1 p. 9, 12 ex diversis volatilibus ..., ut sunt ... perdices, -ae et his similia (passe, phasiani *var. ll.*). 48 p. 122, 21 palumbus, quem Graeci -an appellant. ORIBAS. syn. 4, 10 La p. 10 -ae, anseres (fatiganseris *cod.; gr. φάτται, Aa* columbi). 4, 17, 3 La p. 19 -an (-on?) ... dura est caro (*gr. φαττῶν*).

phastūcium, -ī *n. pro* phasuc-, *hebr.* פַּסּוּק, *cui littera* t *per errorem inserta videtur, v. Mercati, Biblica 29, 1948, 282 sq.* CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 30 *sacra scriptura* apud Hebraeos ... metrica constat lege composita, quae, ut ipsi dicunt, -is continetur; -um enim est per commata procedens ... conceptio (f- *codd. utrobique*).

[phatcaima *falso trad.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 723. *v.* HIER. nom. hebr. 15, 10 (= EVCHER. instr. 2 p. 146, 20) fath *κλίμα.*]

phatta *v.* phassa. **[phaulia** *v. ?*babbiae *et* paulia.]

***?*phaunos** *v.* paulia (*ceterum legebatur olim* PLIN. nat. 1, 16, 92).

***phe** *subst. indecl.,* ה *littera hebraica.* *scribitur* fe *e. g.* VET. LAT. psalm. 118, 129 tit. (cod. 300). *in sacris scripturis titulus partis septimae decimae est, v. e. g. supra.* *explicatur significatio*: AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 1 -e littera septima decima, quae Latine significat 'erravi' sive 'os aperui'. HIER. epist. 30, 5 ⌞-e os; ab ore, non ab osse⌟ intellege (⌞ ⌟ *item* nom. hebr. p. 48, 19 [*addit*: sive laqueus vel decipula]. IVLIAN. epit. in psalm. 118, 121). *cetera exempla*: HIER. in Dan. 11, 44 l. 468 cum pe littera hebraeus sermo non habeat, sed pro ipsa utatur -e, cuius vim graecum *φ* sonat. epist. 34, 1, 2 centesimi vicesimi sexti psalmi commentarium et -e litterae tractatum *Origenis* (*v. l. 62*). in Ezech. 25, 15 l. 348 mutata -e littera. praef. Vulg. reg. p. 4, 12 (*inter litteras duplicis formae*). *al.*

phecla *v.* faecula (*sc. scripturam* fecla), *ubi addere possis* ORIBAS. syn. 3, 115 Aa [s]feclis (*gr. φέκλης ut* 3, 162 feclis).

phēgus (-os), -ī *f., φηγός.* fic- *vel* fig- *codd.* *genus quercus*: DIOSC. 1, 116 p. 59, 18 figo et prinos species sunt de drio (*gr. I, 106, 2 φη-*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γός). ORIBAS. eup. 2, 1 *Δ* 16 Aa p. 466 fortiores sunt ... figos et prinos ⌞esse⌟ (⌞ ⌟ *per struct. contam.?* ficus La; *gr.* φηγός). syn. 2, 13 Aa p. 100, 7 (*inter desiccantia*) figus et prunus (ficu(s) *codd.* La, *gr.* φηγοῦ).

phel(l)andrion *v.* pelandrion.

phellus (*gr.* -os VITR.), -ī *m.*, φελλός. fe- *codd.* ORIBAS. (*inter quos* Aa *saec. VI*). *explicatur l. 13.*

i. q. suber: **1** *de parte natanti clepsydrae* (*scaphium cuiuslibet materiae id nomen servavisse censuit Rehm, RE VIII 2430, 22 sqq.*): VITR. 9, 8, 5 quod *scaphium inversum* ab artificibus -os ... dicitur. 9, 8, 8 *e catena* pendet ex una parte -os ..., qui ⌞ab aqua sublevatur⌟, *ex* altera – aequo pondere -i – sacoma (⌞ ⌟ *eadem* 9, 8, 9). **2** *de re in Bacchi ritu circumlata*: TER. MAVR. 1847 ithyphallica ... citarunt musici poetae, qui ludicra carmina Baccho ... Graio cum cortice -o tres dabant trochaeos (phallo *Aldus; veriloquium subest vel metri, si conferas personas corticeas Verg. georg. 2, 385 sqq., vel ipsius phalli*). **3** *de opertura amphorae*: ORIBAS. syn. 9, 42, 7 Aa p. 351 *iuvat* -us ceramici Italici et ex eo ipso pulvere *eqs.* (La p. 350 -us, id est copertura; *gr.* φελλός).

phelmōnī, *vox hebr. perperam pro nomine intellecta* VET. LAT. Dan. 8, 13 (cod. 177), *v. Onom.*

phengītēs, *abl.* -e *m.*, φεγγίτης. *nomen lapidis*: PLIN. nat. 36, 163 *nuper* in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque tralucens ..., ex argumento -es appellatus (*inde* 1, 36, 46. *pendet* ISID. orig. 16, 4, 23 [fi- *codd.*]). SVET. Dom. 14, 4 porticuum ... parietes -e lapide distinxit e cuius splendore per imagines, quidquid a tergo fieret, provideret.

[phēnolēs *v. p. 70, 53.*]

pheōs, *acc.* -ōn *m.*, φέως. *olim legebatur* phleos. *nomen herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 196*): PLIN. nat. 21, 91 quaedam *genera spinas* ... in caule habent, ut -os, quod aliqui stoeben appellavere (*inde* 1, 21, 54. *sec. Theophr. hist. plant. 6, 1, 3* [ὁ φλέως, ὃ κτλ. *cod.*]. *cf.* 22, 28 stoebe, quam aliqui -on vocant, ... auribus ... medetur [*inde* 1, 22, 13]).

phepere. *nomen Aegyptium herbae saxifragae*: PS. APVL. herb. 98 l. 8 a Graecis dicitur adiantos ..., Aegyptii -e (pheb-, pep-, pemp- *var. ll.* [*cf. fort. Diosc. gr. Vind. 4, 134* ἐπνέῳ]. *inde* GLOSS. III 573, 26 perpere: saxifrica).

?**p⟨h⟩ernophorus** *sine interpr.* GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 966.

pherombron *n.*, φέρομβρον. *nomen herbae q. e. cucumis agrestis*: PS. APVL. herb. interpol. 114 l. 12 Graeci elaterion ..., -on, ... notion, Latini ... cucumerem silvaticum *vocant* (f- *trad.; e Diosc. gr. Vind. 4, 150*).

pherōnymon *v.* feronymon. **phētria** *v.* phratria.

phētrium, -ī *n.*, φητρίον *vel* φρητρεῖον (*quae gr. exstare non vid.*) *pro* φρατρ- (*v. Frei-Korsunsky, Griech. Wörter aus lat. Überlieferung, Diss. 1969, 34*). *fere i. q. conciliabulum, schola collegii sim.* (*ad rem v. sub* phratria): DECRET. decur. Caeret. (CIL XI 3614. *a. 113*) 11 uti Augustalib(us) ... -um faceret. 17. CIL XI 3614, 1 (*in dedicatione, quae affert* DECRET.) *quidam* -um Augustalibus municipi Caeritum ... exornatum donum dedit.

pheu *interiectio*, φεῦ (*quod gr. respondet*). *exclamatio tragica sive admirationis sive doloris*: TERT. adv. Val. 8, 3 sq. familiae, *i. cumulatis adiectivis,* Phosphori *rhetoris* '-u' acclamant *auditores*; audisti Fortunatam et *ceteros aeonas* ...; acclama familiae Ptolomaei *Valentiniani* '-u'! (φεῦ *edd.,* fae *sim. codd. utrobique; item post aeonum enumerationem*: IREN. 1, 11, 4 iu iu! et -u -u! tragicum vere dicere oportet super hanc nominum factionem et tantam audaciam. 1, 15, 4 haec iam ... super '-u' et super universam tragicam exclamationem et doloris vociferationem sunt [feu *codd.*]).

pheugydrus, -ī *m.*, φεύγυδρος (*quod gr. non legitur*). *i. q. hydrophobicus*: CAEL. AVR. acut. 3, 9, 98 Polybus -on *appellat,* siquidem aquam fugiat, nos denique aquifugam dicere poterimus (3, 15, 121).

[pheution *v. vol. VI 2611, 13 sqq.*]

pheuxaspidion *n.*, φευξασπίδιον. *nomen herbae q. e. polium*: PS. APVL. herb. interpol. 57 adn. 7 Graeci *dicunt* polion, -on (*e Diosc. gr. Vind. 3, 110*).

pheuxicterus *f.*, φευξίκτερος. *nomen herbae q. e. aristolochia rotunda*: PS. APVL. herb. 19 l. 25 a Graecis dicitur aristolochia ..., alii -us (teuxitemus *sim. fere trad.; cf. Diosc. gr. Vind. 3, 4* φευξίκτερος [φευσ- *trad.*]).

?**phexasis** *f.* *vox scripturae et formae dubiae inter nomina herbae, q. e. artemisia monoclonos*: PS. APVL. herb. 10 l. 18 Pythagoras *artemisiam* -is *dicit* (fexasa(s) *vel* p(f)exasis *codd.; inde* GLOSS. III 563, 16 fexaga).

1. phī *subst. indecl.*, φῖ *littera graeca*: **1** *generatim*: HIER. in Is. 1, 2, 5 l. 24 p litteram sermo Hebraicus non habet, sed pro ea -i Graeco utitur (*inde* ISID. orig. 9, 2, 58). **2** *speciatim in explicanda nota: gramm.: v. vol. VI 641, 14 sqq., ubi addas* ISID. orig. 1, 21, 23 -i et ro, id est φροντίς (*inde* GLOSS.ᴸ I Ansil. PI 63 [pi *trad.*]). *musicae*: BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 5 -i graecum et digammon. p. 311, 13 -i iacens et ny inversum deductum. *grom.*: GROM. p. 324, 22 casa per Φ fi nomen habens.

2. phī *interiectio v.* phy. *Spoth.*

phiala (?phiales *p. 2021, 15 sq.*), -ae *f.*, φιάλη. *de origine*: ISID. orig. 20, 5, 1 sq. ('de vasis potatoriis') -ae dictae quod ex vitro fiant; vitrum enim Graece ὕαλος dicitur (*quae seq., v. p. 692, 44 sq.*). *scribitur* phi- *in papyro l. 34, in inscr. l. 29. 66 sq., cf. etiam* pihal *l. 68*; phy- cod. 100 VET. LAT. exod. 25, 29. *al.*; pial- EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 157 (*bis in cod. saec. VI; cf.* CIL II 3613 *in nom. propr.*). *al., e. g. p. 2021, 15*; fi- *fortasse in titulo l. 64 et saepius in codd., e. g.* G VVLG. num. 7, 25; fiol- ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 922. 9, 13, 5 Aa p. 296. *al.* (*cf. Svennung, Wortstud. Oribas., 80, v. etiam l. 16*). *abbreviatur*: phi INSCR. Dessau 8619 (*ante a. 79; bis*). *de mensura: paenultima brevis invenitur apud poetas, v. l. 16.* *de notione*: GLOSS. -a: φιάλη, ἁπλοπότης. fi[li]olam: ἁπλοπότιν (phialulam *coni. olim Goetz Gloss. III p. 653*). -ae: πατιαλαι (πατέλλια *Goetz, v. Niedermann, Contributions à la critique ... des gloses, 1905, 13 sq.*). scyphi. -as: vasa parva vitrea. GLOSS.ᴸ Corp. F 177 fioli ('phialae?' *Lindsay*): similitudo calicis. *legitur in oratione soluta inde a* PETRON., PLIN. nat., *saepe in script. sacr. et apud ecclesiasticos; in versibus apud* MART., IVV. (*semel ut* CYPR. GALL.). [*a* fiola *e sermone docto: francog.* fiole; *prov. vet.* fiola *et var. francoprov., prov., vasc. cf. M.-L. 6466. Wartburg VIII 376 sq. St.*] [*confunditur in codd. Vulg. hic illic c.* filia, filiala *sim.* (*cf. l. 64 et* afilia *cod. V* EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 147); *restit.* VET. LAT. num. 4, 14 cod. 100 *pro* itholas, *gr. resp.* φιάλας; *in vers. mira* CASSIOD. Ios. antiq. 8, 176 p. 233 *e ligno fecit* cinyras, ⌞-as⌟ et nablas (⌞ ⌟ *deest in gr.*).]

I *significatur vas plerumque aere pretioso factum ornatumve* (*instrumentum musicae l. 61; ad rem v. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 74. 250 sq.; gr. resp.* φιάλη, *nisi aliud indicavimus*): **A** *contextu vario respicitur*: **1** *vas potorium*: PETRON. 51, 1 fuit ... faber, qui fecit -am vitream, quae non frangebatur (*de eodem vase*: 51, 3. 4). PLIN. nat. 33, 156 in -ae emblemate. *ibid. iterum.* INSCR. Dessau 8619 (*ante a. 79, in vase*) phi(ala) et emb(lema) (*seq. indicatio ponderis*) *eqs.* MART. 3, 40 (41), 1 inserta -ae Mentoris manu ducta lacerta vivit et timetur argentum. 8, 33, 2 (*de dono minimo*) hoc -ae nomen habere iubes (*postea* 23 quid tibi cum -a, ligulam cum mittere possis?). 8, 50 (51), 1. 14, 95 tit. -a aurea caelata. IVV. 5, 39 *patronus potans* inaequales berullo ... tenet -as, tibi *clienti* non committitur aurum. EPIST. Claud. Terent. (Pap. Corp. 251) 17 phialas quinarias p⟨ar u⟩nu(m) et calices paria sex *eqs.* SCAEV. dig. 34, 2, 36 truellae, scyphi, modioli, -ae (*de his postea*: potui parata pocula). VLP. dig. 34, 2, 19, 13 gemmae -is vel lancibus inclusae. PORPH. Hor. carm. 4, 8, 1 ('pateras grataque ... aera') -as et alia pretiosa. SCHOL. Iuv. 9, 142 ('argenti vascula puri') supra decem libras argenti unam -am. 10, 27 ('lato ... in auro') in aurata ... -a. AMBR. fug. saec. 9, 56 (*iuxta*: calices). HIER. epist. 52, 11, 2 *si iudex* non audiat clericos nisi inter -as (*i. in convivio; item*: c. Vigil. 1). VVLG. Am. 6, 6 *luxuriosi* bibentes in -is vinum. ANIAN. Chrysosth. laud. Paul. 5 p. 499 *medicum aegroto* calefacto ... plenam frigidis aquis imperantem epotare -am. AVG. epist. 232, 4 cum Christum cantet ... ebriosus ad -am et mendicus ad ianuam. *al.* *-a est mensura liquidorum* (*cf. l. 43*): PS. THEOD. PRISC. add. p. 305, 25 olei -as XV, aceti ... -as XVII. ORIBAS. syn. 3 add. La p. 923 aquae -as tres. 9, 13, 5 Aa p. 296 *olei* -am aut calicem unum (*disting.* usque ad eminam unam). *al.* **2** *vas cuiuslibet usus* (*cf. l. 63*): VET. LAT. iud. 5, 25 (Verec. in cant. 9, 24, *sim.* VVLG.) *Iahel Sisarae* in -a potentium dedit butyrum (*gr. ἐν λακάνῃ, cod. 100* in pelvem, *sim. Verec. ibid.; an ad 1 trahendum?*). cant. 5, 13 (cod. 169. *al.*) maxillae eius *dilecti* sicut -ae aromatis germinantes unguentum (*Vulg.* areolae aromatum consitae a pigmentariis). 6, 1 (cod. 169. *al.*) frater meus descendit in hortum suum in -is aromatis (*Vulg.* ad areolam aromatis; *explicat ad l.* EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 157 *Abraham, Isaac, Iacob aliique* -ae sunt iustitias virtutum suarum aromatibus spirantes; *cf.* HIER. in Zach. 14, 21 l. 816 de *sacris scripturis* lilia ... et varia decerpit aromata, ut impleat -as animarum credentium). HIER. epist. 24, 2 in -a nitentis vitri et omni speculo purioris patri *somnianti* virgo traditur. *de cymbalis* (*sc. propter formae similitudinem*): CASSIOD. in psalm. 150, 5 l. 122 *cymbala* sunt ... parvissimae -ae (*v. vol. IV 1588, 66 sq*).

B *in re sacra* (*respiciuntur vasa libatoria vel parum definita vel apta ad usus varios*): **1** *paganorum, sc. -a est donum votivum* (*huc pertinere vid.* CIL XII 4318 [*suppl.*], *fortasse et* X 1577 [*e codd., qui quater exhibent* filia *pro* fila *vel* fiala(m), *v. Panciera, Puteoli 1, 1977, 99 sqq.*]): INSCR. Année Épigr. 1985 n. 714 (*saec. II²*) Nymphis Iasis ... phialam arg(enteam) p(ondo) (duas libras) d(ono) d(ederunt) (CIL II 2326 III 4806 V 8242). Alger. I 3040, 9 (*a. 213/4*) ⟨a⟩uri lib(ras) XIIII, id est pihal(as) III, scyphos II *eqs.* CIL XII 3058 (*v. vol. III 1031, 63*). **2** *Iudaeorum et Christianorum* (*saepius in enumeratione*): VET. LAT. exod. 25, 29 (cod. 100, *sim. al. et* VVLG.) *facies* patharas et -as et libatoria et cyathos, in quibus libabis in eis, ex auro puro facies ea (*var. l. gr. φιάλας pro θυΐσκας, huc spectant* CYPR. GALL. exod. 1087. ISID. expos. in exod. 56, 12 -ae ..., apostoli et doctores pleni vitalibus aquis). num. 7, 13 (cod. 100, *sim.* VVLG.) *dux* optulit munus suum ... -am unam argenteam LXX siclorum. II par. 4, 21 (cod. 109, *sim.*

[Ley-Hutton]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VVLG.) -as et mortariola et batillos auro puro *fecit Salomo.* apoc. 5, 8 (cod. 51, *sim.* VVLG.) -as aureas plenas incensis, quae sunt orationes sanctorum (*cod. 55* pateras). 15, 7 (cod. 51. *al., sim.* VVLG.) septem -as aureas plenas irae dei (*explicant e. g.* VEREC. in cant. 6, 7 CAES. AREL. in apoc. 12 p. 250, 24 sqq.). HEGES. 5, 48 vasa sacerdotalium ministeriorum ... crateras et -as et omnia vasa aurea. HIER. epist. 22, 23, 3 Baltasar potat in -is (*spectat ad Dan. 5, 2 sq. ut*: BACHIAR. repar. laps. 19 [*antea*: in -is templi dominici vinum perditionis potare] -ae in templo domini virgines nuncupentur). VVLG. Zach. 14, 20 erunt lebetes in domo domini quasi -ae coram altari. LIB. pontif. p. 55, 3 (*de thymiamaterio*) *columna* portat -a(m) aurea(m) ... pens(antem) auro purissimo lib. LII, ubi ardet in diebus paschae balsamum. *al.*

?**II** *nomen herbae* (*si recte André, Arch. Lat. Med. Aevi 23, 1953, 119 subesse putat gr. φιάλη vel φιαλίς, quae voces vasa solum significant*): GLOSS.^{L} I Ansil. PI 34 (med. p. 57) piales: nomen herbae, quae a Grecis dicitur contuledon (*i. cotyledon. sim.* GLOSS. III 573, 44 pales: cotilidon).

cf. Onom. *Ley-Hutton.*

[phialula *v. p. 2020, 11.*] **phiditium** (-dīt-*?*) *v.* philitium.

phīgargous *v.* pygargus. **philac-** *v.* phylac-.

[philalēthes, *φιλάληθες, appellatio collyrii, olim vix recte edebatur* CELS. 6, 6, 12 *et* 6, 6, 23, *ubi* Philalethūs (*gen. nominis inventoris*) *Marx; trad. loco priore* philalytus, philaiethos *al., posteriore* philaletus, philaletes *al.*]

philanthrōpium, -pī *n., φιλανθρώπιον* (*quod gr. non legi videtur praeter* GLOSS.). *i. q. donum humanitatis causa datum* (*cf.* GLOSS. II 536, 35 sq. indulgentia: *φιλανθρωπία, -ιον*): VLP. dig. 50, 14, 2 si *proxeneta* aliquid -i nomine acceperit.

philanthrōpos, *acc.* -on *m. vel f., φιλάνθρωπος.* *scribitur in codd. e. g.* filandr- DIOSC. 3, 100, filantr- Ps. DIOSC. herb. fem. 71 ISID. orig. 17, 9, 67, flantr- GLOSS. *l. 40.* *nomen herbae q. e. aparine* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 196*): PLIN. nat. 24, 176 -on herbam Graeci appellant nasute, quoniam vestibus adhaerescat (*inde* 1, 24, 116 -os [-o *var. l.*]. *sim. nomen explicatur*: Ps. DIOSC. herb. fem. 71 aparine, sive -os, quia hominibus inhaerescat, sive omphalocarpos ...; ⌞quam Romani lappam vocant⌟ [*del. Kästner putans aliam herbam indicari, sed cf. l. 40*]. ISID. orig. 17, 9, 67 *lappa* a Graecis -os vocatur, quod vestibus ... inhaereat). 27, 32 aparinen aliqui omphalocarpon, alii -on vocant, ramosam, hirsutam *eqs.* (*postea*: asperitate ... vestium tenaci. *inde* 1, 27, 15 -os). DIOSC. 3, 100 p. 421, 7 aparine aut ansacocarpon aut -on vocant (*postea*: folia rebus coheret transeunti⟨um⟩. *gr. 3, 90 φιλάνθρωπον*). GLOSS. III 539, 23 (= III 563, 14) -os id est lappa.

philarchia, -ae *f., φιλαρχία.* *i. q. cupiditas potestatis*: RVFIN. apol. Orig. 1 p. 554^{C} cum *haeretici quidam* -ae morbo languentes dogmata statuerint, quibus ad suum nomen discipulos declinarent (-argyriae *cod. unus*).

philargicus *v. l. 64. 66.*

⁂philargyria, -ae *f., φιλαργυρία.* *scribitur in codd. fere* fil- *vel* fyl-, -gyr- *vel* -gir-. *de notione*: CASSIAN. inst. 5, 1 *vitium* -ae, quod intellegitur avaritia vel, ut proprius exprimatur, amor pecuniae (*sim. al. apud eundem et* GLOSS.). 7, 11 cupiditas (*v. l. 52*), id est -a. [*in var. lect. l. 43.*]

fere i. q. avaritia, cupiditas pecuniae: VET. LAT. I Tim. 6, 10 (Cassian. inst. 7, 6. *al.*) radix omnium malorum est -a (*gr. φιλαργυρία, cod. 64. al.* avaritia, *cod. 75. al. = Vulg.* cupiditas). CASSIAN. inst. 4, 16, 3 -ae contagio (*cf.* ISID. reg. monach. 3, 3 -ae contagium). 7, 2 tit. morbus -ae (7, 6 tit. *al.*). 12, 27, 1 -a, ⌞quae est simulacrorum ... servitus⌟ (⌞ ⌟ *vertitur Col. 3, 5, ubi pro* -a *gr. τὴν πλεονεξίαν, Vulg.* avaritiam). conl. 5, 16, 5 de -a *nascuntur* mendacium, fraudatio *eqs.* (*inde* ISID. expos. in deut. 16, 3). *et saepissime apud eundem, cf.* SVBSCR. Cassian. inst. 6 cod. C incipit de -a liber VII.

philargyrus, -a, -um, *φιλάργυρος.* -us *a Graecis communi genere adhiberi testatur* FEST. p. 241, *v. p. 2023, 20.* *scribitur etiam* fil-, phyl-, fyl- *nec non* -gir-.

fere i. q. cupidus pecuniae, avarus (*masc. pro subst. l. 67 sq.*): FVLG. myth. 2, 1 p. 36, 4 *philosophi* primam *vitam* theoreticam, secundam practicam, tertiam ⌞-am⌟ voluerunt (*postea*: voluptariam, *cf. e. g. Arist. eth. Nic. 1095b17 ἀπολαυστικόν.* ⌞ ⌟ *Plasberg* [*cf. ibid. p. 37, 2* rapinā succenditur]; -gicam *trad., quae vox gr. non exstat*). CASSIAN. inst. 7, 22 tit. quod possit quis etiam non habens pecunias -us iudicari (-gicus *al. var. ll.; cf. in ipso capite*: pecuniae ... pondere minime sarcinatos ... cum -is condemnari). 12, 7 (*spectat ad Iac. 4, 6*) dominus *non* gastrimargis ... seu -is adversatur, sed solis superbis.

cf. Onom.

philautia (fil-), -ae *f., φιλαυτία.* *trad. litt. gr. l. 73.* *i. q. status eius, qui sibi placet* (*in malam partem*): CIC. Att. 13, 13, 1 libri *Academici* ... ita exierunt, nisi forte me communis -*α* decipit, ut ... ne apud Graecos quidem simile quicquam. RVFIN. Orig. in Rom. 10, 6 l. 52 -ae vitium, id est sibi ipsi placendi, ... culpat propheta (*sc. Is. 5, 21*; fil- *codd.*).

philautus (fil-), -a, -um, *φίλαυτος.* *scribitur in codd.* filau(s)tus, philaustus, philatus *al.* RVFIN. Basil. reg. 154, 2 -us ... graece dicitur, qui se ipsum diligit (⌈*gr. p. 1120^{A} φίλαυτος*⌉. 154, 4 manifeste -us, id est se i. diligens deprehenditur [*cf. gr. ibid. τῆς φιλαυτίας*]).

philēma (-atis) *n., φίλημα.* *i. q. osculum, savium* (*sc. translate de puella amata*): LVCR. 4, 1169 *puella* simula 'Silena' ... est (*i. ab amante appellatur*), labeosa '-a' (*vix cogites de nomine proprio* Philēma, -ae *f.* [*e. g.* CIL I^{2} 1590]).

cf. Onom.

philemporus, *abl.* -ō *m., φιλέμπορος.* *i. q. amator commercii*: NAEV. com. tit. -us (*testatur* Fulg. serm. ant. 21 Nevius in -o comedia, *v. Pizzani ad l.*).

philentolia *adi. fem., cf. φιλέντολος.* *i. q. amans praecepta* (*sc. divina?*): INSCR. christ. Diehl 4941 (= Iud. Noy II 564; *a. 330*) Victorina ... dicea, osea (*i. δικαία, ὁσία*), -a (fil- *lapis*).

philētius (*i. φιλητέος*) *v.* filetius.

philiātrus (-iātēr*? cf.* archiater), -ī *m., φιλίατρος.* *fere i. q. arti medicae studens*: DIOSC. 5, 41 pro -is hoc scripsimus (filiateriis *vel* filacteriis *codd.; gr. 5, 19, 3 τοῖς φιλιατροῦσι* [*φιλιστροροῦσι var. l.*]).

[philippizāre *vix recte coni. Kurfess, Würzb. Jahrb. 2, 1947, 193 sq.* MIN. FEL. 26, 6 (philippi zaeno *trad., φιλιππίζειν edd. coll. Cic. div. 2, 118*).]

philitium (-līt-*?*), *abl. plur.* -iīs *n., φιλίτιον.* *i. q. convivium publicum Spartiatarum*: CIC. Tusc. 5, 98 victum *asperum* Lacedaemoniorum in -is nonne videmus? (phid- *edd. vet. sec. alteram scripturam gr. φιδ-*).

phillyra *v.* philyra.

philocalia, -ae *f., φιλοκαλία.* *i. q. amor pulchritudinis*: AVG. c. acad. 2, 3, 7 -a ista, *sc. elegantia, urbanitas sim.,* vulgo dicitur; ne contemnas nomen hoc ex vulgi nomine, nam -a et philosophia prope similiter cognominatae sunt. *ibid.* quid *est* -a? amor pulchritudinis ...; germanae igitur istae *sunt (sc. -a et philosophia). ibid. iterum.* retract. 1, 1, 7 (*spectat ad l. 29*) prorsus inepta est ... illa quasi fabula de -a et philosophia, quod sint germanae. *ibid. bis.*

philocalus, -a, -um, *φιλόκαλος.* *scribitur* fil- *in codd.* PELAGON.; *graecis litteris et formis sub 1.* *inter subst. gr. communia affertur in parte codd.* PRISC. gramm. II 162, 4 *-ος* hic et haec -us.

1 *vi originaria i. q. pulchritudinem amans* (*sc. formis et litt. gr.*): CASS. Cic. fam. 15, 19, 3 ii, qui a vobis *φιλήδονοι* vocantur, sunt *-οι* et *φιλοδίκαιοι eqs.* PLIN. epist. 3, 7, 8 *Silius Italicus* erat *-ος* usque ad emacitatis reprehensionem. **2** *vi deflexa fere i. q. diligens, attentus* (*in sermone veterinario, v. Adams, Class. Phil. 85, 1990, 305 sqq.; masc. pro subst. l. 44*): PELAGON. 2 *talem* equum ... e gregibus eligere -um dominum convenit, ut sit exiguo capite *eqs.* (188, 1 necessarium est d. -o *equo* bulimoso succurrere. *cf. 1, 1 et 24, 1* diligentissimum d.). 183, 1 signa similia *morborum* forsitan curantibus vel -is erroris adferant aliquid.

cf. Onom.

philochares, *abl.* -e *n., φιλοχαρές.* *nomen herbae*: PLIN. nat. 20, 241 marrubium ..., quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopaeda aut -es ([phy-, -car- *var. ll.; inde* 1, 20, 89 *medicinae ex* m. ... sive philopaede sive -e]. GLOSS. III 563, 42 -es id est m. [filloaris *trad.*]). *inde fort. restituendum*: DIOSC. 3, 115 p. 425, 20 prassiu aut ⌞-es⌟ frutex est ex una radice multas virgas habens albas *eqs.* (⌞ ⌟ filoflores *trad., sed gr. 3, 105, 1 φιλοφαρές*).

philocompus, -a, -um (*sc. m. pro subst.*), *φιλοκόμπος.* RVFIN. hist. 4, 16, 3 a Crescente hoc non filosofo, sed -o (fil- *trad.*), id est non amatore sapientiae, sed amatore iactantiae (*gr. φιλοκόμπου. inde* GLOSS. V 385, 31 -us: amator i. [*forma gr.* -os: GLOSS.^{L} I Ansil. PI 117 Corp. P 389]).

philograecus, -a, -um (*sc. m. pro subst.*) *a φιλο- et* graecus *sec. compos. gr. ut φιλαθήναιος.* *i. q. amator graecarum rerum, vocum*: VARRO rust. 3, 10, 1 illud genus *avium,* quod ... requirit piscinas, quod vos -i vocatis amphibium; in quibus ubi anseres aluntur, ... chenoboscion appellatis.

philohistōr *adi., φιλ(ο)ἵστωρ.* *i. q. discendi cupidus, scientiae studens*: HIER. epist. 53, 8, 16 *Daniel* temporum conscius et totius mundi -r (philoistor, philosophistor, philostoricos *sim. codd., φιλοΐστωρ edd.*).

philologa *v. p. 2023, 17.*

⁂philologia, -ae *f., φιλολογία.* *fere i. q. studium litterarum, doctrina, eruditio sim.* (*sing. tantum; de philosophia maxime* CIC. Att., *a qua distinguit* SEN.; *de scientia rerum naturalium maxime l. 75; v. etiam quae p. 2023, 15 sq. citavimus*): CIC. Att. 2, 17, 1 haec *mala* in Arpinati ... non deflebimus, ne et opera et oleum -ae nostrae perierit. CIC. FIL. Cic. fam. 16, 21, 4 cuius *rhetoris* ... est ... iucundissima convictio, non est enim seiunctus iocus a -a et cotidiana *συζητήσει* (*cf. 8 συμφιλολογεῖν*). VITR. 7 praef. 4 reges Attalici magnis -ae dulcedinibus inducti ... bibliothecam Pergami *instituerunt.* 7 praef. 8 *Homerum* poetarum parentem -aeque omnis ducem. 8, 3, 25 *cum hospite consuevi* de -a disputare; interim cum esset inter nos de

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aquae potestate ... sermo *eqs.* SEN. epist. 108, 23 quae philosophia fuit, facta -a est (*antea*: vitio *eorum* ..., qui nos docent disputare, non vivere). PETRON. 39, 4 (*loq. Trimalchio*) 'sic notus Vlixes?' (*Verg. Aen. 2, 44*); quid ergo est? oportet etiam inter cenandum -am nosse. *per prosopopoeiam* (*spectat ad septem artes liberales*): MART. CAP. 1, 23 *nomen virginis* -am esse. *et saepe apud eundem; cf.* FVLG. serm. ant. 45 Capella in libro de nuptiis Mercurii et -ae (*ad titulum operis v. Wessner, RE XIV 2004, 59 sqq.*).

philologus, -a, -um *et* philologus, -ī *m., φιλόλογος.* *scribitur* fil- HIER. vir. ill. 20 (*cod. saec. VI*). GLOSS.^{L} Corp. F 160. *al.* *formis et litt. gr. l. 47 sq. 50. 56. 58.* NOT. Tir. 76, 39 -us. *legitur apud* ENN. *et in prosa oratione inde a* CIC. *epist.* (*maxime in sermone cottidiano; saepe pertinet ad res graecas*). [*confunditur in codd. cum* philosophus HIER. vir. ill. 20 (*e coni. vix recta* SEN. nat. 6, 26, 2).]

i. q. φιλόλογος, litteratus, eruditus sim. (*nisi aliter sub I, v. l. 22; cf.* GLOSS. *l. 47; ad rem v. Nuchelmans, Studien über φιλόλογος, φιλολογία ..., diss. 1950, et Kuch, ΦΙΛΟΛΟΓΟΣ, diss. 1965, 54 sqq.*): **1** *exemplum vetus minus perspicuum*: FEST. p. 241 '⟨philo⟩logam' ENNIVS (frg. inc. 42) in praet⟨exta⟩ (*sed* t *incerta*; prae⟨ceptis⟩ *Vahlen*) ⟨... culpa li⟩brariorum, qui ea, quae fem⟨inini sunt, dici ⌞nolebant⌟ mascu⟩lino; etiam ipsi Gr⟨aeci ... mulieres philolo⟩gos, philargyros ⟨dixerunt⟩ (⌞ malebant *Klotz, Scaen. Rom. fragm. I, 1953, 362, ut forma fem. poetae tribuenda sit* [*cf. Wackernagel, Vorl. über Syntax II², 1928, 12*]. *sed fort. est i. q. loquax coll. Hesych. Φ 510 -ος· ... πολυλάλος.* 511 *-ος· λαλιός, λάλος*).

2 *cetera exempla*: **a** *de hominibus litterarum studiosis, variis disciplinis imbutis* (*respicitur e. g. studium philosophiae maxime l. 33. 37, grammaticae l. 35. 44. al.; nota explicationem cognominis L. Atei -i* SVET. gramm. 10, 4 quia ... multiplici variaque doctrina censebatur): α *adi.*: CIC. Att. 13, 12, 3 (*antea l. 55*) illam *Ἀκαδημικήν,* in qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philo⟨lo⟩gi nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus (SEN. apocol. 5, 4 *Hercules* ait '*τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν* ...;' [*Hom. α 170*]; Claudius gaudet esse illic, *sc. in caelo,* -os h., sperat futurum aliquem historiis suis locum). β *masc. pro subst.* (*addasne l. 57?*): CIC. ad Q. fr. 2, 9, 3 nos ... ita -i sumus, ut vel cum fabris habitare possimus *eqs.* (*v. p. 2027, 57*). VITR. 6, 7, 7 (*agit de gr. vocibus latine alia significantibus*) *haec* uti non sint ignota -is, exponenda iudicavi. 9 praef. 17 plures -i cum Graecorum sapientibus multa deliberantes. SEN. epist. 108, 30 sq. cum Ciceronis librum de ⟨re publica⟩ prendit ⌞hinc -us aliquis, hinc grammaticus⌟, hinc philosophiae deditus ...; cum ... -us accessit, hoc subnotat: duos Romanos reges esse *eqs.* (⌞ *cf.* 108, 35 ne et ipse ... in -um aut grammaticum delabar). AVR. Fronto p. 27, 15 -os et disertos istos. FIRM. math. 3, 7, 4 -os aut laboriosarum litterarum peritos (pilogos *codd.*). AVSON. 11, 10 (200 S.) tit. grammaticis Latinis Burdigalensibus ⌞-is⌟ (*del. Green*). 12 praef. (217 S.) *epitaphia* antiqua ... aput -um quendam *repperi.* 27, 5a (400 S.). SERV. Aen. 7, 1. 8, 190 veritas ... secundum -os et historicos hoc habet, hunc *Cacum* fuisse Euandri ... servum (*opp.* secundum fabulam). HIER. vir. ill. 20 quod *apologeticum Aristidis* ... apud -os ingenii eius indicium est (philosophos *var. l.; huc spectat* GLOSS. V 360, 1 -oys [*i. -ους*]: rationis vel verbi amatoris [*sim.* GLOSS.^{L} Corp. F 160 -os. P 381 -ūs]).

b *de rebus ad litteras pertinentibus* (*graece* CIC. *ter*): α *adi.*: CIC. Att. 15, 15, 2 *promissa dona Cleopatrae* erant *-α* et dignitatis meae (*nisi est subst.*). VITR. 6 praef. 4 -is et philotechinis rebus commentariorumque scripturis me delectans. CENS. 1, 6 ex -is commentariis quasdam quaestiunculas delegi (*opp. antea*: ex ethica parte philosophiae ... ex artibus rhetorum). β *neutr. plur. pro subst.* (*addasne l. 50?*): CIC. Att. 13, 12, 3 scis me antea orationes ... solitum scribere ...; postea autem quam haec coepi *-ώτερα eqs.* (*sc. opera philosophica*). 13, 28, 4 (*nisi ad αβ*) cum quasi alias res quaererem de -is e Nicia *eqs.* 13, 52, 2 *σπουδαῖον οὐδέν* in sermone *cum Caesare, -α* multa.

cf. Onom.

philomēla (-mēna) *v. Onom.*

philonīcia, -ae *f., φιλον(ε)ικία.* *i. q. cupiditas vincendi vel certandi, litigandi*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 10 'nomen dei per te' et *-νικίαν* tuam 'blasphematur' (*cf. Rom. 2, 24*). *transfertur ad certamen, contentionem sim.*: ORIBAS. syn. 8, 9 La p. 215 *amore aegrotantes* ad aliquas -as excitare (fil- *trad.; gr. 8, 8, 2 φιλονεικίας*).

philonīcus, -a, -um, *φιλόν(ε)ικος.* *i. q. cupidus vincendi vel litigandi:* *de sermone*: PS. MAR. VICTORIN. verb. script. 1 cessabat -a disputatio, cessabat et syllogisticus sermo (fil- *trad.*). *de homine*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 14 mente *-νικος* et contentiosus (-us *var. l.*).

cf. Onom.

philopaes, *acc.* -paeda, *abl.* -paede *m. vel f., φιλόπαις.* *nomen herbae medicinalis q. e. marrubium* (*cf.* philochares): PLIN. nat. 20, 241 -a (*v. p. 2022, 47 sqq.; var. ll.* -pheda, -padam. *inde* 1, 20, 89 -e [*v. ibid.*]). PS. APVL. herb. 45 l. 28 *marrubium* a Graecis dicitur prasion, ... alii -s *eqs.* (filo(lo)pes, pholophes *var. ll.; inde forma corrupta* piolopes GLOSS.^{L} I Ansil. PI 166 [med. p. 57] *et* PR 14 [med. p. 64]). GLOSS. marrubium: -s. -a (*scribitur* filolopes, -sopes, fillofeda).

philopatōr, *abl.* -trō *m., φιλοπάτωρ.* *i. qui patrem amat* (*cf. tit. com. gr. Antiphanis et Posidippi*): TVRPIL. com. tit. -r (*testante saepius* NON. Turpilius (in) Filopatro).

cf. Onom.

philopȳgista, -ae *m., φιλοπυγιστής.* *i. qui cupidus est natium, pedico*: TITVLVS Mart. (cod. L) 6, 33 de Sabello -a (pio pig- *cod.; sim.* 7, 62 [phiopig- *cod.*]. 9, 63 [pilopig- *cod., ut* 11, 78]). SCHOL. Iuv. 9, 1 in hac satira Naevolus -a queritur, quod divites cin⟨a⟩edi avarissimi sint (filopygesta [-lip-]$^{\cdot}$ *codd.*).

philosarcus, -a, -um (*si forma lat. agnoscenda est*), *φιλόσαρκος.* HIER. c. Ioh. 25 l. 13 dicit ... Origenes ... nos simplices et ⌞-*ους*⌟ id est amatores carnium, dicere quod ... totius ... compago corporis resurgat in novissima die (⌞ *sic Feiertag, ed. 1999*; -os, -sarc(h)is, -sartis *al. codd.*; -sarcas *edd. vet.* [*sed φιλόσαρξ non invenitur*]). *locus in lexicis ut 'Hier. epist. 61' sim. citatus idem est, qui supra affertur; cf. Feiertag ibid. p. 5 in app. crit.*

philosopha *v. p. 2038, 69.*

philosophaster, -trī *m. vel* philosophaster, -tra, -trum. *a* philosophus. *significatur qui non omnino, sed quodammodo philosophus est* (*certe cum contemptu et certe pro subst. l. 27*): AVG. civ. 2, 27 p. 93, 19 vir gravis et ⌞-r Tullius⌟ (⌞ philosophus Tertullius *var. l.*) ... clamat ... sibi Floram ... placandam *esse ludis* (*postea*: quasi non satius erat *eqs.*). c. Iulian. op. imperf. 6, 18 p. 1541 (*de Iuliano*) haeccine ... ab homine non videri, qui valde acutus ... et -r et dialecticus vult videri? IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 11 p. 1440 Mantuanus poeta naturalium gnarior quam -r Poenorum (*i. Augustinus; antea de eodem*: physicus iste novus).

philosophē *v. sub* philosophus.

philosophia, -ae *f., φιλοσοφία.* *scribitur* filosofia CIL III 7088 (*aet. imp. Iuliani*), *in codd. vet. e. g.* HIL. trin. 1, 13 l. 17 (*D*), philosophia *e. g.* FRONTO p. 56, 10 (*V*). GELL. 2, 28, 1 (*A*). VET. LAT. Col. 2, 8 (cod. 75), philosofia SVLP. SEV. Mart. 1, 5 (*V*). COD. Theod. 14, 9, 3, 1 (*V*). NOT. Tir. 117, 87 -a. *plur. v. p. 2026, 72 sqq.* *de prosodia*: PS. PRISC. gramm. III 522, 7 *docet -i- paenultimae ut* vocalem longam ... ante vocalem *metiendam* (*sed brevis est apud* VARRONEM *p. 2029, 17*). *de notione* (*cf. sub I*): GLOSS. II 471, 57 *φιλοσοφία*: -a, secta. *legitur in oratione soluta inde ab* HEMINA hist. 37, POMPON. Atell. tit., VARRONE (*p. 2025, 26 sq. 30, cf. p. 2025, 72*), ?VAL. ANT. hist. 8 (*apud* PLIN. nat. 13, 87), RHET. Her. (*ter*), CIC. (*plus quam 260ies [circa 200ies in philos., ter in orat., sc.* Pis.; *v. etiam Stang, Symb. Osl. 11, 1932, 82 sqq.], item frequentat* SEN. *philos.* [*plus quam 150ies*]), *singulis vel paucis locis apud* CIC. FIL., NEP., ?AVGVSTVM (*p. 2025, 71*), VITR., SEN. *rhet.,* VAL. MAX., COLVM., PETRON., *utrumque* PLIN., SVET., *saepius apud* QVINT. (*22ies*), TAC. (*v. Wölfflin, Philologus 26, 1867, 141, qui confert usum stirpis* sapient-), GELL., APVL. *et inde a* TERT., *in versibus apud* VARRONEM (*p. 2029, 17*), *de* ENN. *v. p. 2025, 67; vocem in sermonem lat. receptam esse testatur* CIC. ac. 1, 25 in huiusce modi verbis, ut -am aut rhetoricam ... appellem, quibus ... consuetudo iam utitur pro Latinis (*sim.* fin. 3, 5 *v. vol. VI 2, 1908, 62 sqq.* div. 2, 11. AVG. loc. hept. 2, 33 p. 505, 39). [*falso trad.* ENN. ann. 218, *ubi restit.* sofia (*pro quo est in falsa var. l.* CYPR. epist. 60, 3, 1 LACT. inst. 3, 16, 10. *cf.* AVSON. 15 [335 S.] l. 38 *Pythagoram* amatorem primum -ae (sophiae *Markland*).]

i. q. φιλοσοφία (*quod gr. plerumque respondet, sed saepius vertitur φιλοσοφεῖν*), *sc. studium sapientiae vel ipsa sapientia, scientia. disting.* sapientia: CIC. phil. frg. V 32 (*loq. Hortensius*) -am non esse sapientiam. SEN. epist. 89, 6 inter -am et sapientiam: haec enim illius effectus ac praemium est. LACT. inst. 3, 2, 3. 3, 16, 7 abicienda est ... -a, quia non studendum sapientiae ..., sed sapiendum est. *al., e. g. l. 65*; sofia *p. 2026, 44. 47.* *variat in contextu sim.* sapientia *p. 2025, 33. 40. 60 et e. g.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 141 studio sapientiae, id est -ae (*v. et l. 45*). *pendet gen. explic. p. 2027, 11. 62. 2028, 57 sqq.*

I *praemonenda ad veriloquia, definitiones, versiones spectantia (v. etiam sub III); -a explicatur*: **A** *sec. nomen graecum*: CIC. leg. 1, 58 a quoius *sapientiae* amore Graeco verbo -a nomen invenit (SEN. epist. 89, 4 sapientia perfectum bonum est mentis humanae, -a s. a. est et adfectatio. LACT. epit. 25, 4 a. vel studium s. *al.*). Tusc. 1, 1 cum omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinerent, ratio ac disciplina studio sapientiae, quae -a dicitur, contineretur (off. 2, 5 Ps. APVL. herm. 1 p. 265. AVG. c. acad. 3, 9, 20 [*disting.* ipsa sapientia]. BOETH. mus. 2, 2 p. 227, 20 primus omnium Pythagoras s. s. -am nuncupavit *eqs. al., e. g. l. 66*). TERT. apol. 19 frg. Fuld. 6 de sofia amor eius -a vocitatus est (*cf. l. 52*). **B** *vario modo*: CIC. Pis. 71 *si* -a, ut fertur, virtutis continet et officii et bene vivendi disciplinam (SEN. epist. 89, 5 studium. 89, 8. GELL. 10, 22, 24 quae *-a* v. omnium disciplina est). de orat. 3, 60 quod *Socratis temporibus* omnis rerum optimarum cognitio atque in iis exercitatio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a nominaretur (*seq. Socrates* sapienter ... sentiendi et ornate dicendi scientiam ... separavit). fin. 3, 4 ars est ... -a vitae (SEN. frg. 17 -a *est* ... recta vivendi ratio vel honeste vivendi scientia vel ars rectae vitae agendae [*postea*: -am esse legem bene honesteque vivendi; regulam vitae]. *cf. l. 8. p. 2024, 73*). SEN. epist. 90, 2 huius *-ae* opus unum est de divinis humanisque verum invenire (CASSIOD. inst. 2, 3, 5 [*inde* ISID. orig. 2, 24, 9] -a est divinarum humanarumque rerum ... probabilis scientia [*cf.* ISID. diff. 2, 149. orig. 2, 24, 1 r. h. d.que cognitio cum studio bene vivendi coniuncta *eqs.*]). FRONTO p. 129, 19 officii observantia, quam -am vocant (*v. p. 2024, 73*). APVL. Plat. 2, 21 p. 250 (*antea*: animam corporis consortio separare) existimandam -am esse mortis affectum consuetudinemque moriendi (*pendet e Plat. Phaed. 64A et 67D, ut e. g.* HIER. epist. 127, 6, 1 meditationem m. [CASSIOD. inst. 2, 3, 5 -a est m. m., quod magis convenit Christianis, qui ... conversatione disciplinabili ... vivunt. *inde* ISID. orig. 2, 24, 9]. MACR. somn. 1, 13, 5 meditationem ... moriendi. *ceterum cf. p. 2028, 37. 2037, 10*). PS. APVL. Ascl. 12 quae *-a* sola est in cognoscenda divinitate frequens obtutus et sancta religio (*cf.* 14 simplici ... mente ... divinitatem colere eiusque facta venerari ..., haec est nulla animi curiositate, *sc. qua ad res naturales explicandas spectetur,* violata -a). MACR. Sat. 1, 24, 21 -a *est* ... disciplina disciplinarum (7, 15, 14 artem esse artium et disciplinam d. [*inde* CASSIOD. inst. 2, 3, 5 ISID. orig. 2, 24, 9]).

II *exempla usum communem illustrantia*: **A** *strictius respicitur Graecorum, Romanorum illa doctrina et sapientia, quae ad res divinas, humanas, naturales earumque causas scrutandas, considerandas spectat*: **1** *generatim*: **a** *varia exempla* (*selecta*): VARRO Men. 177 dolorem *non ἀδιάφορον* esse, quod -ā commalaxarem ea *πάθη*. 404 *si* eius *operae* duodecimam -ae dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus (*cf.* CIC. inv. 1, 46 *putant* eos, qui -ae dent operam, non arbitrari deos esse [Tusc. 2, 60. *al.* DICTVM Cic. Sen. frg. 61 HIST. AVG. Aur. 2, 6]). ling. 5, 8 tertius gradus *etymologiae,* quo -a ascendens pervenit. RHET. Her. 2, 23, 35 '-a vitanda est, adfert enim socordiam.' CIC. Brut. 315 *apud Antiochum* studium -ae numquam intermissum ... renovavi (fin. 2, 51. *al.* NEP. Att. 12, 3 SEN. nat. 4a praef. 14. TAC. Agr. 4, 3 [*4, 1* studio ... sapientiae]. hist. 3, 81, 1 FRONTO p. 141, 10. *al.*). fin. 1, 11 quae de -a litteris mandamus (*cf. e. g.* NEP. Epam. 3, 3 in quo *circulo* aut de re publica disputaretur aut de -a sermo haberetur. VITR. 6 praef. 1 *Aristippus* de -a disputans. QVINT. inst. 9, 4, 19 *si epistulae tractant* de -a, de re publica similibusque). ac. 1, 15 Socrates mihi videtur ... primus a rebus occultis ... avocavisse -am et ad vitam communem adduxisse (*de eodem*: Tusc. 5, 10. SEN. epist. 71, 7 qui totam -am revocavit ad mores et hanc summam dixit esse sapientiam bona malaque distinguere. AVG. civ. 8, 3 p. 323, 11). Tusc. 2, 11 efficit hoc -a: medetur animis ..., pellit timores. 5, 19 legibus suis *-ae* (SEN. epist. 94, 15 [*seq.* sapientiae praecepta]. TERT. nat. 1, 5, 7). 5, 121 *a Bruto* inpulsi sumus ad -ae scriptiones (*codd. Non.,* philosophas *et* philosophicas *var. ll., cf. p. 2026, 67*). CIC. FIL. Cic. fam. 16, 21, 3 *Cratippus* sublata ... severitate -ae ... nobiscum *cenantibus* iocatur. NEP. Epam. 2, 2 -ae praeceptorem (COD. Theod. 13, 3, 16 [*respiciuntur* privilegia immunitatesque]. *cf.* FRONTO p. 79, 16 magistro [CIL III 7088 Fl. C⟨l. Iulian⟩o, domino totius orbis, -ae m.]. LACT. inst. 3, 15, 15 doctor, *sc. Aristippus* [PS. AVR. VICT. epit. 48, 14. *al.*]). NEP. frg. 58 Marsh. -am ante eum *Ciceronem* incomptam Latinam. VITR. 1, 1, 7 -a ... perficit architectum ⌞animo magno⌟ et uti non sit adrogans, sed potius ... aequus et fidelis, sine avaritia, quod est maximum *eqs.* (⌞ ⌟ *cf.* IVST. 15, 3, 2 animi magnitudine -am ipsam *vicit. cf. p. 2026, 60*). VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 illa ... constans animi militia, litteris pollens, venerabilium doctrinae sacrorum antistes, -a; quae ubi pectore recepta est, ... *affectibus expulsis* totum solidae virtutis munimento confirmat. SEN. epist. 5, 5 frugalitatem exigit -a (*cf.* QVINT. decl. 268, 4 nihil ... *habet* -a praestantius, quam quod modicis contenta est *eqs.* APVL. apol. 18, 2 paupertas ... -ae vernacula est. *adde* VITR. *supra*). 94, 2 decreta -ae constitutionemque summi boni (*al. apud eundem* [*cf.* decreta sapientiae *epist. 95, 60. 64*]). 94, 31 *animam perditam* ne disciplina quidem -ae ... restituet (AMBR. Abr. 2, 6, 29 AVG. c. acad. 3, 17, 37. *al.; cf. p. 2027, 12. 21. al.*). COLVM. 11, 1, 11 nec oratoria disciplina deseritur, quia perfectus orator nusquam repertus est, nec -a, quia nullus consummatae sapientiae. GELL. 5, 3, 4 *Democritus* homo ... virtutis et -ae gratia venerandus. 5, 16, 5 Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus (*sc. 5, 15, 9, ubi affertur Enn. scaen. 376* [*v. p. 2031, 13*]), consilio utendum est, qui degustandum ex -a censet, non in eam ingurgitandum (*subesse aliquantum Enniani versus arbitrantur Vahlen et Jocelyn*). APVL. flor. 15, 22 primus -ae nuncupator et conditor, *sc. Pythagoras. et saepe.* *in titulo libri* (*cf. p. 2027, 51*): SVET. Aug. 85, 1 *composuit* hortationes ad -am. CHAR. gramm. p. 131, 15 *quiddam* dixit Varro de forma -ae (*spectatne ad hunc librum* AVG. civ. 19, 1 p. 347, 2 Varro in libro de -a?). TITVLVS Boeth. cons. cod. P -ae consolationis lib(er) I (*sim. codd. al.,* philosophicae *cod. F. al.,* de consolatione -ae *cod. K, sim. variant subscriptiones librorum cett.*).

b *iunguntur, comparantur, distinguuntur artes, disciplinae, negotia sim.* (ars -ae *l. 25*): **α** *exempla varia selecta*: RHET. Her. 1, 1, 1 *etsi otium* libentius in -a consumere consuevimus, tamen ... *nos commovisti,* ut de ratione dicendi conscriberemus. CIC. inv. 1, 33 (*antea*: usum oratorium; *postea*: in ceteris artibus). 1, 36 *occupatio* -ae, poeticae, geometriae, litterarum. Pis. 70 *Philodemus* non -a solum, sed etiam ceteris studiis ... perpolitus. ac. 2, 4 Lucullus cum omni litterarum generi, tum -ae deditus fuit (*cf.* SEN. epist. 14, 11 ad -am ... confugiendum est; hae litterae *eqs.* GELL. 5, 3 tit. -ae litteras [17, 19, 4 l. atque doctrinas -ae]). SEN. epist. 88, 25 *geometria* -ae necessaria est ..., *sed non* pars est ... -ae. 108, 30 philologus aliquis, ... grammaticus, ... -ae deditus. TAC. dial. 32, 7 iuris et -ae scientiam tamquam oratori necessariam laudo. SVET. Nero 52, 1 a -a eum mater avertit monens imperaturo contrariam esse (*antea*: liberalis disciplinas; *postea*: ad poeticam). PS. APVL. Ascl. 13 in varias disciplinas ... eam *-am* callida commentatione miscentes, *ἀριθμητικὴν* et musicen et geometriam; puram autem -am *eqs.* AMBR. Abr. 2, 11, 80 non cybos geometricae nec tetragonum numerum -ae. RVFIN. Orig. in num. 10, 1 p. 70, 23 disciplinam ... medicinae aut -ae. *al.* **β** *illustratur ratio, quae inter -am et* artes *est obvia* (*fere pluris aestimatur -a; exempla notabiliora, cf. p. 2025, 2 sq. 20. 2029, 18. 20*): CIC. de orat. 3, 79 *non est* -a similis a. reliquarum: nam quid faciet in geometria, qui non didicerit? quid in musicis? (*sim. opp.* ceterae a.: SEN. nat. 1 praef. 1. ARNOB. nat. 2, 69 medicina, -a, musica c.que omnes a. LACT. inst. 3, 2, 3 sq. *cf. l. 5; opp.* aliae a.: TERT. pall. 6, 2. HIST. AVG. Alex. 14, 5 a -a et musica ... ⟨ad⟩ alias a.). ac. 1, 17 *Socratica consuetudine disserendi relicta* facta est ... a. quaedam -ae et rerum ordo et descriptio disciplinae (*item pendet gen.* -ae: LACT. inst. 3, 16, 3 exercendae linguae causa ... a. istam -ae *repertam esse.* ADNOT. Lucan. 9, 557. BOETH. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 4, 11 *apud Aristotelem multa sunt* subtilissima -ae a. celata. *cf. p. 2028, 11*). fam. 4, 4, 4 me omnis a. et doctrina liberalis et maxime -a delectavit. *al.* SEN. epist. 88, 24 liberalium a. turba locum sibi in -a vindicat. 90, 7 artes ... a -a inventas, quibus in cotidiano vita utitur, non concesserim. LACT. inst. 3, 25, 9 multis a. opus est, ut ad -am possit accedi. *al.*

c *opp., disting. religio, sapientia Iudaeorum et Christianorum* (*opp. saepius e contextu subaudienda sunt; iunguntur Iudaei paganis l. 50. 59, utuntur -a haeretici e. g. l. 38. 51; aliter B3*): TERT. nat. 2, 2, 5 *fidelis* perfectam sapientiam optinebit; hoc autem ⟨phi⟩losophiae ... *vix* successit. praescr. 7 l. 6 haereses a -a subornantur. MIN. FEL. 5, 4 (*loq. gentilis*) *rudes non debent* de summa rerum ... decernere, de qua tot omnibus saeculis sectarum plurimarum ... -a deliberat. VET. LAT. Col. 2, 8 (cod. 75. *al.; sim.* VVLG.) videte, ne quis sit, qui vos suadeat per -am et inanem seductionem secundum traditionem hominum (*huc spectant e. g.* CYPR. epist. 55, 16, 1. HIL. trin. 1, 13 l. 17 captiosas et inutiles -ae quaestiones). CYPR. epist. 60, 3, 1 *Novatianus* magis durus saecularis -ae pravitate quam sophiae dominicae levitate pacificus. LACT. inst. 1, 1, 17 terrenae ... -ae (AMBROSIAST. in I Cor. prol. 3. *al.*). 3, 2, 1 inanis et falsa (APON. 2, 9 l. 199 haereticorum verbis vel i. -a gentilium. *al.*). 3, 16, 10 qui -am *humanam* tollimus ..., sophiam *divinam* defendimus. HIL. ad Const. 2, 8, 2 *fidem* non in quaestione -ae esse, sed in euangelii doctrina. trin. 8, 52 l. 26 hoc ecclesia intellegit, hoc synagoga non credit, hoc -a non sapit. AMBR. fid. 1, 13, 85 nonne ex -a omnem impietatis suae traxerunt colorem *Arriani?* PASS. Macc. 5, 8 (*loq. Antiochus*) alienum est a sapiente -a Iudaeorum persuasionibus credere (*cf. Eleazari responsum* 5, 21 -am ... lex nostra condemnat). HIER. in Am. 5, 3 l. 79 novit et hoc saecularis -a et medicorum libri (*l. 44*). RVFIN. Orig. in gen. 14, 3 p. 123, 30 -a ... neque in omnibus legi dei contraria est neque in omnibus consona. AVG. civ. 8, 8 tit. de ea -a, quae ad veritatem fidei propius accessit. 18, 37 tit. prophetica auctoritas omni origine gentilis -ae *est antiquior* (Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 655C euangelio crucis Christi -a g. obnititur, cui etiam Iudaica eruditio reluctatur. *al.*). CHRYSOST. hom. I 872B tantam magnanimitatem fidelis animi omnem -am supergressam monstravit *mater Maccabaeorum martyrium subeuntium.* VEREC. in cant. 2, 10 l. 10 alias diabolus per -am, alias per idolatriam, alias per haereticam obtinet fictionem. *al.*

2 *speciatim*: **a** *-a dividitur, disponitur*: **α** *secundum auctores, sectatores, tempus sim.*: Ⓘ -a *significat ipsam partem, sc. fere singularum scholarum doctrinam, sectam* (*quae determinatur e. g. per gen. poss., enunt. rel.*): HEMINA hist. 37 in his libris ⌞scripta⌟ erant -ae Pythagoricae (scriptae *Madvig cum var. l.*). CIC. Pis. 58 (*ironice*) *Pompeius* non gustarat istam tuam, *sc. Pisonis ut Epicurei,* -am: ter iam homo stultus triumphavit. de orat. 3, 62 ab Aristippo ... Cyrenaica -a manavit (*postea*: alia genera philosophorum). 3, 63 ea -a, quae suscepit patrocinium voluptatis (*sc. Epicureorum*). 3, 107 duarum -arum, de quibus ante dixi (*item plur.*: fin. 5, 96 reliquarum. nat. deor. 1, 16 nullius -ae, earum quidem, quae in honore sunt [*antea*: trium disciplinarum]. *cf. l. 67. p. 2027, 32. 2028, 40; dub. utrum ad β spectent necne*: GELL. 4, 1, 13 -as ... non didici ... *nec* ea re litte-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ras quoque alias nescio. 5, 3, 6 *Democritus Protagoran* -as docuit). fin. 2, 100 summa eius *Epicuri* -a (IREN. 2, 32, 2 l. 68 LACT. inst. 5, 10, 12). 4, 21 -ae veteris (ac. 1, 3 a Socrate ortam. *al., cf. e. g.* antiqua: ac. 1, 22 Tusc. 5, 10 off. 2, 8 in antiquissima nobilissimaque -a Cratippo auctore versaris. fam. 15, 4, 16. *al., e. g. l. 26*). 5, 96 nostram. fam. 15, 18, 1 (*ad Cassium Epicureum*) tua *-a* ... in culina, mea molesta est; pudet enim servire. *al.* SEN. epist. 90, 35 sq. GELL. 1, 3, 10 peripatetica. 7, 2, 1 Chrysippus, Stoicae princeps -ae (PORPH. Hor. sat. 1, 1, 13. *al.*). 11, 5, 4 auctorem -ae istius Pyrronem. APVL. flor. 15, 18 Bracmani ... pleraque -ae eius *Pythagorae* contulerunt. AVG. civ. 8, 4 p. 325, 9 Italicae. *al. ironice*: LACT. inst. 3, 4, 11 *Arcesilas* constituit novam non philosophandi -am. Ⓘⓘ *quaelibet exempla*: CIC. fin. 1, 12 quid a singulis -ae disciplinis diceretur, persecuti sumus (ac. 2, 7 ullam d. -ae. *cf. l. 21. p. 2025, 61*). 3, 6 in optimo genere -ae (fat. 3 quod nos sequimur. Att. 5, 10, 5. 13, 19, 5 id -ae g. AVG. civ. 19, 1 p. 349, 21. *al., cf. l. 24*).

β *secundum philosophandi modum vel materiam*: Ⓘ *quaelibet exempla* (*selecta*): CIC. inv. 2, 7 in maximis -ae partibus (*al., v. p. 470, 69 sqq.*). SEN. epist. 89, 14 cum tripertita sit -a, *sc. in moralem, naturalem, rationalem* (APVL. Plat. 1, 3 p. 187. *sim. al., cf. e. g. p. 2028, 27. 32. 40*). 94, 48 -a ... dividitur in haec, scientiam et habitum animi. FRONTO p. 56, 10 -ae ... disciplinas ... attigisse (GELL. 17, 19, 3 studia ... et d. -ae contractare et physica adire et meditari dialectica *eqs.* CASSIOD. hist. 8, 8, 3 dialecticam, arithmeticam, musicam aliasque -ae d. *al.; cf. l. 12. p. 2025, 61*). CHALC. comm. 265 alterum -ae genus, *sc. activum* (ISID. orig. 2, 24, 8 in tribus g. -ae. *cf. l. 14*). Ⓘⓘ -a *significat ipsam partem*: CIC. Brut. 31 *tempore Socratis* -a non illa de natura, quae fuerat antiquior, sed haec, in qua de bonis rebus ... et moribus disputatur, inventa dicitur. Tusc. 3, 8 *a Socrate* haec omnis, quae est de vita et de moribus, -a manavit. *al.* SEN. epist. 95, 10 -a ... contemplativa (95, 11). *ibid.* activa (BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 9, 13 practicae ... -ae, quam a. *dicunt.* sec. 1, 3 p. 140, 19. 141, 18). 106, 2 moralem (*v. vol. VIII 1473, 5 sqq. et cf. ibid. 1472, 83 sqq.*). *al.* GELL. 2, 28, 1 *de terrae tremore* ne inter physicas quidem -as satis constitit (*al., v. p. 2063, 34 sqq.*). 17, 21, 14 Empedocles ... in -ae naturalis studio floruit (APVL. Plat. 1, 3 p. 187. 1, 4 p. 189 AGENN. grom. p. 26, 2. VEG. mil. 4, 38, 2 [*de tempestatibus praenoscendis*]. *al.*). APVL. Plat. 1, 3 p. 187 *-a* rationalis (AVG. civ. 8, 7 p. 331, 17. *al.*). *al., nota stemma dispositionis* CASSIOD. inst. 2, 3, 4.

b -a *significatur singulorum ingenium, eruditio, studium* (*fortasse de actione philosophandi l. 44 sq.; hucine p. 2025, 65? cf. etiam infra l. 75*): CIC. inv. 1, 8 ut ei *Hermagorae* multo rhetoricam citius quis ademerit, quam -am concesserit. orat. 41 *inest* natura -a in ... *Isocratis* mente quaedam (-ae *codd., sed vertitur Plat. Phaedr. 279*[A] *φύσει ... τις φιλοσοφία*). SEN. contr. 7 praef. 1 illa intempestiva in declamationibus *rhetoris cuiusdam* ... -a sine modo ... evagabatur. SEN. epist. 72, 3 non multum refert, utrum omittas -am an intermittas; non enim, ubi interrupta est, manet. CYPR. epist. 55, 24, 1 *Novatianus* iactet se licet et -am vel eloquentiam suam ... praedicet. HIST. AVG. Avid. 13, 5 (*senatus acclamat*) -ae tuae, patientiae tuae, doctrinae tuae *eqs.* (*sc. M. Aurelii ut*: Geta 2, 2 cuius -am litterarumque institutionem semper imitatus est).

B *laxius respicitur*: **1** *loquacitas vel nimia subtilitas*: POMPON. Atell. tit. -a (*sc. circulatoris, si recte explicat Munk, de fabulis Atellanis, 1840, 151*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 113, 21 (*p. 112, 30 sq.* subtilitatem, magis autem minutiarum dialecticae minutissimas, *sc. epistulae tuae*) -ae nunc ... *non* tempus est.

2 *quaelibet sapientia, sententia, consilium sim.*: **a** *notione generali de -a*: α *quorumlibet*: CIC. ad Q. fr. 2, 9, 3 ita philologi sumus, ut vel cum fabris habitare possimus; habemus hanc -am non ab Hymetto, sed ab ⌞Arce nostra⌟ (*sc. a patria rustica, si recte restit. Shackleton Bailey*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 9, 1 ex hoc, *sc. conspectu maris,* ... aliquid ad nostram -am, *i. meam,* traxi (*postea*: mentis eruditio. *cf. 9, 2* quasi non ... mare sit vita nostra *eqs.*). ENNOD. epist. 8, 3, 1 p. 202, 1 *nullas litteras mittendo* servas -am nil dicendi (*postea*: disciplinas Atticas, *sc. mysticas*). CASSIOD. hist. 1, 1, 6 Cretensibus de superba (*i. magnanima*) se re publica -aque iactantibus, *sc. Homerum liberaliter muneratis* (*nisi legendum* -pha *vel* -phica; *cf. gr. Sozom. praef. 6 ἐπὶ πολιτείᾳ ἀτύφῳ καὶ φιλοσόφῳ*). MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 380 sicuti quispiam puerulo sapienti promittat puerilia, non ut accipiat, sed ut ostendat eius -am, dum ille maiora postulat. *al.* β *barbarorum*: VAL. MAX. 2, 6, 11 avara et feneratoria Gallorum -a, *sc. de immortalitate animae,* ... fortis Cimbrorum. PLIN. nat. 36, 71 *obelisci* inscripti ... rerum naturae interpretationem Aegyptiorum -ā continent. RVFIN. Orig. princ. 3, 3, 2 (*ad I Cor. 2, 6* sapientiam ... principum huius saeculi) Aegyptiorum secreta, quam dicunt, et occulta -a et Chaldaeorum astrologia ... et Graecorum ... de divinitate sententia. ANIAN. Chrysost. hom. 8, 1 *erat Christi nati* vile praesepium ..., ut melius nuda magorum -a claresceret. *al.* γ *protoplastorum*: CASSIAN. conl. 8, 21, 4 (*de corrupta progenie Seth*) qui ... ab illa vera physicae -ae disciplina ... exciderunt, quam primus homo ... potuit attingere.

b *significantur singulae artes* (*p. 2026, 1 sqq. distinctae*): VLP. dig. 1, 1, 1, 1 iustitiam colimus et boni et aequi notitiam profitemur ... veram, nisi fallor, -am, non simulatam affectantes. FIRM. math. 1, 1, 1 omnem -am divinamque scientiam (*antea*: totam vim matheseos. *cf.* AMM. 23, 6, 25 Chaldaeorum ... regio, altrix -ae veteris [*seq.* veridica vaticinandi fides]). RVFIN. Adamant. 5, 16 in ⌞medicinae -a⌟ vel rationibus non mihi magnum *est* ... exercitium (*gr. ἰατρικήν. item de medicina*: ENNOD. opusc. 5, 10 p. 396, 14 illa saecularis pompae -a Hippocratis et Galeni. *cf. vol. VIII 536, 81 sqq.*). PASS. coron. 12 *sculptores fideles* nihil per peritiam artis ⌞-ae⌟ faciebant ([philosophicae *var. l.*]. *i. per peritiam artis philosophorum q. d., de quibus v. p. 2038, 9 sqq.*). GROM. p. 360, 1 geometricae artis -am (*cf.* p. 365, 32 secundum ⌞grammaticae et -ae⌟ geometricae artis [⌞ ⌟ grammaticam et -am *scribendum?*]. *cf. p. 2037, 62*).

3 *sapientia Iudaeorum, Christianorum* (*cf. p. 2025, 16; subest usus gr. frequentior; aliter sub A1c*): **a** *generatim*: α *de universa religione, fide sim.*: TERT. pall. 6, 4 gaude, pallium ..., melior iam te -a dignata est, ex quo Christianum vestire coepisti (*antea*: divinae sectae). LACT. opif. 20, 1 tunc ego te ad verae -ae doctrinam ... planius ... cohortabor ([*postea: scribo* contra philosophos]. AVG. c. Iulian. 4, 14, 72 *nostra Christiana -a* una est v. -a. APON. 1, 50 *Iustinus* ex sua vanissima ad v. -am Christi conversus. *al., cf. l. 52*). CHALC. comm. 256 consentit huic *de somniis* Platonico dogmati Hebraica -a, *sc. Philonis.* ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 1 p. 476 caelestis -ae (CHRYSOST. repar. laps. 1 l. 82 praeclara ... in his verbis, *sc. psalm. 122, 3,* c. -ae doctrina est. EVCHER. form. praef. p. 5, 7 hanc c. scripturarum -am, *sc. in historiam, tropologiam, anagogen tripertitam.* CASSIOD. in psalm. 69, 6 l. 153 totus hic psalmus c. -ae luce resplendet; est enim morali probitate formatus. PALLAD. hist. mon. I 46 p. 330[D] scientiam ... c. -ae [*opp.* saecularibus doctrinis]. *al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 5, 1 divinae -ae (Orig. in cant. prol. p. 77, 31 *Salomo* primus homines d. -am docet. p. 78, 19 triplicem d. -ae formam. AVG. epist. 2 *corporeorum* amorem ... divina -a monet frenare. *al.*). hist. 7, 32, 27 Christianam -am (11, 8 p. 1013, 22 eruditis in C. -a viris. CASSIAN. c. Nest. 7, 27, 1. *al.*). IVLIAN. in Am. 8, 11 l. 243 spiritalis -ae pietatem ... erga dominum, erga proximos benignitatem ... docentis ... origo. PETR. CHRYS. serm. 54, 4 intres ... scientiam divinitatis, ... tolerantiam passionum, -am mortis. *al. respiciuntur scholae Iudaeorum* (*cf. p. 2027, 16*): Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 119 p. 664 tria sunt apud Iudaeos genera -ae (*sc. Pharisaei, Sadducaei, Essaei; eosdem enumerat* CASSIOD. Ios. antiq. 18, 11 p. 514 Iudaeis ... -ae tres erant. *cf.* 18, 9 p. 514 *quidam* quartam -am noviter introduxerant [*postea*: inconsuetae -ae]). β *de -a singulorum* (*quae saepe manifesta fit humiliter, patienter se gerendo, rebus mundanis renuntiando, mala contemnendo sim.; plerumque e gr. vertitur [imprimis Chrysost.], cf. Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v. IB4 et 5a*): ANIAN. Chrysost. hom. 2, 1 *in caelum intrantes* maiorem -am debemus ostendere *quam Iudaei in monte Sinai* ([*sc. exod. 19 sq.*]. 4, 4 Ioseph tantam -am mentis o., *sc. erga Mariam gravidam.* 15, 3 p. 11, 4 celsiorem mentis -am. *al.; cf.* RVFIN. hist. 7, 32, 22 nihil ... -ae in *persecutione* ... ostendit [*antea*: fidei virtute]). 18, 6 p. 177, 5 (*ad Matth. 5, 44* 'orate pro ... persequentibus vos') supernum -ae cacumen (*cf.* Chrysost. laud. Paul. 1 p. 475[med.] eius *Abraham* ... culmen -ae est filium sacrificavisse). PHILIPP. in Iob 31 rec. brev. p. 1449[D] verae -ae homo, *sc. Iob* (*item est gen. qual.* CHRYSOST. hom. V 762[D] *Lazarus* nisi fuisset summae -ae, quomodo haec ... tam patienter ... pertulisset? [*Migne gr. 52, 471*[inf.] *σφόδρα γενναῖος καὶ φιλόσοφος*]). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 91, 2 vix aliquis ... longa se et destricta regens -a *animam* ... reflectat ad deum (*postea*: adsidua meditatione). Ps. BASIL. cons. p. 1697[C] humilitatis ... -am, *sc. regis David* ([*spectat ad II reg. 23, 16 sq.*]. *sim. pendet gen.*: CONC.[S] II 4 p. 168, 17 *princeps* -a divinarum pollet ... virtutum. GREG. M. moral. 2, 28 l. 3 nonnulli ⌞magnae⌟ constantiae -am putant, si ... dolores ... non sentiant [⌞ ⌟ magnam *scribendum?* constantiam -ae *var. l.*]). Ps. AVG. serm. 155, 7 vidisti fiduciam latronis (*Luc. 23, 40 sqq.*), ... vidisti -am in tribulatione *eqs.* (*postea*: -am latronis, ... intellectum et doctrinam). PETR. CHRYS. serm. 124, 2 *Lazarum* provexit ad -am paupertas, ad virtutem dolor, contemptus ad patientiam, necessitas ad voluntatem *eqs.* SERM. de conf. diab. 115[V] o mulieris -a, *quae Iesu pedes osculata est,* o discipuli imprudentia, *qui Iesum tradidit.* Ps. CHRYSOST. hom. I 911[A] si videro iustum stantem, visio me ⌞ad sollertiam et -am⌟ deducit (⌞ ⌟ *Migne gr. 55, 565 πρὸς φιλοσοφίαν solum*). *al.*

b *speciatim, sc. cum respectu anachoretarum, monachorum, voto caelibatus vel virginitatis vinctorum sim.* (*cf. Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v. praecipue IB5b et Penco, La vita ascetica come 'filosofia', Studia Monastica 2, 1960, 79 sqq.; plerumque e gr. vertitur*): ANIAN. Chrysost. hom. 1, 5 *in montibus* euangelicam videas florere -am ... conversationemque ... caelestem in terris micare. NOVELL. Maior. 6 pr. (*spectat ad votum virginitatis*) huiusmodi observatio -am religiosa mente suscipiens. EVCHER. laud. her. 32 ut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae tantum vacantes ... exerceantur *in solitudine* (CASSIOD. hist. 1, 9, 18 -ae veraci [*antea*: in continentia et virginitate]). VITA Melaniae (BHL 5885) 27 qui -am continebant. CHRYSOST. hom. V 1001^{A} (1 l. 75 D.) post ieiunia ..., post alios ⌞labores caelestis -ae⌟ (⌞ ⌟ *gr. 1 l. 58 Dumortier ἄσκησιν*). CASSIOD. hist. 1, 3, 9 *praeceptores monachorum* tantae -ae exempla reliquerunt. 1, 11, 7 huius ... elegantissimae -ae princeps ... fuit ... Helias propheta et baptista Iohannes (*item respic. Iudaei*: 1, 11, 9 inchoantes ... -am cedere omnibus ... *suis* rebus cunctisque abrenuntiare permixtionibus *eqs.*). 1, 11, 10 apud Aegyptios hanc -am habuisse principia (*seq.* huic ... conversationi). 1, 11, 23 *Antonius multos* ad similem virtutem -amque perduxit (*cf.* 5, 28, 5 summae -ae virtute). 5, 33, 7 *Arsacius* in turre ... divinam -am exercebat. HESYCH. in lev. 13, 47 p. 948^{D} eremi -a (*antea*: habitarum largitas rerum). 22, 17 p. 1073^{C} illam, quae perfecta est in -a, vitam veluti eam, quae est in non possidendo vel in virginitate. *al.*

III *exempla imaginum vel prosopopoeiae sim.* (*exempla pauca potiora; ad I spectant e. g. l. 18 sqq. 22 sq.*): VARRO Men. 141 ad nos accedit cana Veritas, Attices -ae alumna. CIC. de orat. 1, 9 omnium laudatarum artium ... quasi parentem eam, quam -*αν* Graeci vocant, *esse* (SEN. nat. 2, 53, 3. *cf.* CIC. Brut. 322 -am ..., matrem omnium bene factorum beneque dictorum [Tusc. 1, 64 omnium m. artium. MART. CAP. 6, 576 tot gymnasiorum ac tantorum heroum m. -am]. Tusc. 5, 6 vitae parentem. BOETH. cons. 1, 3, 2 nutricem meam). Tusc. 2, 16 magistra vitae -a (NEP. frg. 39 Marsh. [*epist. ad Cic.*] tantum abest, ut ego m. esse putem v. -am ..., ut *eqs.*; *cf.* BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 143, 5 logica disciplina pars ... -ae est, quoniam eius -a sola m. est *eqs., adde l. 26*). 5, 5 o vitae -a dux, o ⌞virtutis indagatrix expultrixque vitiorum⌟! ... tu urbis peperisti; ... tu magistra morum ... fuisti ([⌞ ⌟ *inde* APVL. mund. praef. p. 285]. APVL. mund. praef. p. 287). fin. 3, 40 *Cato videtur* Latine (*sc. loqui*) docere -am et ei quasi civitatem dare *eqs.* SEN. epist. 53, 10 (-*a loquens inducitur ut*: 95, 10. BOETH. cons. 4, 1, 1 haec cum -a ... cecinisset. *al.*). MART. CAP. 1, 96 quaedam gravis insignisque femina, quae -a dicebatur. *al.*

philosophicus, -a, -um. [*gr.* philosophus *valde raro legitur, sed et latine formari potuit* philosoph-icus; *cf. Fruyt, Problèmes méthodologiques, 1986, 56 sq. Fo.*] *legitur inde a* TERT., MAR. VICTORIN.; *nota structuras pro adi. substitutas, e. g.*: CIC. nat. deor. 1, 11 haec in philosophia ratio. div. 2, 5 graecis de philosophia litteris. SEN. epist. 100, 9 libri ad philosophiam pertinentes. QVINT. inst. 3, 1, 18 certas in philosophia sectas. [*confunditur in codd. c. adi.* philosophus *l. 72. p. 2030, 19 (falsa var. l. vel restit. p. 2038, 74. 2039, 2 sq.), in formis fem. c.* philosophia *e. g. l. 54. 57. p. 2030, 7 (falsa var. l. p. 2025, 44. 2028, 12, restit.* VIRG. gramm. epist. praef. 2, 1, *v. etiam p. 2027, 64), ceterum v. p. 2033, 28.*]

i. q. ad philosophum vel philosophiam pertinens (*de hominibus eorumve animis p. 2030, 13. 24 sqq.*): **I** *respicitur philosophia illa Graecorum vel pagana* (*Aegyptiorum l. 58; saepe opp. sapientiae, fidei sim. Christianorum, e. g. l. 51. 55. 64 [utuntur philosophia haeretici e. g. l. 49. 61. 69]; iuxta ponitur vel disting.* dialecticus *e. g. l. 61. 64,* oratorius, rhetoricus *sim. e. g. l. 53. 55,* sophisticus *p. 2030, 3. 14*): **A** *usu sollemni*: **1** *de rebus (incorporeis praeter l. 70); adhibetur pro*: **a** *adi.*: TERT. apol. 47, 9 *scripturas sanctas haeretici* suis opinionibus ad -as sententias adulteraverunt (CLAVD. MAM. anim. 1, 12 p. 52, 20. 53, 10). anim. 3, 3 *Christianis* percutientibus argumentationes *veterum* ..., id est -as, et opponentibus definitiones caelestes. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 31 p. 240, 17 inductio -a ([*disting.* inductio ... oratoris]. 1, 33 p. 242, 11). HILARIAN. curs. temp. p. 156, 1 per artem -am mundi ([-phiam *man. prima*]. PELAG. in I Cor. 1, 19 p. 133, 14 eligendo piscatores a. retoricam et -am reprobavit *deus* [-phiam *var. l. 'fort. recta' ed.*]. AVG. civ. 8, 10 tit. artes. *al.*). SERV. Aen. 1, 742 bene -a introducitur cantilena, *sc. Iopae* (-phia *var. l.*). AMBR. Abr. 2, 10, 73 -a eruditio abundavit in Aegypto. in psalm. 118 serm. 11, 12, 2 in sermone ... forensi isto ac -o vanitas mundi (PASS. Macc. 1, 1 [*gr. φιλοσοφώτατον*]. QVEROL. p. 3, 9 s. illo -o ex tuo materiam *comoediae* sumpsimus [*postea*: Academico more]. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 12 in illo dialectico et -o s., *sc. haeretici*). AMBROSIAST. in Col. prol. -is disputationibus (IVL. VICT. rhet. p. 36, 15 [*opp.* oratoriis actionibus]. CASSIAN. c. Nest. 3, 15, 2 *Thomas apostolus,* homo ... dialecticae artis nescius, -ae d. ignarus [-phiae *var. l.; opp.* institutio domini sui]. *al.*). RVFIN. hist. 2, 4, 3 quanta eius *Philonis* in liberalibus litteris fuerit institutio, quanta in -is ([*an ad b trahendum? gr. περὶ τὰ φιλόσοφα ... καὶ ἐλευθέρια*]. 6, 19, 7 *Origenis* ingenium ⌞-is l.⌟ expolitum [*gr. τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν*]. *cf.* VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 2 p. 181^{B} *Arius* omni litterarum genere imbutus et -is disciplinis ... eruditus). 6, 19, 14 *ut Pantaenus* communem habitum ... deponens -a adsumeret indumenta. HESYCH. in lev. 10, 19 p. 902^{C} offerre pro paenitentia et -am vitam *deponere* (*cf. p. 2030, 32*). MACR. Sat. 7, 1, 1 tractatibus (-phis *var. l.*). LEO M. serm. 70, 3 l. 46 *crux Christi* et -am evanescere prudentiam fecit (*seq.* Israheliticam ... doctrinam). SIDON. epist. 4, 1, 3 -a incude formatus. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 104, 21 -i nominis mentione. Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 169, 21 illas -as philosophorum ... doctrinas (Ps. MAX. TAVR. serm. 42 p. 619^{C} [*opp.* parvulorum simplicitate]. *al.*). CASSIOD. hist. 11, 2, 3 *episcopum non* movebant -ae aut sophisticae lectiones (*cf. gr. Socrat. 7, 2, 3 οὐκ ἐξενοφονεῖτο παρὰ τῶν φιλοσόφων*). VIRG. gramm. epit. 9, 8, 6 in Latinitate -a. *al.* **b** *subst.: sing.* (*sc. fem. sec.* ars -a): MAR. VICTORIN. rhet. 1, 6 p. 176, 40 (*ad Cic. inv. 1, 8, v. p. 2027, 41*) rhetoricam et -am (*cod. D,* -phiam *ceteri; sim.* 1, 33 p. 242, 13 ne quis ... praeceptum in -am datum in rhetorica videre non possit). *plur.* (*sc. neutr., vix fem. l. 11; hucine p. 2029, 66?*): RVFIN. hist. 7, 32, 6 *episcopus* erat studiis liberalium litterarum et in -is ... eruditus (*gr. φιλοσοφίας*). CASSIOD. hist. 6, 1, 12 *Iulianus* latenter quidem exercebatur in -a (-phia(m) *var. ll.*), in manifesto ... Christianorum legebat libros (*Socrat. 3, 1, 20 ἠσκεῖτο τὰ φιλόσοφα*).

2 *de homine*: GREG. TVR. Franc. 6, 9 simplicitatem *suam* ... inter senatores sophisticos ac iudices -os fatigari adserens *episcopus.*

B *usu peculiari, sc. de eis, quae ratione philosophorum definiuntur et intellegenda sunt*: TERT. adv. Val. 24, 1 *Demiurgus hominem fecit* non ex ista ..., quam novimus, terra ..., sed ex invisibili corpore materiae, illius scilicet -ae. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 162, 37 honestum ... -um soli gloriae studet (-phum *var. l.; postea*: honestum illud ..., quod philosophorum est). AMBR. fid. 4, 4, 46 -as ... ideas, *sc. Platonicas.*

II *respicitur sapientia, religio sim. Christianorum, Iudaeorum*: **A** *pertinet ad quoslibet* (*cf. de coloribus p. 2028, 42 sqq.*): PASS. Macc. 8, 15 -a oratione *tyrannum lacessunt* (*gr. 8, 15 ἀντεφιλοσόφησαν*). ALC. AVIT. epist. 5 p. 32, 21 (*consolatur regem de morte filiae*) non cadit in regiam quidem, sed -am mentem maeroris abiectio. Ps. BASIL. cons. p. 1694^{A} ille vir -us, *sc. Iob* (*seq.* totius patientiae magisterio repletus). Ps. CHRYSOST. hom. II 1192^{D} (*spectat ad Matth. 15, 22*) vide -am mulieris *Chananeae* animam dicentis 'miserere mei *eqs.*' (*postea*: vide prudentiam mulieris). -um est *c. inf.*: CHRYSOST. repar. laps. 3 l. 18 pro morte communi -um est a lacrimis temperare (*opp.* insipiens et irreligiosum. *gr. 3 l. 15 φιλοσοφίας ἐστίν*). **B** *pertinet ad monachos, ascetas sim.*: RVFIN. hist. 6, 9, 6 *Narcissus* ⌞secretam et -am vitam⌟ semper habere desiderans ([⌞ ⌟ *item* 6, 10 [*ubi gr. τῆς φιλοσοφίας*]. CASSIOD. hist. 7, 20, 2 *episcopi* v. erat -a et pecuniarum possessione segregata. PELAG. I defens. 2 p. 6, 19 relinquens substantiam suam et renuntians nuptiis ... ad -am reversus est v. [*postea*: ad vitam religiosam]. *cf. p. 2029, 71*). FACVND. defens. 4, 2, 64 (*vertit epistulam Iuliani apostatae; gr. deest*) *corpus Diodori ascetae emaceratum* non est -ae conversationis indicio, *sed deorum poenae.*

adv. **philosophicē.** [*var. ll. falsas v. p. 2039, 30. 34 nec non* HIER. adv. Rufin. 1, 13 l. 2, *interpol.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 515.] *i. q. modo philosophico*: **1** *scribere, loqui sim.* (*in explicatione versuum praeter* HIER.): SACERD. gramm. VI 455, 30 (*ad Verg. Aen. 6, 724 sqq.*) -e ... elementa ordinavit. DON. Ter. Ad. 418, 1 *Demea* non -e, sed civiliter monet; non enim dixit 'hoc bonum est', sed 'hoc laudi est'. SERV. auct. Aen. 1, 9 ('quo numine laeso quidve dolens *Iuno eqs.*') bene -e dubitavit; dicunt enim quidam ad deos nihil pertinere. COMMENT. Lucan. 4, 576 -e tractavit mortem praeponendam esse servituti. 7, 435 (*verbo suppl. ut* SCHOL. Stat. Theb. 3, 485). SCHOL. Stat. Theb. 6, 384 noluit dare pathos mortale numini, -e potius quam poetice (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 70, 21 non p., sed -e Papinius ait: 'odi *eqs.*' [*sc. Stat. Theb. 8, 738 sq.*]). HIER. c. Lucif. 14 p. 168^{A} ⌞rogavi⌟, ut non -e, sed Christiane mecum loquaris (⌞ ⌟ *sc. p. 167^{D}* ut philosophorum argumentatione deposita Christiana mecum simplicitate loquaris). **2** *vivere, agere sim.* (*moderate, patienter; apud Christ.*): RVFIN. Orig. in gen. 6, 3 p. 69, 9 (*in allegoria*) Abimelech, id est qui munde et -e vivebat. CONC.^{S} I 5 p. 370, 12 nos, qui silentium alioquin amamus et in ceteris -e agendum censemus, nunc *loquamur* (*alia vers. I 4 p. 72, 8* tenendam patientiam; *gr. I 1, 7 p. 72, 25 φιλοσοφεῖν*). Ps. CHRYSOST. hom. I 924^{C} *audistis Nathan prophetam* arguentem, ... *David* regem -e *id* portantem (*Migne gr. 55, 575$^{extr.}$ μετὰ φιλοσοφίας*).

philosophīma *n., φιλοσόφημα.* BOETH. top. Arist. 162a15 *est* ⌞-a⌟ ... syllogismus demonstrativus, argumentum autem syllogismus dialecticus, sophisma vero *eqs.* (⌞ ⌟ philosophisma, sophisma *var. ll.*).

philosophor, -ātus sum, -ārī. *a* philosophus, *cf. φιλοσοφέω* (*sim.* PRISC. gramm. II 431, 25. 433, 15. 434, 8 [*confertur verbum gr.*]). *scribitur* philosoph- PLAVT. Pseud. 687 *et* 974 (*A*). LACT. inst. 3, 2, 9 (*B*). *al.,* filosof- CIC. rep. 1, 30 (*P*). LACT. epit. 33, 1 (*T*). *al.* *de formis: inf. act.* -are *trad.* VIRG. gramm. epist. 2, 8, 6 (*verba Terentii gramm.*); *part. perf.* -tus *vi pass. p. 2032, 34. 37, cf. pass. impers.* -tum est PLAVT. Pseud. 687 TERT. pall. 4, 7. *producitur syll. secunda* CE 1516, 10 (*saec. V ex.*). *legitur in versibus apud* PLAVTVM (*quater*), ENN., CE *p. 2032, 28, in orat. soluta apud* CIC. (*fere vicies*), SEN. contr., VAL. MAX., SEN. (*duodecies*), PROB., QVINT. (*ter*) *et inde a* GELLIO.

i. q. more philosophi se gerere, loqui, agere, φιλοσοφεῖν (*quae vox in gr. respondet, nisi aliud indicavimus. adhibetur imprimis sine obi.* [*exemplum est verbi absoluti* PRISC. gramm. III 270, 13. *cf.* 211, 22], *rarius accedit obi.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

int. rei, quae sec. philosophiam docetur, exhibetur, v. IB1 [iuxta obi. ext. IB2] et IIB2): **I** *-antur qui sapienter inquirunt, disserunt, docent sim.*: **A** *usu communi* (*determinationes quasdam collegimus sub Ibβ, quocum disputetur indicatur l. 41* [*cf. etiam dat. l. 22 et sub B p. 2032, 40,* inter *p. 2032, 14*]): **1** *respicitur philosophia illa Graecorum*: **a** *de quibuslibet, qui alio negotio intenti obiter partes philosophi agere videntur* (*iocose vel cum contemptu l. 10. 18. al.*): Plavt. Capt. 284 quid pater? vivitne? :: vivom, cum inde abimus, liquimus; nunc vivat⟨ne⟩ necne, id Orcum scire oportet scilicet. :: salva res est, -atur quoque iam, non mendax modo est (*cf.* Pseud. 974 salvos sum, iam -atur). Merc. 147 dic mihi, an boni quid usquamst *sine ullo malo* ... :: nescio ego istaec, -ari numquam didici. Pseud. 687 (*679* hoc verum est: proinde ut *eqs.*) sed iam satis est -tum. Enn. scaen. 376 (= 95 J.; *loq. Neoptolemus*) -andum est paucis, nam omnino haud placet (*ita teste* Gell. 5, 15, 9; *paulo aliter editur sec.* Cic. de orat. 2, 156 [*verba Antonii*] sic decrevi -ari potius, ut Neoptolemus ..., paucis *eqs.* rep. 1, 30 Tusc. 2, 1. *cf.* Apvl. apol. 13, 1 contra sententiam Neoptolemi ... pluribus -ari). Cic. Phil. 13, 45 *Antonius* ad extremum *epistulae suae* incipit -ari; 'si me *eqs.*'. fam. 9, 24, 3 vides, ut te -ando revocare coner ad cenas. Sen. contr. 7, 6, 18 Albucius et ⌞- tus est⌟: dixit neminem *natura servum esse* (⌞ ⌟ *sc. intempestive, cf. p. 2027, 44*). Sen. epist. 94, 74 tunc, *sc. in periculo,* laudant otium lene ..., tunc demum videas -antīs metu[s]. Apvl. met. 10, 33, 4 (*cum indignatione*) ecce nunc patiemur -antem nobis asinum! *al.*

b *de iis, qui philosophiae studio dediti sunt*: **α** *vario usu*: Ⓘ *formae quaelibet*: Cic. fin. 3, 40 esse quosdam, qui quavis lingua -ari possint; nullis enim partitionibus ... utuntur *eqs.* ac. 2, 72 *sophistae* appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestus causa -antur. Tusc. 2, 1 (*allato* Enn. *l. 13*) necesse mihi quidem esse arbitror -ari ..., sed non paucis ut ille. 5, 108 T. Albucius nonne animo aequissimo Athenis exul -batur? nat. deor. 1, 6. Sen. epist. 17, 3 multis ad -andum obstitere divitiae. 72, 3 non cum vacaveris, -andum est, ⌞sed ut -eris, vacandum est⌟ (*Q. om. cett.*). *al.* Prob. vita Pers. l. 27 usus est ... duorum convictu ... virorum acriter tunc -antium (Hist. Avg. Aur. 1, 1). Qvint. inst. 5, 10, 70 (*suppl. e* Ps. Ascon. div. in Caec. p. 192, 5) -andum est, ⟨etiam si non est -andum⟩ (*exemplum propositionis ut*: 5, 14, 13 qui beatam vitam vivere volet, -etur oportet). Gell. 1, 9, 8 *quidam magistro* legem ... dant, qua -ari discant. Lact. inst. 3, 2, 9 non ergo sapientiae student, qui -antur. Hier. epist. 58, 2, 2 cum ad -andum Athenas pergeret *Crates cynicus* (*sim.* Cassiod. hist. 6, 1, 15). Avg. ord. 1, 11, 31 l. 31 doctissimorum ... hominum litterae etiam sutores -tos ... continent. *ibid.* l. 38 et feminae sunt apud veteres -tae. *al.* -ari cum *aliquo* (*cf. convivantes l. 56. p. 2023, 3*): Cic. p. red. in sen. 14 *Piso* litteras studere incipit et ... cum Graeculis -ari. fin. 2, 101 qui una secum -ti sint (*verba Epicuri, v. frg. 217 p. 166, 9 U. τῶν συμφιλοσοφούντων*). Att. 2, 14, 2 Avg. ord. 1, 11, 31. Ⓘⓘ *gen. gerund.* -andi: Cic. Tusc. 5, 2 operam -andi. nat. deor. 1, 6 -andi ... studium (Porph. epist. 1, 12, 11. Avr. Vict. Caes. 16, 1 *M. Aurelium* -andi ... eloquentiaeque studiis longe praestantem. *al.*). div. 2, 1 quod genus -andi minime adrogans ... arbitraremur (*sc. academicum*). off. 1, 2 -andi scientiam (*opp.* quod est oratoris proprium). Val. Max. 8, 7 ext. 5 idem illi *Carneadi* vivendi ac -andi finis fuit. *al.* Ⓘⓘⓘ *inf.* -ari *pro subst.* (*exempla minus dubia, cf. p. 2032, 53*): Cic. fin. 1, 1 quibusdam ... totum hoc displicet -ari *eqs.* Avg. civ. 8, 8 p. 333, 19 *Plato* non dubitat hoc esse -ari, amare deum. Boeth. top. Arist. lat. 118a10 -ari melius quam ditare *est* (*gr. τὸ ... φιλοσοφεῖν*). Prisc. Lyd. solut. 1 p. 45, 34. Ⓘⓥ *part. praes.* -ans *pro subst.* (*cf. e. g. l. 21 et adi. l. 33*): Sen. benef. 4, 2, 1 cum Epicureis, delicata et umbratica turba in convivio suo -antium. Papin. dig. 50, 5, 8, 4 vere -antes pecuniam contemnunt. Chalc. comm. 302 p. 304, 2 apud omnes vel -antes vel qui se non dediderint huic studio. Macr. somn. 1, 8, 3 nullis nisi -antibus inesse virtutes, nullos praeter philosophos beatos esse. Cassiod. hist. 6, 1, 40 *Iulianus* honorabat ... disciplinarum cultores, maxime -antes (*Socrat. 3, 1, 55 τοὺς ἐπαγγελλομένους φιλοσοφεῖν*). *al.*

β *accedunt determinationes indicantes argumentum, sententiam, rationem artis: praepos.* (*cf. p. 2032, 20. 2033, 1*): Cic. ac. 1, 19 -andi ratio triplex, una de vita et moribus, altera de natura ..., tertia de disserendo (Rvfin. Orig. in Rom. 2, 10 l. 207 de veritatis inquisitione. *al.; cf. p. 2032, 13. 29*). Tusc. 1, 89 (*87* an potest is, qui non est, re ulla carere?) quid opus est in ⌞hoc⌟ -ari? (⌞ ⌟ *potius acc. quam abl.; cf.* Tert. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 14 sapientes ... deum non requirentes vel perperam in illum -antes. Min. Fel. 21, 2 in eandem sententiam et Persaeus -atur). Avg. civ. 10, 32 p. 455, 19 in qua *philosophia* ipse *Porphyrius* -tus est (*item c. abl.*: 19, 1 p. 350, 11 in quibus *rebus. adde p. 2032, 2. cf. p. 2032, 37*). *abl. nudo* (*cf. e. g. p. 2032, 7, aliter l. 17. 28. al.*): Cic. Tusc. 2, 6 qui ... adhibita ... disserendi elegantia ratione et via -antur (nat. deor. 1, 12, hac r., *sc. Academicorum*). Min. Fel. 13, 3 Academicorum ... dubitatio, quo genere -ari et caute indocti possunt et docti gloriose. Avg. civ. 14, 2 p. 4, 16 aliquo dogmate vel eo modo. 19, 3 p. 355, 22 sive cynico sive alio ... habitu et victu in his finibus ... quisque -etur. Macr. Sat. 7, 1, 16 apud mensam ... aptis -andum est. *adv.* (*cf. l. 24; aliter e. g. p. 2031, 74*): Avg. civ. 19, 1 p. 348, 22 sic vel sic -andum esse (*sec. varias sectas*).

2 *respicitur alia sapientia vel doctrina*: **a** *gentium variarum* (*cf. l. 48*): Tert. anim. 31, 6 quasi non et Scythae et Indi -entur. Hier. in Dan. 1, 20 *magicam* doctrinam ..., qua usque hodie Chaldaei -antur. Rvfin. Orig. princ. 1, 3, 1 p. 48, 22 qui apud Graecos vel barbaros -ari videntur. Avg. civ. 14, 17 p. 40, 32 cum quidam nudi -entur (*gymnosophistae ut* 15, 20 p. 99, 28). **b** *religionis Iudaeorum vel Christianorum* (*cf. l. 39 sqq.*): Tert. resurr. 5, 1 a nobis carnis primum condicio munietur ...; ita nos rhetoricari quoque provocant haeretici, sicut etiam -ari ⌞philosophi⌟ (*om. pars codd.*). Hier. epist. 50, 3, 2 (*sim.* 53, 7, 1) *quendam* de sacris inter eas *mulieres* litteris -ari ([disputare *var. l.*]. in Is. 11, 38, 16 l. 29 *Ezechias* de humano statu -atur et dicit: 'domine *eqs.*'. Gennad. vir. ill. 1 qui praesumptuosa suspicione de adventu antichristi ... inaniter -antur. *al.*). Anian. Chrysost. hom. 1, 4 p. 984 (*de euangelistis*) unde publicanus, unde piscator ... quivisset umquam tam sublimiter -ari? (*opp.* sapientes saeculi). Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 35, 1 *in ecclesia* hodie, ut video, omnes magistri sunt et omnes -antur. 1, 78, 1 -ari ... secundum deum (Avg. civ. 8, 10 p. 334, 18 qui s. elementa huius mundi -antur, non s. deum). Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 11 *Augustinus* -atur ... hoc modo: 'voluptas' inquit *eqs.* Cassiod. hist. 2, 11, 4 sapientissimus ... atque piissimus imperator *Constantinus in concilio* ita -batur (*antea*: interpretabatur dicens *eqs.*). 8, 1, 13 *Euagrius* prius sermone solummodo -tus ..., deinde ... conversationem zelatus illorum *monachorum* (*Socrat. 4, 23, 34 φιλόσοφος ὤν*). Ios. antiq. 18, 11 p. 514 *Iudaeorum philosophia* tertia, qua -bantur *Pharisaei* (*cf. p. 2028, 39*). *al.* **c** *cuiuslibet docti* (*cf. l. 37*): CE 1516, 10 (*epitaph. Sidonii Apollinaris*) -ando scripsit *quaedam.* Cassiod. var. 6, 10, 1 multis -antibus corporis valitudo subtrahitur et fit ..., ut sapientes inremunerati iaceant (*sc. publica dignitate carentes*).

B *structura minus solita accedit*: **1** *acc. obi. int. solus* (*indicans doctrinam eiusve verba, sc. adi. vel pron. neutr. praeter l. 34; cf. IIB2*): Tert. anim. 3, 2 *concussa est vera* animae ratio per ⌞-tas⌟ doctrinas hominum ...: alii immortalem negant animam, alii *eqs.* (⌞ ⌟ *sc. philosophorum more fictas sim., v. quae confert Waszink ad l.; forma pass. finita*: Novell. Iust. 97, 2 p. 471, 4 plurima ... a nobis ... etiam in his *augmentis dotis* -ta sunt). Don. Ter. Phorm. 344, 2 non nihil -tus est poeta ostendendo (*seq. acc. c. inf.*). Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 35, 2 quaecumque de ... mundo -ari oportet, quae de materia *eqs.* (8, 4, 2 de ... hac plaga ... nobis aliquid -are, *episcope* [*syn.* edoce]. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 158 p. 667 quae Essaei de divinitate animae -antur [*gr. θεολογοῦσιν*]. *al.*). Hesych. in lev. 1, 5 p. 798^{D} eum, qui ... animum erga ... *vanas* quaestiones occupat ..., et similia -antes. **2** *acc. duplex* (*nisi ad 3 trahas subaudiens inf.* esse; *indicatur, quid de quo doceatur*): Tert. adv. Marc. 1, 13 p. 307, 27 *quidam defendentes gentilium cultus* aridae ... naturae sacramenta leones Mithrae -antur (*antea*: argumentantur). Hier. epist. 60, 4, 2 immortalem animam et post dissolutionem corporis subsistentem ... Indus, Persa, Gothus, Aegyptius -antur. **3** *acc. c. inf.* (*vitatur l. 38; cf. l. 44*): Hier. c. Ioh. 35 l. 25 (*ironice*) scilicet nunc mihi -andum est incertos esse sensus nostros ...: Carneades ... suscitandus *est eqs.*

II *-antur qui sancte vivunt, vitiis affectibusque dediti non sunt* (*cf.* Prisc. Lyd. solut. 1 p. 45, 16 -ari ... nihil aliud *est* quam et vitam mundam habere ... et scientiam ... non errantem): **A** *generaliter vel sec. praecepta philosophiae*: Sen. epist. 59, 7 Sextium ..., virum acrem, Graecis verbis, Romanis moribus -antem. Sidon. epist. 1, 2, 7 *rex* in bonis iactibus *tesserarum* tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in utrisque -atur. Pass. Caecil. 30 (*praefectus ad martyrem*) meas, *i. in me prolatas,* iniurias -ando contempsi, sed deorum ferre non possum.

B *sec. religionem Iudaeorum vel Christianorum*: **1** *sine obi.*: **a** *de monachis* (*de Mose, David l. 63. 65, sc. interpretatione christ.; cf. l. 25. p. 2033, 11; accedit indicatio loci vel temporis*): Hier. chron. a. Abr. 468 Moyses Aegyptum derelinquens in heremo -atur (tract. p. 517 l. 15 [*de Iohanne Baptista ut* l. 19 non vult cum hominibus conversari, in h. cum angelis -atur]. *cf.* Ps. Chrysost. hom. I 913^{A} David adolescens ... per eremum ... -atur [*Migne gr. 55, 567 τὴν φιλοσοφίαν ἐπεδείκνυτο*]). Cassiod. hist. 1, 11, 8 Philo ... refert (*VI 54, 4*) undique egregios Hebraeorum in quodam praedio ... -tos. 1, 11, 27 circa hoc tempus -batur et Amus Aegyptius. 7, 31, 1 *Basilius* cum monachis habitabat ibi -antibus. 8, 1, 46 in hac regione -batur Ammon ... *tot* discipulos habens. *al. ibid.* Dionys. Exig. vita Pachom. 46 l. 64 (*ad monachos*) -etur ... anima spiritalis quotidie adversus *carnem.* **b** *de variis, qui excellunt patientia aliisve virtutibus*: Anian. Chrysost. hom. 4, 4 p. 1009 (*ad Matth. 1, 19 Ioseph* voluit occulte dimittere *Mariam*) vidisti ... virum sublimiter -antem et ... immunem *zelotypiae* (*gr. φιλόσοφον. cf. ibid.* adhuc sub lege vivens supra legem -atur *Ioseph* [*gr. πο-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

λιτεύεται]). 4, 12 p. 1021 qui ⌞iuxta euangelium⌟ -antur quique in paupertate ... gloriantur (⌞ ⌟ *deest gr.*). 18, 2 p. 157, 14 ad -andum paratus ... ne sensum quidem ... experitur iniuriae, *ille qui percussus est.* 18, 3 p. 161, 9 *qui iniurias sustinent patienter,* eos quoque, qui faciunt, docent -ari. *al. ibid.* CHRYSOST. hom. V 754[D] qui constanter -ti sunt (*sc. patienter tolerando*). PS. AMBR. act. Seb. 21, 78 p. 1053[C] qui vere -ti sunt, qui vere Christiani dicti sunt, qui ad obterendas libidines fortiter dimicarunt.

2 *c. acc. obi. int.* (*cf. IB*): ANIAN. Chrysost. hom. 15, 11 p. 56, 14 quodsi hic paululum -eris, retributionem tibi facies largiorem (*antea*: pauca ... damus plurima recepturi). CHRYSOST. hom. V 1004[C] (4 l. 7 D.) Porphyrium *monachum* philosophiam Christi -antem (*gr. 4 l. 4 D. τὴν τοῦ Χριστοῦ σοφίαν σοφόν*). CASSIOD. hist. 2, 21, 2 *sacerdotes* quidam ⌞conversationem⌟ -antes inculpabilem (⌞ ⌟ *abl. var. l., sed Sozom. 2, 6, 3 πολιτείαν ἄμεμπτον ἐφιλοσόφουν*).

[philosophōs, *φιλοσοφῶς, falso trad.* PORPH. hor. carm. 3, 1, 5.]

philosophūmenus, -a, -um, *φιλοσοφούμενος. scribitur in codd. litteris lat.* (*sc. etiam* fil-, -fum-; *apud* CLAVD. MAM. *tradi vid.* -phom-); *formam certe gr. v. l. 22 sq., lat. l. 26. 29.*

significatur quod more philosophantis tractatur, inquiritur: neutr. plur. pro subst.: CIC. fam. 11, 27, 5 (*Matio*) ut ⌞haec⌟ -a scriberem, tu me impulisti (⌞ ⌟ *sc. Cic. fin. al.*; -a *trad., -α fere edd.*). CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 16 ex dialecticis et nonnullis ... -on regulis. 2, 8 p. 130, 4 quid *Varro* in musicis ..., quid in -on libris ... contendit. *adi.*: SEN. contr. 1, 3, 8 (an dii ... *hominum* curam agant) *improbabatur Cestius,* quod haec non tamquam particulas incurrentes in quaestionem tractasset, sed tamquam problemata -a. 1, 7, 17 *Albucius* ⌞-um⌟ locum introduxit, quomodo animi magnis calamitatibus everterentur (⌞ ⌟ -sophum enim *et* -sophicum *var. ll.*). PORPH. Hor. epist. 1, 4, 4 ('silvas inter ... salubris') libros ⌞-os⌟ significat (⌞ ⌟ *trad., -ovς Holder, -ων Petschenig*).

1 *fere i. q. phlebotomia afficere* (*sc. ad medendum, sed ad violandum l. 50; peculiariter dicitur -are, qui phlebotomiam docendo prōbat, saepius apud* CAEL. AVR., *e. g. l. 53. 68; p. p. p. pro subst. l. 39 sqq.; gr. fere respondet φλεβοτομεῖν*): **a** *c. obi. acc.*: **α** *quaelibet exempla*: Ⓘ *pro obi. sunt animantes*: VEG. mulom. 1, 24 admissarios ... equos -are non opus est. 1, 38, 8 cave, ne sanguinem *iumento* calido detrahas, sed requietum -bis. HIPPOCR. aphor. 5, 31 SORAN. p. 51, 5. VINDIC. med. 1 quicumque -antur, sustinent ... debilitatem. 2 a -tis non solum sanguis egeritur, verum etiam spiritus (*item p. p. p. pro subst.*: CAEL. AVR. acut. 3, 3, 13 -to erit ... caput fovendum. chron. 1, 4, 80 utrum ... -tus cibi refectione toleretur. 1, 5, 179 -tos ... fomentis *curare. al., cf. l. 44*). THEOD. PRISC. eup. faen. 35 *si* reuma ... perseveraverit, -andi sunt (*item gerund.*: 72 -andi sunt et purgandi. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 133 sicut in -andis facimus [*pro subst.*]. ORIBAS. syn. 1, 7, 4 Aa p. 44, 22 caute sunt -andi [*La* evacuandi]. *al.*). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 122 qui incongrue fuerint -ti. *et saepe. in scriptis non medicis*: AVG. serm. 21, 7 l. 197 (*domino querenti* 'sanguinem meum [*i. pecuniam*] pro te dedi' *respondet servus*) 'quando me emisti, nec saltem te -asti'. CONC.^{S} II 3, 3 p. 59, 25 *inimici* me occiderunt ... et *domi* posuerunt me semivivum et -verunt me. LEX Visig. 11, 1, 1 nullus medicus sine presentia patris ... mulierem ingenuam -are presumat (*sim.* tit.). Ⓘⓘ *pro obi. sunt partes corporis*: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 25 *Themison* peccare perspicitur -ans talum vel ancalen. PHILAGR. med. 3 p. 162, 2 -bis ... venam de brachio sinistro (ORIBAS. syn. 1, 10, 3 Aa p. 48, 6. 1, 10, 4 Aa p. 48, 10 *vena* iosana [*i. inferior*] -atur ..., capitales vero *eqs.* [*gr. aliter, cf.* La *vena* capitales -atur]. *cf.* ORIBAS. syn. 1, 10, 4 La p. 48, 20 caute -andi sunt, *sc. venae sim.*).

β *indicatur, ubi incidatur*: Ⓘ *struct. variis*: CHIRON 269 oportet -are eum, *cui caput dolet,* desub oculis aut temporibus vel de palato (ORIBAS. eup. 4, 112 [110], 1 Aa p. 618 nobis ... -anda est de uno talo et post una die de alio talo -bis [*gr. φλέβα τεμών*]. syn. 9, 18, 1 Aa p. 309 hos omnes ... -andi sunt de bracio dextro vena iosana). FVLG. myth. 3, 7 p. 71, 17 fisici et mulieres ad optinendos partus et sciadicos eodem -ant loco, *sc. in talis.* CASS. FEL. 22 p. 38, 11 in brachio (38 p. 84, 14). Ⓘⓘ *praepos.* ex: PLIN. phys. Bamb. 67, 4 *aegrota* -ari debet ... venā mediā ex parte, qua dolet (CAEL. AVR. chron. 2, 1, 18 ex qualibet patienti p. contraria. *cf. l. 70*). CAEL. AVR. acut. 3, 4, 25 ex utroque ... brachio synanchicos -ari (chron. 3, 4, 62 Diocles ... libro *quodam* ... -at iecorosos ex dextero b. CASS. FEL. 1 p. 3, 6. *al.*). 3, 4, 41 ex venis, quae sub lingua sunt. *al. struct. ambigua*: ORIBAS. syn. 1, 10, 2 Aa p. 48, 2 pleuriticis ... ex parte ipsa, in qua dolor est, -andus est (*sc. aegrotus, an pro* -andum*? gr. διαίρει, La* sanguis est auferendus).

b *absolute vel obi. supplendo*: **α** *quaelibet exempla*: CHIRON 291 solve illius iugulares venas, satis sanguine detrahito, abstines a cibo illa die, qua -bis. HIPPOCR. aphor. 7, 46. PLIN. phys. Bamb. 67, 4 acci-

piat teriace ..., ita tamen, ut omni anno ipso tempore -et (*sc. medicus, nisi pertinet ad 2*). CAEL. AVR. acut. 1, 10, 70 -andi ... disciplinam *docere.* 2, 38, 224 Heraclides -at atque clysterizat. 3, 17, 155 -are ... convenit ... laxamenti causa, non ... ob frigidandum corpus. CASS. FEL. 24 p. 40, 15. RVF. podagr. 33 si videris eum sanguinem esse repletum, -as. *al.* **β** *indicat praepos., ubi incidatur* (*fere* ex, *sed* in *l. 10*): CAEL. AVR. acut. 3, 4, 28 -ari ... ex locis sub mamilla constitutis. 3, 17, 155 ex brachio, non ex capite neque simul ex multis partibus -are (chron. 2, 1, 57 ex ea p., quae passione vitiata est. CASS. FEL. 37 p. 82, 3 ex ipsa p., quod Graeci catixin [*i. κατ' ἴξιν*] vocant, in brachio -are). 5, 2, 51 *Themison* -at ... ex pedibus et vinum approbat.

2 *intransitive fere i. q. phlebotomiam pati, sibi adhibendam curare* (*fort. addas l. 1*): ORIBAS. syn. 9, 6 Aa p. 279 contigit ut quarto anno non ⌞-ret⌟: temptatus est ab ipsa passione et ita factum est, ut postea omni anno -ret (⌞ ⌟ *gr. φλεβοτομηθείς*).

phlebotomum, -ī *n. vel* **phlebotomus,** -ī *m.* (fleb-), *φλεβοτόμον* (*φλεβοτόμος*). *de origine et notione v. l. 27 sqq. 39. de scriptura v. p. 2041, 23 sqq. nom. sing. masc.* -us THEOD. PRISC. eup. faen. 72. 97 log. 117 PHILVM. med. 2 p. 118, 21 ORIBAS. syn. 1, 11, 1 Aa p. 49, 19. *al., neutr.* -um PHILAGR. med. 3 p. 161, 2 (-us *var. l.*). ORIBAS. syn. 5, 17, 2 Ab p. 60 ISID. orig. 4, 11, 2 GLOSS. V 423, 19. *al. legitur inde a* CHIRONE (*sc. apud scriptores artis medicae sim. praeter* LEX Visig. 11, 1, 6 tit. GREG. M. dial. 1, 4, 8). [*var. it. mer.; sard.* flebottu; *francog. vet. et med.* flieme, *francog.* flamme; *prov. vet.* flecme *et var. prov. cf. M.-L. 6467. Wagner I 258. Wartburg VIII 390. St.*]

1 *fere i. q. ferramentum ad phlebotomiam aptum* (*in alios usus adhibetur l. 33. 36. al.; cf.* ISID. orig. 4, 11, 2 [de instrumentis medicorum] -um ab incisione vocatum; nam incisio Graece *τομή* dicitur. GLOSS. V 423, 19 -um: blodsaex [*anglosax., item* GLOSS.^{L} Corp. F 255, *sed trad.* -a]): **a** *exempla certa*: CHIRON 17 ibi eis *iumentis* venae -o intercaeduntur. 26 *venae* percutiuntur ... securi ... vel -o (*inde sim.* VEG. mulom. 1, 27, 4). 141 adaperies -o aut scalpello (*sim.* 142). 506 caput et nares scalpellabis -o. SORAN. p. 116, 20 -o medietatem *orificii clausi* sollicite dividimus et ... syringotomo praecidimus (*cf. l. 38*). CAEL. AVR. acut. 3, 3, 22 linguam scarificamus ... tenui ac longiore -o. chron. 2, 1, 18 laquei constrictione et -i divisura. CASS. FEL. 8 p. 15, 9 maculam candidam acu vel acuto -o modicum punges ... et, si ... humor fuerit exclusus *eqs.* 20 p. 30, 13 fistulam ferro nudare, id est ex -o vel syringotomo appellato (*cf.* GREG. M. dial. 1, 4, 8 *in visione* iuvenis ... in lingua mea medicinale ferramentum, id est -um, posuit). *al.* **b** *exempla inter 1 et 2 ambigua*: VEG. mulom. 1, 14, 3 si -o uti circa eum volueris (-tomia *var. l.*; THEOD. PRISC. eup. faen. 96 neque -o neque catharticis. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 121 ORIBAS. syn. 1, 7, 3 La p. 43, 7. *al.*). MARCELL. med. 30, 1 -o huiusmodi ... vitia ... sedantur. THEOD. PRISC. eup. faen. 31 *doloribus* -o ... subvenire (61. 92 log. 10. 17. *cf. l. 57*). 67 his -um adhibere (log. 117 his -us in talo a. CAEL. AVR. acut. 1, 17, 167 ORIBAS. syn. 1, 7, 1 La p. 42, 23. *al.*). CASS. FEL. 37 p. 82, 11 *si* aetas ... -i usum prohibuerit (41 p. 94, 14). *al.*

2 *i. q. phlebotomia* (*quae vox gr. respondet apud* ORIBAS. [*praeter l. 51*] *et* ALEX. TRALL.; *cf. 1b*): VEG. mulom. 1, 19, 1 quae in ... -o facienda sunt (MISC. Tir. p. 63, 9 sanguinem minuetur aut per nares aut in -o. *adde l. 53*). 1, 22, 11 post -um (ORIBAS. syn. 9, 21, 2 Aa p. 316 [*gr. φλεβοτόμου, var. l. φλεβοτόμησαι*]. 9, 45, 6 La p. 360. ALEX. TRALL. 1, 140 eos laedit ... angustia in -o et post -um. RVF. podagr. 2 post -o. *cf.* PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 2 p. 263, 7 post tertium diem -i). 2, 40, 1. *al. indicatur, ubi secetur, per praepos.* (*a verbis pendentes praeter* ORIBAS.; *cf. l. 45*): THEOD. PRISC. log. 23 -o liberantur ex venis sub lingua apparentibus. PHILVM. med. 2 p. 118, 18 -o subvenimus de brachio (ex *var. l.*). ORIBAS. syn. 8, 50, 2 Aa p. 258 -us de bracio.

phlegma, -atis *n.* (-ae *f. l. 73*), *φλέγμα. de origine et notione*: SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 1, 108 pituita: proprie -a capitis (*cf.* HIER. in Am. 2 praef. l. 16 pituita molestissima *senum,* quam *Graeci ... φλέγμα* nuncupant. *sim. al.*). PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *α* 8 -a ..., id est concretus umor et frigidus (*cf. e. g.* CAEL. AVR. chron. 4, 7, 92 quos *humores crassos* Graeci -ta vocant. GLOSS.^{L} V Aa F 415 -ta: humores corporis). BOETH. top. Arist. 140b7 -is diffinitio: 'humidum primum a cibo indigestum'. ISID. orig. 4, 5, 7 -a ... dixerunt, quod sit frigida; Graeci enim rigorem *φλεγμονήν* appellant. GLOSS. -a: saliva. -ta: horh (*anglosax.*). *al. scribitur fere passim* fl-; *in codd. vet.* flegm- PS. APVL. herb. tit. morb. l. 125 (*Vo*). CASSIAN. inst. 12, 27, 3 (*C*). ORIBAS. syn. 1, 6, 2 Aa p. 40, 14 RVF. podagr. 17. *al.,* fleum- HIER. in Is. 14, 51, 17 l. 27 (*M*). PS. APVL. herb. 58 l. 2 (*Vo*). ORIBAS. syn. 1, 5, 1 Aa p. 39, 6. *al.; in codd. medii aevi etiam* fleugm-, fleom-, *al. de formis et genere* (*neutr. testatur* PROB. app. gramm. IV 195, 17): *formae heteroclit. decl. primae (etiam nom.* -a *iuxta adi., pron. fem.) e. g.* HIPPOCR. mul. 1 l. 164 -a ..., quae *eqs.* ANON. med. ed. Piechotta 138 ad -as stomachu (*anne* -a[s]*?*). ORIBAS. syn. 1, 18, 1 Aa p. 61, 31 -am. 4, 1, 11 Aa

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 4 -⟨a⟩e. Isid. orig. 4, 7, 29 de -a; *cf. abl. sing. fem.* -ta Oribas. syn. 8, 3 add. Ab p. 264. *legitur inde a* Garg. Mart., Firm. [*it. mer.* (*tarent.*) fioma; *francog. vet. et med.* fleume *et var. dial.; prov. vet.* fleuma *et var. francoprov., prov.; cat.* fleuma; *hisp. vet.* fleuma; *port.* fleuma, freuma. *cf. M.-L. 6468. Wartburg VIII 391 sq. Corominas*[2] *II 913. Machado*[3] *III 62. St.*] [*olim legebatur* Plin. nat. 23, 28 *pro* flemina (*falso trad.* Gloss., *v. vol. VI 1, 898, 54 sq.*).]

i. q. umor corporis, φλέγμα (*quod gr. fere respondet; accedit adi. e. g.* frigidum *l. 29. 32. 53. al.,* spissum Marcell. med. 1, 106 Plin. phys. Bamb. 64, 10 Oribas. eup. 2, 1 *K* 71 Aa p. 456. *al., gen.* capitis Marcell. med. 7 tit. Plin. phys. Bamb. 1, 14. *al.,* pulmonis *l. 25,* stomacu *p. 2042, 75; iuxta ponitur* cholera Marcell. med. 30, 55 Hippocr. num. sept. 18, 27 Diosc. 3, 150. *al.*): **1** *usu potius technico, sc. medico vel physico* (*in imag. l. 40*): **a** *de umore morboso*: Garg. Mart. med. 21 p. 155, 17 -e laborantibus ..., felle autem *eqs.* (27 p. 161, 5. *cf.* Firm. math. 4, 15, 2 infinitis -um vitiis laborantes). 29 p. 164, 13 -e dissoluto (Pallad. 8, 6, 2 Ps. Diosc. herb. fem. 45. *cf. e. g.* Garg. Mart. med. 36 *thymum* -ta ... solvit). 52 -e abundantibus stomachis (*cf. e. g.* Hier. in Is. 14, 51, 17 l. 27 -um magnitudo. Rvfin. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 6 p. 1386[A] -is ... abundantiam [Marcell. 20, 143. *al.*]. Oribas. syn. 4, 1, 11 Aa p. 4 *piscis* propter glutinationem -⟨a⟩e in eo habundantis nociva est). Chiron 141 ne *iumentum* -ta glutiat aut illi in ore permaneant, sed profluant (*cf.* 292 defluent de ore -ta gracilia [*inde* Veg. mulom. 2, 12, 1 multum -is ex ore profundet]). Hier. epist. 52, 6, 4 *testamenta captantes* obsident lectum *senum* et ... -ta pulmonis manu propria suscipiunt (*cf.* Vitae patr. 5, 4, 70 *infirmus* tussiens exscreabat -a, quod ... venit super alium fratrem). Ps. Hippocr. ad Antioch. vers. *α* 8 ex aequinoctio incipit -a crescere. Marcell. med. 7, 16 ad -ta de capite ... deducenda (Ps. Apvl. herb. app. 17 l. 9 Cass. Fel. 59. *al.; cf. e. g.* Ps. Apvl. herb. interpol. 109 l. 27 adducit ... -a). 30, 51 -a frigidum, quod de cerebro descendit in stomachum (Hippocr. mul. 1 l. 55 Isid. orig. 4, 7, 29. *al.*). Diosc. 4, 1 nausiam ... -is (*gr. 4, 1, 2 ἔμετον φλεγματώδη*). Cass. Fel. 1 p. 3, 2 cum *auster* ... cerebrum aquoso et frigido -e infuderit. 33 p. 68, 12 *tussis* cum plurimo -e ..., id est cum abundanti excreatione aut humectatione (Plin. phys. Bamb. 56, 6 cum grasso -e. *al.*). Philagr. med. 3 p. 159, 13 inflammatio in splene de -e ... generata (p. 159, 19 de -e ... febriunt. Oribas. eup. 2, 1 *A* 10 La p. 428. *al.; pro gen. qual.* Hippocr. mul. 1 l. 362 si ⟨de -a⟩ *menstruum est* sicut mucci [*gr. p. 62 φλεγματώδης*]). Oribas. syn. 1, 6, 2 Aa p. 40, 14 qui ex -e aegrotant (Gloss.[L] I Ansil. ap 40 [med. p. 8]. *al.*). *et saepius.* *in imag. sim.*: Hier. epist. 98, 21, 3 *audacia* quasi quodam amarissimo -e lumen mentis obscurat (reumate *var. l.*). Rvfin. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 6 p. 1386[A] *peccatores* suffocantur a -e vel humore peccati. **b** *de umore naturali corporis* (*fere inter umores principales*): Chalc. comm. 7 de diversis humoribus corporum et -e. Rvfin. Clement. 4, 18, 3 stultitiam quorundam pro multitudine -is *excusare.* Avg. civ. 11, 34 p. 511, 4 *in capite* sedes est -is. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 15, 3 omnis homo cum sit 'cinis et pulvis' (*gen. 18, 27*) ..., sanguis et -a (*contemptim ut*: Chrysost. repar. laps. 14 l. 61 corporei decoris substantia non in alio quam in -e et sanguine et humore ac felle consistit, quae ex ciborum sucis corruptibilibus colliguntur. l. 77 cellaria ipsa et horrea -is ... concupiscis). Vindic. epist. ad Pentad. p. 486 corpus ... hominis ex quattuor umoribus constat; namque habet in se sanguinem, choleram rubeam, choleram nigram et -a. *ibid.* -a *dominatur* ... in capite et alia pars eius in vesica. p. 487 -a *est* frigidum, salsum et umidum. p. 488 -a facit homines corpore compositos, vigilantes, intra se cogitantes ..., minus audaces. Op. imperf. in Matth. 38 p. 839 quod ... ascendit in pulmonem, -ta fiunt. Ps. Ambr. trin. 5 p. 514[B] quattuor substantiae, id est calor, sanguis, -a et humor, hominem faciunt. *al.*

2 *cetera exempla*: Chrysost. repar. laps. 14 l. 75 si in vestimento videas -ta vel sputamenta, horrescis (*item de -e exsputo*: Gild. Brit. 34 chron. III p. 46, 12 spumanti -e proximos quosque roscidaturo praeconum ore. Caes. Arel. serm. 45, 2 si aliquis in vestimentis nostris -ta vel sputa proiiciat. *ibid.* -ta ... perhorrescimus. *cf. l. 25 sq.*). Cassian. inst. 2, 10, 2 *ne* redundantia quaedam sputi seu -is interrumpat *orationem.* 12, 27, 3 *auditorum impatientium* excreationes ... sine ulla interpellatione -is provocantur.

phlegmagōgus, -a, -um, *φλεγμαγωγός.* *scribitur* fl-. *fere i. q. educens phlegma*: Cass. Fel. 7 p. 15, 13 -um purgatorium dare, quod dicitur elaterium. Alex. Trall. 2, 249 *phlegma* purgare -is catharticis.

***phlegmaticus,** -a, -um, *φλεγματικός.* *scribitur in codd. vet.* flegm- Oribas. syn. 1, 16, 4 Aa p. 53, 29. 1, 29, 3 Aa p. 84, 11. *al.,* fleum- Rvf. podagr. 10, -tich- Oribas. eup. 2, 1 *A* 10 Aa p. 428. *legitur inde a* Vindic., *sc. apud medicos praeter p. 2044, 7.*

1 *i. q. ad phlegma pertinens* (*pro subst. p. 2044, 8. 10 sqq.; gr. fere resp. φλεγματώδης, alia infra notavimus*): **a** *de liquoribus sim., quae e phlegmate constant, phlegma continent*: Vindic. med. 11 artus -o humore sunt corroborati (Cass. Fel. 8 p. 15, 21 purgabis h. frigidum, id est -um, ... a capite. Hippocr. mul. 1 l. 624. Oribas. syn. 1, 16, 4 Aa p. 53, 29 -i et melancholici h. [*gr. τοῦ φλέγματος*]. Alex. Trall. 1, 148 [*gr. II 243 φλεγματικόν*]. *al.*). Hippocr. mul. 1 l. 175 quando *menstrua* sunt -a ... et colerica (l. 359. *al.*). l. 483 vomitus (Oribas. syn. 6, 14, 2 Ab p. 106. 8, 3, 1 La p. 206). Oribas. syn. 1, 21, 3 La p. 72, 1 *superfluitas* pingues ..., glutinosa, -a. 5, 50, 7 Ab p. 88 sanguis ... est -us (*gr. φλεγματικώτερον*). Isid. orig. 4, 7, 32 *calculus vesicae* gignitur ... ex materia -a. *al.* *neutr. plur. pro subst.*: Hippocr. mul. 1 l. 134 quae *mulier* -a menstruabatur.

b *de eis, qui phlegmate laborant, sc. hominibus eorumve corporibus*: **α** *masc. pro subst.*: Marcell. med. 20, 93 *oxyporium* -is ... prodest et colicis. Hippocr. aer. 4, 2 *homines* -os esse (-as *cod. unus,* flegmatias *Kühlewein sec. gr. φλεγματίης, quae vox tamen respondet etiam*: 10, 9 -is ... dysinterias convenit nasci. 24, 3. *al. apud eundem*). vict. 2 l. 366 fellitis et -is. Anthim. 60 *radices* sanis et -is aptae sunt. Oribas. syn. 1, 16, 2 La p. 53, 14 asmatici, -i, artritici. 3, 193 add. Aa p. 888 (*postea*: cholericis et melancholicis). *al.* **β** *pro adi.*: Hippocr. aer. 3, 3 capita humida habere et -a (mul. 1 l. 126. 415. 473). mul. 1 l. 123 corpus humectum ... et -um (l. 126 nimium -um). vict. 1, 33, 2 erit homo -us aetate, frigidus et humidus (*gr. non resp.*). Oribas. eup. 1, 9, 13 Ab p. 413 vomitus iubat eos qui -i sunt (*gr. aliter*). *al.*

c *de alimentis, quae phlegma efficiunt, movent*: Hippocr. aer. 7, 2 ut *aqua* -a sit et raucos constituens bibentes eas. Anthim. 49 *ostrea* frigida sunt et -a. Oribas. syn. 4, 1, 5 Aa *et* La p. 3 carnes eorum *animalium* minus -a sunt vel glutinosa (4, 1, 11 La p. 4). Rvf. podagr. 10 quae ... pinguia sunt, ... -a sunt et humectant, qualia sunt anguillae.

*?***2** *abusive i. q. ad phlegmonem pertinens, ex inflammatione ortus sim.; cf. p. 2043, 35 sq.*): Oribas. syn. 9, 17 tit. Ab p. 305 ad ani vitia et passiones, id est -as (*Aa* flegmones. *cf. gr. 9, 17, 1 φλέγμονας*).

phlegmatismus (fl- *cod.*): flegma spissa, pinguis et glutinosa Gloss. III 601, 10.

phlegmatōdēs, -es, *φλεγματώδης.* *fere i. q. ad phlegma pertinens*: Hippocr. num. sept. 25, 22 *febris* ex nubibus -es. Oribas. syn. 7, 35, 1 La p. 178 p[a]nèuma -is tumores generat (*gr. φλεγματῶδες*).

***phlegmōn,** -onis *m. (f. l. 53,* -on *n. p. 2045, 3) vel* **phlegmonē** *f., φλεγμονή.* [*φλεγμονή* (phlegmone) *mutata est in formam masc.* **φλεγμων, quae non nisi latine invenitur. nom.* phlegmon *etiam pro neutr. intellegi potuit. v. Biville, Les emprunts du latin I 1990, 195. 303. 343* (-eum-). *Fo.*] *de origine et notione v. sub 1a.* *scribitur in codd. vet. fere* flegm-, *sed* fleum- Oribas. eup. 2, 1 *P* 4 Aa p. 501. *de genere et formis v. quae sub 1 et 2 monuimus.* *legitur apud* Cels. (*litt. gr.*) *et inde a* Chirone. [*e coni. dub. pro* flemini Plin. nat. 20, 24.]

terminus technicus artis medicae inflammationem (tumidam), tumorem (fervidum) sim. significans (*cf. vocem vetustiorem* flemina): **1** *hominum:* *de formis et genere: pertinet ad* phlegmone: *sing. nom.* -e *l. 49 et* Gloss.[L] I Ansil. fl 182 sqq. (med. p. 35), *acc.* -*ήν* Cels. 1 prooem. 15 Isid. orig. 4, 5, 7 (-in Cael. Avr. gyn. 2, 15), *plur. acc.* -as Oribas. eup. 2, 1 *Λ* 4 Aa p. 482 syn. 7, 24, 7 Aa p. 163. Gloss.[L] I Ansil. fl 186 (med. p. 36). *al.; accedit adi., part. fem. l. 74 et* Oribas. syn. 6, 26, 9 Aa p. 19, 24 si -e ... fuerit horta. *pertinet ad* phlegmon (*quae vox gr. non exstat*): *nom.* -on Oribas. syn. 2 add. Aa p. 141, 9 Philagr. med. 3 p. 171, 3. *al., cetera sec. decl. lat. tertiam, e. g.* -em *l. 57,* -e *l. 72 sq.,* -es *l. 66; accedit adi., pron. masc.* Oribas. syn. 4, 24, 2 Aa p. 26 -em ... pessimum. 7, 25, 1 Aa p. 163 quidam. Alex. Trall. 1, 33 (32) factus ... solus. *al., fem. non nisi* aliqua *l. 70 et fort. l. 59.*

a *explicatur vox* (*accipitur fere pro voce gr.; adde p. 2042, 66*): Cels. 1 prooem. 15 inflammationem, quam Graeci -*ήν* nominant (Oribas. syn. 1, 7, 1 Aa p. 42, 22. 6, 27, 2 Aa p. 20, 9 -em, id est fervorem vel i. *al.*). Ps. Theod. Prisc. add. p. 311, 8 -em, i(d est) indignationem vel fervorem intestini (Isid. orig. 4, 6, 7 -on est f. stomachi cum extensione atque dolore; quae cum coeperit fieri, et febris consequitur; unde et dicta est -*ή, ἀπὸ* ⟨*φλέγει*⟩, id est inflammans [*τοῦ φλέγειν edd. olim*]. *al.*). Cael. Avr. gyn. 2, 15 tumorem Greci -in vocant, siquidem fervore quodam partes accendat (Cass. Fel. 28 p. 45, 17 tumores aurium, quos Graeci -as vocant [-a *var. l.,* -es *Rose*]. Gloss.[L] I Ansil. fl 182 [med. p. 35] -e: t. vel fervor. *al.*). Oribas. syn. 9, 17 tit. Aa p. 305 ad ani vitia et passiones, id est -es. **b** *cetera exempla*: Philvm. med. 2 p. 118, 10 de -e intestinorum: inflammatione *eqs.* (*item c. gen.*: Philagr. med. 3 p. 157, 15 splenis. Oribas. syn. 2 add. Aa p. 145, 26 epatis [9, 18 tit. Aa p. 309. *al.*]. 3, 135 pr. Aa p. 876 oculorum. 5, 13, 1 Ab p. 55 cerebri). p. 118, 12 *cataplasma* -em amputat et reuma reprimit. Philagr. med. 3 p. 171, 5 si aliqua scirodis fuerit -on. Oribas. eup. 2, 1 *Λ* 4 Aa p. 482 decoctio in matrice -as sanat. syn. 2 add. Aa p. 138, 24 qui ... doloribus ex -e patiuntur (Alex. Trall. 1, 34 ex -e diuturno. *al.*). 3, 173, 4 Aa p. 882 in initio -is. 7, 24, 7 Aa p. 163 ad calidas -as cataplasmandas. *ibid.* reumaticas. *al., imprimis apud* Oribas.

2 *iumentorum*: **a** *de inflatione, quae praeobturatione effici-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur: CHIRON 395 unde fit ⌞-e⌟ quae appellatur inflatio; ex quo vitio ... ilia inflata fient (⌞ ⌟ *cod. Basil.*, -on *cod. Mon.; cf. Hippiatr. gr. I p. 220, 10 πρησμονή et v. Adams, Pelagonius ..., 1995, 287 sq.*). **b** *de tumore in genibus, pro* flemine: *neutr. sing.* -on VEG. mulom. 2, 48, 1. 6. 8 (*cf. l. 5*), *plur.* flegmina 2, 83; *masc. sing.* -em 2, 48, 5 (*anne* flegmon[em]*?*), *plur.* -as *interpol.* 3, 28, 15 *et* 17; *v. vol. VI 1, 898, 28 sqq. et Adams, loc. cit. 243 sqq.*

phlegmonōdēs, -is, *φλεγμονώδης* (*quod in gr. respondet*). *nom. sing.* -is *l. 12.* *fere i. q. ad inflammationem pertinens, inflammatus*: ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 79 Aa p. 458 (*sim.* La p. 458 *et* p. 516) *herba* inflammationes ... erisipelatodes et erisipelata -es curat. syn. 5, 15, 2 Ab p. 57 quam *passionem* Grecy -es appellant, in qua rumpi ... membra per inflammacione membrorum videntur sentire (5, 17, 10 Ab p. 61 -is passio; *labor* -is *utrobique* La).

phlīos *vel* **-us** *m., φλοιός* (*quod in gr. resp.*). fl- *codd.* *i. q. cortex*: ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 19 Aa p. 497 pytios -os (flior La), pini cortex; pitios dicitur arbor, f[o]lios vero cortex. syn. 2, 56, 32 Aa p. 124, 4 libano -us (folius As *et* Ab, cortex *La*).

phloginos *m., φλόγινος.* *nomen lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 179 (*inde* 1, 37, 66) -os, quam et chrysitim vocant, ochrae Atticae adsimulata, invenitur in Aegypto (plog-, pthog- *al. var. ll.; pendet* GLOSS.ᴸ I Ansil. PO 263 [cod. Paris.]). GALEN. alfab. 170 (de lapide flogino) lapis -us et ipse in Aegypto invenitur, auroso ... colore (flonginus *cod. Lucc.*, fulligenus *cod. Palat.*).

phlogītes *m. vel* **phlogītis,** -idis *f., φλογίτης vel φλογῖτις, quae gr. non leguntur.* fl- *fere codd.* *nomen lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 189 in -ide intus flamma videtur ardere, quae non exeat (*inde* 1, 37, 73). SOL. 37, 23 -es ostentat intra se quasi flammas aestuantes (flong- *var. l.*). *hos locos conflat* ISID. orig. 16, 14, 9.

phlogium, -ī *n., φλόγιον.* *genus collyrii* (*flammeum*): INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 115 -um ad genas et claritat(em) (fl- *inscr.*).

phloios *v.* phlios.

phlomis, *plur.* -ides *f., φλομίς.* *nomen herbarum* (*priora duo genera infra allata videntur i. q. 'Phlomis' L., tertium i. q. verbascum* [*cf.* phlomus]; *v. André, Les noms de plantes, 1985 s. v.*): PLIN. nat. 25, 121 (*antea l. 49*) sunt et -des duae hirsutae, rotundis foliis, humiles; tertia lychnitis vocatur ([pl- *codd.*]. *inde* 1, 25, 74. *cf. Diosc. 4, 103, 2 φλομίδες ... φλομίς, unde* Ps. APVL. herb. interpol. 72 l. 22 item -des appellatae sunt duplices, hirtae ...; item quae appellatur licnitis [fl- *codd.*]).

ⁱˢphlomus (-os), -ī *f. vel m., φλόμος.* *scribitur fere* fl-; *in codd. vet.* flogm- Ps. APVL. herb. 72 l. 10, flumm- ORIBAS. syn. 9, 61 add. Aa p. 395, flum- GLOSS. II 329, 32; *in codd. medii aevi etiam* flomm-, flosm- *al.* *de formis: nom., acc. sing. fere gr.* -os, -on, *lat.* -us AMBR. hex. 6, 4, 19 Ps. THEOD. PRISC. simpl. med. 57 *et* GLOSS., -um DIOSC. 1, 28 p. 19, 9 *et* GLOSS. *de genere: iuxta pron., adi. masc.* DIOSC. 1, 28 p. 19, 9. 4, 99 p. 52, 25. *al.* *legitur apud* PLIN. nat. *et inde ab* AMBR.

nomen herbarum (*gr. resp. φλόμος, nisi aliud adnotavimus*): **1** *i. q. verbascum* (*quae herba etiam* phlonos *et* phlomis [*l. 33*] *appellatur.* GLOSS. *v. Goetz in indice, etiam s. vv.* lupicuda *et* verbascum): **a** *de natura, nomine, generibus* (*v. et l. 74*): PLIN. nat. 25, 120 (*inde* 1, 25, 73) verbascum Graeci ph[i]lomon vocant; genera habet prima duo: album, in quo mas intellegitur, alterum nigrum, in quo femina; tertium genus non nisi in silvis invenitur; sunt folia ... pilosa ...; nascuntur in campestribus; silvestri folia ... alta (*cf.* DIOSC. *infra*). 27, 11 aethiopis folia habet -o similia, magna ac multa et hirsuta ab radice. Ps. APVL. herb. 72 l. 10 a Graecis dicitur ⌞-os, alii flonon⌟, alii licnitis ..., Itali verbascum (*Diosc. gr. Vind. 4, 103 φλόμος ... φλόνος*). DIOSC. 4, 99 p. 52, 9 -o duo sunt genera, masculu et femina, albu et nigru *eqs.* p. 52, 15 nascitur et agrestis -os *eqs.* (p. 53, 4 a. -i folia). p. 52, 19 est alterum genus -i, qui lignitis dicitur aut triallis (*gr. 4, 103, 2 φλομίς*). Ps. DIOSC. herb. fem. 21 l. 1 -os: est nigra et alba; eius genera sunt duo ...; masculus folia habet longiora ..., utrique lanosa. *al.*

b *exempla usum illustrantia*: **α** *medicum*: AMBR. hex. 6, 4, 19 *ursa* herbae, cui nomen est -us, ut Graeci adpellant, ulcera subiciens sua, ut solo curentur adtactu. MARCELL. med. 36, 19 -um moles et dices ... 'summum caelum *eqs.*' 36, 74 sucum -i ..., quae herba ... lanosa folia habet *eqs.* THEOD. PRISC. log. 19 super illam decoctionem ... -i radicem ... admiscebo (CAEL. AVR. acut. 2, 22, 132 -i herbae r. ... noxiam. ORIBAS. syn. 9, 61 add. Aa p. 395. *cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 22, 130 r. herbae, quam Graeci -on vocant). Ps. THEOD. PRISC. simpl. med. 57 -us herba virtutis siccae et austeris; idcirco fluxum ventris constringit (*sim.* Ps. DIOSC. herb. fem. 21 l. 18). CAEL. AVR. chron. 2, 4, 72 herba -os in pusca decocta. *al.* **β** *varium*: DIOSC. 4, 99 p. 52, 25 -u, qui flore habet aurosu, capillos inficet (*cf.* ALEX. TRALL. 1, 14 ad capillos albos faciendos: -i albi flore usto et in aceto infuso perlini capillos; item aliud -i sementis *eqs.*). ISID. orig. 17, 9, 73 -os, quam Latini herbam lucernarem vocant, ab eo quod ad licinia facit; eadem et lucubros.

2 *i. q. inula* (*gr. resp. φλόμος Ἰδαῖος*): DIOSC. 1, 28 p. 19, 9 alii *helenium vel inulam* ... -um vocant; folia habens -o angusto similia (*gr. 1, 28, 1*). 5, 77 p. 195, 19 quod *helenium* ... -u vocant (-o *var. l.; gr. 5, 56*).

*?***3** *i. q. chrysanthemon*: GLOSS. III 610, 9 crissantinum: id est flumi floris (*sim. al., v. vol. III 1031, 43 sqq.; sed ad 1 trahit André, Les noms de plantes, 1985, s. v.* chrysanthinus).

phlonītis, *acc.* -in *f., φλονῖτις.* *nomen herbae q. e. onosma*: DIOSC. 3, 142 p. 434, 22 ono⟨s⟩ma ... aut -in aut noin dixerunt (fl- *trad.; gr. 3, 131 φλονῖτιν*).

phlonos (-us) *m., φλόνος.* fl- *codd.* *i. q. verbascum* (GLOSS. III 632, 20 -us: lupicuda et piscatoria): Ps. APVL. herb. 72 l. 10 (*v. p. 2045, 55*).

phlox (*fem. sec. gr.?*), *φλόξ.* *nomen herbae: vertitur φλόξ* (*Theophr. hist. plant. 6, 6, 2*): PLIN. nat. 21, 59 (*inde* 1, 21, 33) *odor abest* illi *flori,* qui Graece -x vocatur; et ramis autem et folio odorata sunt (flox *vel* flos *codd.*). *vertitur φλόγινον* (*Theophr. hist. plant. 6, 8, 1*): PLIN. nat. 21, 64 (*inter flores ver nuntiantes*) flammeum, quod -x vocatur, silvestre dumtaxat (-xos *var. l.*).

phlyctaena, -ae *f., φλύκταινα* (*quod in gr. resp. praeter l. 26*). *scribitur litt. gr.* CELS.; *in cod. vet.* Aa ORIBAS. flicten- *vel* flycten-. GLOSS. -as (flectinas *cod.*): similes papulae.

genus pustulae (*adde l. 39*): CELS. 5, 28, 15ᴮ ubi eae *pusulae* ruptae sunt, infra quasi exulcerata caro apparet; *-αι* (-ae *Marx*) graece nominantur; fiunt vel ex frigore vel ex igne vel ex medicamentis (*pendet Oribas. syn. 7, 37 add. Aa p. 181, ubi* flectedas). ORIBAS. syn. 3, 121 pr. Aa p. 874 *collyrium* ad oculorum ulcera et ad -as. 7, 9, 2 La p. 140 antequam erumpant -as (vissicae *Aa, gr. φλυκτεῖς*). 8, 43 tit. Aa p. 253 ad -as oculorum (floctedas *La*; 8, 43, 1 Aa p. 253 [floctidas *La*]). 8, 44 tit. Aa p. 254 ad -as in oculis (flectitas *Ab,* flectidas *La*). *ibid. bis* (floctidas *La*). 8, 46, 3 Aa p. 255 quae ad -as diximus expedire (floctidas *La*). ALEX. TRALL. 1, 88 facit ... ad -as collirium. 1, 96.

phlyctis, -idos *f., φλυκτίς.* *scribitur in cod. vet.* Aa ORIBAS. flict- syn. 3, 126 p. 874. *al.,* flyt- 3, 158 p. 880, flect- 3, 160 p. 880 *et* -ted- *praeter* 7, 9 tit. p. 140 -tid-; *ceterum* floct- *cod. La, e. g. l. 28 sq.*

genus pustulae (*adde locos* ORIBAS. *sub voce* phlyctaena *allatos; gr. resp. φλύκταινα praeter l. 37*): THEOD. PRISC. eup. faen. 59 ustiones antequam -as, hoc est vesicas, erigant. ORIBAS. syn. 3, 126 Aa p. 874 collurium ...: ad ulcera oculorum et -as (*gr. φλύκτεις*). 3, 127, 2 Aa p. 875 *collyrium* facit ... ad ... -as. 3, 158 Aa p. 880. 3, 160 Aa p. 880. 3 add. 52 Aa p. 913. 7, 9 tit. Aa p. 140 ad papulas, quas Greci -as vocant (*La* flectinas, id est papulas vissicosas).

phlyzacion ... paulo durior pusula est *quam phlyctaena,* subalbida, acuta CELS. 5, 28, 15ᴮ (phyzacion *fere codd., aliter J*). *est gr. φλυζάκιον.*

phoba, -ae *f., φόβη.* *fere i. q. spica comata, panicula*: PLIN. nat. 18, 53 panicum ... praedensis acervatur granis, cum longissima pedali ⌞-a; milio⌟ *eqs.* (ob familiae *sim. codd.; cf. Theophr. hist. plant. 8, 3, 4 φόβην*).

phobodipsos, (-on), *φοβόδιψος.* *i. q. hydrophobicus*: CAEL. AVR. acut. 3, 9, 98 de hydrophobia: ... alii *aegrotantem* ... -on appellant, quod cum timore sitiat.

ⁱˢphōca, -ae *f., φώκη.* *scribitur in codd. vet.* phoc- *e. g.* VERG. georg. 4, 395 (*GMPR*). PLIN. nat. 11, 188 (*M*), poc- VERG. georg. 4, 432 (*M,* phoc- *cett.*), foc- *e. g.* AVG. gen. ad litt. 3, 9 p. 72, 14 (*cod. E saec. VI*). ORIBAS. syn. 4, 8, 1 Aa p. 9. *acc. sing. gr.* -en *l. 63.* *de notione* (*cf. l. 66. p. 2047, 8*): GLOSS. -as (*ad p. 2047, 7?*): vitulus marinus. -ae: graece vituli marini. *legitur in versibus inde a* VERG., OV., *in prosa oratione apud* PLIN. nat., SOL., SERV. *al.*

i. q. vitulus marinus (*gr. respondet φώκη. inter pisces l. 65. 73 et* ORIBAS. syn. 4, 8, 1 Aa p. 9 ISID. orig. 12, 6, 3; -a deformis *sim. l. 61. 63. p. 2047, 7. al.,* marina *sim. p. 2047, 3. 5*): **1** *varia exempla*: VERG. georg. 3, 543 insolitae fugiunt in flumina -ae (SERV. quasi timentes marinam pestilentiam). OV. epist. 10, 87 freta dicuntur magnas expellere -as. met. 1, 300 *in montibus inundatis* deformes ponunt sua corpora -ae. 2, 267 *mundo incenso* corpora -arum summo resupina profundo exanimata natant. 7, 389 in tumidam -en ab Apolline versi *viri.* MANIL. 5, 661 -as carceribus claudent raris et compede nectent (*sc. sub Ceto nati, ut*: FIRM. math. 8, 17, 5 erunt piscatores, sed magnorum piscium; hi enim -as ... thynnos, corcodillos capient). PLIN. nat. 9, 19 vituli marini, quos vocant -as, spirant ac dormiunt in terra (*inde* 1, 9, 15). 10, 173 avertuntur ... -ae ... in medioque coitu invitique etiam cohaerent. 11, 188 *species pulmonis* est causa, quare sub aqua diu ... -ae urinentur. NEMES. ecl. 1, 75 prius siccis -ae pascentur in arvis ... quam *eqs.* SOL. 12, 13 *in Ponto* praeter -as rara belua est (*sim.* ISID. orig. 13, 16, 4. *cf. iuxta cete sim.*: AMBR. hex. 5, 2, 5 cete inmania, delphinas, -as. 5, 3, 7 p. 145, 21 alii *pisces* vivos fetus edunt ..., ut ... delphines et -ae aliaque cete huiusmodi [*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 5 -ae catulos pariunt]. HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 292ᴬ ceti, delfines, -ae). AMBR. hex. 5, 1, 4 amphibia *pedes habentia,* quae vel in aquis vel in terris vivant,

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut sunt -ae, crocodilli *eqs.* (*sim.* Isid. orig. 12, 6, 3. *cf.* Avg. gen. ad litt. 3, 9 p. 72, 14 *-ae* pedes habent). Pass. Theclae C a 34 p. 93, 7 vidit fossam aquae plenam, ubi erant -ae marinae, quae pugnaturae erant. Vers. metr. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 72, 14 non -ae turpes, non marcentes ballenae. Diosc. 2, 55 de coagolo -⟨a⟩e maritim⟨a⟩e (*al. ibid.*). *al.* **2** *-ae sunt pecus, comitatus, ministri, sc.: deorum marinorum*: Verg. georg. 4, 395 immania ... *Neptuni* armenta et turpis pascit sub gurgite -as *Proteus* (Serv. -ae sunt boves marini. *item de -is Protei*: 4, 432 sternunt se somno diversae in litore -ae. Val. Fl. 2, 319 Protea ... huc rexisse vias iunctis super aequora -is. Amm. 22, 16, 10). Val. Fl. 3, 727 Phorcys ... immanes intorto murice -as contrahit antra petens. Serv. Aen. 6, 445 p. 68, 1 ut *Neptunus* Hippolyto currus agitanti inmitteret -am (*sim.* 7, 761). *vatum*: Val. Fl. 5, 439 gaudebant *Orphei* carmine -ae. Sil. 11, 447 *lyra Arionis* tenuit -as. *Spoth.*

phōcis, phoeb- *v. Onom.* **phoecis** *v.* phycis.

phoenīcātus *v.* phoeniciatus.

*?***phoenice** *v. p. 2048, 58.* **phoenīcea** *v. p. 2048, 54.*

p(h)oeniceus (-ius), **pūniceus,** -a, -um, *φοινίκεος* (*contra gr. secundam syllabam brevem esse docent versus lat. omnes* [*sec.* punicus*?*]). *de origine* (*cf. l. 34 sq.*): Prisc. gramm. II 21, **1** *p et ph* invicem inveniuntur pro se positae in quibusdam dictionibus, ut ... 'puniceus' *φοινίκεος*. 40, 7 *oe* transit in u longam, ut ... 'phoeniceon' 'puniceum'. *scribitur in codd. vet. et inscr.* poen- Plavt. Pseud. 229 (*A*), pun- Verg. georg. 3, 372 (*MPRV, ut* Aen. 5, 269). Lact. inst. 4, 18, 7 (*B*). *al.*, foen- Hil. in psalm. 2, 20 (*V, ut* 67, 14). Evcher. inst. 2 p. 147, 10 (*P*). Edict. imp. Diocl. *passim* (*v. p. 2048, 33. 35*), phyn- Ambr. in Luc. 7, 14 (*A*); -ius *fere sub IB2, ceterum raro, e. g.* Plin. nat. 21, 164 sqq. *de notione v. infra. legitur apud* Plavt. *et inde a* Lvcr., Verg. [*confunditur forma* pun- *c.* punicus Hil. trin. 7, 14 (*restit.* Cvrt. 3, 3, 10. *al.; e coni. dub.* Colvm. 9, 4, 4 Amm. 19, 5, 5), pumiceus Ser. med. 647 Prvd. cath. 3, 80. *al.* (*falso trad.* Stat. silv. 3, 1, 144; *var. l. dub.* Scrib. Larg. 34 Damig. lapid. 1, 4); foenicius *var. l. falsa pro* venetus Don. de com. 8, 6 (*v. Zwierlein, Terenzkomm. des Donat, 1970, 28*).]

i. q. φοινίκεος: **I** *pertinet ad colorem rubrum* (*distinguitur* purpureus *l. 47. p. 2048, 2. 35. al., ceterum e. g.* fulvus *l. 58,* luteus *l. 59; nomen coloris refertur ad gentem p. 2048, 44, ad arborem l. 41, ad avem p. 2049, 59; notionem tractat André, Termes de couleur, 1949, 88 sqq., v. etiam quae mox editurus est Holmes in Mus. Helv.*). *testimonia* (*cf. e. g. l. 55. p. 2048, 1. 51 sq.*): Gell. 2, 26, 8 fulvus ... et flavus et rubidus et -us et rutilus ... appellationes sunt rufi coloris. 2, 26, 9 '-us', quem tu graece *φοίνικα* dixisti, ... et 'spadix' -i *συνώνυμος* ... exuberantiam splendoremque significant ruboris, quales sunt fructus palmae arboris ..., unde spadici et -o nomen est (*sim.* Serv. auct. georg. 3, 82). 3, 9, 9 quem colorem nos ... -um dicimus, Graeci partim *φοίνικα,* alii *σπάδικα* appellant. Gloss. phoeniceum: *φοινίκεον.* roseum. puniceus: *φοινικοῦς.* puniceum: rubeum. *al.*

A *forma* punic-: **1** *adi.*: **a** *exempla varia*: Plavt. Men. 917 album an atrum vinum potas? :: ... quin tu me interrogas purpureum panem an -um soleam ego esse? Rud. 998 *sunt pisces viduli* -o corio (1000 fiet tibi -um c. [*cf. p. 2048, 22*]). Verg. georg. 3, 372 -ae ... agitant pavidos *cervos* formidine pinnae (Aen. 12, 750. Nemes. cyn. 317 -as nativo munere). Ciris 501 -am ... cristam *avis* (Alc. Avit. carm. 2, 409 c. *serpentis. ceterum cf. l. 49 et* Sol. 52, 43 psittacum ... torque -o [*Plin. nat. 10, 117* miniato]). Ov. met. 2, 607 candida -o perfudit membra cruore (13, 887 Drac. Orest. 524. 792). 4, 728 -o ... cum sanguine (Stat. Ach. 1, 308 Drac. ros. 10. *cf.* Ov. Pont. 4, 7, 20 *militis* dextera ... -am Getico sanguine fecit aquam). Lvcan. 1, 214 -us Rubicon (Comment. Porfurion puniceum interpretatus est quasi feniceum propter rubras aquas *eqs.; cf.* Sidon. epist. 1, 5, 7 *Rubicon* originem nomini de glarearum colore -o mutuabatur). Plin. nat. 8, 141 lacerti ... colore fulvi aut -i. Apvl. mund. 20 p. 334 pictura ex discordibus pigmentorum coloribus ... luteis et -is ... temperatis imagines ... facit (*gr. 396b13 ἐρυθρῶν*). Ser. med. 647 si -os fundet vessica liquores. Sol. 27, 36 *gemma* stellis -is superspersa (*Plin. nat. 37, 165* sanguineis venis). Avson. Mos. 97 viscere *salmonis* (*cf.* 117 mullis). Amm. 20, 11, 27 -a tertia *species iridis* (*sim.* 28). Cypr. Gall. gen. 799 corpore -o *Esau natus est.* Mar. Victor. aleth. 1, 99 -os ... crines *solis. al.* **b** *respicitur color herbarum, fructuum*: Lvcr. 5, 941 arbita -o fieri matura colore. Verg. ecl. 5, 17 -is humilis quantum saliunca rosetis *cedit* (Drac. Romul. 10, 158). Hor. carm. 4, 10, 4 color *faciei* ... -ae flore prior rosae ([Schol. sanguinei coloris]. *item refertur ad vultum*: Avson. 17, 5 [330 S.], 5. *ceterum*: Avson. 13, 8 [253 S.], 2 Orient. comm. 2, 148). Prop. 3, 13, 28 -is plena canistra rubis. Ov. fast. 5, 318 croci. Colvm. 10, 188 *lactuca* -a depexa coma. Plin. nat. 24, 114 bacae -o colore. 25, 34 flore -o. Pallad. ins. 72 *creditur pira malis punicis insita* -o posse decore frui. Prvd. cath. 3, 80 arbor ... -os ... iacit cumulos *pomorum. al.* **c** *respicitur color vestium sim.*: Verg. ecl. 7, 32 -o ... suras evincta cothurno (Val. Fl. 1, 384 Nemes. cyn. 90). Aen. 5, 269 -is ibant evincti tempora taenis (Serv. vittis roseis Clavd. Don. 5, 265 p. 453, 1 vittis russeis). Tib. 2, 3, 58 certent praebere colores Africa -um purpureumque Tyros (Lact. inst. 4, 18, 7 c. -i veste. Cypr. Gall. Ios. 71. *cf. l. 5*). Prop. 4, 9, 27 -ae velabant limina vittae. 4, 9, 52 sacerdos -o canas stamine vincta comas. Sen. Med. 99 (*descriptio vultus*) ostro sic niveus -o color (colus*?*) perfusus rubuit (Clavd. 1, 90). Cvrt. 3, 3, 10 Magos ... iuvenes sequebantur -is amiculis velati (9, 7, 20). Stat. Theb. 4, 218 *vatis* alba ... -as interplicat infula cristas. silv. 2, 1, 132 amictu. Ach. 2, 5 palla. Ser. med. 918 -ae ... indes *grana* pelli colloque ligabis (*cf. B2a*). Cypr. Gall. gen. 1179 quam *manum nascentis* femina sollers -a de reste ligat (*cf. gen. 38, 27*). *al.* **d** *respicitur color aurorae sim.* (*vesperae* Stat.): Verg. Aen. 12, 77 -is invecta rotis Aurora. Val. Fl. 3, 411 ubi -as oriens ascenderit undas. 7, 539 -o ... sub ortu (Clavd. rapt. Pros. 1, 222). Stat. Theb. 1, 342 *non* -o rediturum nubila caelo promisere iubar (Rvt. Nam. 1, 277). Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 177, 1 solem -is invectum iugalibus. Ps. Hil. gen. 68 -os spargit Aurora capillos (Drac. Romul. 10, 102. *cf. p. 2047, 64*). Cypr. Gall. lev. 84 cum ... septima -is aurora eluxerit astris. *al.*

2 *neutr. pro subst.*: Sol. 2, 41 ubi in supera *frutices marini* tolluntur, ... color vertitur: nam -o protinus erubescunt (*nisi subaudias* colore). Hil. trin. 7, 14 ex albis -a.

B *forma* p(h)oenic-: **1** *adi.; respiciuntur res*: **a** *naturaliter rubrae*: Plavt. Pseud. 229 cras, Phoenicium, -o corio invises pergulam (*cf. p. 2047, 47*). Plin. nat. 10, 136 *avis fabulosa* ferruginei coloris, tantum capite -o. 21, 164 -um florem ... aut purpureum (21, 165 sq. 25, 144. Ps. Apvl. herb. interpol. 73 l. 18 [*Diosc. gr. 4, 35 φοινικᾶ*]). Gell. 3, 9, 3 equum ... colore -o (3, 9, 9 Schol. Iuv. 11, 139 Isid. orig. 12, 7, 22). **b** *arte fucatae*: Lvcr. 2, 830 purpura -usque color clarissimus multo (Isid. orig. 1, 3, 6 -o c. librorum capita scribuntur, quia ab ipsis *Phoenicibus* litterae initium habuerunt). Eleg. in Maecen. 1, 124. Ov. am. 3, 7, 29 saga ... -a defixit nomina cera (pun- *var. l.*). met. 12, 104 -as vestes (Vers. metr. Mall. Theod. gramm. VI 597, 12. 16. 22. Isid. orig. 19, 22, 10 russata *vestis,* quam Graeci -am vocant, nos coccinam). 14, 345 chlamydem. Edict. imp. Diocl. 8, 1 L. pellibus ([*nisi de gente; gr. φοινικῶν, ut* 8, 4 L.]. Greg. Tvr. glor. conf. 110). 9, 17 L. ⟨de sol⟩eis Babulonicis et purpureis et -is et *albis.* 9, 18 L. ⟨socci⟩ purpurei sibe -i. Marcell. med. 31, 18 radix ... panno -o obvoluta ... et lumbis circumdata (*cf.* 31, 33 in -o lino conchyliatae purpurae). *al.*

2 *pro subst.*: **a** *neutr.; significatur*: **α** *pannus rufus, quo antidotum adligatur* (*cf. supra l. 8. 36*): Scrib. Larg. 267 *medicamentum* -o inducitur. Marcell. med. 15, 47 linteo aut -o involve (*sim.* 20, 104. *cf.* 22, 41 in -o vel panno naturaliter nigro). Ps. Theod. Prisc. add. p. 308, 23 obliviosum emendabis, si oculos milvi ligatos in -o portet in collo. *al.* **β** *color, pigmentum sim.* (*expl.* Isid. orig. 19, 17, 5 'Syricum' rubri coloris pigmentum ...; ipsud est et -um, appellatum ita eo quod in Syria colligatur in litoribus Rubri maris, ubi Phoenices inhabitant): Vet. Lat. Is. 1, 18 (Pacian. epist. 3, 17. *sim. al.*) si fuerint peccata vestra ut ‚-um, ut nivem dealbabo, etsi ut coccum„ ut lanam candidam efficiam (‚„ *Vulg.* coccinum ... vermiculus). *hinc pendent*: Pavl. Nol. epist. 19, 4 non patiatur *dominus vellera nostra* ... rursus in -um vitiis tinguentibus infecta converti. 40, 10 *dominus* potens est ... inluminare tenebras et -um candidare. Ps. Orig. tract. 6, 24 quantum distat -um, id est miniatum, a coccino, tantum interest a Christi sanguine [et] prophetarum. Evcher. instr. 2 p. 147, 10 -um in Esaia coccinum. *al.*

b *fem. in nomine herbae (si recte ad colorem referimus): de phoenice* (*cf. p. 2051, 36; v. André, Les noms de plantes, 1985, 197*; Gloss. III 546, 30 fenitia: elfeta [*sc. ἄλφιτα. sim.* 617, 21. *al.*]): Plin. nat. 22, 135 est et herba -a appellata a Graecis, nostris vero hordeum murinum (phynicea *cod. unus,* phynice *sim. cett.,* phoenice *pars edd.; inde* 1, 22, 65). *de herba Apollinari* (*v. André, Lex. des termes de botan. 139*): Gloss. III 586, 27 apollonaris i(d est) finitia (*sim. al., v. Goetz in indice s. v.* Apollinaris). *de herba quadam sec. pelles coloratas nominata*: Gloss. III 590, 46 (*in capite de herbis et pigmentis*) -a: pellis parthica (*sim. al.*).

II *pertinet ad arborem phoenicem; i. q. e dactylis compositus*: Theod. Prisc. log. 101 *vinum* fit myrtites ..., fit cum sorbis, fit -um.

deriv.: phoeniciatus. *cf. Onom.*

phoeniciātus, -a, -um. *a* phoeniceus (-cius). *i. q. phoeniceo colore praeditus, spadix; de equis* (*cf. p. 2047, 40*): Serv. georg. 3, 82 'spadices' quos -os vocant pressos, myrteos (*inde* Isid. orig. 12, 1, 49 spadix, quem -um vocant [-catum *codd.*]).

phoenīcinē *f., φοινικίνη* (*sc. ἔμπλαστρος*). fin-, fen- *codd. nomen medicamenti, quod virgis phoenicis arboris utitur*: Ps. Theod. Prisc. add. p. 298, 22 -e medicamentum ... pustularum acredinem curat. Cass. Fel. p. 87, 19 -e Galeni, quam dia chalciteos dicit (*sim.* p. 119, 8. *cf. l. 74*). p. 93, 16. Oribas. syn. 3, 5 tit. Aa p. 850, 5 emplastrum -e, qui et diacalciteos Galieni ([*gr. Γαληνοῦ φοινικίνη*]. 7, 13, 6 add. Aa p. 146 [La -is]).

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

phoenīcinus, -a, -um, *φοινίκινος.* foen- EDICT. imp. Diocl., fen-, fin- *codd. (medii aevi).* *i. q. e dactylis compositus*: EDICT. imp. Diocl. 3, 12 L. mellis -i (*gr. φοινικίνου*). SORAN. app. 6 contere in oleo -o et roseo. *usurpatur pro* puniceus: DIOSC. 3, 163 p. 443, 18 florem -u⟨m⟩ habens ([*gr. 3, 153 φοινικοῦν*]. 4, 4 p. 11, 13 [*gr. 4, 4, 1 φοινικοῦν*]. 4, 24 p. 19, 19 [*gr. 4, 24 ὑποφοινικοῦν*]. *al. apud eundem*). 3, 165 p. 444, 10 -um habens colorem ([*gr. 3, 155 πεφοινιγμένον*]. 4, 22 p. 18, 11 [*gr. 4, 22, 1 φοινικοῦν*]).

phoenīcītis (-es) *f., φοινικῖτις* (*gr. non legitur*). *nomen lapidis*: PLIN. nat. 37, 180 -is ex balani similitudine appellatur (*inde* 1, 37, 66). 37, 188 (*inde* 1, 37, 73). DAMIG. lapid. 42 tit. 42, 1 -es lapis similis est fenicobalano, id est dactilo, subrubeus vero vel sanguineus (fen- *codd.*).

phoenicius *v.* phoeniceus.

phoenīcobalanus, -ī *m., φοινικοβάλανος.* *in codd. medii aevi scribitur* fen-, fin-. *de balano maturo*: PLIN. nat. 12, 103 *fructus palmae quae vocatur adipsos* colligitur ... paulo ante quam incipiat maturescere; quod si relinquatur, -us vocatur et nigrescit vescentesque inebriat (*inde* 1, 12, 47; *sim.* DIOSC. 1, 118 p. 60, 20 [*gr. 1, 109, 1 φοινικοβάλανος*]). DAMIG. lapid. 42, 1 (*v. l. 11*). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 63 cataplasmata ex -is cum vino. 5, 10, 125 poto dandum lac ... cum decoctione -i.

phoenīcopterus, -ī *m., φοινικόπτερος.* *scribitur* foen- *in cod. vet.* GLOSS. II 472, 40, phoen-, foen-, fin- *al. in codd. medii aevi.* *nom. sing.* -pter POL. SILV. chron. I p. 543, 15; *gen. plur.* -rorum SEN., -rum SVET., HIST. AVG. GLOSS. -us: *φοινικόπτερος. cf.* GLOSS. poenicentaurius: avis quae quasi purpureas pinnas habet. [*interpolatus est* APIC. 6, 4 tit.]

nomen avis, q. e. 'Phoenicopterus ruber' L. (*in enumeratione* POL. SILV. chron. I p. 543, 15); *adhibetur inter:* *cibaria*: CELS. 2, 18, 3 aves omnes a minimis ad -um (*cf.* IVV. 11, 139 -us ingens [SCHOL. genus avis, quae habet pennas colore phoenicio]). SEN. epist. 110, 12 linguas -orum et alia portenta luxuriae (PLIN. nat. 10, 133 -i linguam praecipui saporis esse Apicius docuit [*inde* 1, 10, 68]. SVET. Vit. 13, 2. *cf.* MART. 13, 71 tit. -i: dat mihi pinna rubens nomen, sed lingua gulosis nostra sapit). HIST. AVG. Heliog. 20, 6 cerebellis -um. APIC. 6, 6 tit. 6, 6, 1. *hostias*: SVET. Cal. 22, 3 hostiae erant -i, pavones. 57, 4 sacrificans respersus est -i sanguine.

phoenīcūrus, -ī *m., φοινίκουρος.* *nomen avis incertae* (*v. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 126*): PLIN. nat. 10, 86 (*inde* 1, 10, 44) erithacus hieme, idem -us aestate *vocatur* (*Arist. hist. anim. 632b29 φοινίκουροι*). *inde corrigas*: POL. SILV. chron. I p. 543, 27 (*enumerantur volucres*) eritace, feniculus.

phoenigmos, *acc.* -on *m., φοινιγμός.* *i. q. rubor cutis curatione effectus*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 35 corporis curationem, quam Graeci -on vocant. 2, 3, 70 rubor ..., quem Graeci -on appellant (*sim.* 2, 13, 181. 5, 1, 15. 5, 2, 40 CASS. FEL. 1 p. 10, 2). *Schröder.*

1. phoenīx, -nīcis *m. et f., φοῖνιξ* (*sc. a voce aegyptia derivandum, v. Frisk, Gr. etym. Wb. II 1032*). *de origine* (*cf. l. 61. p. 2050, 33*): PLIN. nat. 13, 42 *v. p. 2050, 37* (*vice versa palmam appellatam esse sec. avem asserunt Lact. Phoen. 70 Isid. orig. 17, 7, 1*). ISID. orig. 12, 7, 22 -x Arabiae avis dicta, ⌞quod colorem feniceum habeat⌟ (*contra l. 59*) vel quod sit in toto orbe singularis et unica; nam Arabes singularem -em vocant. *scribitur* phoen- CIL IV 9850, *in cod. M saec. V* PLIN. nat. 12, 85. 13, 42 *et in recc.,* foen- CE 1318, 5. 1911, 1 (*saec. IV²*), *in cod.* DIDASC. apost. 40, 20. 32. *al.,* fen- *in duobus* INSCR. Dict. d'Arch. Chrét. et de Lit. XIV 689 sq. *al. in codd. rec., ubi etiam* ph(a)en-, phin-, p(o)en- *sim.* *genus masc. longe praevalet inde ab* OV. met. 15, 402 LVCAN. 6, 680. *al.; fem. adhibent* MELA 3, 83 ANTH. 389, 31. CE 1911, 1 (*saec. IV²*). AVG. anim. 4, 20, 33 p. 411, 6. *al.* (*cf. l. 72*). *formae fere sunt lat.; non exstant graecae nisi acc. sing.* -a OV. met. 15, 393. 15, 402 (*cf.* -em TAC. ann. 6, 28, 4. *al.*), *plur.* -as EPIGR. Bob. 62, 5. *syllaba* -ni- *corripitur* DRAC. laud. dei 1, 653 Romul. 5, 116. GLOSS. -x: *φοῖνιξ.* avis regia, unde finitium (*vel* fenic-), id est miniatum, nomen accepit. genus aquilae. GLOSS.ᴸ ANSIL. FE 190 -x (fenis *trad.*): avis nobilis. 208 -x avis est in modum struthionis in Phoenicia, quae moritur et de ipso cinere completo anno iterum revivescit resurrectionem ostendens. *al.* *legitur inde a* LAEVIO (*p. 2050, 28*), OV., SEN. *philos.,* MELA, *sc. sing. praeter l. 74.*

nomen avis fabulosae in oriente degentis (*caute vel cum diffidentia memoratur p. 2050, 13. 74. al., substituitur avis vere exsistens p. 2050, 21; de -is imagine v. e. g. p. 2050, 51. 2051, 1; gr. respondet nimirum φοῖνιξ* [*ut confundi possit c. palma p. 2050, 67, cf. p. 2050, 37*]; *fusius de -e agunt* OV. met. 15, 392 sqq. MELA 3, 83 sq. PLIN. nat. 10, 3 sqq. TAC. ann. 6, 28 AMBR. exc. Sat. 2, 59. *al., v. et p. 2050, 28 sqq.; ad rem v. e. g. Rusch, RE XX 1, 414 sqq.; Van den Broek, The myth of the Phoenix, 1972*). *accedit nomen generale, sc.* -x avis *p. 2050, 5. 37. al.* (avis -x *p. 2050, 19. 30. 42. al.*), *ceterum e. g.* ales AVSON. 14, 22 (365 S.), 6, *saepius etiam forma* avis, quae vocatur -x *sim., e. g. p. 2050, 26. 70; plur. non legitur nisi l. 57. p. 2050, 1. 66, praedicatur enim esse* unicus *p. 2050, 5 sq. 26. al.,* unus *p. 2050, 14. 33 et e. g.* BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 6 p. 219, 15 sq. -x de pluribus -bus praedicaretur, si plures essent, quam nunc, quando unus esse perhibetur; *alia epitheta e. g.* longaevus CLAVD. carm. min. 31, 15, vivax OV. am. 2, 6, 54 STAT. silv. 3, 2, 114.

1 *de ipsa ave*: **a** *respectu vario*: OV. am. 2, 6, 54 *in nemore Elysio* late pascuntur olores et vivax -x, unica semper avis. MELA 3, 83 de volucribus *in confinio Arabiae et Africae viventibus* praecipue referenda -x, semper unica *eqs.* LVCAN. 6, 680 *in ritu magico non defuit* cinis Eoa positi -is in ara (*cf.* PLIN. nat. 29, 29 proditis etiam ex cinere -is nidoque medicinis, ceu vero id certum esset atque non fabulosum). PLIN. nat. 7, 153 *Hesiodus* cornici novem nostras attribuit aetates, quadruplum eius cervis ..., et reliqua fabulosius in -e ac nymphis (*sec. frg. 304, 3 sq., quod vertitur* AVSON. 14, 22 [365 S.], 6. EPIGR. Bob. 62, 4 sq.). 10, 3 Aethiopes atque Indi ... inenarrabiles ferunt aves et ante omnes nobilem Arabiae -em, haud scio an fabulose, unum in toto orbe nec visum magno opere; aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla *eqs.* (*item describitur aspectus*: 11, 121 -i plumarum serie e medio eo *apice capitis* exeunte alia. GREG. TVR. stell. 12 [*e* LACT. Phoen.]. *al.*). 10, 5 *aetate imp. Tiberii* -em devolavisse in Aegyptum (*in eadem re*: TAC. ann. 6, 28, 1 post longum saeculorum ambitum avis -x in Aegyptum venit *eqs.* 6, 28, 4 nonnulli falsum hunc -em neque Arabum e terris credidere. AVR. VICT. Caes. 4, 14. *al.*). *ibid.* allatus est et in urbem ... et in comitio propositus ..., sed quem falsum esse nemo dubitaret (*v. Leitner, Zool. Terminol., 1972, 198*). 12, 85 cinnamomum ... fabulose narravit antiquitas ... avium nidis et privatim -is ... decuti (*odores memorantur e. g. l. 34. 55*). STAT. silv. 3, 2, 114 noscat *Celer orientem peragrans* ..., quae sibi praesternat vivax altaria -x (*sc. ut comburatur; cf. e. g. l. 7. p. 2051, 7*). CLEM. ad Cor. 25, 2 avis ..., quae vocatur -x, et est unica, haec vivit annis quingentis *eqs.* (*cf. e. g. l. 11. 48*). *al.* *in titulo operis scripti eiusve partis*: LAEV. carm. frg. 22 tit. -x (*affertur a* CHAR. gramm. p. 376, 1 in pterygio -is Laevii novissimae odes Erotopaegnion, *ceterum v. Morel ad l.; item de carmine*: LACT. Phoen. tit. de ave -e [*v. app. crit.*]. CLAVD. carm. min. 27 tit. -x [de -e *var. l.*]. SYMPH. 31 tit. -x). PLIN. nat. 1, 10, 2 de ... -e. PHYSIOL. capp. 9. **b** *cum respectu reviviscendi*: OV. met. 15, 393 una est, quae reparet seque ipsa reseminet, ales; Assyrii -a vocant *eqs.* 15, 402 *-x se super struem* imponit finitque in odoribus aevum; inde ferunt totidem qui vivere debeat annos (*sc. saecula quinque*), corpore de patrio parvum -a renasci. PLIN. nat. 13, 42 *syagrum palmam* cum -e ave, quae putatur ex huius palmae argumento nomen accepisse, intermori ac renasci ex se ipsa. TERT. resurr. 13, 2 alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum, ... qui semetipsum ... funerans renovat ..., iterum -x, ubi nemo iam ..., alius idem (*inde* Ps. AMBR. trin. 34 p. 545ᴬ. *cf.* ZENO 1, 2, 21 exsultat in tumulo ..., non imago, sed -x, non alia, sed ... prior ipsa). LACT. Phoen. 31 hoc nemus ... avis incolit unica -x, unica, sed vivit morte refecta sua. 106 -x ruptis pullulat exuviis (*item reformatur e verme* [*v. e. g. iam Plin. nat. 10, 4*]: PHYSIOL. rec. B 9, 11. DIDASC. apost. 40, 32 vermis ... fit iterum -x perfectus). *al.*

2 -x *comparatur vel exemplar ponitur (transfertur p. 2051, 3) ad illustrandas*: **a** *condiciones varias:* *raritatem, singularitatem*: SEN. epist. 42, 1 *vir vere bonus* fortasse tamquam -x semel anno quingentesimo nascitur. MART. 5, 37, 13 cui *puellae* conparatus indecens erat pavo ... et frequens -x. *opulentiam, felicitatem* (*spiritalem* AMBR.): CIL IV 9850 (*ad ingressum cauponae infra imaginem -is in loco amoeno degentis*) -x felix et tu (*sc. hospes, si intraveris? cf. Tammisto, Arctos 20, 1986, 174 sqq.*). STAT. silv. 2, 4, 37 nec ... scandet odoratos -x felicior ignes *quam psittacus mortuus cum omni luxu condendus.* AMBR. hex. 5, 23, 80 *apostolus Paulus* intravit ... thecam suam quasi bonus -x, quam ... replevit odore martyrii (*79 sq.* facit sibi *-x* thecam de ... odoribus ...; [*80*] theca ... tua est fides: imple eam ... virtutum ... odoribus). *longaevitatem*: FELIX anth. 254, 31 -is transcendere ... annos. LVX. anth. 343, 2 cum sis -is grandior a senio.

b *resurrectionem animantium, vitam aeternam*: **α** *apud paganos*: CE 1318, 5 ad Manes ⌞-x⌟ me *mortuum* serbat in ara, qui mecum properat se reparare sibi (⌞ ⌟ *fortasse in lapide figuratus*). ANTH. 389, 31 hinc, *sc. solis lumine,* cuncta resurgunt; namque docet -x ustis reparata favillis omnia Phoebeo vivescere corpora tactu. *al.* **β** *apud Christianos*: TERT. resurr. 13, 3 sq. (*inde* Ps. AMBR. trin. 34 p. 545ᴬ) deus ... 'et florebis enim', inquit, 'velut -x', id est de morte ...; (4) multis passeribus antistare nos dominus pronuntiavit: si non et -bus, nihil magnum (*Tert. ad propositum suum accommodavisse videtur Vet. Lat. psalm. 91, 13* [*cod. 300. al. = Vulg.*] iustus ut palma florebit [*gr. φοῖνιξ*]). ZENO 1, 2, 20 -x, avis illa pretiosa, resurrectionis evidenter nos edocet iura. PHYSIOL. rec. B 9, 1 est ... volatile, quod dicitur -x; huius figuram gerit ... Christus. DIDASC. apost. 40, 20 per mutum animal, id est per -em, quod unicum est, manifest[a]e nobis de resurrectione ostensionem deus fecit. AVG. anim. 4, 20, 33 p. 411, 6 quod ... de -e loqueris, ... *huc* non pertinet; resurrectionem quippe illa significat corporum ..., si tamen, ut creditur, de sua morte renascitur. COMM. apol. 139 sicut avis -x meditatur a morte renasci *eqs.* PASS. Caecil.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

24 iussit, ut in sarcofago eius *martyris* sculperetur -x, ad indicium fidei eius, quia resurrectionem se inventurum ad -is exemplum suscepit. *al.* *transfertur ad Christum* (*cf. p. 2050, 70*): Ps. Avg. serm. ed. Mai 37, 1 post ... mortem et inferos surrexit de suo funere caro nova recidiva -is, quam ultimus sol et cinnamae coxerant pietatis *eqs.* (*sim.* 93, 1).

c *restitutionem rerum* (*cf. Mart. 5, 7, 1 sqq. -e non nominato*): CE 1911, 1 (*saec. IV²*) ⟨post fla⟩mmas cinere⟨squ⟩e suos nova surgere -x ⟨scit: nu⟩nc ut ... r⟨e⟩novetur fabrica ..., *patrone, tu* facis (*item in aedificiis restaurandis*: Ven. Fort. carm. 1, 15, 52 sic solet et -x se renovare). Drac. Romul. 5, 116 *Carthago* recidiva viget post busta resurgens -is in morem. Coripp. Iust. 1, 349 ales ut ... cum -x innovat artus a busto recidiva suo, concentus ... avium spectat ... solis ... volucrem ..., sic decus imperii ... exortum est de fine suo *eqs.* (*respicitur Iustinus succedens Iustiniano*).

cf. Onom. *Breimeier.*

2. ⁸**phoenix,** -īcis *f., φοῖνιξ* (*sc. gens*). *scribitur in codd. vet.* phen- Vet. Lat. deut. 34, 3 (cod. 100; phoen- *ibid.* iud. 1, 16), fin- Oribas. syn. 3, 5, 3 Aa p. 850, 14 (*al. in eodem cod.,* fyn- eup. 2, 1 *Φ* 3 Aa p. 471). *formae gr.: acc. sing.* -a Plin. nat. 2, 120, *gen. sing.* -os Oribas. eup. 2, 1 Aa *Φ* 3 p. 471 (*nom. sing.* -os La *ibid.*), *gen. plur.* -on *l. 30; heteroclit. abl. sing.* -a Diosc.

i. q. φοῖνιξ (*quod in gr. respondet; hic collegimus appellationes rerum, ad Onom. relegavimus, quae spectant ad incolas Phoenices*): **1** *respicitur palma:* *-x est ipsa arbor eiusve partes* (*ramus* Plin., *fructus l. 30 sq.*): Plin. nat. 29, 56 *fit medicamentum* avium adipe curato ... additis ... xylobalsamo, -e (*cf. Diosc. gr. 2, 76, 13 φοίνικος ἐλάτης*). Vet. Lat. deut. 34, 3 (cod. 100) Iericho, civitatem -um ([*Vulg.* palmarum, *ut locis seq.*]. iud. 1, 16 [cod. 100; *cf.* Cypr. Gall. iud. 37 -um ... moenia]. II par. 28, 15 [cod. 109]). Lact. Phoen. 70 palmam, quae Graium -x ex ave nomen habet (*cf.* Isid. orig. 17, 7, 1 hanc *palmam* Graeci -em dicunt, quod diu duret, ex nomine avis). Cass. Fel. p. 125, 18 epithima ... dia -on appellatum ...; recipit ... palmularum ... carnium *eqs.* (Oribas. syn. 3, 65 tit. Aa p. 864. *al.*). Oribas. syn. 3, 5, 3 Aa p. 850, 14. *nomen est collyrii fructus ossa continentis* (*cf. Aet. 7, 114 p. 380, 11*): Inscr. Année Épigr. 1956 n. 146. **2** *nomen venti:* Plin. nat. 2, 120 *subtilior ratio interiecit* -a media regione inter ortum brumalem et meridiem. Serv. auct. georg. 4, 298 Eurus, -x, Notus. **3** *nomen herbae, i. q. phoenicea, v. p. 2048, 54:* Plac. med. 4, 1 rec. *β* caprae sanguis cum murina -e mixtus. Diosc. 4, 40 p. 25, 14 de -a: -x aut rum aut anquinopa dicunt (*gr. 4, 43*).

?**phoenixis,** *acc.* -in *f., φοίνιξις* (*nisi cogites de inf. pro subst. φοινίσσειν, cum ubique trad.* finiss- *sim.*). *i. q. rubor curatione effectus:* Oribas. syn. 1, 34, 1 add. Aa p. 88, 28 quae rovorem (*i.* rub-, *sim. infra*) corpori cum calefactione[m] inducunt, quod Greci -in[t] adpellant. 1, 35 tit. Aa p. 89, 8 de -in, id est qui roborem corporis facit (*gr. ὅσα φοινίσσει, La aliter*). 1, 35, 1 La p. 89, 9 nasturcii semen roborem inducit ..., quod Greci synissi appellant (*gr. φοινίσσει*). eup. 2, 1 *K* 20 La p. 449 quaecumque ... opus habent -in (*gr. φοινίξεως*). *Schröder.*

phōlarchus, -ī *m., φώλαρχος.* *significari vid. praepositus societatis, collegii cuiusdam incerti* (*non nisi Veliae; de exemplis gr. et notione cf. Leiwo, Arctos 16, 1982, 45 sqq.*): Inscr. Parola del Passato 25, 1970, 244 n. 5 aed(ili) IIIIV(iro) ⟨i(ure)⟩ d(icundo) pholarc⟨ho⟩ (p holarc *cod., lapis periit*). *ibid.* p. 264 n. 9 ⟨ph⟩olarcho.

?**phōnascia** *f., φωνασκία.* *i. q. exercitatio vocis:* Varro Men. 348 (*vers.*) -a sum, vocis suscitabulum cantantiumque gallus gallinacius (*litt. gr. Bücheler,* fonicia *trad.,* phonascus *Iunius*).

?**phōnascicus,** -a, -um, *φωνασκικός.* *i. q. ad phonasciam pertinens:* Fvlg. myth. 3, 10 p. 79, 1 apotelesmatica, *pars artis musicae,* ⌞-a⌟ omnia praebet et modulis ... latentibus voluptatum reddit effectus (⌞ ⌟ *Plasberg ex* fontastica, *nisi tuearis var. l.* fantastica). *fort. huc pertinet* (*nisi* Fvlg. *hinc corrigas*): Diom. gramm. I 498, 27 *versus φωναστικοί, i. vocales* (fonastici *sim. codd. [pro* -asc-*?]; explicatur 499, 30 sq.* qui alte producta elocutione ... universam dictionem inlustrant).

phōnascus, -ī *m., φωνασκός.* phon- *scribitur cum apice l. 73, corripitur l. 64. p. 2052, 1.* [*e coni. dub. l. 54; loco obscuro* Anth. 739, 20 conficiatur unde -s, quo ... carmina fingam (*fort. medii aevi*).] *i. qui vocem exercet vel cultiorem, firmiorem reddit sim.* (*sc. tam suam quam alienam vel ad declamandum vel ad cantandum; ad rem v. Schmidt, RE XX 1, 522 sqq.*): Qvint. inst. 2, 8, 15 *satis non est* -o acutis tantum aut mediis aut gravibus sonis ... excellere. 11, 3, 19 *ad bona vocis augenda* cura non eadem oratoribus quae -is convenit, tamen multa sunt utrisque communia, firmitas corporis *eqs.* (*sim.* 11, 3, 22). Tac. ann. 14, 15, 4 *Nero* temptans citharam ... adsistentibus -is ([facies *cod.*]. *adiuvatur idem:* Svet. Nero 25, 3 astante -o, qui moneret, parceret arteriis. *cf.* Aug. 84, 2 *Augustus* dabat ... assidue -o operam). CIL XIV 2300 Claudius ... Macedó phónascus. Sidon. epist. 1, 2, 9 *in convivio non* sub -o vocalium concentus meditatum acroama ... intonat (*sim. -us coetum cantantium regit*: 4, 11, 6 vers. 13 psalmorum hic *antistes* modulator et -us ... instructas docuit sonare classes).

?**phōnasticus** *v. p. 2051, 55 sqq.*

[phōnēmata *neutr. plur. edebatur olim* Fronto p. 148, 14.**]**

phonos, *dat.* -ō *m., φόνος.* *significatur herba atractylis* (*sc. 'Carthamus lanatus' L.*): Plin. nat. 21, 95 (*inde* 1, 21, 56) *atractylis sanguineum sucum fundit,* qua de causa -os vocatur a quibusdam (*Theophr. hist. plant. 6, 4, 6 φόνον*). 27, 73 ⌞drabe -o⌟ similis herba est (draeffono *vel* draphono *codd.*).

[phorcus *edebatur olim pro* porcus Plin. nat. 32, 150.**]**

phoricus, -a, -um, *φορικός.* *i. q. vectigalis, tributarius sim.:* Inscr. Année Épigr. 1968 n. 483 (*Ephesi, saec. I in.*) *titulum* consuli ... publicani e⟨x pecunia⟩ -a d(e)d(icaverunt).

phorimos, -on, *φόριμος.* *non nisi neutr. pro subst., sc. nomen generis aluminis:* Plin. nat. 35, 184 *alumen liquidum* hoc ⌞-on⌟ vocant (⌞ ⌟ *edd. coll. Galen. XII 917 φόριμον,* forimon *cod. unus,* port(h)mon *sim. ceteri; opp.* paraphoron).

phormio *v. sub* formio; *adde:* Don. Ter. Phorm. 26, 2 si a -e *nomen Phormionis est,* corripere debemus (*inde lacunose* Schol. Bemb.).

cf. Onom.

phormon *v. sub* formon *vol. VI 1, 1110, 26 sq.*

phōs *n., φῶς.* *scribitur tam* pho- *quam* fo-, *ceterum* -oo- *l. 25. 28, litt. gr. hic illic apud* Isid. [*vix recte trad.* Isid. orig. 3, 21, 6 *φῶς* graece vox ... appellatur (fos, fyx *var. ll.*; *φωνή Arévalo*).]

1 *i. q. lux* (*cf.* Isid. orig. 15, 2, 37 *φῶς* lux est [*item* 20, 10, 10, *ubi* fos *trad.*]. 15, 7, 6 lux ... graece *φῶς* dicitur [*sim. ibid. iterum*]. Gloss. III 409, 70 lux: phoos): *nomen Aeonis haereticorum:* Iren. 1, 9, 3 l. 70 unus et idem ostenditur Logos ... et Phos ... et Christus (fos *fere trad.; gr. Φωτός*). *nomen collyriorum:* Inscr. ocul. (CIL XIII 10021) 153c ⟨Nigrin⟩i foos ad lippitudin(em) ex ovo. 210b phos. 211a collyrium fos post impet(um). Gall. Wuilleumier 559c phos ad cl(aritatem) m(ixtum). Année Épigr. 1974 n. 425 (*in Aquitania*) Genetivi fos. **2** *i. q. ignis sim.:* Isid. orig. 16, 1, 2 *φῶς* ignis est (17, 10, 18 [fos *trad., ut* 19, 6, 6]. 20, 10, 1). 17, 9, 107 *φῶς* ... flamma est (fos *trad.*).

[phōsphoreus *var. l. falsa pro* bos- Prvd. cath. 5, 147.**]**

⁸**phōsphoros** (-us), -ī *m., φωσφόρος.* *de origine:* Isid. orig. 15, 2, 37 *φῶς* lux est, *ὄρος* visio dicitur; unde et Lucifer Graece *-oς* appellatur (*veriloquium simul est vocis* pharus, *ut loco sim.* 20, 10, 10 [fosforos, -us *var. ll.*]). *de scriptura: litt. gr. codd.* Isid. *supra, edd.* Cic. *l. 49.* *scribitur in inscr.* posph- *l. 67 sq.; ut non* f, *sed* ph *ponatur, postulat* Ter. Mavr. 847, *sed* fosf- *occurrit saepe in codd. et in gloss., e. g.* Gloss.ᴸ V Abba fo 17. *praevalent formae gr.* -os, -on. Gloss. -us: lucem ferens. lucem portans. lux lucis. *al.; cf. per confusionem* Gloss. bosphorus (*v. l. 44*): stella matutina, lucifer vel transitus maris in Asia. *al.* [*var. it. mer. cf. M.-L. 6470 et Faré, Postille. St.*] *legitur inde a* Cic., Germ., Sen. *trag.* [*confunditur in codd. c.* bosphoros *sim.* Cic. nat. deor. 2, 53 Sen. Herc. f. 128 Schol. Germ. Bas. p. 103, 8 sq. *al.* (*cf. l. 41; e coni. falsa* Ennod. dict. 9, 2 p. 451, 2).]

i. q. lucifer: **1** *de stella Veneris* (*saepius est pro persona sub b; usu praedic. l. 58; ad rem cf. Gundel, RE XX 652 sqq.*): **a** *de eius nomine, positione sim.:* Cic. nat. deor. 2, 53 stella Veneris, quae *-oς* (-os *codd.*) graece, Lucifer latine dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem *Ἕσπερος* (*cf.* Schol. Germ. Bas. p. 103, 9 quem Hesperum et -um esse dicunt [*sim.* p. 103, 12]). Apvl. mund. 2 p. 293 *stellarum errantium* quintus -us, Iunonia, immo Veneris stella censetur (*gr. p. 392a27 Φωσφόρον*). Cens. 13, 3 *a Mercuri stella* ad -on, quae est Veneris stella, fere tantundem *spatii est.* Schol. Germ. Bas. p. 103, 8 *ex planetis est* quartum sidus Veneris, -os, colore aureo, maior omnibus sideribus. Firm. math. 2, 2, 2 quae a nobis Venus, ab illis *Aegyptiis* -os vocatur. *al.* **b** *-os agit in fine noctis vel ortu diei:* Germ. frg. 4, 73 ⌞-os⌟ haec tibi signa dabit (⌞ ⌟ hesperos *trad.; syn. 4, 74* ingrediens Venus alma polum, *opp. ibid.* Hesperos). Sen. Herc. f. 128 cogit ... -os agmen *siderum.* Stat. silv. 2, 6, 79 -os ... sternebat equum (*cf.* Mart. Cap. 2, 113 an ... sonipes ... -i comeretur). Mart. 8, 21, 1 sq. -e, redde diem ...; Caesare venturo, -e, redde diem. Pavl. Nol. carm. 19, 223 in matutino laetum iubar exserit ortu -us. Mart. Cap. 2, 116 (vers.) Dione ... aurato ... cum fit -os astro. 9, 902 (vers.) *puellam* nuptam videbis, -e (*opp.* Hesperus).

2 *de deo Azizo* (*fort. eodem ac stella Veneris; scribitur passim* posph-): CIL III 1130. 1132 (*saec. II²*) bono deo puero -o. 1133 deo bono puero -o ⌞Apollini Pythio⌟ (⌞ ⌟ *item* 1138). 1135 sq.

?**3** *de sole* (*cf. l. 68*): Hymn. Walpole 44, 9 currus iam poscit -us radiis rotisque flammeis, quod caeli scandens verticem *eqs.* (*15* typus ... Christi Lucifer. *v. Walpole ad l.*).

cf. Onom.

phōtisma, *n., φώτισμα.* Didasc. apost. 62, 30 (*agitur de baptismo*) post inluminationem, quod dicit Graecus fotisma.

?**phōxās,** *acc.* -anta, *sec. part. gr. φώξας, i. torrens, restituere vult Bulhart* *[Breimeier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in schedis: ORIBAS. syn. 4, 36, 3 La p. 40 papaveris semen ... -a (foxasita *cod.; Aa p. 2, 28* lebiter friscum). 7, 7, 6 La p. 138 stafidagria foxas (stafidagrias coxas *cod.; Aa* in frixoria siccas). *cf.* pephosmenos *p. 1125, 61 sqq.*

phragma, (-tis) *n. vel* **phragma,** -ae *f., φράγμα. scribitur in codd.* fr-. *i. q. praeclusio sim. intestinorum* (*cf.* emphragma, phragmos): CHIRON 326 de -a (capp. 297 de -am [-a *cod. Basil.*]). *ibid.* si quod iumentum -am (-a *cod. Basil.*) habuerit *eqs.* (*inde* VEG. mulom. 2, 94 ⌞si -a inciderit⌟ iumentum [⌞ ⌟ si fragmaticum erit, fragmaticum *var. ll.*]).

deriv.: phragmaticus.

phragmaticus, -a, -um. *a* phragma. *i. q. phragmate affectus* (*pro subst. masc., adi. in var. l. supra l. 8*): VEG. mulom. 2, 94 tit. de fragmatico.

phragmītēs, -tis *vel* -tū *m., φραγμίτης. scribitur* fra- *ubique praeter* PLIN., -acm- *hic illic in codd. rec. de formis: gen.* -is PLIN., -u (*sc.* -*ov*) ORIBAS. *saepius, raro etiam* -i, -es, -us. GLOSS. III 580, 52 calamus i. -es.

significatur genus calami (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 45 et 198*): **1** *sine subst. iuxta posito*: PLIN. nat. 32, 141 calami ... dici debent; -is radix recens tusa luxatis medetur. **2** *iuxta ponitur* calamus (*gr. ubique resp. gen. καλάμου φραγμίτου*): ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 9 Aa p. 447 calamu -u; calamus -u radix proicientem participat virtutem *eqs.* (syn. 2, 34 Aa p. 109, 19 calami -i radices [-u La]. *cf. sub 1*). syn. 2, 5 Aa p. 96, 3 *calefacit* calamu -u cortex usta ([-us La]. 2, 16 Aa p. 102, 10 *desiccat* calami -i c. u. [-u La]. 2, 22 Aa p. 104, 18 *extenuat umores* calamus -es c. u. [-u La]. 2, 50 Aa p. 116, 14 calamu -u [-us La]). 2, 7 Aa p. 97, 3 *refrigerant* calamus -u folia.

phragmos, *acc.* -on, *m., φραγμός.* **1** *i. q. saepes, macelia*: MAR. VICTORIN. in Eph. 2, 20 l. 21 ubi separatio est animis, ibi (ut *cod.*) mundus -*ὸς* dicitur, id est maceria (*cf. Vet. Lat. Eph. 2, 14* [*Ambrosiast. al.*] medium parietem maceriae [*gr. φραγμοῦ*]). HIER. in Is. 16, 58, 12 l. 34 quas sepes atque macerias – hoc enim graecus sermo significat -*ούς* – agro et vineis circumdari scriptura commemorat: '...' (*LXX Is. 58, 12 φραγμῶν*). **2** *i. q. obstructio ventris sim.* (*cf.* phragma): CAEL. AVR. acut. 3, 17, 138 quosdam Pythagoricos ... medicantes graeco nomine -on vocare *tormentum,* siquidem obtrusis naturalibus ventris officiis fieri videatur.

phrasis, *acc.* -in, *abl.* -i *f., φράσις. scribitur saepius* fra-, *etiam in cod. vet.* HIER. vir. ill. 25, *litt. gr. l. 44. 50. 51. de notione* (*cf. l. 44. 48. 53*): GLOSS. -in: eloquentia. [*vix recte trad.* GLOSS. V 360, 57 -is: interpretatio (*item* GLOSS.^{L} Corp. F 335. *fort.* ⟨meta⟩phrasis, *cf.* M *124*).]

fere i. q. locutio, elocutio, stilus sim.: SEN. contr. 3 praef. 7 *habebat orator* -in non vulgarem nec sordidam, sed electam, genus dicendi ... concitatum. 7 praef. 2 *erat in oratore* non hexis magna, sed -is; dicebat enim citato et effuso cursu, sed praeparatus (7, 4, 10 cum m. -i [quasi *trad.*] flueret *orator* et concitata [*cf. antea*: compositio belle sonantis sententiae]). QVINT. inst. 8, 1, 1 quam Graeci -*ιν* vocant, Latine dicimus elocutionem; ea spectatur verbis aut singulis aut coniunctis *eqs.* 10, 1, 42 *in legendo* non, quidquid ad aliquam partem scientiae pertinet, protinus ad faciendam etiam -in ... accommodatum *est* (10, 1, 87 Macer et Lucretius legendi quidem *sunt,* sed non ut -in, id est corpus eloquentiae, faciant). HIER. praef. Vulg. reg. p. 9, 3 Macchabeorum primum librum hebraicum repperi, secundus graecus est, quod et ex ipsa -i probari potest (-*ι(ν) sim. var. ll.; cf. l. 52*). vir. ill. 25 *commentarii* cum ... voluminum *aliorum* elegantia et -*ει* non videntur congruere (-i(n) *var. ll.; potius verborum argumenta intelleguntur* GLOSS. V 359, 65 -i: sensu [GLOSS.^{L} Corp. F 311 Leid. Hessels 30, 30]). *significatur enuntiatum*: PORPH. Hor. carm. 4, 11, 29 difficilis [dictio] -is; monet autem: disparem *eqs.* (*sim.* carm. saec. 17 implicata -is, quae sic ordinanda est: diva *eqs.* [epod. 1, 1]). *Breimeier.*

phrātria (phēt-), -ae *f., φ(ϱ)ατρία, φ(ϱ)ητρία. de origine v. sub 1a. scribitur* phrat- (*l. 69*) *et fort.* phet- (*l. 71, cf.* phetrium) *in inscr., in codd. (medii aevi) et* GLOSS. *dat. plur.* -ris *l. 71.*

fere i. q. sodalitas, societas, tribus sim. (*conciliabulum eius l. 67*): **1** *in bonam vel neutram partem*: **a** *in explicatione vocis*: VARRO ling. 5, 85 sunt qui *fratres arvales appellatos* a -a dixerunt; -a est graecum vocabulum partis hominum, ut ⟨Ne⟩apoli etiam nunc. SERV. Aen. 7, 286 (*respic. Argos Dipsium*) apud quos erat magna societas inter eos, qui uno puteo utebantur, unde et -as dixerunt *ἀπὸ τοῦ φρέατος,* quas tribus vocamus. **b** *in inscr. Neapolitanis (cf. l. 63 et v. Latte, RE XX 753, 39 sqq. et Leiwo, Neapolitana, 1994, 150 sqq.): de conciliabulo, schola collegii* (*cf.* phetrium *et IG XIV 748 A 7*): INSCR. Année Épigr. 1913 n. 134 l. 61 (*a. 194*) oportet ... vos ... ante oculos habere -am et cultum eius et lautitiam (*inde gr. l. 42 φρητρίαν*). *de collegio ipso*: CIL X 1491, 9 (*lapis periit*) qui ob promiss(am) venat(ionem) *circensem* ⌞phetris⌟ divisit quina mil(ia) num(mum) (phretis *vel* phretris *var. ll.*).

2 *in malam partem de societate coniuratorum*: CONC.^{S} II 2, 2 p. 91, 4 sq. de conspiratione clericorum, quod Graeci -as dicunt: ... ⌞conspirationum crimen, quod apud Graecos dicitur -as⌟ (*gr. II 1, 2 p. 161, 25 φρατρίας ἔγκλημα. inde ortum videtur* GLOSS. IV 80, 38 -as coniuratio graecum est [*item* GLOSS.^{L} I Ansil. FR 72]). p. 91, 8 monachi ... coniurantes aut ⌞-as vel factiones aliquas conponentes⌟ suis episcopis (*gr. II 1, 2 p. 161, 27 φρατριάζοντες ἢ κατασκευὰς τυρεύοντες*).

[phrātrium *v.* phetrium.] *Spoth.*

[in **phraxis** *olim edebatur pro* infraxis (*i.* em-) CASSIOD. hist. 7, 6, 3.]

phrenes, *acc. gr.* -as *f., φρένες. scribitur tam* phr- *quam* fr-, phran- *cod. M* PLIN.; *ed. litt. gr.* PLIN., ISID. [*medii aevi esse vid. locus a Fischer, Rhein. Mus. 139, 1995, 345 allatus, ubi legitur sing.* fren.] *i. q.* praecordia (*cf. vol. X 2, 511, 39 sqq.*): PLIN. nat. 11, 197 quam *membranam* p. appellant ..., quod Graeci appellaverunt -*ας*. VINDIC. epit. alt. 21 p., quas Greci -as vel diafragma vocant (gyn. rec. G p. 438 frena[n]s). *i. q. mens*: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 4 -as ... Graeci mentes vocaverunt (*fere item* diaet. pass. 18, *v. l. 51.* ISID. orig. 4, 6, 3 mentem). *nomen membranularum cerebri*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 4 p. 362^{D} *v. p. 2055, 33* (*gr. φρένες*).

deriv.: ?phrenosus.

⊠phrenēsis, -is *f., φρένησις* (*in gr. legi non videtur, sed v. l. 35; respondet φρενῖτις, quod infra non notamus, vel subest φρενιτικός*). *scribitur* fr- *in codd. vet.* PRVD. ham. 125. *al.* (*cf.* GLOSS. III 601, 7 *in cap.* 'de F'). *litt. gr.* CELS. 3, 18, 1 (*e var. l.* 2, 1, 15). NOT. Tir. 111, 49 (*restit. Kopp*). *de formis: sing. acc.* -in CELS. 2, 1, 15 (-im *var. l. ut* SEN. dial. 3, 13, 3. *al.*). MART. 4, 80, 1 (*e var. l.* RVFIN. Clement. 2, 64, 3. *al.*), -em PETR. CHRYS. serm. 18, 7 (-im, -in *var. ll.*). SERM. Migne suppl. 4, 1913 (*e var. l.* STAT. eccl. ant. p. 170, 56), *ceterum* -im *inde a saec. IV*^{2}*; plur. deest.* -ne- *corripitur* SER. med. 87 PRVD. ham. 125. *legitur in poesi locis modo laudatis et* MART. 4, 80, 1 IVV. 14, 136, *in oratione soluta apud* CELS., SEN. *philos.,* PLIN. nat. *et inde a saec. IV.* [*confunditur in codd. maxime cum* phreneticus PETR. CHRYS. serm. 38, 3. *al.,* phreneticius ALEX. TRALL. 1, 54 (*bis*). 1, 55 tit., phrenitis (*sc.* -net-) ALEX. TRALL. 1, 52. *al.*]

significatur genus insaniae, furoris sim. (*de gr. v. l. 19*): **1** *proprie, sc. de morbo cerebri, mentis acuto* (*diuturno l. 49. cf. etiam p. 2056, 24*): **a** *definitur vox vel describitur morbus sim.*: CELS. 2, 1, 15 insania febricitantium, quam -in appellant ([-*νεσιν,* -im *var. ll.*]. *cf.* 3, 18, 1 *insaniae prima pars* et acuta et in febre est; -*ιν* Graeci appellant [-*νε- var. l.*]). 3, 18, 3 *interdum febricitantes desipiunt*; -is vero tum demum est, cum continua dementia esse incipit *eqs.* (*postea de generibus eius ut* ALEX. TRALL. 1, 53). SER. med. 87 ex vitio cerebri -is furiosa movetur amissasque refert frendens amentia vires, sive calens febris ... exedit artus, sive meri gustus seu frigoris efficit aura (*sim. fit ebrietate e. g.*: AMBR. Hel. 16, 59 hinc -is periculosa. VINDIC. epist. ad Valent. 5 quaedam -is pulsu cerebrum inquietat). CHALC. comm. 231 -is, oblivio ..., furor ... ex arce capitis trahunt initia ..., quod organum ... officium suum ... implere non possit (*cf.* RVFIN. Clement. 2, 64, 3 qui -im patiuntur ..., pro eo quod nimietate frigoris vel caloris anima ipsorum ... errorem patitur ministerii naturalis). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* ars 454 *fanatici* offensam deorum incurrentes ... -im paciuntur. CAEL. AVR. diaet. pass. 17 -is celer ... est, insania autem tarda *eqs.* (*item inter passiones acutas*: PS. SORAN. quaest. med. 85. ALEX. TRALL. 1, 52 [frenetis *cod. Andecav.*]. ISID. orig. 4, 6, 1. *aliter*: ALEX. TRALL. 1, 56 tit. diuturna [*gr. I p. 513 φρενιτικῶν*]). 18 unde -is dicta est? ab inpedimento mentis; Graeci enim mentes frenas vocant (*fere item* ISID. orig. 4, 6, 3). CASS. FEL. 62 p. 154, 2 est ... -is (freneticis *var. l.*) immutatio mentis cum febre ...; et efficitur maxime ex nimia adustione ... aut ex vinolentia (*de calore cf. e. g. l. 44*). PS. SORAN. quaest. med. 200 quid est -is? alienatio mentis cum acuta febre *eqs.* (*ibid. bis.* GLOSS. III 601, 7. *aliter*: ALEX. TRALL. 1, 52 multum ... differunt inter se -is et a.). ALEX. TRALL. 1, 53 (*disting.* parafrenesis, *v. p. 313, 36*). *al.* *in iunctura* vera -is (*opp.* nothus *l. 63*): ALEX. TRALL. 1, 52 dicamus ..., quae est v. -is et quae causa ipsius vel quomodo cognosci oportet *eqs.* 1, 54 v. -im habere (-titiam *codd. Andecav., Paris.,* v. -im incurrunt *Oxon.*). *ibid.* si mixta fuerit colera rubea flegmati, vocatur *passio* -is (-etis *cod. Paris. ante corr.*) ..., sed non est v. -is (1, 57 si non v. -im esse cognoveris [-etem *cod. Paris.*]. *cf.* 1, 55 tit. *cod. Oxon.* signa nothe -is [-tice *ed.,* -titie *cod. Andecav.*]). 1, 57 (*gr. I p. 515 τῶν κυρίως φρενιτικῶν*). **b** *exempla quaelibet*: SEN. dial. 3, 13, 3 *inepto* modo dic et -in atque insaniam viribus necessariam, quia saepe validiores furor reddit. PLIN. nat. 24, 63 instillatur ... *semen viticis* decoctum capiti in lethargia et -i (freni *vel* phreni *codd. plerique*). SER. med. capp. 7 -i et capiti purgando. AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 19 sicut ... pater in -i constituti filii, cum ab eo maledicatur, verberetur *eqs.* (*in simili comparatione* ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 3 p. 483 erga filium -i comprehensum). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 23 si omnes diversis linguis loquantur, tumultus fit ... populi quasi -im patientis (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 17, 15 l. 28 *Iesum* medicum ... tamquam in -i mente perdita occidere volentibus [gen. ad litt. 12, 17 p. 404, 1 t. in -i ista dicebat; et forte revera phreneticus erat. serm. 87, 14 *Iudaei* multi ..., sedato furore, t. -i oppressa, ... cognoverunt Christum]).

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

STAT. eccl. ant. p. 170, 56 in -im versus (frenes, infermis *al. var. ll.*). *al.*

2 *translate, sc. de opinionibus, actionibus vecordibus, pravis, perversis sim.* (*in serm. christ. praeter* MART., IVV.; *respiciuntur doctrinae haereticorum l. 8. 20, saepius eorum, qui infestant Christum vel Christianos; cf. comparationes p. 2054, 72 sqq.*): **a** *exempla quaelibet*: MART. 4, 80, 1 declamas in febre ...; hanc esse -in si nescis, non es sanus. IVV. 14, 136 cum furor haut dubius, cum sit manifesta -is, ut locuples moriaris, egentis vivere fato (PRVD. ham. 125 ⌞haec⌟ *Marcion,* attoniti -is m. cerebri *est* [*sc. v. 111 sqq.*]). PAVL. NOL. epist. 32, 25 p. 300, 10 et iracundiae -im et luxuriae paralysim (*item c. gen. explicat.*: PETR. CHRYS. serm. 38, 3 peccatorum morbus, vitiorum, sceleris, impietatis -is [41, 2]. *al.*). QVODV. symb. 2, 5, 13 *Christus* vos videbat -i laborare (2, 5, 16 *Saulus* -i laborabat. PETR. CHRYS. serm. 38, 5 gravissima -i. *al.*). PETR. CHRYS. serm. 38, 5 quae maior -is, quae gravior vis furoris, quae ⌞par dementia⌟ (pars dementiae *var. l.*) *est* sancti hominis percutere maxillam *eqs.? al.* **b** *iungitur c. praepos.*: AVG. serm. 87, 15 *Saulus Christianos* persequebatur graviter in -i, mente perdita, morbo nimio (*c. abl. ut*: PETR. CHRYS. serm. 139, 4 est in -i [*v. app. crit.*] proximo proximus cum delinquit. *al., cf. p. 2054, 66. 68. 73 sq.; c. acc.*: PROSP. c. coll. 6 in -im transierunt. *cf. l. 1*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 221, 19 circa ... -im *haeretici.* PETR. CHRYS. serm. 18, 7 synagogam ... vitiis usque ad -em febrientem. 94, 3 *Pharisaeus* per -im se nesciebat insanum. 173, 4 a -i (ac -i, a freneticis *var. ll.*) semper crudelitas possidetur.

?**phrenēticius,** -a, -um. *iuxta* phreneticus *latine formatum* (*cf.* artopticius), *si recte trad. scribitur fere* frene-, *sed* frini- ORIBAS., *ceterum tam* -tic- *quam* -tit-. *non trad. nisi varia lectione, sc. adi., i. q. phreneticus: p. 2056, 49 et* ORIBAS. syn. 8, 11, 1 add. Ab p. 217 ista passio plus est pessimior ⌞quam -cia⌟ (q. -ca *Bulhart in schedis nostris,* -cis *Aa*). *subst. fem., i. q. phrenesis: p. 2054, 59. 63. 2056, 63 sqq.*

≈**phrenēticus,** -a, -um, φρενητικός (*quod legitur Marcellin. puls. 15. 31 [saec. II] et* GLOSS. *l. 41*), *sed in gr. respondet fere* φρενιτικός, *quod infra non adnotamus (v. etiam l. 38), vel subest* φρενῖτις. *de origine*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 4 p. 362^{D} *medici aegritudinem membranularum cerebri appellant* ⌞-am passionem⌟, quia iisdem membranulis frenes nomen existit (⌞ ⌟ *gr.* φρενῖτιν). GREG. M. dial. 3, 35, 3 *mente captum* medicina graeco vocabulo -um appellat. ISID. diff. 1, 226 (1, 211 C.) hinc (*sc. a* frendere) et -i dicti, eo quod dentes concutiant. *scribitur* fr- *in codd. vet.* CENS. 12, 4. *al.,* -net- *in codd. vet.* CENS. 12, 4 AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 404, 10. *al.,* -nit- *in cod. vet.* HIER. epist. 147, 9, 1 *et hic illic in recc., ceterum* fri- *raro in recc.* NOT. Tir. 111, 50 -us (*v. app. crit.*). *compar. et superl. desunt; cf.* valde -us ALEX. TRALL. 1, 57 fol. 8^{v}. *de notione: l. 32 sqq.* GLOSS. -us: φρενητικός. insanus ex dolore capitis. -os: insanae mentis. *al. legitur in versibus non nisi* VARRO Men. 271, 2 (*p. 2056, 70*). MART. 11, 28, 1 PROSP. carm. de ingrat. 606, *in oratione soluta inde a* CIC. (*semel ut apud* SEN. contr.), CELSO (*quinquies*), *maxime frequentant* AVG., CAEL. AVR., *sc.* acut. [*var. dial.* firetic; *var. it. dial.; sard.* frenedigu; *e sermone docto: it.* farnetico; *francog. vet.* fernicle *et var. dial. cf. M.-L. 6471 et Faré, Postille. Battisti - Alessio II 1600. Wagner I 545. Wartburg VIII 401. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* phrenesis *p. 2054, 29,* phreneticius *p. 2056, 63 sqq.*]

i. q. ad phrenesim, phrenitim pertinens, sc. furiosus, insanus, demens sim. (*fuse de morbo agit* CAEL. AVR. acut. 1; *pro subst. masc. passim, fem. sub IB2; certe pro adi. p. 2056, 70. 2057, 5 sq. 13. 15 et sub IB1*): **I** *proprie respicitur morbus cerebri, corporis* (*cf. p. 2054, 32*): **A** *de animantibus* (*sc. fere de hominibus, de animalibus apud* CHIRONEM *et* VEG. mulom., *cf. imaginem p. 2056, 70; ponitur aegrotus ad significandum ipsum morbum maxime p. 2056, 4. 7. 9. 14*): **1** *exempla quaelibet*: CIC. div. 1, 81 nec cardiacis hoc (*sc. divinatio*) tribuendum *est* ... nec -is, *sed sanis* (*cf.* AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 404, 10 -um *aliquid* ... praedixisse). CELS. 3, 18, 3 ex -is alii tristes sunt, alii hilares; alii ... intra verba desipiunt, alii ... violenter quaedam manu faciunt *eqs.* (*sim. -i gaudio, risu afficiuntur*: AVG. in euang. Ioh. 7, 2 gaudium ... ipsorum *divitum* quasi -orum est; quomodo autem -us gaudet in insania *eqs.* c. Iulian. 4, 3, 27 p. 751 risus -orum. *al.*). SEN. dial. 2, 13, 1 quis ... -o medicus irascitur? (*sim. -i aversantur, aggrediuntur fere medentes, subvenientes*: 5, 26, 1 quare fers aegri rabiem et -i verba? HIER. epist. 147, 9, 1 quid me ... quasi -us morsu laceras? AVG. c. Cresc. 4, 51, 61 cum -us medicum vexat *eqs.* in psalm. 63, 3 l. 21 *Iudaei* tamquam multa febri -i, insanientes in medicum. EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 18, 33 sic -i solent medicantes quosque vel hostes putare vel caedere. *al.; cf. l. 58*). epist. 15, 1 *corpus* furiosi aut -i validum est (*sim. -i habent vires magnas*: AVG. bon. viduit. 15, 19 p. 326, 3 -i vires viribus sanorum esse fortiores. in psalm. 58, serm. 1, 7 l. 18 -is nihil fortius *est. al.*). PETRON. 63, 10 baro ille ... post paucos dies -us periit (*cf. 63, 7* illum tetigerat mala *strigae* manus). MART. 11, 28, 1 invasit ... Nasica -us ... et percidit Hylan (*opp.* sanus). *al.* **2** *respiciuntur potius morbi signa, causae, accidentia sim.* (*sc. fere sec. artem medicam observata; quaedam vulgo notabilia v. sub 1*): CELS. 2, 4, 8 *urina* alba vitiosa est, sed in -is maxime (*sim.* HIPPOCR. aphor. 4, 72). 3, 19, 1 saepe ad eum *morbum cardiacum* -i transeunt (*cf.* THEOD. PRISC. log. 13 -i plus gravati lethargicos faciunt, lethargici vero relevati in -os revocantur. CAEL. AVR. acut. 1, 6, 49 quomodo -i aliqui ... in lethargiam ... devenerint. 1, 15, 140 quando ex -o in lethargum venerit, *sc. aegrotus. al.*). CHIRON 258 -us ... fit (*sc. iumentum sim.*), cum medio cerebro corruptio sanguinis ... membrana tenderit nimis ([*inde* VEG. mulom. 2, 3 animal -um redditur]. ALEX. TRALL. 1, 53 fit ... verus -us ex coleribus rubeis [*gr. I p. 509* φρενῖτις]. 1, 54 existimant, quod ex flegmone diafragmatis ⌞fiat -us⌟ [fiunt -i *var. l.; gr. I p. 511* τοὺς φρενιτικούς]). SERV. Aen. 6, 724 p. 100, 17 *vivacitas mentis* in satis invalido *corpore* etiam ratione carens *est,* ut in -is cernimus. AVG. in psalm. 98, 5 l. 25 -um febrientem (*sim. -is fit febris*: THEOD. PRISC. log. 8. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 19 febrem fieri in -is ex obstrusione membranarum. 1, 5, 47. *al.*). HIPPOCR. progn. 4 in febribus acutis et peripleumoniis et -is et cefalargicis (*gr.* φρενίτισι). THEOD. PRISC. log. 9 -orum causam certa accidentia manifeste designant; sunt enim acutae febres cum terribili mentis alienatione *eqs.* (*sim.* CAEL. AVR. acut. 1, 3, 34 *signum* unum ..., ut est alienatio ..., non designat -um, sed si multa concurrerint *eqs.* diaet. pass. 16 ORIBAS. syn. 8, 2 add. Aa p. 203. *cf.* CAEL. AVR. 1, 5, 47 praecedit enim febrem in furiosis alienatio, in phreniticis vero febricula alienationem). CAEL. AVR. acut. 1, 4, 42 internoscuntur ... furentes atque melancholici a -is, siquidem *eqs.* (*cf.* 1, 5, 45 *insanos* cum febribus furore delirantes a -is discernere. chron. 1, 5, 146. *al.*). 1, 5, 47 in -is parvum atque crebrum esse pulsum (*cf.* ALEX. TRALL. 1, 56 diuturnis -is. *al.*). *et saepe.* **3** *respicitur potius morbi curatio, sanatio sim.*: CELS. 2, 14, 4 -is somnus ea *longa frictione* quaeritur (*cf.* PLIN. nat. 26, 118 -os somnus sanat. 32, 28. AVG. pecc. orig. 7, 8 *Pelagianus* velut -us, ut requiesceret, tamquam leniter fotus *est.* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 149. CASS. FEL. 62 p. 155, 5 unguentum soporiferum -is conveniens. *al.*). PLIN. nat. 20, 87 *brassicae ius* cardiacis datum *esse* ... et -is. 20, 138 sucus et -is ex aceto tritae *rutae* instillatur in tempora et cerebrum. 30, 95 -is prodesse videtur pulmo pecudum ... circa caput alligatus. *al.* CENS. 12, 4 Asclepiades medicus -orum mentes morbo turbatas saepe per symphonian suae naturae reddidit (*in eadem re*: MART. CAP. 9, 926 CASSIOD. inst. 2, 5, 9 ISID. orig. 4, 13, 3). CHIRON 17 *mitti sanguis debet* insano, cardiaco ..., -o ([*inde* VEG. mulom. 1, 25, 2 -is]. *sim.* 999. CAEL. AVR. acut. 1, 12, 101 sanguis est -is detrahendus. 1, 15, 124 convenit ... -os phlebotomari. ORIBAS. syn. 8, 3 add. Aa p. 204. *al.*). AVG. c. Cresc. 4, 51, 61 medicus -um ligat (*sim.* epist. 89, 6 -i nolunt ligari. 185, 7. *al.*). MARCELL. med. 1, 25 ad -os ...: sphondylii *eqs.* THEOD. PRISC. log. 12 -orum medicina. DIOSC. 3, 86 p. 413, 19 *peucedani sucus* lethargicis et -is medetur. CAEL. AVR. acut. 1, 12, 100 oportere -os fortes atque audaces lavacro curari *eqs.* (*sim. curantur lavacro*: 1, 12, 102). GREG. M. dial. 3, 35, 4 presbiter ... ad lectum -i ... accessit et ... oravit. *et saepe.*

B *de rebus*: **1** *adi.*: **a** *exempla varia*: CELS. 3, 20, 1 alter ... morbus, *sc. lethargia,* est aliter -o (-is *var. l.*) contrarius (HIER. adv. Iovin. 1, 3 p. 212^{B} arreptum m. -o [*vix ad II*]). TERT. anim. 43, 8 *inimicas* somno valetudines, -am atque cardiacam (*postea*: in lethargo. *vix ad 2*). MISC. Tir. p. 65, 20 ad gutta -a (*v. vol. VI 2373, 58 sq.*). ALEX. TRALL. 1, 56 ut alia aliqua -a existimetur esse species, sed non est alia (-e *cod. Oxon.,* -ticia *cod. Paris., om. cod. Andecav.; resp. gr. I p. 513* φρενίτιδος, *ut etiam ibid. iterum*). CAES. AREL. serm. 46, 5 p. 199, 21 more -o ... saltationibus membra torquere (*vix ad II*). **b** -a passio: IREN. 1, 16, 3 l. 83 qui in -am p. inciderunt, aut plus rident *eqs.* (*gr.* φρενίτιδα διάθεσιν). VINDIC. med. 44 -am p. ... fieri tumore in corde effecto *eqs.* CAEL. AVR. acut. 1 praef. 9 eandem obtrusionem simul phrenitim atque -ae p. causam vocare. 1, 1, 26 genus futurae -ae p. 1, 5, 48 si ... ex lethargia in -am redeant (*sc.* p. *subaudias e duabus iuncturis antecedentibus*). CASS. FEL. 30 p. 60, 4. ALEX. TRALL. 1, 53 (*gr. I p. 509* φρενῖτις). *et saepe.*

2 *subst. fem. (non nisi sing.), ut significetur -a passio* (*vix huc l. 47. 56; v. etiam coni. p. 2057, 52*): ALEX. TRALL. 1, 53 tit. que causa est -ae (passionis *add. cod. Oxon.; gr. I p. 509* φρενίτιδος). 1, 54 tit. signa future -ae (frenesis *cod. Oxon.; gr. I p. 509* φρενίτιδος). 1, 54 qui veram incurrunt -am (*gr. I p. 511* τῶν κυρίως φρενιτικῶν, frenesim *cod. Oxon.,* -ticiam *cod. Paris.,* -titiam *cod. Andecav.; item* -ticiam, -titiam *var. ll.*: 1, 55 ex permixtione humorum generari -am [*gr. I p. 513* φρενῖτιν]. *var. l.* -titie: 1, 55 tit. nothe -ae signa [frenesis *cod. Oxon.; gr. I p. 513* φρενίτιδος]).

II *in imag. vel translate de iis, qui quasi insanientes prava agunt, cogitant* (*fere de hominibus, de eorum mente p. 2057, 15, de vi morbi p. 2057, 12; cf. comparationes p. 2055, 64. 66. al.*): **A** *contextu vario*: VARRO Men. 271, 2 venti ... frigido se ab axe eruperant, -i septentrionum filii, secum ferentes tegulas *eqs.* SEN. contr. 10, 5, 27 *in dicendo Spyridion* multo ... vehementius insanit quam nostri -i (*restit. Bursian*). PETRON. 115, 5 inicio ego -o *Eumolpo versus facienti* manum (*opp.* bonam habere mentem; *postea*: poetam mugientem). **B** *apud Christianos, sc. de peccatoribus vel de iis, qui infestant Christianos eorumve fidem sim.* (*de Iudaeis, qui Chris-*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum occiderunt, l. 14 et saepius; saepe sublucet usus p. 2055, 62 sqq. illustratus): AVG. in psalm. 35, 17 l. 20 medicus ... erat, et -um curare venerat (*cf.* l. 25 dominus ... ad -um venit). 39, 8 l. 5 *si terrena bona putas,* sanus non es, nimia febre -us factus es. 134, 22 l. 25 rogavit medicus pro -is: 'pater, ignosce ...' (*Luc. 23, 34*). serm. 16 A, 8 l. 253 sq. vapulavit a -is filiis, occiderunt illum -i filii (*cf.* 175, 2 patiebatur -um nec deserebat aegrotum. 229 E, 2 coll. Morin p. 468, 17). 87, 15 *Christus Saulum* percussit -um, erexit sanum (*idem respicitur e. g.* 176, 4. QVODV. symb. 2, 5, 16 ille -us). 359, 8 *homines quidam* -i sunt, molesti sunt, *sc. sibi servientibus* (*opp.* lethargicus; *agitur de haereticis sim. ut*: util. cred. 18, 36 p. 46, 20 de lethargicis ... -os faciunt. PROSP. carm. de ingrat. 606 [*vix ad I*]. *al.*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 10, 1 *anima* sana medicum contempsit, nunc rogat aegrota; ... si tamen vi -a agnoscit medicum suum, roget humilis. QVODV. symb. 2, 5, 11 o caecitas Iudaeorum, o furia -orum. Ps. IOH. MED. hom. 18 p. 785 tolerando mentem -am (-nat- *Migne errore*) et insanam salvas, *salvator,* animam. CAES. AREL. serm. 142, 4 medicus ferebat infirmitates -orum. *al.*

phrenētizo (-nit-), -āre, *φρενιτίζω, φρενητίζω* (*quod legitur Marcellin. puls. 15 tit., saec. II*). *i. q. laborare phrenesi*: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 10 *Asclepiades* phrenitizandi, non phreniticae passionis causas dixit. CASS. FEL. 62 p. 154, 11 *aegroti* aliquando ⟨cum⟩ hilaritate frenetizant (*Rose,* -tidiant *cod. unus,* -ticatur *alter*), aliquando vero cum tristitia.

[phrenion *e coni. vix recta* PLIN. nat. 21, 164 (*André, 1969, restituit* eremion, *cf.* 1, 21, 38, *ubi* frenion, eremion *al. codd.*).]

phrenīt- *v. etiam* phrenet-.

***phrenītis** (-tidis, -is) *f., φρενῖτις. scribitur* fr- GLOSS., ORIBAS., -net- FRONTO p. 123, 15 (*ante corr.*). CAEL. AVR. chron. 4, 8, 109 ORIBAS., GLOSS. (*cf. p. 2054, 30*). *acc. sing.* -im *saepe* (*inepte* -tisim *l. 55*), *gen.* -is *l. 46?, dat.* -tidi *l. 45, abl.* -ti *l. 54,* -tide *non nisi e coni. l. 52 nec non* CAEL. AVR. acut. 1 tit. *ante* praef. 4; *plur. deest.* GLOSS. frenetis: *φρενῖτις. legitur apud* FRONTONEM (*l. 46, semel ut apud* ORIBAS.), CAEL. AVR. (*33ies* acut., *semel* chron.). [*pro* phrenesis *falsa var. l. p. 2054, 30, in edd. vet.* CELS. 2, 1, 15. 3, 18, 1; *restit. e* phreneticus CAEL. AVR. acut. 2, 1, 1.]

fere i. q. phrenesis (*fuse de morbo agit* CAEL. AVR. acut. 1; *in contextu variat cum* phrenitica passio *l. 37. 53. al.*): **1** *de vocis notione vel morbi definitione sim.* (*potiora*): CAEL. AVR. acut. 1 praef. 3 sq. in quibus *passionibus* est -is praeponenda; (4) nomen ... sumpsit a difficultate mentis ...; phrenas enim Graeci mentes vocaverunt (*syn.* phrenitica ... passio). 6 (*definitio Asclepiadis*) -is ... est corpusculorum statio sive obtrusio in cerebri membranis frequenter sine ⟨con⟩sensu cum alienatione et febribus (*sim.* 8. 9. 12. 15, *ubi definitio examinatur, refutatur*). 14 omnis ... -is alienatione[m] generatur (15 *sec. Asclepiadem duo sunt genera alienationis, quorum* recens ... atque cum febribus ... -is intelligitur [*disting.* insania]. 20. 21 *nos dicimus* -im esse a. mentis celerem cum febri acuta atque manuum vano errore ... et parvo pulsu et denso. chron. 4, 8, 109 a. mentis *eorum, qui lumbricis vexantur,* furori atque -di *similis est. cf. l. 39. 49*). *al.* **2** *exempla cetera*: FRONTO p. 123, 15 *imperatores elingues,* quasi -is morbus quibus implicitus est, aliena eloquentes. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 3 *celerum passionum* cum febribus sunt plurimae, ut -is, lethargia, pleuritis, peripneumónia. 1, 3, 34 intelligimus -im ex concurrenti febre acuta et alienatione *eqs.* 1, 4, 44 etiam de medicamine poto potest -is evenire. 1, 15, 116 quomodo declinanda vel avertenda sit -is ..., quomodo curanda *eqs.* 2, 1, 1 *lethargia* est comparatio⟨ne⟩ gravior -de (*Amman,* phrenitica *Drabkin,* phrenitice *trad.*). 2, 2, 9 -im fore (*syn.* phreniticam ... passionem). 2, 5, 22 *lethargiam* ex antecedenti passione, ut -ti, *venientem. al. apud eundem.* ORIBAS. syn. 3 add. La p. 910 si febriant et frenetisim patiantur.

[phrenōsus, *adi. a* phren *derivandum, vix recte trad.* Ps. AVG. quaest. test. 115, 37 equus frenosus neclegentem sessorem *praecipitat* (frenos[us] *coni. Szantyr, Vig. Christ. 24, 1970, 45 adn. 2*).] *Breimeier.*

phrētōr, -oris *m., φρήτωρ. i. q. phratriae sodalis, collega* (*in inscr. Neapolitanis*): INSCR. Année Épigr. 1913 n. 134 l. 46 (*a. 194*) L. Munatius Hilarianus -bus Artemisis salutem (*inde gr. l. 30 Ἀρτεμεισίων φρήτορσι*). INSCR. Dessau 6455 demarcho *cuidam* ... -es Eubois (*i. Εὐβοεῖς.* fr- *lapis*).

compos.: conphretor INSCR. Année Épigr. 1913 n. 134 l. 60.

phrētria *v.* phratria.

phrētriacus, -ī *m., φρατριακός.* fr- *lapis. i. q. phratriae sodalis, collega*: CIL VI 1851 a 5 (*saec. III*) *cuidam* -o Neapoli Antinoiton et Eunostidon (*item fere* b 5. c 6).

phrīcōdēs, *φρικώδης. fere i. q. ad horrorem, tremorem corporis pertinens*: Ps. SORAN. quaest. med. 123 quid est -es febris? quae fit cum *capitis dolore* ... habens rigorem cum calore (cripnodis *cod., gr. Ps. Galen. XIX 401 φρικώδης*).

phronēsis, -is *f., φρόνησις. saepe* fr- *in codd. gen.* -is *p. 2058, 12, de acc.* -im *vel* -in *v. infra.*

i. q. φρόνησις (*accedunt explicationes sub 1*): **1** *varia exempla*: PLAVT. Truc. 78[a] haec meretrix ..., Phronesium, suom nomen omne ex pectore exmovit meo -i[u]m, nam -is est sapientia (-in *Heraeus, Kl. Schr. 1937, 230 adn. 1, suspicans in comoedia gr. lusum c. forma contracta Φρονῆσιν pro -ήσιον subesse; versum del. pars edd.*). CIC. off. 1, 153 princeps ... virtutum illa sapientia, quam *σοφίαν* Graeci vocant; prudentiam enim, quam Graeci -in dicunt, aliam quandam intellegimus, quae est rerum expetendarum ... scientia (-im *var. l.; sim.* AVG. in psalm. 104, 14). **2** *per prosopopoeiam: de Aeone*: IREN. 1, 24, 3 a Logo -in *natam,* a -i autem Sophian et Dynamin (-im *var. l. ut* 1, 29, 2 quas *emissiones* nominant Charin ..., -in; et Charin quidem ... primo luminario adiunctam, ... -in autem quarto). *de matre Philologiae*: MART. CAP. 2, 114 -is mater irrupit (*cf.* 2, 115 ne Philologia ipsius -is careret ornatibus. 9, 893).

cf. Onom.

phrontistērium, -ī *n., φροντιστήριον. i. q. locus, ubi cogitatur, sc. conclave secretum sim.*: ACT. Phileae 5 advocati ad praesidem dixerunt: 'iam immolavit in -o' (fr- *codd., gr. ἐν τῷ σηκρήτῳ, v. Kortekaas ad l.*).

phryctē, -ēs (-is) *f., φρυκτή* (*quod in gr. resp.*). fri- *codd. genus resinae*: ORIBAS. syn. 3, 64 Aa p. 864 -es lib(rae) duo (*sim.* 3, 165 Aa p. 881). 3 add. La p. 894 adn. 3 cera ..., -is, pice (*cf. gr. 3, 7, 1*). *ibid.* -is, cera, adeps porcinus (*cf. gr. 3, 8*). p. 902 adn. 23.

?phryctōria, -ae *f., φρυκτωρία. fere i. q. specula*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 188, 37 sum cottidie in -a positus; ... pascua non relinquo (frixoria *cod.*).

phrȳganion *n., φρυγάνιον. abl. sing. heteroclitice* -one *l. 28* (*per errorem, ut vid.*). *animalis genus quoddam* (*sc. surculo simile*): PLIN. nat. 30, 103 Chrysippus philosophus tradidit -on adalligatum remedio esse quartanis; quod esset animal, neque ille descripsit nec nos invenimus, qui novisset (*inde* 1, 30, 8–53 *medicina ex* -one [pryg- *sim. codd.*]).

phrȳganum, -ī *n., φρύγανον.* frig- *fere codd. i. q. lignum igni accendendo aptum* (*cf.* GLOSS. V 619, 45 freganum: est arundo in libro I beati Effrem [*non invenimus*]): VET. LAT. Is. 47, 14 (Hier. in Is.) omnes quasi -a in igne comburentur (*gr. φρύγανα, Vulg.* stipula). NIL. octo vit. vers. A p. 359 flamma cum marcescit, elucet iterum, si accipiat -um (*gr. φρυγάνων*).

phrygia, -ae *f., φρυγία. nomen herbarum* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 198*): **1** *i. q. splenion*: Ps. APVL. herb. 56 l. 12 a Graecis dicitur splenion ..., alii ⌞-a (fri- *codd.*), alii frigitis⌟ ..., Itali Teucrion (⌞ ⌟ *Diosc. gr. Vind. 3, 134 φρυγία ... φρυγῖτις*). GLOSS. III 563, 23 frugia: lingua cervina. **2** *i. q. cynoglossos*: Ps. APVL. herb. 97 l. 11 a Graecis dicitur cinoglossa, alii -a (fri- *vel* pri- *codd.*), ... Itali lingua canina (*cf. Diosc. gr. Vind. 3, 134 φρυγία*). GLOSS. III 573, 25 pirigia, i(d est) lingua canina.

Spoth.

phrygio (phyrg-), -ōnis *m.* [*vox nimirum ad Phryges spectat (cf. l. 48 sqq.), sed de origine haud satis constat. e graeco fluxisse vix manifestum est; facilius de formatione latina cogites, coll.* linte-o, resti-o, muli-o; *subst.* phrygium *autem non nisi in gloss. et quidem alia significatione invenitur (v. Onom.). cf. Gaide, Les subst. masc. ... en ... (i)ō, 1988, 151. Fo.*] *de origine et notione* (*lemma excidit* NON. p. 3, 14, *qui affert l. 59 sq. al.*): SERV. Aen. 3, 484 ('Phrygiam ... chlamydem') acu pictam, huius enim artis peritos -es dicimus, secundum Plautum; in Phrygia enim inventa est ars. SERV. auct. Aen. 9, 611 vestes acu pictas coloribus Phryges primi invenerunt; nam ideo et artifices talium vestium -es appellati sunt (*sim.* ISID. orig. 19, 22, 22). *forma per metathesin mutata* phyrg- PLAVT. Aul. 508 (*metro firmatur*). *scribitur* fryg- *in cod. vet.* PLAVT. Men. 563 (*A*), fryg-, frig- *saepe in codd. rec.*

i. qui vestes sim. acu pingit: PLAVT. Aul. 508 stat fullo, -o, aurifex, lanarius *aurum debitum petentes.* Men. 426 pallam illam ... ad -em ut deferas, ut reconcinnetur atque ut opera addantur (*de eadem palla*: 469 pallam ad -em fert [*sim.* 563. 681]. 618). TITIN. com. 4 -o fui primo beneque id opus scivi: reliqui acus aciasque ero atque erae nostrae. VARRO Men. 228 -o qui pulvinar poterat pingere. APVL. apol. 29, 3 (*ironice*) scilicet ... -bus ... negotium istud *piscandi* dandum fuisse. TERT. idol. 3, 2 *non* interest, an plastes effingat, ... an -o detexat, quia nec de materia refert, an gypso, ... an fi[gu]lo formetur idolum. ARNOB. nat. 2, 38 quid *prodest mundo* fullones, lanarios, -es *hic esse?* (*cf. l. 56*). SERV. Aen. 11, 777 ('pictus acu tunicas') habebat vestem -is arte perfectam. *per errorem*: GLOSS. -es: genus vestimenti.

deriv.: phrygionius. *cf. Onom.*

phrygiōnius, -a, -um. *a* phrygio. *i. q. ad phrygionem pertinens, sc. acu pictus*: PLIN. nat. 8, 196 pictae vestes iam apud Homerum fuere ...; acu facere id Phryges invenerunt, ideoque -ae appellatae sunt.

phrygītis (-es) *f., φρυγῖτις. nomen herbae q. e. splenion*: Ps. APVL. herb. 56 -is (*v. l. 37*). GLOSS. III 563, 24 -es i(d est) feltodorites, hoc est lingua cervina (fri- *cod.*). *N. H.*

phrygium *v. Onom.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

phrȳnion *f. vel n., φρύνιον. praedicativa generis fem. v. l. 3. et 5. nomen herbae q. e. potirrion*: PLIN. nat. 25, 123 *contra venena* auxiliatur -on (phyrion *var. l.*) in vino pota; aliqui neurada appellant, alii potirion *eqs.* (*inde* 1, 25, 76). 26, 130 -on dicitur etiam abscisos sanare nervos, si confestim inponatur trita vel mansa. 27, 122 potire[t]on aut ... -on vel neuras large fruticat ...; invenitur in aquosis collibus (parynion *codd.; inde* 1, 27, 97 [potriem *sim. vel* parynion *codd.*]). DIOSC. 3, 15 p. 383, 1 potireon aut -on (fri- *trad.; gr. φρύνιον*).

phth- *v.* pth-

ⁱphū, (*fere*) *indecl. n., φοῦ. scribitur* fu *in cod. vet.* ORIBAS. syn. 3, 103, 1 Aa p. 871 (*et saepe in codd. rec.*). *forma* -un (*pro acc. tantum?*) PLIN. *l. 21. 23 sq.*, funi *sim. codd.* CHIRONIS *passim.* [*vix huc pertinet* CIL IV 2630 fu carae.]

genus est valerianae (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 271; cf.* GLOSS. III 539, 18 -u, id est radiogendioli [*corruptum*]. 546, 29 -u: benedicta [*sim. al., v. vol. II 1871, 4 sq.*]. 563, 9 -u i(d est) veromarticum [*sim. al.; obscurum*]. 590, 64 -u: valeriana [*item* 612, 8. 624, 29]): SCRIB. LARG. 170 *in antidoto Mithridateo* -u (denarii) *tot.* 176 -u Pontici seminis *eqs.* (CHIRON 827 sq. CASS. FEL. 80 p. 192, 11 [*v. Junel, 1936, 21*]. *al.; cf. l. 22 et* ISID. orig. 17, 9, 7 -u nascitur in Ponto). 177. PLIN. nat. 12, 45 *nardum* Creticum, quod aliqui agrion vocant, alii -un (fu *var. l.; cf.* DIOSC. 1, 9 p. 9, 1 de -uu: -u multi nardum agrestem appellant; nascitur in Ponto [*gr. 1, 11, 1 φοῦ*]. p. 9, 10). 21, 136 eius ..., quod -un ... appellavimus, radix datur potui trita (*inde* 1, 21, 80 herba, quam -un vocant [fin *sim. codd.*]). MARCELL. med. 20, 19 -u (denarii) *tot* (pthii *cod., cf.* 20, 33 [pthi *codd.*]). PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 56 -u calidam virtutem habet. *al.*

phūr, *plur.* -rīm, *vox hebr.* פּוּר. *i. q. sors*: VVLG. Esth. 3, 7 missa est sors in urnam, quae hebraice dicitur -r (*cf.* 9, 24 misit -r, quod nostra lingua vertitur in sortem. 9, 26). 9, 26 dies ... -im, id est sortium (9, 28). 11, 1 attulerunt ... hanc epistolam -im.

phȳ *interiectio inridentis, φῦ* (*cf.* DIOM. gramm. I 419, 10 *interiectio significare potest* ironiam, ut '-y', 'hui'. PRISC. gramm. III 91, 3 inter ... *interiectiones* ponunt etiam sonituum illitteratorum imitationes, ut ... '-y'; *v. ceterum s. v.* fu). TER. Ad. 412 *filius meus* est similis maiorum suom. :: hui. :: Syre, praeceptorum plenust istorum ille. :: -y (-i *vel* hy *var. ll.*; DON. -y [-i *trad.*]: interiectio est mirantis [*sim.* SCHOL. Ter.]. SCHOL. Ter. Bemb. interiectio inrisionis).

phȳcis, -idos *f., φυκίς. scribitur* fic- *in cod. vet.* ORIBAS. syn. 4, 1, 8 Aa p. 3. [*it.* fico. *cf. M.-L. 6473. St.*] [*e coni. dub.* OV. hal. 122; *hucine p. 2076, 53?*]

nomen piscis marini (*de re v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 199 sq.*): PLIN. nat. 9, 81 mutat *colorem* ... -is, reliquo tempore candida, vere varia; eadem piscium sola nidificat ex alga atque in nido parit (*sec. Arist. hist. anim. 607b18 φυκίς*). 32, 150 (*inter animalia marina*) -is saxatilium[que]. AVIAN. fab. 38, 5 non tulit *piscem e dulci aqua venientem* ... -is (phoecis *sim. codd.*). ORIBAS. syn. 4, 1, 8 Aa p. 3 pisces aspratiles, quales sunt ... -dos, merula *eqs.* (-dus Ab *et* La, *gr. φυκίδος*).

phȳcītis *f., φυκῖτις* (*quod gr. non legitur*). *nomen lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 180 -is *appellatur ex similitudine* algae (*inde* 1, 37, 66).

phȳcos *n., φῦκος. scribitur in codd. vet.* phy- PLIN. nat. 13, 135 (*M ut* 1, 13, 52), fi- ORIBAS eup. 2, 1 Ψ 1 Aa p. 514 syn. 9, 55 add. Aa p. 388. *formae heteroclit. et epitheta masc. vel fem. apud* DIOSC., ORIBAS.

nomen herbarum marinarum, i. q. φῦκος (*quod gr. respondet; cf. vocem vetustiorem* fucus; *de generibus v. infra et André, Les noms de plantes, 1985, s. v.; accedit* thalassion *l. 59,* maritimus *sim. l. 61 sq.*): PLIN. nat. 13, 135 non habet lingua Latia nomen, quod Graeci vocant -os, quoniam alga herbarum maris vocabulum intellegitur, hic autem est frutex (*seq. descriptio generum; inde* 1, 13, 52). 26, 103 praecipue ... liberat eo malo *podagrae* -os thalassion, id est fucus marinus ... inpositus, priusquam arefiat (phecos *sim. codd., sed* phycos 1, 26, 66). DIOSC. 4, 95 de -u maritima (*ibid. iterum.* ORIBAS. syn. 2, 9 La p. 98, 8 -us virides adhuc et maritimus. 9, 55 add. Aa p. 388 -os maritimos, quod brion vocant, teris *eqs.*). *ibid.* multe mulieres altere utuntur pro -u. ORIBAS. eup. 2, 1 Ψ 1 Aa p. 514 -os ... frig⟨id⟩ior est *eqs.* (-us Ab *et* La). syn. 2, 15 La p. 102, 3 (*inter desiccantia*) -us viridis.

[*gen. plur.* **phygadum,** *φυγάδων e coni. dub.* GLOSS. asylum: aedes -um (aedefyguratum *trad.*).]

phygethlum, -ī *n. vel* **phygetron** *n., φύγεθλον vel φύγεθρον. trad. litt. gr. l. 72 sqq., scribitur in codd.* figetl-, figitl- *p. 2060, 1 sq.*

genus pani, abscessus, tumoris sim.: CELS. 5, 18, 19 panum ..., quod -on Graeci vocant (phygetron *vel* figetron *codd., φύγεθλον edd. vet.; item fere* SCRIB. LARG. 263 [*φύγεθλον, φύγετλον trad.; inde* MARCELL. med. 32, 1, *ubi φύτεθρον cod.*]). 5, 28, 10 -on ... est tumor, non altus, latus, in quo quiddam pusulae simile est (phygetron *Marx,* phrygeton *codd., φύγεθλον edd. vet.*). ORIBAS. eup. 2, 1 *E* 10 Aa p. 468 incoantibus -is cataplasma inposita (figetlis *cod., sim.* La, *gr. φυγέθλοις*). syn. add. La p. 398 *emplastrum* facit ... ad -a (figitla *cod.*). *dubium*: PLAC. med. 5, 46 rec. β subpurationem cervicum ..., quam figada vocant (phymata *ed. Ackermann,* chirada *Fischer dubitanter in plagulis [cf. vol. III 1013, 84]. vix latet vox aliqua a* fic- *incipiens, quae reddat gr. σύκωσις sim.* [*cf. vol. VI 1, 647, 3. 654, 6*]).

phylaca, -ae *f., φυλακή. fere i. q. custodia, carcer sim.*: PLAVT. Capt. 751 *servus* est abductus recta in -am (phi- *codd.; cf. 723* in latomias lapidarias).

?phylacista, -ae *m., φυλακιστής. i. q. custos, in imag. de creditore*: PLAVT. Aul. 518 (*antea: pecuniam* petunt fullones) cum stant -ae in atriis, textores *eqs.* (*dub. trad. metro deficiente;* thylacistae, *i. mendicantes, Wilamowitz*).

phylacītis *v.* thylacitis.

phylactērārius, -ī *m. a* phylacterium. *fere i. qui phylacteria gestat* (*an adamat?*): CAES. AREL. serm. 50, 2 hos ... -os in Phariseis ipse arguit Christus dicens: '...' (*Matth. 23, 5, v. l. 50*; fil- *codd.*).

phylactēricus, -ī *m. a* phylacterium (*nisi est φυλακτηρικός, quod gr. non legitur*). *i. qui phylacteria vendit sim.*: CANON. Turner II p. 19 capp. 23 de -is vel divinis (fil- *trad.; 23 tit. ibid. p. 27* de his *qui divinant*).

ⁱphylactērium, -ī *n., φυλακτήριον. scribitur in codd. vet. vel inscr.* phyl- VET. LAT. Matth. 23, 5 (cod. 5. *al.*), phil- *ibid.* (cod. 2; VVLG. *ibid. cod. F. al.*), fyl- *ibid.* (cod. 12), fil- *ibid.* (cod. 3. *al.*). TAB. devot. Audollent 250 A 20 (*saec. III*). AVG. op. monach. 28, 36 p. 585, 18 (*codd. C, P*). *al.,* -taer- COLLECT. Arian. c. pag. 5, 1. 5, 3. *formas gr. v. p. 2061, 7sq. legitur inde a* VET. LAT., *maxime apud Christianos.* [*it.* filatiera; *francog.* filatière; *hisp.* filaterías; *port.* filaterias. *cf. M.-L. 6473a. Battisti - Alessio III 1638. Wartburg VIII 405. Corominas² II 895 sq. Machado³ III 48. St.*]

fere i. q. amuletum sim. (*gr. respondet φυλακτήριον*; *cf.* GLOSS. -a: carmina. scriptura diversa, quae propter infirmos habentur. GLOSS. II 566, 18 amoletum: -um, custodiatorium. *al.; de re v. Bartelink, Mélanges Chr. Mohrmann, 1973, 25 sqq.*). *indicat gen., quid custodiatur l. 37. (cf. dat. l. 44), quis per -um operetur sim. l. 69; in iunctura abundanti l. 41.*

1 *usu communi*: **a** *varia exempla*: TAB. devot. Audollent 250 A 20 (*Carth., saec. III*) demon, ... pertranseas omnem remedium et omnem -um et omnem tutamentum ... et consu⟨m⟩at⟨i⟩s ... interania ⟨M⟩auruss⟨i⟩. FIRM. math. 7, 21, 7 incantationibus aut remediis aut -is ex istis discriminibus liberantur. PS. APVL. herb. 131 l. 42 *mandragora* ad -a infantium propter fascinum. MARCELL. med. 8, 27 de tribus cerasiis lapillos pertundes et Gaitano lino inserto pro -o uteris (*cf.* 14, 30 -i more). 14, 68 -um alligas. DAMIG. lapid. praef. p. 232 sculpturas eorum ..., quae sunt corporis totius -a (p. 233 c. tui et animae). 47, 2 *chrysolithus* ⌞-i tutamentum est⌟ ad nocturnos timores (⌞ ⌟ -um est et tutamen *var. l.*). PLAC. med. 1, 13 rec. β lapis, qui in vulva *cervina* ... invenitur, -um est (*cf.* 22, 3 rec. β -um praegnantibus esse lapidem, qui *eqs.*). *al. i. q. νικητικά* (*per confusionem c.* niceterium): SCHOL. Iuv. 3, 67 ('fert niceteria collo') uti ... -is, ut athletae, ad vincendum (fract- *trad.; inde* GLOSS. V 656, 33).

b *-a damnantur sim. a Christianis* (*opp.* -um *vere christianum l. 70* [*sed v.* phylactum]): α *respicitur mos Iudaeorum* (*cf. deut. 6, 8* ligabis ea *verba mea* quasi signum in manu tua): Ⓘ *pharisaeorum*: VET. LAT. Matth. 23, 5 (cod. 5; *sim.* VVLG. *al.*) *pharisaei* dilatant ... -a sua et amplificant fimbrias. *explicatur vel commemoratur*: HIER. epist. 52, 13, 2 nolo te ... ostentui habere -a (*litt. gr. cod. unus et edd.*). in Matth. 23, 5 l. 92 pictaciola illa decalogi -a vocabant; quod quicumque habuisset ea, quasi ob custodiam ... sui haberet ...; hoc apud nos superstitiosae mulierculae ... in crucis ligno ... usque hodie factitant. 23, 25 l. 225. AVG. op. monach. 28, 36 p. 585, 18 alii *monachi hypocritae* fimbrias et -a sua magnificant (*inde* ISID. eccl. off. 2, 16, 7). ORIG. in Matth. ser. 10 p. 19, 3. *al.* Ⓘⓘ *serpentem venerantium quorundam*: FILASTR. 21, 3 incantationes ... docentes et velut -a habentes ... alligaturas et tutamina suo ... portant in corpore.

β *respicitur mos quorumlibet*: PS. AMBR. serm. 24, 6 qui confidunt in -is et characteribus ..., damnabuntur (COLLECT. Arian. c. pag. 5, 3 in -is et ligaturis et incantationibus). PS. ORIG. in Iob 3 p. 505ᶜ neque -a neque lamellas. p. 505ᴰ plerique hoc nunc tempore, mox ut quidpiam aliquid molestaverit ..., statim -a alligant (OP. imperf. in Matth. 43 p. 878 sacerdotes *nostri* ... -a a. circa collum, quidam vero partem aliquam euangelii scriptam. *cf. l. 40; ceterum* adpendere CAES. AREL. serm. 1, 12. *al.,* suspendere CAES. AREL. serm. 204, 3). AVG. quaest. hept. 1, 111 *inaures* -a fuisse deorum alienorum (*sim. c. gen.: ibid.* idolorum. HESYCH. in lev. 19, 19 p. 1031ᶜ nec -is ecclesiae dei sanctorumque virorum vel ... pravorum veneficorum simul indui. *cf.* DECRET. Gelas. 5, 8 l. 332 -a omnia, quae non angelorum, ut illi confingunt, sed daemonum magis nominibus consecrata sunt, apocrypha). CANON. Turner II p. 335 rec. I *qui* -is, id est ligaturis, utuntur (*sim.* rec. II). p. 373 rec. I *et* II non oporteat ... clericos ... incantatores existere aut facere -a, quae animarum suarum vincula con-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

probantur (COLLECT. Arian. c. pag. 5, 1 CAES. AREL. serm. 50, 1 p. 216, 9. *al.*). CAES. AREL. serm. 13, 3 per ... diabolica -a (13, 5. *al.*). 50, 1 etiamsi vobis dicatur, quod res sanctas et lectiones divinas -a ipsa contineant, nemo credat. *ibid.* -a ... prodesse aliquotiens videntur: quia, ubi diabolus *eqs. al.*

2 *adhibetur pro nomine herbae, q. e. artemisia monoclonos*: PS. APVL. herb. 10 l. 17 a Graecis dicitur toxotis ..., alii -on mega, ... Romani artemisia ([*ibid. l. 1* fugat ... daemonia]. *inde* GLOSS. III 563, 15 -on meca, i(d est) artemisia monoclonus).

deriv.: phylacterarius; *cf.* phylactericus.

phylactērius, (-a, -um), *φυλακτήριος. i. q. defendens* (*describitur phylacterium*): DIOSC. 5, 178 fetis filacteri[b]us est *lapis Samius* (*gr. 5, 154 φυλακτήριος*).

phylactum, -ī *n., φυλακτόν. fere i. q. amuletum* (*sc. christianum; usus damnatur p. 2060, 47*): GREG. M. epist. 14, 12 l. 36 regi transmittere -a curavimus, id est crucem cum ligno sanctae crucis domini et lectionem sancti euangelii, theca Persica inclausum (fi- *trad.*).

phylarchēs, *acc.* -ēn *vel* **phylarchus,** -ī *m., φυλάρχης vel φύλαρχος. scribitur saepe* fil- *vel* fyl-.

1 *fere i. q. princeps tribus: Arabum*: CIC. fam. 15, 1, 2 ab Iamblicho, -o Arabum, ... litterae (*cf. gen.* Saracenorum: RVF. FEST. brev. 14 -i S. in Osrhoena cessere *a Lucullo* superati [ful- *vel* fyl- *codd.; inde* IORD. Rom. 230]. AMM. 24, 2, 4 -us S. Assanitarum, famosi nominis latro). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 577 p. 646 *duo* Arabas ..., unum Sylaei amicum, alterum -um (*sic e. g. cod. Sang., gr. φύλαρχον,* Philiarchum *ed.*). MARCELL. auct. chron. II p. 105, 536, 11 *tot* milia Saracenorum ab Alamundaro *duce* cum Chabo et Hezido -is *eqs.* IVLIAN. epit. novell. 95, 1 *moderator Arabiae in iudicio* non timeat ... -um, id est, Saracenorum ducem. *cuiusvis*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 39, 18 Laomim ... *significat* -os, id est principes multarum tribuum (-us *var. l., -ovς edd.*). **2** *i. q. dux (equitatus) phylae Graecorum*: PLIN. nat. 35, 134 *Athenion* pinxit in templo Eleusine -um (*sc. Atheniensium*). VET. LAT. II Macc. 8, 32 (rec. L) ad -em (-en rec. V, *gr. φυλάρχην. cf. rec. M* ad principem gentis suae [*sim. al.*]).

cf. Onom.

phylē *f., φύλη. formae sunt decl. gr. significatur pars quaedam civitatis, φύλη* (*quod gr. respondet*): *inscr. Ephesiae eiusdem patroni* (*saec. II in.*): CIL III 14195[5], 2 ⟨Dian⟩ae Ephesiae et -e sebaste. 8 unam *imaginem* divi Aug(usti), aliam -es. 10 in sortitionem sex -aes consecravit (sestertios) *tot. sim. al., sc.* CIL III 14195[6-8] *et ex suppl.* 7119. *inscr. Romana*: CIL VI 35438 Heraclitus ... Bargylietes -es Alatidos (fy- *lapis; de -e Corinthia cogitat Dessau*).

cf. Onom.

phyllanthes *n.* (*an* phyllanthos *m. vel f.?*). *nomen falsum herbae*: PLIN. nat. 21, 99 anthemis et -es ([p(h)yllanthos *sim. codd.*]. *inde* 1, 21, 59 [p(h)yllantus *sim. codd. plur.*]). *ortum vid. e loco corrupto vel male intellecto Theophr. hist. plant. 7, 8, 3 ἄνθεμον ἀφύλλανθες.*

[phyllid⟨i⟩a *coni. Kurz* SCHOL. Pers. 1, 34, *sed est* phyll[id]a, *v. l. 65.*]

phyllinus, -a, -um, *φύλλινος. i. q. e phyllo confectus*: MARCELL. med. 35, 25 olei -i (scripuli) *tot* (fiyllini *cod.*).

phyllītis *f., φυλλῖτις. nomen herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 105*): DIOSC. 3, 117 p. 426, 12 pyrgitis aut -is: folia sunt lapazo similia (fol- *cod.; gr. 3, 107 φυλλῖτις*).

phyllon *vel* **phyllos** *n., φύλλον.* fi- *saepe in codd.* [*dub. an recte legatur* EDICT. imp. Diocl. 34, 2 G. fillos (*cf. Zeitschr. Pap. Epigr. 34, 1979, 181*).]

1 *nomen herbarum*: **a** *genus incertum* (*fort. 'Mercurialis perennis' L., v. André, Les noms de plantes, 1985, 198*): PLIN. 27, 125 -on a Graecis vocatur herba in saxosis montibus; femina magis herbacei coloris (pyl- *var. l.; inde* 1, 27, 100; *cf. Diosc. gr. 3, 125 φύλλον*). **b** *i. q. leucacantha* (*v. André, loc. cit., 142 et 199; cf. p. 2062, 16*): DIOSC. 3, 19 p. 384, 9 leucacantu ... -on ... dicunt (filon *trad., gr. 3, 19 φύλλον*). **c** Nices -on, *i. q. herba victoriola*: PS. APVL. herb. 58 l. 7 alii *Graeci dicunt* N. -on (fillon *codd.*), ... Itali ... Victoriae folium (*cf.* GLOSS. III 570, 11 nisciphilon i(d est) victoriola).

2 *i. q. folium*: HYG. fab. 59, 3 *Phyllidis* ex nomine folia graece -a sunt appellata (*litt. gr. pars edd., ut loco fere eodem* SERV. ecl. 5, 10 [*inde* SCHOL. Pers. *v. l. 47*]). SCHOL. Hor. carm. 1, 38, 2 -on graece folium dicitur (-os *codd. plerique*).

[phyllophares *falso pro* philopaes *in edd. vet.* PS. APVL. herb. 45 l. 28.]

※phȳma, -atis *n., φῦμα. scribitur in cod. vet.* fi- ORIBAS. syn. 3, 14, 4 Aa p. 853. 3, 79, 4 Aa p. 867. *al.*, fy- ORIBAS. syn. 1, 26, 6 Aa p. 80, 9. 7, 29 tit. p. 169. *al.; litt. gr. p. 2062, 1. formae fere sec. decl. gr., peculiares quasdam exhibet* ORIBAS., *e. g. gen. sing.* -atus syn. 7, 36 La p. 179 (*gr. φύματος*), *acc. plur.* -a syn. 9, 30 Aa p. 334, -atas eup. 2, 1 *E* 1 Aa p. 466.

fere i. q. abscessus, tumor, tuberculum sim. (*gr. respondet φῦμα*): **1** *explicatur res*: CELS. 2, 8, 20 minutiores abscessus, quos *-τα* vocant. 5, 18, 16 ad ... orientia tubercula, quae -ta vocantur (5, 18, 18. 5, 18, 19 sq. 6, 18, 2[K] t. ..., quae -ta Graeci vocant. 5, 28, 9 -a ... nominatur t. furunculo simile, sed rotundius et planius, saepe etiam maius; ... -a etiam latius patere consuevit) 5, 28, 11[A] quod -a vocari proposui. **2** *cetera exempla*: CELS. 5, 18, 22 adversus -ta. 5, 18, 23 carcinode ... -ta. 5, 18, 31 (*iuxta* parotides *ut* PLAC. med. 5, 35 rec. *β.* ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 15 Aa p. 429 [*sim.* La]. syn. 3, 14, 4 Aa p. 853). 5, 18, 33 recentia. 5, 28, 9 id *-a* ... in pueris et saepius nascitur et facilius tollitur. PLAC. med. 6, 1 rec. *β.* HIPPOCR. num. sept. 47, 14 magna. ORIBAS. eup. 2, 1 *Y* 7 Aa p. 510 dura (syn. 3, 79, 4 Aa p. 867). syn. 1, 26, 6 Aa p. 80, 9 ad -ta, que non cito maturantur (*sim.* La). 7, 36 La p. 179 speciest -tus thermintus (*Aa* inflationis). 9, 30 tit. Aa p. 334 ad -ta, quae in vissica fiunt (*sim.* La). *al. apud eundem.*

phȳmos, *acc.* -on. *nomen herbae, q. e. leucantha, φύλλον* (phyll- *edd., cf. p. 2061, 59 sqq.; sed error vix codd. lat. tribuendus est*): PLIN. nat. 22, 40 leucacantham alii -on, alii ischada ... appellant ([pygmon, phimon *sim. codd.*]. *inde* 1, 22, 18 -os).

[phȳnon *edebatur olim pro* pyrron CELS. 6, 6, 20.]

phȳrāma *n., φύραμα. genus hammoniaci, sc. sordibus mixtum*: PLIN. nat. 12, 107 Africa hammoniaci lacrima⟨s⟩ stillat in harenis suis; ... genera eius duo: thrauston ..., quod maxime probatur; alterum pingue et resinosum, quod -a appellant (p(h)yram, phyranma *codd.*). DIOSC. 3, 94 p. 419, 13 de gutta ammoniaci: ... eligendus est ... sorde non habens ...; iste trausma dicitur, reliquum vero lapidosum -a appellatur (fi- *cod.; gr. 3, 84, 1 φύραμα*).

phyrgio *v.* phrygio.

phyrricē CIL IV 1364, 6 (*graphio inscriptum inter alia subst. fem. gr. desinentia in* -ice). *obscurum* (*latetne* pyrrhiche*?*).

phȳsa *f., φῦσα. fere i. q. crater montis ignes vomentis*: OROS. 6, 2, 17 *in Asia* torridae voragines ostenduntur, quas Graeci -as vocant (pysar *vel* phyras *al. var. ll.*).

phȳsalis, -idis *vel* -idos *f., φυσαλ(λ)ίς. scribitur fere* fy- *vel* fi-. *nomen herbae, q. e. vesicago, vesicaria* (GLOSS. III 596, 31 visicaria: -dus [*sim. al., v. indicem s. v.* vesicaria, *ubi fort. addas* III 546, 28 -da: iscaria]): MARCELL. med. 26, 116 herbae -dis bacas ternas ... gluttiat, qui vessicae ⟨de calculo⟩ dolebit. CASS. FEL. 45 p. 113, 17 trociscus dia -don appellatus faciens ad ulcera, quae in renibus sive in vesica nascuntur. p. 114, 3 herbae -dos, quam Romani vesicariam appellant. ALEX. TRALL. 2, 188 dia -os trociscus, qui facit ad nefreticos et ad ulcera in renibus et vesica (*gr. II 483 διὰ φυσαλίδων*). *ibid.* -on, quam latini vesicaginem vocant, grana *tot. dub., an eandem herbam indicent*: GLOSS. III 546, 34 -da: leporis auricula. 563, 54 -dus, i(d est) serola (*item* 595, 24. 629, 25; *obscurum*). 590, 53 -dus id est fistolidia (*item* 612, 13. 624, 19).

phȳsarium, -ī *n., φυσάριον* (*nisi agnoscas adi.* phȳsārius, *quod tamquam hybridam formari potuisse e gr. φῦσα et e suffixo lat.* -ario- *docuit Fo.*). CASS. FEL. 19 p. 28, 16 *medicamentum* per auliscum -um sive aeneum sive osseum vesicae porcinae aptatum inicies, *sc. in sinus quosdam* (*subesse videtur Galen. XI 125 αὐλίσκον. si* -um *est subst., significatur instrumentum med. vesicula praeditum, ita ut* -um *glossema sit descriptionem instrumenti per t. t. comprehendens; si est adi., notio est ad vesicam pertinens*).

phȳsēma, (-atis) *n., φύσημα.* [*non huc spectat* GLOSS. V 201, 6 fisimatis (*pro* episematis, *v. vol. V 2, 187, 16 sq.*).] *fere i. q. margarita cava*: PLIN. nat. 9, 108 *tradunt conchas* pavidas ..., quae vocant -ta, efficere, specie modo inani inflata[s] sine corpore.

phȳsētēr, (-ēris) *m., φυσητήρ.* fy- *vel* fi- *saepe codd. (sc. medii aevi). acc. plur. gr.* -as SOL. *et* AVIEN. **1** *genus beluae marinae, fort. 'Physeter catodon' L.*: SEN. Phaedr. 1030 *mare* vomit ... vicibus alternis aquas, qualis per alta vehitur Oceani freta fluctum refundens ore -r capax. PLIN. nat. 9, 8 maximum animal ... in gallico oceano -r, ingentis columnae modo se attollens altiorque navium velis diluviem quandam eructans (*inde* SOL. 52, 42 qui ... haustos ... fistulis fluctus ita eructant, ut *eqs.*). 32, 144 (*inter beluas maris*). AVIEN. Arat. 309 -as anhelos. POL. SILV. chron. I p. 544, 6. **2** *fere i. q. fistula, per quam aliquid flari potest*: PELAGON. 468 ei *iumento* per -em in pupulam ... pulverem sparge.

physica, physicē *v.* physicus. **[physiculo** *v.* fissiculo.]

※physicus, -a, -um, *φυσικός. scribitur in codd. vet.* phys- *e. g.* CIC. rep. 5, 5. HIER. chron. a. Abr. 1270 (*codd. OSA*). PRVD. ham. 582 (*A*), phis- HIER. chron. a. Abr. 1270 (*B, ut* 1441), phoes- HIER. chron. a. Abr. 1441 (*A, ut* 1560), fys- *e. g.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 160, 39 (*D*). LACT. epit. 27, 5 (*T, ut* 30, 6. 32, 2), fis- HIER. chron. a. Abr. 1476 (*B, ut* 1560 *ante corr.; cf. p. 2063, 23*). phy- *longum metitur*: SIDON. carm. 15, 101 ENNOD. carm. 2, 3, 15. *formas graecas v. p. 2063, 8. 49. 57. 2064, 67. 2065, 44. de notione*: GLOSS. -a: graecum est, id est naturalia; physis enim graece natura dicitur rerum. GLOSS.[L] I Ansil. PI 247 -is (*pro* -e*?*): secundum ⌞nationem⌟ unius cuiusque (⌞ ⌟ naturam *Heraeus in exemplari nos-*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tro ad loc. sim. GLOSS. IV 76, 23). *al., cf. e. g. p. 2064, 15. legitur in versibus (singulis vel binis locis) apud* LVCIL., LABER., TER. MAVR., AVSON. *al., in prosa orat. inde a* CIC. (*fere 75ies, nota p. 2064, 71*), VARRONE, VITR.

fere i. q. naturalis (*spectat sive ad ipsam naturam [v. imprimis sub IA, IB2bα, IIC2 et 3] sive ad eius explorationem, observationem sim.; c. colore magiae sim. e. g. l. 70. p. 2064, 33. 2065, 24; opponitur vel comparatur philosophia -a et fides christiana e. g. l. 31 sq. p. 2064, 34 sqq.*): **I** *adi.*: **A** *respicitur natura ipsa*: **1** *de rebus*: **a** *formis graecis*: VARRO Men. 362 *musicam* esse *-ήν,* quod sit *ἔμφυτος,* ut ipsa vox (fisicen *codd., sc. Nonii*). 541 alterum genus testamenti, quod dicitur *-όν* (fisicon *codd., sc. Nonii*). HYG. astr. 1, 5 naturalis ... mundi statio *-ή* dicitur. SERV. Aen. 5, 81 quae *quarta anima -ή* vocatur, 'naturalis', ut est in herbis (*disting. e. g.* intellectualem; *codd. varie litt. lat. ut* 8, 564 animae ... *-ὴ αἰσθητικὴ νοητικήή*). **b** *formis latinis* (*pleraque facile ad l. 59 sqq. transfere possis; explicatur sensus versuum sim. praeter l. 20*): SERV. Aen. 3, 72 ('terrae ... recedunt') -am rem dixit; ita enim navigantibus videtur *eqs.* (*sim.* 3, 522 rem -am exprimit. *al.*). 4, 331 -um ... est, ut ... *animum ex oculis* noscamus (5, 739 est ... -um; nam pereunt umbrae solis adventu. georg. 3, 384 quod ... dicit oves *eqs.*). Ps. AVG. quaest. test. 97, 1 ipsa nominum ratio patris et filii ostenderet unitatem -o modo.

*?***2** *de deis* (*sc. pro cognomine; locos huc dubitanter afferimus sec. Schilling, La religion romaine de Vénus, 1954, 383 sqq., sed alii, eo quod omnes inscr. scripturam* fi- *praebent, de voce italica cogitant*): CIL IV 1520 Venus -a Pompeiana (*item Pompeiis*: 6865 ⟨Venere⟩m -am te rogo *eqs.* X 928 imperio V. -ae). X 203 (*e Lucania*) Mefiti -ae.

B *respicitur scientia naturalis*: **1** *generaliter*: LABER. mim. 72 Democritus ..., -us philosophus (*al., v. p. 2038, 59*). CIC. nat. deor. 2, 23 rationibus -is, id est naturalibus, *confirmare* (2, 54 -ae r. ignari. 2, 64. 3, 92 *non* superstitiose ..., sed -a constantique r. LACT. inst. 3, 13, 6. Ps. MAR. VICTORIN. phys. 9 -is r. in eandem *historiam ac divinae scripturae* ... inducentibus [*sim. de consonantia c. sacris scripturis*: 22. AMBROSIAST. in Rom. prol. 2 rec. *β. al.*]. AMM. 17, 4, 11. *al.*). 2, 70 a -is rebus (HIER. in Eph. 5, 3 p. 519C AVG. civ. 8, 3 p. 323, 13). div. 1, 110 -a disputandi subtilitate. 2, 122. GELL. 2, 28, 1 *de terrae tremore* ne inter -as quidem philosophias satis constitit *eqs.* (SERV. georg. 2, 483. RVFIN. Orig. in gen. 14, 3 p. 124, 4 moralis ... et -a, quae dicitur, ph. paene omnis, quae nostra sunt, sentit; dissidet vero a nobis, cum *eqs.* CASSIAN. conl. 8, 21, 4 illa vera -ae ph. disciplina, *sc. inde ab Adam transmissa. al.*). 19, 4, 1. TER. MAVR. 251 *Pythagorei* arcana secuti -is remota causis. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 16 ad -am philosophiae partem (AVG. civ. 8, 10 p. 335, 34. MACR. Sat. 7, 15, 15 medicina ... -ae p. extrema faex est. *al.*). SERV. Aen. 10, 782 inter -a signa moriturorum etiam hoc legitur *eqs.* (*item respicitur res medica*: VINDIC. med. 3 Diogenes ... libro -o). HIER. in Eph. 4, 17 p. 504C qui -us perscrutator oculos trans caelum levat. SYAGR. reg. 9 p. 155, 6 exemplis (p. 157, 12 -is ..., hoc est naturalibus, e. fidem divinae maiestatis docuit *apostolus*). *al.*

2 *specialiter*: **a** *de theologia naturali* (*transfertur ad quamlibet allegoriam l. 65; cf. p. 2064, 55. 2065, 18. 50*): **α** *quolibet modo*: VARRO frg. Aug. civ. 6, 5 p. 252, 26 mythicon appellant *genus theologiae,* quo maxime utuntur poetae, -on, quo philosophi, civile, quo populi (*hanc fere partitionem referunt* TERT. nat. 2, 1, 10. 2, 9, 1 AVG. civ. 6, 5 p. 252, 19. *cf. l. 57. ceterum*: TERT. nat. 2, 2, 14 -um theologiae g. AVG. civ. 6, 5 p. 253, 18. p. 254, 1. *al.*). CIC. nat. deor. 2, 63 ex ratione ... -a magna fluxit multitudo deorum *eqs.* (LACT. inst. 1, 12, 3 quam *fabulam Saturni* ... Stoici, ut solent, ad r. -am conantur traducere. FIRM. err. 2, 6. *al.*). TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 580, 18 -ae, id est naturalis, superstitionis elementa pro deo habentis. AVG. civ. 6, 12 p. 271, 6 quas *theologias* Graeci dicunt mythicen, -en, politicen. 7, 5 p. 280, 6 interpretationes (7, 30 p. 313, 25. *cf.* 7, 35 p. 318, 25 *Varro* sacrorum ... causas velut -as interpretatur). **β** *explicatur sensus versuum sim.* (*cf. supra l. 14*): SERV. Aen. 1, 52 -a ratione hoc, *sc. Aeoli antrum,* fingit poeta; naturale enim est, ut loca concava plena sint ventis (2, 694 [*opp.* theologicam]. *al. apud eundem*). 7, 311 quod ... Iuno ubique alieno uti introducitur auxilio, -um est: natura enim aeris per se nihil facit (SCHOL. Stat. Theb. 1, 258. *cf.* FVLG. myth. 3, 7 p. 71, 13 [*agitur de talo Achillis*] illut -um significare volentes, quod venae, quae in talo sunt *eqs.*). *laxius de qualibet allegoria*: FVLG. Virg. cont. p. 83, 7 Virgilianae continentiae secreta -a tetigi (*opp.* misticae ... rationes). p. 87, 1 (*loq. poeta*) *in* nostris opusculis -i ordinis argumenta induximus (*e. g.* in armis virtutem, in viro sapientiam demonstrantes).

b *de medicina naturali*: **α** *quae secundum naturam medetur* (*non raro quasi magica; cf. supra l. 5 sq.*): VEG. mulom. 1,18 tit. potio anniversaria -a (PLIN. phys. Bamb. 82, 31). 1, 18 pro -o ... et anniversario remedio *eqs.* (1, 39, 2 aut praecantationes anicularum more aut aliquod quasi -um r. 2, 149, 4 -um r. experimenta docuerunt. MARCELL. med. praef. 1 [*iuxta* rationabilia *ut* 8, 160. *al.*]. 20, 66 r. -um ...: in lamina argentea scribes *eqs.* THEOD. PRISC. phys. 4. *al.*). 1, 61, 1 viatorium istud et -um et semper paratum. 1, 62, 2 item -um traditur os limacis ... alligare umbilico (*in struct. simili* 2, 149, 5. *cf. p. 2065, 32*). 2, 79, 19 -a ratione. THEOD. PRISC. phys. 1 scribenti mihi de -a scientia. PLIN. phys. Bamb. 19, 3 res est -a (83, 42). ALEX. TRALL. 1, 71 de -is ligaturis ad epilepticos (*ibid. iterum, gr. I 557 φυσικά*). *al.* **β** *quae naturam corporis sim. explorat* (*cf. p. 2066, 40*): Ps. SORAN. quaest. med. 23 cum in tres partes divisa sit medicinalis ratio ..., *incipimus* a -a ratione. 24 quot sunt -ae artis partes medicinae? -ae artis partes ... sunt tres: -a, pathognomica et therapeutica. 25 quid est -a pars medicinae? -a pars medicinae est, quae corporis naturam et naturales operationes cognoscit.

II *pro subst.*: **A** *masc.* **physicus,** -ī (*praevalet plur.*): **1** *de eis, qui naturam explorant sim.*: **a** *quolibet respectu* (*imprimis de philosophis illis primis Graecorum, nota* CIC. de orat. 1, 217 ei, quos -os Graeci nominant [*-oύς edd. plerique*]; *cf.* VARRO ling. 10, 55 hi, qui de omni natura disputant atque ideo vocantur -i [*sim.* ISID. orig. 8, 6, 4 GLOSS.L I Ansil. PI 246]): **α** *varia exempla* (*selecta inde a* CIC.): LVCIL. 635 -i omnes constare hominem ex anima et corpore dicunt. CIC. de orat. 1, 42 Pythagorei omnes atque Democritii ceterique ... -i (*postea*: philosophorum greges ... *a* Socrate. *item disting. philosophi*: VITR. 7 praef. 2 quid Thales ... reliquique -i sensissent de rerum natura [*postea*: Socrates ... aliique philosophi]. 8 praef. 1 *et* 4. AVG. civ. 18, 37 p. 312, 12 qui nondum philosophi vocabantur, septem scilicet sapientes ac deinde -os ..., antequam Pythagoras *eqs.*). 1, 49 materies illa fuit -i ..., ornatus vero ... orātoris (*item respicitur id, quod -um decet*: fin. 1, 19 nihil turpius -o quam *eqs.* 2, 102 *non esse* sapientis ..., -i praesertim. nat. deor. 1, 83 non pudet ... -um, id est speculatorem venatoremque naturae, *eqs.? al.*). fin. 2, 15 loqui ... de re obscura, ut -i. ac. 2, 13 veteres (CHALC. comm. 283 sq. AVG. c. acad. 2, 6, 15). nat. deor. 1, 32 Antisthenes in eo libro, qui '-us' inscribitur (*nisi adi., sc. subaud. liber vel λόγος. inde* LACT. ira 11, 14 Antisthenes ... in -o). 1, 77 (*ad Epicurum*) tu hoc, -e, non vides? (*voc. ut fortasse*: 2, 48 ne hoc quidem -i intellegere potuistis?). div. 2, 30 Democritus ... nugatur, ut -us, quo genere nihil adrogantius. VITR. 2, 1, 9 praeceptis -orum. MELA 3, 45. TERT. adv. Val. 15, 1 Mercurius ille Trismegistus, magister omnium -orum (*cf. p. 2065, 14*). Ps. MAR. VICTORIN. phys. 1 -i res ipsas admirantes, immo stupidi ... creaturae conditorem ipsum obliti sunt (*cf.* PRVD. c. Symm. 2, 203 nil vos ... -orum dogmata fallant). *et saepe. liberius de quibuslibet scriptoribus naturam tractantibus*: SERV. Aen. 6, 239 Lucretium et alios -os. VEREC. in cant. 8, 6 l. 18 lege -orum historias peritorum, Plinii Secundi, Solini *eqs.* **β** *ponitur in appos.* (*postponitur praeter* CIC. de orat. 1, 49 VARRO rust. 1, 40,1 GELL. 15, 20, 4 MART. CAP. 6, 592; *cf. p. 2063, 27 et* CIC. nat. deor. 1, 35 Strato is, qui -us appellatur): CIC. de orat. 1, 49 -us ille Democritus (VARRO rust. 1, 1, 8 D. -us, Xenophon Socraticus *eqs.* VITR. 9, 5, 4. *al.*). 1, 217 Empedocles (PLIN. nat. 29, 5). orat. 15 Anaxagorae (Brut. 44. VARRO rust. 1, 40, 1 -os A. *al.*). *al.*

b *c. respectu artis medicae* (*cf. supra l. 5 sqq.; aliter 2b*): CIC. Tusc. 1, 46 ut non -i solum docent, verum etiam medici, qui *corpora* ... patefacta viderunt (*item iuxta* medici: TERT. carn. 20 l. 40 respondeant obstetrices et m. et -i de uberum natura. CHALC. comm. 246. HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 293A Dioscoridem et caeteros tam -os quam m., qui nullam herbam ... non ad suae artis utilitatem referunt. *al.*). SERV. ecl. 10, 65 secundum -os, qui morbos aut a contrariis aut a similibus asserunt posse depelli. HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 292B aiunt -i, quod pellis colubri ... mire dolorem aurium mitiget. MARCELL. med. carm. 19. CAEL. AVR. acut. 3, 1, 2 Valens -us libro tertio curationum. *al.*

c *de theologis naturalibus* (*cf. p. 2063, 46*): TERT. nat. 2, 6, 7 melius est ⟨errare⟩ simpliciter, quam ut -i diligenter; sedenim si ad mythic⟨um spec⟩tes, melius iam in -o, *sc. genere theologiae,* mortalitas errat (*sim. disting.* mythici: MACR. Sat. 1, 8, 6. 1, 9, 1. 1, 9, 5). SERV. Aen. 1, 47 -i Iovem aetherem ... volunt intellegi. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 7, 331 AVG. civ. 7, 26 p. 307, 29. *al.*

2 *de eis, qui naturam ducem sequuntur*: **a** *de philosophis quibusdam sec. naturam viventibus*: PAVL. NOL. carm. 32, 40 sunt -i naturae nomine dicti, quos antiqua iuvat rudis atque incondita vita (*v. comm. Walsh ad l.*). **b** *de medicis naturalem doctrinam sequentibus* (*cf. p. 2063, 69 sqq.; aliter 1b*): THEOD. PRISC. eup. faen. 66 secundum -os (75). 75 alia -orum beneficia (*nisi ad C2*). log. 18 veteres -i.

B *fem.* **physica** (-ē), -ae, *φυσική. forma graeca* -ē *l. 74 et fort. iam* CIL IV 1364, 3 (*v.* add. p. 207), *si recte legitur. de parte naturali philosophiae* (*fere iuxta alias partes; haud raro incertum, utrum subst. sit an adi.*): CIC. fin. 3, 72 dialecticam ... et -am. 3, 73. ac. 1, 25 enitar, ut latine loquar, nisi in huiusce modi verbis, ut ... -am aut dialecticam appellem, quibus ut aliis multis consuetudo iam utitur pro latinis. LACT. inst. 3, 21, 1 cum *Socrates* totam -am repudiasset. epit. 27, 5 *fit, ut* ipsa tota philosophia suis se armis consumat ...; 'at enim sola -e labat!' quid? illa moralis *eqs.* HIER. epist. 30, 1 *philosophi* disputationes suas in -am et ethicam lo-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gicamque *partiuntur.* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 75, 8 quas *disciplinas* Graeci ethicam, -am, enopticen appellarunt. ISID. praef. test. 36 *Salomo in Ecclesiaste composuit* -am, quae qualitatem naturae comprehendit. diff. 2, 150 ad -am pertinere aiunt disciplinas septem. *al. laxius*: SERV. ecl. 1, 69 ('post aliquot aristas') quasi rusticus per aristas numerat annos; nam -a rusticanorum est ... in messibus.

C *neutr.* **physicum,** -ī: **1** *de universa natura rerum eiusve scientia sim.* (*non nisi plur.*): **a** *generaliter de parte philosophiae*: CIC. rep. 5, 5 ut astrorum gubernator, -orum medicus *non imperitus est.* Tusc. 1, 71 nisi plane in -is plumbei sumus (fin. 1, 17. 1, 63 nat. deor. 1, 60. CHALC. comm. 246 Alcmaeo ..., in -is exercitatus quique primus exsectionem aggredi est ausus. AVSON. 15 [336 S.], 48. *al.; cf. l. 16 sq.*). *al.* VARRO rust. 3, 16, 9 (*agitur de apibus*). GELL. 14, 3, 6 *in Platonis* libris Socrates -a ... disserit. 17, 19, 3. Ps. APVL. Ascl. 1 conscripta *a Trismegisto* ... multa -a (*cf. p. 2064, 33*). *al. de scriptis*: CIC. fin. 1, 26 *Epicurus* aliena dixit in -is (*cf.* nat. deor. 1, 73 in -is Epicuri. BOETH. cons. 5, 1, 12 Aristoteles ... in -is. *al.*). ac. 1, 6 -a ... possem scribere (SCHOL. Hor. ars 297). **b** *specialiter: de theologia naturali* (*cf. p. 2063, 46*): TERT. nat. 2, 5, 13 in -is contra naturam *auctorem rerum neglegitis*; ... ita credere contingit elementorum potestates ... esse ..., quae sunt servitutes. *de ratione naturali artis medicae* (*cf. p. 2063, 69*): THEOD. PRISC. log. 34 quae *adiutoria* ... in libro -orum ... disponimus (*cf.* 48 in nostro libello -orum. TITVLVS Theod. Prisc. phys. cod. B de -is).

2 *de remedio naturali, non rationabili* (*cf. p. 2063, 71 sqq.; indicatur saepe per* ad, *quod malum tollatur; de adi. cogitare potes maxime l. 30 sqq.*): PELAGON. 110 ad tussem -um Emeriti mulomedici (*item indicatur auctor sim.*: CASS. FEL. 32 p. 64, 18 -um ad dolorem molae, de Vindiciani Afri. PLIN. phys. Bamb. 82, 80 -um de codicem Alexandri. 82, 81). 138, 1 aliud apopiras (*i. ἀπὸ πείρας*) -um: ... gallinam occidi facies *eqs.* VEG. mulom. 2, 72, 1 -um ... creditur testes ... oblinitos canino felle sanari (*cf.* PLIN. phys. Bamb. 8, 24 item -um ad emigranium: ... stercus columbinus ... conpescit dolorem; ⌞-um est⌟ [8, 25. 9, 11. 17, 2 et miraveris, quia -um est. 82, 79]. 82, 83 hoc experimentatum est et -um adfirmant esse). MARCELL. med. 20, 78 ventrem tuum perfricans dices ter 'lupus ibat ...'; -um hoc ad digerendum de experimento satis utile. THEOD. PRISC. log. 48 sapientiores ... -orum adiutoria providerunt (*seq.* veluti religiosa remedia). 116 adiutoriis consuetis uti ... vel certe aliquibus -is magna semper potestate praestantibus. *al. vituperatur usus -orum*: AVG. doctr. christ. 2, 75 remedia, quae medicorum quoque disciplina condemnat ..., quae mitiore nomine -a vocant, ut quasi non superstitione inplicari, sed natura prodesse videantur.

3 *de vitiis naturalibus hominis*: ASTER. ad Renat. l. 146 prima ... monachi virtus in eo est, a naturae -is animum vincere.

adv. **physicē** (*cf. formam gr.* physicos RVFIN. patr. 1, 6 l. 20 GLOSS.^{L} I Ansil. PI 249). *fere i. q. modo physico; respicitur: pars naturalis philosophiae*: CIC. nat. deor. 3, 18 quae a te -e dicta sunt de vi ignea. div. 1, 126 ut fatum sit non id, quod superstitiose, sed id, quod -e dicitur: causa aeterna rerum. SERV. Aen. 3, 30 ('coit formidine sanguis') -e loquitur et rationabiliter; nam hinc et pallor nascitur, cum se ... contrahit sanguis. 10, 834 nove et -e. *theologia naturalis*: SERV. Aen. 7, 23 ('Neptunus ventis implevit vela') -e locutus est; motu enim aquae ventus creatur. 10, 5. COMMENT. Lucan. 1, 51 'natura' -e pro Iove. *quaelibet allegoria* (*cf. p. 2063, 65*): FVLG. Virg. cont. p. 83, 13 *in primis tribus eclogis* -e trium vitarum reddidit continentiam.

physiognōmia *v.* -gnomonia.

?physiognōmicus, -a, -um (*pro* -gnomon- *ut infra l. 71*), *φυσιογνωμονικός. mire adhibetur c. notione q. e. physicus vel physiologus*: FVLG. Virg. cont. p. 84, 10 secundus *liber georgicorum est* -us et medicinalis.

physiognōmōn, -onis *m., φυσιογνώμων. litt. gr. l. 64 sqq. i. qui ex aspectu hominum naturam eorum cognoscit*: CIC. fat. 10 Socraten nonne legimus, quem ad modum notarit Zopyrus -n, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socraten dixit (*cf.* CASSIAN. conl. 13, 5, 3 cum intuens eum *Socratem* quidam *-ων* dixisset: *ὄμματα παιδεραστοῦ*). DON. Ter. Hec. 75 ('cur non aut istaec mihi ... forma est aut tibi haec sententia?') ostendit secundum *-ας* difficile deformem reperiri bonum. PHYSIOGN. 3 quod *dicimus* femininum, *θηλυκόν* -es dicunt. 9 quemcumque ... perspexissent -es ... furenti habere proximum vultum. 20 ex oculorum ... indiciis -es sententias suas confirmant.

†physiognōmonia, -ae *f., φυσιογνωμονία.* phi- *codd. passim, hic illic* -gnomia (*cf. l. 56*). *i. q. ars physiognomonum*: PHYSIOGN. 1 ex tribus auctoribus ..., qui de -a scripserunt. 2 *profitetur -a* ex qualitate corporis qualitatem se animi ... perspicere. 9 tria genera veteres instituerunt, quibus -am exercuerunt. *ibid.* -am assecuti sunt homines (11). 20 *in oculis* summa omnis -ae constituta est (*sim.* 45). *al. apud eundem.*

physiologia, -ae *f., φυσιολογία. plur. l. 22; forma gr. acc. sing. l. 5 nec non l. 19. de notione v. l. 4.*

fere i. q. doctrina de rerum natura, physica: **1** *generaliter de parte naturali philosophiae: explicatur vox graeca*: CIC. div. 1, 90 *Divitiacus druida* naturae rationem, quam *-αν* (-am *codd.*) Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur. VITR. 1, 1, 7 (*antea de moribus*) praeterea de rerum natura, quae graece *-α* (-a *codd.*) dicitur, philosophia explicat. CAEL. AVR. acut. 1, 8, 56 ex naturali tractatu, quam Graeci -am, *sc. vocant. adhibetur pro voce latina*: CIC. nat. deor. 1, 20 primis ... labris gustasse -am, id est naturae rationem. div. 2, 37 dum haruspicinam veram esse vultis, -am totam pervertitis. CHALC. comm. 124 tractatum istum ad astronomiam potius quam -am pertinere. HIER. hom. Orig. in cant. 2, 11 p. 56, 25 secundum eorum -am, qui de naturis omnium animalium disputant. FVLG. Virg. cont. p. 83, 17 in parte ... *sextae* eglogae ... -am secundum Stoicos exposuit. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 9, 8 tertia theoretices species est ... -a, quae naturas corporum passionesque declarat. **2** *specialiter de theologia naturali* (*huc fort. l. 35*): CIC. nat. deor. 1, 41 Diogenes *Stoicus* ... partum Iovis ... ad -am traducens diiungit a fabula. AVG. civ. 6, 8 p. 261, 1 quasi ... nos in hac disputatione -an quaerimus et non theologian id est rationem non naturae, sed dei. 7, 27 p. 309, 12 ipsas -as cum considero, quibus docti et acuti homines has res humanas conantur vertere in res divinas *eqs.* (*item plur., sc. de interpretationibus*: c. Faust. 12, 40 cum *pagani* fabulas suas ... ad nescio quas -as vel theologias, id est rationes naturales vel divinas, interpretando referre conentur). *explicatur sensus versuum* (*cf. p. 2063, 59*): SERV. Aen. 6, 295 (*agitur de Tartaro*) haec est mythologia; nam -a hoc habet, quia *mors plena tristitiae est* (6, 893 [*opp.* poetice]). 7, 300 ('profugis toto me, *i. Iunonem,* opponere ponto') 'me' ... per -am imbres, tonitrua, tempestates. 8, 416 -a est, cur *eqs.*

physiologicus, -a, -um, *φυσιολογικός. i. q. ad physiologiam pertinens* (*pro subst. masc. l. 37, fem. fort. l. 42*): **1** *respicitur theologia naturalis*: TERT. nat. 2, 4, 13 (*agitur cum Varrone*) quomodo, quae sunt in materia ..., dei habebuntur ...? sed quid ego cum argumentationibus -is? MIN. FEL. 19, 11 *Chrysippus* Zenonem ... interpretatione -a in Hesiodi ... carminibus imitatur ([*Bursian,* physogogiae *in* phylologia *corr. cod.,* physiologiae *pars edd.*]. AVG. civ. 6, 8 p. 260, 31 -as quasdam, sicut aiunt, id est naturalium rationum, i. 7, 5 p. 281, 16). **2** *respicitur pars naturalis philosophiae*: SERV. auct. Aen. 10, 273 secundum -os idcirco ⟨canis⟩ caloris sidus putatur, quod id animal igneam vim habet. FVLG. Virg. cont. p. 92, 5 nostrum -um ... librum (-logum *var. lect.; antecedit p. 2067, 3*). **3** *respicitur pars quaedam artis medicae* (*cf. p. 2064, 5*): Ps. SORAN. quaest. med. 23 cum in tres partes divisa sit medicinalis ratio ..., id est -am, pathognomicam et therapeuticam (phisicam logicam *cod., restit. Rose sec. Galen. XIX 351 φυσιολογικήν*).

adv. **physiologicē.** *i. q. modo physiologico; respicitur: theologia naturalis*: TERT. nat. 2, 12, 17 eleganter quidam sibi videntur -e per allegoricam argumentationem de Saturno interpretari tempus esse *eqs. pars naturalis philosophiae*: IREN. 4, 27, 1 *Salomon* eam, quae est in conditione, sapientiam dei, exponebat -e de omni ligno *eqs. quaelibet allegoria*: ISID. orig. 18, 64 quidam ... aleatores sibi videntur -e per allegoriam hanc artem exercere ...; nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria saeculi tempora: praesentia *eqs.*

physiologūmena, -ōn *n., φυσιολογούμενα. fere i. q. res naturales explorandae, tractatus de eis scriptus sim.*: FVLG. myth. 3, 7 p. 71, 3 *putabant* pagani singulas partes in homine deos singulos obtinere, ut Iovem caput ..., sicut Dromocrites in -on scripsit (fis- *trad.*).

†physiologus, -a, -um, *φυσιολόγος.* [*confunditur in codd. c.* philosophus AMBR. Abr. 2, 6, 26 HIER. tract. in psalm. I p. 334 l. 157.]

1 *pro subst.*: **a** *masc.*: **α** *de eis, qui naturam explorant, eam describunt* (*saepe adhibetur scientia in allegoria spiritali; respicitur fere historia animalium*): PHYSIOL. rec. B 1 (*sim.* rec. Y) -us dicit tres res naturales habere leonem (*cf.* RVFIN. patr. 1, 6 l. 20 -us de catulo leonis haec scribit). 6 -us dicit de pelicano, quoniam amator est filiorum nimis. 28 -us de turture dicit *eqs.* (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1, 30 p. 252^{B} legamus -os et reperiemus turturis hanc esse naturam *eqs.*). HIER. tract. in psalm. I p. 334 l. 157 sic ... -i dicunt. ARNOB. IVN. in psalm. 62 l. 34. EPIPHAN. Avell. 244, 31 *huius lapidis* inventionem nequaquam novimus ... a -is, id est naturarum scrutatoribus. APON. 8, 41 sicut natura columbarum a -is esse narratur. *al.* **β** *de eis, qui quaslibet allegorias docent, explicant* (*cf. l. 49*): AMBR. Abr. 2, 6, 26 figurate ... animam secundum -os terram appellavit. **γ** *de theologis naturalibus* (*cf. l. 59*): AVG. civ. 7, 27 tit. de figmentis -orum. 7, 29 tit. omnia, quae -i ad mundum partesque ipsius rettulerunt, ad ... deum referre debuerint. **δ** *peculiariter de physiognomone*: SCHOL. Pers. 4, 24 Zopyrus ... *-ος* (-us *codd. Kurz*) de vultu hominum mores agnoscebat (*cf. p. 2065, 61*).

b *neutr. plur. de historia naturali* (*nisi intellegas adi. masc. de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libris): FVLG. myth. 2, 1 p. 40, 23 sicut Iuba in -is refert, *sc. de conchis marinis.*

2 *adi.*: FVLG. Virg. cont. p. 92, 1 in libro -o, quem nuper edidimus de medicinalibus causis et de septenario ... numero (fis- *codd.*; DECRET. Gelas. 5, 6 l. 308 liber -us ab haereticis conscriptus et beati Ambrosii nomine praesignatus, apocryphus [*respicitur* PHYSIOL., *cf. 1a*]. *cf. l. 2066, 75*).

***?physion** (fis- *cod.*): inflatio et os pupillae (papulae *Bücheler*) GLOSS. *estne φυσίον, sc. demin. a φῦσα, quod gr. non legitur? de φύσημα cogitat Goetz.*

physis *f., φύσις. acc. sing.* -in *l. 24. 26 sq.*, -em *l. 22, plur.* -is *l. 19. de notione*: PS. SORAN. quaest. med. 19 quid est -is, id est natura? natura seu -is est potestas divina, per quam omnia gubernantur in homine. GLOSS.^{L} I Ansil. PI 251 -is natura graece. III Abol. FE 20 -is natura. *cf. p. 2062, 73.*

i. q. natura (fere usu technico): **1** *qualibet in re*: CE 1504 C, 35 (*saec. I?*) o Priape ..., seu cupis genitor vo⟨cari⟩ et auctor orbis aut -is ipsa Panque (*vergit ad prosopopoeiam*).

2 *in re gemmaria*: PLIN. nat. 37, 195 ut *gemmae arte mutatae* ... nomen usitatum non habeant, -īs appellant, velut ipsius naturae admirationem in iis venditantes (-es *var. l.*).

3 *in re medica (cf. l. 11)*: **a** *de statu, condicione corporali sim.*: VINDIC. epist. ad Valent. 3 cum ... vidissem -em eius, quam de colore collegi, et siccitate viscerum fatigari eum penitus advertissem. GLOSS.^{L} I Ansil. PI 250 (med. p. 59) -in id est naturam vel temperantiam. **b** *de parte genitali mulieris*: THEOD. PRISC. gyn. 22 hac ... confectione -in vir eius linire debebit et continuo mulieri commiscendum est. ANON. med. ed. Piechotta 81 *lavet mixtura* sibi -in et obsetrix, cum eam inspexerit, inveniet eam virginem.

cf. Onom.

physōdēs, -es, *φυσώδης. traditur sola forma neutr. e graeco transcripta. fere i. q. ventosus, inflans*: ORIBAS. eup. 4, 117 (122), 10 La p. 626 inflationes, quas Greci -es appellant passionem, id est ypocondriaca (fisid- *cod.; gr. τὸ φυσῶδες καλούμενον πάθος*). syn. 7, 50, 1 La p. 195 pneuma -is pinguis et tepidus vapor (fys- *cod., gr. φυσῶδες*).

phyteuma *n., φύτευμα. nomen herbae (v. André, Les noms de plantes, 1985, 199)*: PLIN. nat. 27, 125 (*inde* 1, 27, 99) -a quale sit, describere supervacuum habeo, cum sit usus eius tantum ad amatoria. DIOSC. 4, 123 p. 58, 25 de -a: -a folia habet similia strutio ...; quam plurimi dicunt data amorem facit (fit- *cod.; gr. 4, 128 φύτευμα*).

phyto(n) *v.* Pytho(n). *Spoth.*

pī *indecl., n., πῖ. est nomen litterae gr. appositum ubique eius signo, quod adhibetur tamquam nota: fundi in arte grom.*: GROM. p. 323, 29 casa per pi *Π* nomen habens. *soni in arte musica*: BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 9 *modi lydii* meson enarmonios ... *est* pi graecum et sigma conversum. 311, 4 paramesos ... *est* zeta et pi graecum iacens. *al. ibid.* (*e coni.*: MART. CAP. 9, 960).

piābilis, -e. *a* piare (*cf.* inexpiabilis). [*falsa var. l. pro* beabilis VEN. FORT. carm. 2, 4, 18.] *i. quod piari potest*: OV. fast. 3, 289 (*Egeria Numae*) -e fulmen est ... et ... flectitur ira Iovis; sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi tradere. *? notione deflexa*: GLOSS. -em: grandem (*corruptum vid.; subaudiens e. g.* victimam *cogitat de vi activa Nettleship, Journ. Philol. 19, 1891, 293*).

piācl- *v.* piacul-.

piāculāris, -e. *a* piaculum. *de scriptura: c. apice et per syncopen* -clá- ACT. Arv. a. 81 (CIL VI 2060 *et* 32364) 15. -i- *longa* ACT. Arv. a. 120/140 (Epigraphica 7, 1945, 31) 4. -cole- *cod. W* COD. Theod. 16, 6, 6 pr. *notatur* piacul ACT. Arv. a. 218 (CIL VI 2104) a 17, piacular *ibid.* a. 220 (CIL VI 2105) 11. a. 221 (CIL VI 2106) c 6. [*confunditur in codd. maxime c.* peculiaris PLAVT. Epid. 139 COD. Iust. 1, 6, 2. *al.* (*restit. p. 2068, 18*).]

i. q. ad piaculum pertinens (pro subst. masc. l. 64, neutr. p. 2068, 14 sq. 26 sq.): **1** *c. respectu caerimoniae expiatoriae, purgatoriae, placatoriae rite peragendae*: **a** *de hostiis, victimis* (GLOSS. -is hostia: quae offertur pro peccato. -es ⌞res⌟: hostiae, quae offeruntur pro peccato [⌞ ⌟ *delendum vid.*]): **α** *in imag. vel in compar. de hominibus (l. 65. 67 vergunt in usum subst.)*: PLAVT. Epid. 139 men -em oportet fieri ob stultitiam tuam, ut meum tergum tuae stultitiae subdas succidaneum? PLIN. epist. 3, 9, 9 ne potentissimi vilissimo quoque quasi -i dato alienis poenis elaberentur. paneg. 34, 4 cum *delatores* velut -es (peculiares *var. l.*) publicae sollicitudinis victimae ... ad ... supplicia ... ducerentur. **β** *proprie*: VARRO ling. 6, 30 praetor, qui tum, *sc. diebus nefastis,* fatus est, si imprudens fecit, -i hostia facta piatur (ARNOB. nat. 6, 2 p. 308, 15 *non existimamus deos* -es h. signis minacibus postulare *eqs.; adde l. 62*). FEST. p. 213 (*e Cloat.*) -is ⌞porca⌟ appellatur ..., cum ... pro piaculo solvitur ([⌞ ⌟ *cod. X,* porta *W et Paul.*]. ACT. Arv. a. 59 [CIL VI 2042] a 19 immolavit deae ⟨Diae p. piacula⟩res II, deinde vaccam. a. 87 [CIL VI 2065] II 19 p. -es duas luco coinquendi et operis faciendi immolavit. *sim. plur. saepe ibid.; sing.*: ACT. Arv. a. 220 [CIL VI 2105] 11 piaculum factum ... p. piacular(em), struibus fertis, et agnam [*cf. l. 6*]). ACT. Arv. a. 183 (CIL VI 2099) II 22 immolav(it) porcilias -es II luci coinchuendi *eqs.* (a. 213 [CIL VI 2086] 2 sacerdotes ... p. [-llas *lapis*] -es epulati sunt. a. 221 [CIL VI 2106] c 6 piac⟨ulum factu⟩m ... struib(us) e⟨t⟩ fert(is), p. alb⟨am⟩ piacular(em). *al.*).

b *de sacris perficiendis*: LIV. 1, 26, 13 (*12* ut caedes ... piaculo lueretur) quibusdam -bus sacrificiis factis (ACT. Arv. a. 38 [CIL VI 2028] c 23 promagister ob ramum vetus⟨tate delaps⟩um in luco deae Diae s. -e fecit). 29, 19, 8 sacrum -e fieri ita, ut prius ad collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri ... violati essent, quae piacula, quibus dis, quibus hostiis fieri placeret (*in eadem re*: 29, 21, 4 fecerunt. *ceterum*: SERV. auct. georg. 2, 162 simulacrum ... sudasse; propter quod pontifices .. -ia sacra fecerunt. *aliter l. 24*). 31, 12, 4 -ia ..., sicut ante pontifices censuissent, fieri (*neutr. plur. pro subst. ut*: 42, 3, 10 ⟨p⟩iacularia ... Iunoni). *apud Iudaeos*: HIER. epist. 78, 17, 5 (*respicitur num. 19, 9 sqq.*) cinis eius *vitulae concrematae* -is (piaculis *var. l.*) aspersio est (*inde* ISID. expos. in num. 15, 4 [peculi- *trad.*]).

2 *c. respectu rerum fas violantium, nefandarum, quae expiatione vel purgatione egeant sim. (strictius in re sacra l. 22. 29. 37 sq., ceterum vergit in vim q. e. sacrilegus, flagitiosus sim.)*: **a** *usu vario*: PAVL. FEST. p. 244 -ia auspicia appellabant, quae sacrificantibus tristia portendebant, cum aut hostia ab ara effugisset *eqs.* (*inde suppl.* FEST. p. 245). APVL. apol. 45, 6 quinam testes huic -i sacro adfuerint, *quo puerum incantavisse dicor* (*item respicitur magia*: AMM. 26, 3, 4 servum ... arcanis -bus inducendum). SOCR. 3 p. 125 quamquam plerique se ... omnibus erroribus ac -bus depravaverint, sceleribus imbuerint (*neutr. plur. pro subst. ut*: GLOSS. -ia: sacrilega, peccatis plena). MIN. FEL. 24, 11 *apud paganos* servo quibusdam caerimoniis interesse -e flagitium est (COD. Theod. 16, 6, 4, 2 [*1* feralibus]. Iust. 1, 3, 30, 3 [*a. 469*] a sacris adytis repellatur -e f. *sacerdotii pretio emendi.* GREG. M. epist. 10, 2 l. 4 [*cf. l. 14* immanissimum. *16* nefandissima]. 12, 9 l. 37 [peculiare *var. l.*]). COD. Theod. 16, 6, 2, 1 si *qui fundi* -i doctrinae secreta praebuerint (*postea*: impiae). 16, 6, 6 pr. -e crimen. GLOSS. -i voce: peccatoria voce. *transfertur ad caput eius, qui flagitia -ia commisit*: PANEG. 12, 18, 3 caput illud -e *tyranni occisi.* **b** -e est *c. (acc. c.) inf.* (*cf. l. 29*): MACR. Sat. 1, 10, 1 bellum Saturnalibus sumere nefas habitum, poenas a nocente isdem diebus exigere -e est. 1, 15, 21 feriis ... vim cuiquam fieri -e est.

adv. **piāculāriter.** *fere i. q. modo piaculari (sc. qui expiari possit sim.)*: TERT. pudic. 22 p. 273, 20 *post baptisma* denuo dimittetur eis, qui -r negaverunt *fidem non volentes, sed vi coacti* (*v. app. crit. et cf. Le Saint, 1959, 298 n. 705 ad l.*).

piāculo, -āre. *a* piaculum. *i. q. piaculo afficere*: **1** *expiatione, purgatione*: GLOSS. II 242, 7 *ἀποτροπιάζω*: pio, ⌞-o⌟, expio (*nisi est abl. subst., cf. enim vol. V 2, 1703, 69 sqq.*). GLOSS.^{L} V Abba PI 5 -are: [expugnare], expurgare (*fere item* GLOSS.^{L} V Aa P 597). *vix recte huc trahitur* CATO agr. 141, 4 *p. 2070, 52.* **2** *fere macula, peccato*: GLOSS. -are: criminare (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 401).

***piāculum,** -ī *n. a* piare. *syncope* -cl- LEX luci Spolet. (CIL I^2 366) 2, 2. 5. 8 (*item in lege gemella* [CIL I^2 2872] 2, 5. 9. 11). CIL I^2 2545, 6 (*saec. II a. Chr.?*). ACT. Arv. a. 69 (CIL VI 2051) II 14 *et in versibus* IVVENC. 3, 168 (*in fine hexam. ut*: PAVL. NOL. carm. 21, 630). PRVD. perist. 10, 219. *de scriptura* -col- *v. l. 57. notatur* p ACT. Arv. a. 224 (CIL VI 2107) 21, piac *ibid.* a. 118 (CIL VI 32374) II 65 (*fortasse huc pertinet* CIL VI 14490 [*sine contextu*]), piacul *ibid.* a. 221 (CIL VI 2106) b 7. NOT. Tir. 63, 45 -um. *formam nom. (acc.) sing.* -om *in libris antiquis foederum et legum fuisse testatur* MAR. VICTORIN. gramm. 4, 22 -colom (-on *var. l.*); *masc. nom. sing.* -us SACR. Gelas. 345. *de notione*: SYNON. Cic. p. 425, 27 facinus. flagitium. maleficium. scelus. nefas. -um. ISID. diff. 1, 299 (1, 88 C.) *est* -um ... id, quod admissum est, et id, quod (quo, qui *var. ll.*) expiatur admissum. orig. 5, 26, 26 -um dictum pro eo, quod expiari potest. GLOSS. -um: *ἀποτροπ⟨ι⟩αστήριον. ἐξευμενιστήριον.* peccatum, rursus et ⌞sacrum quod purgat⌟ (sacra quae purgant *Mai*) peccatum, -a dicuntur; unde quidam sacrificia -a dicunt. scelus aut aliquid impium in templis vel in sepulcris commissum. abominatio. -a: *ἀποτροπιάσματα, ἁγνιάσματα, μολύσματα, λύματα.* expiamenta. placationes mortuorum. GLOSS.^{L} I Ansil. PI 12 -a: sordes, maculas. 20 -um: crimen aut periculum. *al.; ceterum cf. e. g. p. 2071, 14. legitur inde a* LEGIBVS *ant.*, PLAVTO, ENN., CATONE. [*confunditur in codd. maxime cum* periculum VARRO ling. 6, 53. *al.* (*pro quo est var. l.* PLIN. nat. 25, 84, *restit.* PHAEDR. 3 epil. 34. *cf. l. 67*).]

I *significatur actio expiandi, purgandi, placandi vel res, animalia, quibus piatio fit* (*de quolibet sacrificio maxime p. 2070, 47; saepe praedicative vel in appositione e. g. p. 2069, 19. 74. 2070, 31. 75,* -um est *p. 2070, 15. 68. al.; pendet gen. indicans, quid sit expiandum sim., e. g. p. 2069, 8. 53. 58. 2070, 32 [paulo aliter p. 2070, 69], quid expetatur, p. 2070, 26, quis sit pur-*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gandus, l. 66 sq., cui -um solvatur, VVLG. *p. 2071, 3, qua in re constet -um, e. g. p. 2070, 36. 2071, 28; ad rem v. Ehlers, RE XX, 1179 sqq. et e. g. Henzen, Acta fratrum Arvalium, 1874, 127 sqq.*): **A** *in locutionibus notabilioribus*: **1** *iungitur c. verbo*: **a** dare: *accedit abl., quo indicatur victima*: LEX luci Spolet. (CIL I^2 366) 2, 2 seiquis *lucum* violasit, Iove bovid -um datod (2, 5 Iovei b. -um datod et a(sses) CCC moltai suntod. *item in lege gemella* [CIL I^2 2872] 2, 5. 9). DECRET. pontif. (CIL X 8259) 2, 10 -o prius dato operis faciendi ove atra. MACR. Sat. 1, 16, 10 qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco -um dare debere. *cetera exempla*: LEX reg. Fest. p. 189 cuius auspicio capta *spolia opima sunt,* dis -um dato. LIV. 9, 10, 4 *consulem* ipsum se ... hostium irae offerre -aque pro populo Romano dare. AT. CAP. Macr. Sat. 3, 10, 7 siquis forte tauro Iovi fecerit, -um dato. VAL. MAX. 6, 8, 7 datis sibi *servo* crudelitatis -is, *sc. a domino* (*extra rem sacram ut*: 9, 2 ext. 3 *Mithridates morte* -a crucibus illis dedit, quibus *eqs.*). STAT. Theb. 10, 799 saeva -a bello (*respicitur devotio Menoeceos*). TAC. ann. 12, 8, 1 *ob incestum* -a ... apud lucum Dianae per pontifices danda.

b fieri (facere): α *abl. instr.* -o (*cf. l. 74*): CATO agr. 139 lucum conlucare ... sic oportet: porco -o facito, sic verba concipito: 'si deus *eqs.*' (*ibid. iterum*). 140 si fodere velis, altero -o eodem modo facito, hoc amplius dicito: '*eqs.*' (*ibid. iterum. inde* capp. 149).

β *obi.* -um, -a: Ⓘ *accedit abl. vel acc. victimae, rei oblatae* (*in struct. pass. praeter* MACR.): CIC. leg. 2, 57 (*sec. P. Scaev.*) *si quis in nave necatus et in mare proiectus esset, oportere* porco femina -um ⌞fieri⌟; si in mari mortuus esset, eadem praeter -um et ferias (⌞ ⌟ *Watt, Studies in Lat. lit. 4, 1986, 267 sq.,* pati *trad., alii alia*). LIV. 8, 10, 14 Marti suovetaurilibus -um fieri. 29, 19, 8 quae -a, quibus dis, quibus hostiis fieri placeret. ACT. Arv. a. 69 (CIL VI 2051) II 14 ⟨p⟩iaclum factum per calato⟨rem⟩ ... porcam et a⟨gnam opimam⟩ (*item acc. e. g.* ACT. Arv. a. 80/81 [CIL VI 2059] 18. *cf.* ACT. Arv. a. 214 [CIL VI 2103] b 11 ⟨agna⟩m et porci(iam). *abl.*: ACT. Arv. a. 125/126 [CIL VI 2082] a 4 porca et agna opim⟨a⟩. *cf. l. 34*). a. 105 (CIL VI 2075) I 38 porcis et agnis, struibus fertisque (a. 118 [CIL VI 2078] I 41. a. 120 [CIL VI 2080] 60. *al. in* ACT. Arv., *nota abl. iuxta acc. ibid.* a. 220 [CIL VI 2105] 7 porcam piacular(em), struibus fertis, et agnam. *cf. ibid.* a. 221 [CIL VI 2106] b 4 porciliam). MACR. Sat. 1, 11, 49 quae *sigilla fictilia* homines pro se ... -um pro Dite Saturno facerent. Ⓘⓘ *non indicatur, quid offeratur*: VARRO ling. 6, 53 *praetores diebus nefastis* si fati sunt, -um faciunt. ACT. Arv. a. 72 (CIL VI 2053) 14 ⟨piacul⟩um factum ⟨in luc⟩o deae Diae ob arborem, qua⟨e a⟩ tempestate de⟨ciderat⟩, per calatorem *eqs.* a. 87 (CIL VI 2065) II 56. a. 87 (CIL VI 2065 *et* 32367) II 65 piaculu⟨m factum⟩ ... ob ferrum in⟨latum scripturae et scalpturae⟩. a. 91 (CIL VI 2068) I 37. 39. a. 130 (CIL VI 1884) 10. GELL. 16, 6, 10 ostentum ... est et -is factis procurandum. *al.* (ACT. Arv.).

2 *iungitur c. praepos.*: **a** sine (*cf. p. 2071, 62; cum locutio facile a notione q. e. 'ita, ut -o opus non sit' ad 'ita, ut -um non perpetretur' transeat, infra quaedam ad II vergere videntur, cf. Fugier, Recherches sur l'expression du sacré ..., 1963, 346*): LEX vic. Furf. (CIL I^2 756) 10 *vendere donatam aedi* rem sine scelere s. -o. VARRO ling. 6, 29 per *dies fastos* ... praetoribus omnia verba s. -o licet fari (*sim.* 6, 53). LIV. 5, 52, 8 *sacra* hinc s. -o in hostium urbem ... transferemus? (*antea*: religiosum). 28, 27, 6 *seditione militum non* ea sunt commissa, quae ... s. -is ingentibus expiari possint. 39, 18, 8 s. religione et -o se id *sacrum, sc. Bacchanalia,* omittere *non* posse. 39, 47, 11 rerum praetermissarum. CINC. Gell. 16, 4, 4 quod *auspicium* s. -o praeterire non liceat. PLIN. paneg. 37, 7 *non* s. -o quodam ... *sanguinis* necessitudines ... scindi. CALP. decl. 15. APVL. met. 11, 23, 7 quod solum potest s. -o ad profanorum intellegentias enuntiari, referam. VLP. dig. 28, 8, 7, 3. SERV. georg. 1, 270 (*e Varrone*) *festis diebus* nymphae ... s. -o non possunt moveri. **b** cum (*cf. p. 2071, 66*): LIV. 29, 8, 9 *Pyrrhus* c. magno -o sacrilegii sui manubias *e templo raptas* rettulit (*in eadem re*: 32, 1, 8 *sublata* reponenda c. -is). AVSON. 21 (419 S.), 45 divinitatis tuae ⌞proprio⌟ cum -o verba transcurro (*Green,* pro! levi *Peiper, ut locum ad II trahas; v. app. crit.*). **c** *qualibet* (*afferimus solum vim quandam fin. habentia, cf.* -i gratia *p. 2070, 8* [nomine *p. 2070, 6?*], *dat.* -o *p. 2070, 71*): LIV. 21, 10, 12 *Hannibalem Romanis* dedendum ... ad (id *pars edd.*) -um rupti foederis (45, 10, 13 noxae). FEST. p. 213 (*loco non sano*) pro -o solvitur *porca* (VVLG. lev. 17, 11 *ut* sanguis p. animae -o sit. II par. 29, 24 *sacerdotes* asperserunt sanguinem eorum *hircorum* altari p. -o ... Israhelis). PANEG. 2, 45, 5 in belli -um.

B *exempla varia*: **1** *strictius, sc. cum respectu caerimoniae rite peragendae* (*pro -o sunt vel animalia vel res, sed homines p. 2070, 37 sqq. [in comparationibus]. l. 43 sqq., cf. p. 2070, 66 sqq. 69. 71. 74*): **a** *usu communi*: α *expiatur violatio, turbatio temporis interdicti, loci sancti, caerimoniae sim.* (*ut saepe sub A*): LEX luci Spolet. (CIL I^2 366) 2, 8 eius -i moltaique ... exactio (*sim. in lege gemella* [CIL I^2 2872] 2, 11). CATO agr. 139 te hoc porco -o immolando bonas preces precor, uti *eqs.* (*ibid. iterum; cf. p. 2070, 54*). CIL I^2 2545, 6 (*in lege templi; saec. II a. Chr.?; contextu manco*). VARRO frg. Macr. Sat. 1, 16, 19 viros vocare *ad militiam* feriis non oportet; si *quis* vocavit, -um esto. LIV. 2, 38, 4 nefas ..., quo ... violaturi simus ludos -umque merituri (*nisi ad II*). 22, 9, 7 neglegentia caerimoniarum ... peccatum ... esse, quaeque -a irae deum essent, ipsos deos consulendos esse. 29, 18, 18 dea ... a violatoribus *templi* gravia -a exegit. ACT. Arv. a. 27 (Année Épigr. 1922 n. 83; *contextu manco*) 10 piacul⟨i nomine ...⟩. GELL. 2, 28, 3 (*e Varrone*) *si feriis pollutis* -o ... opus esset. 4, 6, 6 (*antea*: si primis hostiis litatum non erat) *aliae hostiae* luendi -i gratia ... succidebantur, *sc. succidaneae* (4, 6, 8). SERV. auct. Aen. 3, 279 l. 16 quoniam non ad iustum sacrificium Iovem invocaverint, ideo illi -um solvunt. *al.* β *expiantur manes, inferi* (*cf. l. 23*): CIC. leg. 2, 57 *v. p. 2069, 25.* VERG. Aen. 4, 636 (*638* sacra Iovi Stygio) *Anna* pecudes secum et monstrata -a ducat (SERV. purgationes; alias sacrilegia [auct.: sacrificia]. *Claud. Don. p. 411, 26 sqq.* pecudes ... et ... expiationibus necessaria). 6, 153 duc nigras pecudes, ea prima -a sunto; sic demum ... regna *infera* ... aspicies (SERV. ad expiationem pollutionis. CLAVD. DON. [Manuscripta 37, 1993, 13] incestationem ... expiare. *pendet*: SIL. 13, 405 mactare ... consueta -a nigras ... pecudes [*cf.* 13, 418 monstrata -a]). OV. met. 6, 569 *Procne sorori* inane sepulcrum constituit falsisque -a manibus infert. SVET. Otho 7, 2 per omnia -orum genera manes Galbae ... propitiare. γ *exempla cetera*: HOR. carm. 1, 28, 34 *nisi me iniecta harena humaris,* te ... -a nulla resolvent. LIV. 1, 26, 12 ut caedes manifesta aliquo ... -o lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret (*postea*: piacularibus sacrificiis. *cf.* STAT. Theb. 1, 569 *Apollo* nova ... -a caedis *Pythonis* perquirens [*Schol. I, 570 Crotopus* Apollinem ... caede pollutum expiavit]). 4, 30, 10 *ubique cernebantur* peregrina ... -a pacis deum exposcendae (*sc. in pestilentia urbis ut*: 7, 3, 3 -orum ... conquisitio). 5, 16, 1 priusquam ... prodigii -a invenirentur (*cf.* GELL. 4, 5, 2 [*e Verr. Fl.*] ob ... fulgur -is luendum. APVL. Socr. 7 p. 135 hariolorum praesagia, Tuscorum -a, fulguratorum bidentalia, carmina Sibyllarum). 5, 53, 1 *polluta* -is expiari. 8, 10, 12 ni *devotus in pugna* moritur, tum ... -um hostiam (hostia *var. l.*) caedi. 8, 18, 12 (*de clavo fixo*). 40, 13, 4 -o dignum. 40, 37, 2 pontifex maximus -a irae deum conquirere iussus (*sim.* TAC. ann. 16, 44, 1 petita dis -a aditique Sibyllae libri *eqs.* [*2* deum placamentis]. *cf. l. 4. 27*). VAL. FL. 2, 433 incautis decreta -a linguis. STAT. Theb. 6, 87 quae *pyra* ... infausti cremet atra -a belli. Ach. 1, 139. IVV. 12, 120 (*alluditur ad Iphigeniae sacrificium*) tragicae furtiva -a cervae. TAC. hist. 1, 58, 2 *militibus offensis* ut -um obicitur centurio (*item in comparatione*: PLIN. paneg. 82, 2 non secus ac -um aliquod trahebatur *Domitianus in navigio.* SVLP. SEV. chron. 1, 48, 4 *Ionas e navi* tamquam -um tempestatis in profundum proiectus est). TERT. praescr. 40 l. 14 ⟨si⟩ ipsorum sacrificiorum ac -orum ... curiositates consideremus (*sc. Romanorum vel Iudaeorum*). LACT. inst. 1, 21, 13 (*e Pescennio Festo*) *Carthaginienses,* ut diligentius -um solverent, ducentos nobilium filios immolasse. SCHOL. Cic. Bob. p. 131, 16 (*e Varrone*) ut salus *Athenarum* ... hoc genere -i, *sc. filiabus Erechthei immolatis,* compararetur. PRVD. perist. 10, 1047 (*de victima taurobolii*) tabo recentis ... -i. COD. Theod. 16, 10, 12 pr. *nemo* sensu carentibus simulacris vel insontem victimam caedat vel secretiore -o larem igne, mero genium, penates odore *veneretur eqs. al.* *in religione Iudaeorum* (*cf. l. 41. p. 2069, 66 sq.*): CARM. adv. Marc. 5, 13 obscura -a legis esse typum veteris, quae paruit hostia vere. CONSVLT. Zacch. 2, 7, 11 (*spectat ad Is. 1, 11 sqq.*) non his -is crimina vestra purganda sunt. *al.*

b *sine verbo*: CATO agr. 141, 4 si minus in omnis *hostias* litabit, sic verba concipito: 'Mars pater, ... te hisce suovitaurilibus -o'; si uno duobusve dubitabit, sic verba concipito: 'Mars pater, ... te hoc porco -o' (*usum absolutum post alios agnovit Berrettoni, Studi e saggi ling. 7, 1967, 152 sqq. coll. loco gemino Tab. Iguv. VI a 25; sed fortasse compendio orationis usus Cato voluit, ut repeterentur cetera verba precis antea perscriptae* immolando *eqs., v. p. 2069, 74 [cf. 140* hoc amplius dicito: 'operis faciundi causa', *sc. in eadem prece]; vix recte de verbo* piaculare *cogitant alii*).

2 *laxius, sc. extra caerimoniam sim. vel translate vel in imagine (cf. comparationes l. 37 sqq.); -o compensantur, expiantur, puniuntur, quaecumque contra homines vel deos peccantur* (*sc. saepe vita, integritate corporis, sed leniter praecipue l. 65. p. 2071, 3. 25; huc spectant e. g. p. 2069, 13. 53. 67*): **a** *contextu quolibet*: α *exempla varia*: HOR. epist. 1, 1, 36 laudis amore tumes: sunt certa -a, quae te ter pure lecto poterunt recreare libello. LIV. 8, 9, 10 *visus est Decius* -um omnis deorum irae, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret (*sim. alluditur ad devotionem Decii*: 10, 28, 13 ut luendis periculis publicis -a simus *Decii*). 37, 45, 7. GERM. 200 Andromedan, meritae non iusta -a matris (*cf.* VAL. FL. 2, 563 post quanta -a, *sc. beluae obiectas puellas*). VAL. MAX. 2, 7, 7 his, ut ita dicam, -is ... numen *Martis* ... propitiabatur *eqs.* 9, 2, 2 ut Vario Caesar -o caderet (*sc. in eius busto occisus*). 9, 9, 1. VAL. FL. 4, 252 *Amycus cum Polluce pugnaturus est* urgentis per (post *trad.*) sera -a fati nescius. SIL. 1, 182 poenae. 4, 465 *Scipio* multas ... paternos ante oculos animas, optata -a, mactat (*in sim. appos.*: 13, 367). TAC. ann. 1, 49, 3 *milites* cupido involat eundi in hostem, -um fu-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

roris (*sc. quo commilitones interfecerant; postea*: placari ... manes). AVSON. 13, 115 (108 S.), 19 quia debentur suprema -a vitae. VVLG. II reg. 21, 3 quod erit vestri -um? ENNOD. dict. 20, 3 p. 481, 18 res summo digna -o *est,* miscere discordantia *eqs. al.* β *iuxta verba dandi, solvendi sim.*: LIV. 6, 21, 7 ne soli *auctores defectionis* ... -a irae Romanorum dederentur. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 (*ad Athenas ingratas*) *viris excellentibus* laesis iusta -a exsolve. LVCAN. 2, 176 victima ... inferias Marius ... pendit, ... -a busto *Catuli* (*ad II trahit* ADNOT. -a ... scelera dixit). STAT. Theb. 1, 236 *Oedipus* -a solvit (AVSON. 24 [291 S.], 69). CE 1178, 5 (*saec. II in.; loq. mortuus*) ⟨cum me⟩ perdid⟨eris, expende⟩ -a fati, ⟨ut pere⟩as. γ *iuxta verba exigendi, sumendi sim.*: VAL. MAX. 1, 1, 14 *dei* iusta exacturi -a, *sc. pro Regulo vexato* (SIL. 13, 702 caedis. IVST. 8, 2, 6). LVCAN. 2, 304 immites Romana -a divi plena ferant, nullo fraudemus sanguine bellum ([COMMENT. -a proprie hostiae, quae immolatae expiant deos. *ad II trahunt* ADNOT. *et* SCHOL. B -a: scelera]. 4, 790). 10, 462 *Caesar* sumpturus poenas et grata -a morti ([ADNOT. suae morti expiationem Ptolomaei caede facturus]. VAL. FL. 1, 814 SIL. 4, 762. *cf.* SIL. 5, 213 *iuventus in hostem ruens* manibus ipsa suis praesumpta -a mittit [6, 300 mortis]). SIL. 2, 41.

b *in doctrina christiana*: LACT. inst. 7, 21, 3 *impii* rursus carne induentur, ut in corporibus -um solvant (*respicitur damnatio aeterna ut*: SALV. gub. 2, 20 aeternis ... -is non addicitur *David.* ENNOD. opusc. 5, 12 p. 396, 23 ad ... -a *gehennae*). HIL. trin. 3, 11 creatura intercessione huius -i liberatur (*de Christo ut*: CARM. adv. Marc. 2, 113 *eum* venisse -a facti, qui delicta suo multorum sanguine solvat). PRVD. c. Symm. 1, 522 ne ... maneat ... crimen saevitiae *in Christianos factae,* monstrata -a quaerit inque fidem Christi ... transfertur *Roma* (*cf. p. 2070, 13*). ALC. AVIT. carm. 3, 415 digna -a pendit *latro in cruce* (*syn. 3, 417* poenas). DRAC. laud. dei 1, 539 ceu femina *Eva* duxit ad ... -a mortis. ARATOR act. 1, 362 ut *per Christum* ... hostis ... perderet antiqui lacrimosa -a belli ..., ne criminis ultra per subolem prodiret onus (*nisi ad II*). *al.*

II *significatur id, quod expiatione vel purgatione eget, sc. nefas, peccatum, scelus, sacrilegium, macula sim.* (*cf. Fugier, Recherches sur l' expression du sacré ..., 1963, praecipue 343 sqq.; per gen. indicatur scelus sim., e. g. p. 2072, 20. 43 [eius instrumentum p. 2072, 12], numen laesum l. 67. p. 2072, 35*). **A** *in locutionibus notabilioribus*: **1** *iungitur cum* esse, *sc. in iunctura* -um est (-i est *l. 44. 47. 49 et* LEO M. serm. 70, 4 l. 71; *nota l. 50 sqq.*): **a** *pendet inf.* (*cf. p. 2072, 5*): PLAVT. Truc. 223 (*loq. lena*) -umst miserere nos hominum rei male gerentum. ENN. scaen. 331 palam muttire plebeio -um est (*inde restit.* PHAEDR. 3 epil. 34 [periculum *trad.*]). GELL. 10, 15, 10 (*e Fab. Pict.?*) si *verberandus* ad pedes *flaminis Dialis* ... supplex procubuerit, eo die verberari -um est (*antea*: religio est; fas non est). APVL. apol. 13, 8 magis -um *esse* decernis speculum philosopho quam Cereris mundum profano videre. ARNOB. nat. 7, 21 p. 367, 1 fas non est nec -i parvi est officia rituum procurationemque miscere. LACT. inst. 2, 17, 11 est ... -um maximum addicere se potestati eorum *spirituum* (*epit. 25, 1* nec fas esse). AVSON. 5 praef. (318 S.), 9 falsum me ... dicere et verum tacere eiusdem -i existimo. HIER. hom. Orig. in Luc. 14 p. 87, 8 *id* etiam cogitare. PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1545 hoc vel suspicari. RVFIN. Orig. in exod. 13, 3 p. 274, 12 minoris esse -i verbum dei neglexisse quam corpus. CASSIOD. var. 11, 17, 1 -um quoddam. *al.* *gen.* -i *pendet e nomine* (*distingue gen. qual.*: SALV. gub. 8, 11 minoris ... -i res est, si *eqs.*): HIL. in Matth. 24, 7 l. 13 minus -i esset decimationem oleris potius quam benevolentiae officium praeterire. SYMM. epist. 5, 61 nihil litterarum dare summa -i esse. RVFIN. hist. 3, 5, 7 quantum -i sit audere aliquid in Christum (*cf. gr. τῆς ... παρανομίας*). Ps. MVSA herb. Vett. l. 10 genus -i (CASSIOD. var. 3, 21). **b** *pendet enunt. secund.* (*cf. l. 74. p. 2072, 45*): SERV. Aen. 11, 339 aqua ad sacra hausta in terra non ponitur; quod si fiat, -um est (SCHOL. Stat. Theb. 1, 678 ['piget inter sacra fateri']. CLAVD. DON. Aen. 5, 600 p. 491, 11). FAVST. REI. rat. fid. 1 p. 456, 10 immane -um est, ut ... dicatur *eqs.* **c** *sine struct. verbali cum pron. neutr.*: SERV. Aen. 3, 407 *ne quis* sacrificii ordinem rumpat, quod est -um.

2 *iungitur c. praepos.*: **a** sine (*cf. p. 2069, 44; huc traximus certiora*): HIL. in Matth. 12, 3 s. criminis -o. 32, 4. VINCENT. LER. comm. 9, 9 *quaedam sunt* tam superba, ut mihi ... ne refelli quidem s. aliquo -o posse videantur. PETR. CHRYS. serm. 112, 2 nemo s. -o existimat ... bonum deum mortem creare potuisse. **b** cum (*cf. p. 2069, 58*): HIL. in Matth. 4, 15 ne minima quidem mandatorum dei nisi c. -o dei ... esse solvenda. 24, 9 prophetas c. gravissimo -o occisos. 25, 3 *Antichristus* caedibus terram c. -o desolaturus. SVLP. SEV. chron. 2, 44, 4 *fidem catholicam* c. -o repudiari.

3 *in abl. modali* (*cf.* FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 7, 2 l. 270 aliud ... adicitur memorato errori -um, quo ... admittunt *quiddam*): PLIN. nat. 7, 116 quo te, M. Tulli, -o taceam, quove maxime excellentem insigni praedicem? (*nisi ad I*). MART. CAP. 6, 635 provincia ... opibus, frugibus memoranda unoque transcurrenda -o, quod illic *hostiae humanae immolatae sunt.*

B *usu vario*: **1** *contextu quolibet* (*praevalente respectu religionis, rei sacrae laesae, alios respectus v. e. g. l. 12. 24. 25; manifestius elucet notio maculae, immunditiae l. 24. 26* [*cf. e. g. p. 2068, 67*]): VERG. Aen. 6, 569 *peccator* distulit in seram commissa -a mortem ([SERV. propter quae expiatio debetur. *Claud. Don. p. 583, 18* scelerate commissum. *an ad I?*]. GELL. 19, 13, 5 si -um ... non committitur praesente *doctissimo quiddam* ... dicere. TERT. nat. 2, 9, 16 in sacris. AMM. 17, 7, 10 alio deo pro alio nominato. *al.; cf. l. 34 et* LIV. 5, 52, 13 quantum -i [-um *var. l.*] committatur *sacerdotibus urbem relinquentibus*? 29, 18, 9 quod -i). LIV. 5, 52, 14 flamen peregre habitando ... tantum sibi reique publicae -i contrahet? (*cf.* ARNOB. nat. 3, 43 p. 200, 2 cum ... personarum confusio ... -um contrahi ⟨cogat⟩). PLIN. nat. 28, 8 nos auxilia dicemus, non -a (*antea*: quadrupedes homine sanavere). 28, 70 ut sileamus ... mensum -a (*sc. usum nefarium menstruorum. an ad I?*). TAC. ann. 1, 30, 3 *si milites seditiosi* soluti -o suis quisque hibernis redderentur. TERT. nat. 1, 7, 32 (*ironice*) *ut Christianus* -um feceris, nisi incestum (*sim.* apol. 8, 3). MIN. FEL. 8, 4 (*loq. paganus*) *Christiani* non sacro quodam, sed -o foederantur. PAVL. sent. 1, 21, 12 *in monumentis* attactu ... conversationis humanae -um admittitur (PORPH. Hor. carm. 1, 28, 33 in me. SERV. auct. Aen. 3, 607 l. 27 in [*om. pars codd.*] ... Achaemeniden. *al.; cf. l. 31*). ARNOB. nat. 3, 43 p. 200, 18 -is ... inexpiabilibus. PANEG. 12, 4, 4 *sequebantur tyrannum* spoliatorum templorum ..., plebis ... fame necatae -a. COD. Theod. 9, 17, 5 pr. ne *quidam* in -um incidant contaminata religione bustorum. CHALC. comm. 299 *non* inveniri ... immunem a vitiis ... generatorum fortunam ..., ubique miscente se providentiae deterioris naturae quasi quodam -o (*fort. subest gr. μύσος, v. ed. Waszink in indice*). CLAVD. 5, 517 cui tanta *Rufini* -a quisquam supplicio conferre valet? 18, 431 (*agitur de eunuchis*) peregrina -a (pericula *var. l.*) ... pellantur ... Latio nec transeat Alpes dedecus (*429 sq.* urunt Italiam maculis). *al.*

2 *apud Christianos* (*Iudaeos l. 32; cf. e. g. p. 2071, 54. 69*): **a** *exempla varia*: IVVENC. 3, 168 quae ... e pectore promunt ora hominum, ... *possunt* inmundo ... hominem maculare -o. ZENO 1, 14, 7 quodvis ... -um, scelus, dedecus, nefas libenter admittit *avarus* (RVFIN. hist. 1, 11, 2 [*gr. ἐπιβουλῆς*]. 3, 7, 8 [*gr. τόλμαν*]). VVLG. lev. 19, 29 ne prostituas filiam tuam et contaminetur terra et impleatur -o. RVFIN. hist. 1, 9, 4 -i in salvatorem commissi ([*gr. τὰ ... τολμηθέντα*]. *de re eadem*: 3, 6, 28 [*gr. παρανομίας τε καὶ δυσσεβείας*]. PRVD. apoth. 544. *al.*). 2, 6, 3 pro -is salvatoris quae ... *Iudaeis* acciderint mala (*gr. τῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος τετολμημένων*). FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 12, 28 istud insanabile -um, *sc. peccatum originale.* EVSEB. GALLIC. hom. app. 1, 3 *Iudaeorum gens* immanis -i scelus anhelabat, *sc. necem Stephani protomartyris.* SACR. Greg. 156, 2 *Christus* a nostris nos -is exuens. CAES. AREL. serm. 203, 1 *resurrectione Christi* redit in lucem creatura ..., quae olim fuerat tenebrata -o. *et saepe.* **b** *-um fere fit doctrina vel fide perversa, prava sim.* (*vergit in notionem q. e. haeresis, opinio haeretica sim. e. g. l. 44. 50*): HIL. coll. antiar. p. 100, 16 si ... hereseos -o ... non tenerer (SVLP. SEV. chron. 2, 40, 1 Arriani ... publice haeresis -a praedicabant. 2, 45, 7). in psalm. 118 vau 1 p. 411, 8 *infideles* hoc adiciunt -i, ut *eqs.* PALLAD. c. Ambr. fol. 342^{v}, 6 dic ..., quod -um in fidei professione vidisti. HIER. epist. 61, 4, 3 quisquamne ... tanto -o totius orbis aures maculat? (c. Ioh. 8 l. 28 *haereticus ex ecclesia fugit,* ne t. audiret -um. *cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 5, 4 miror quemquam ... tantum -i velle committere, ut putet *eqs.*). SVLP. SEV. chron. 2, 39, 4 -a profiteri. PHOEBAD. c. Arian. 7, 1 'nemo unam substantiam dicat'; quod -um, quod facinus in hoc verbo? VINCENT. LER. comm. 7, 4 inmutatae fidei ac temeratae religionis -um. *al.*

piales *v. sub* phiale.

-piam *dicit adv. esse* SERV. Aen. 1, 207, *v. vol. VIII 862, 50; rectius inter μόρια τῆς ἐπιπλοκῆς τῶν μεσοπτώτων affert* DOSITH. gramm. 35, 1; *cf.* CLEDON. gramm. V 52, 14 quispiam ... prima parte declinatur, postrema non declinatur (*sim.* POMP. gramm. V 207, 36); -m enim quid est? nihil.

[vultures **piambant** GLOSS. I 93 (-anb- *cod. ante corr.*) *medii aevi est.*]

piāmen, -inis *n.* *a* piare. *de origine et notione*: SERV. auct. Aen. 1, 378 l. 13 piare ... antiqui purgare dicebant; inde etiam -a, quibus expurgant homines. [*falsa var. l.* OPT. PORF. carm. 9, 8. *contextu manco* CE 1921, 1 (*Romae, saec. V*) ⟨...⟩que -e saeptus.]

significatur id, quo piatur, purgatur sim. (*sive de ritu sive de ipso instrumento; c. gen. obi. l. 68 sq.*): **1** *in re sacra*: OV. fast. 2, 19 februa Romani dixere -a patres (piacula *var. l.; cf. 2, 23* purgamina. *2, 29* quodcumque est, quo corpora nostra piantur, hoc, *sc. februi,* ... nomen habebat). 2, 32 secta ... pelle Luperci omne solum lustrant idque -n habent (*2, 35* purgamina). 3, 333 (*Numa Iovi*) da certa -a ... fulminis (*v. 3, 339 sqq.*). **2** *in sananda lepra*: PRVD. cath. 9, 33 turgidam cutem repurgant vulnerum -a (*cf. e. g. Matth. 8, 3*).

piāmentum, -ī *n.* *a* piare. *de notione*: FEST. p. 213 (*suppl. e* PAVL.) ⟨piatrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita⟩, quam ... alii sagam, alii expiatricem vocant; et ⌞-a⌟, quibus utitur in expiando, alii purgamenta (⌞ ⌟ purgamenta et expiamenta *var. l.*).

i. q. piamen (*non nisi in re sacra vel superstitione; per gen. indicatur res,*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae piando placatur l. 10. 14, protegitur l. 8. 12, tollitur l. 3 [*si gen. ἀπὸ κοινοῦ*]): At. Cap. Fest. p. 238 qui *propudialis porcus* in sacrificio gentis Claudiae velut -um (pla- *cod.*) et exsolutio omnis contractae religionis est (*sim. offertur animal*: Apvl. met. 3, 2, 5 *ego* in modum eorum, quibus [qui *edd. vet.*] lustralibus -is minas portentorum hostiis circumforaneis expiant, circumductus [*cf. 3, 2, 9* velut quandam victimam]. *cf. homo vice hostiae fungens*: Sen. dial. 12, 18, 6 nihil ... querar, fuerim tantum nihil amplius dolituraе domus -um [*antea*: quidquid matri dolendum fuit, in me transierit]). Plin. nat. 25, 30 *herba* evolsa scrobem repleri vario genere frugum religio est ac terrae -um (*sim.* 25, 107 *verbenacam* colligi debere ... favis ante ... terrae ad -um datis [pavi- *var. l.*]). 37, 3 ut Polycrati ... felicitatis suae ... satis -i in unius gemmae voluntario damno videretur. *laxius de quolibet sacrificio*: Apvl. met. 4, 30, 2 (*loq. Venus*) communi nominis (num- *trad.*) -o vicariae venerationis incertum sustinebo (*cf. 4, 29, 4* in matutino *Psyches* progressu ... victimis et epulis Veneris absentis nomen propitiatur).

piant(h)em *v. sub* pyracantha.

piātio, -ōnis *f.* *a* piare. *i. q. actio, caerimonia piandi*: Plin. nat. 1, 15, 17 de insitorum varietate et fulgurum -e (*cf. 15, 57 fas non est* spinas inseri, quando fulgura piari non queunt facile). Schol. Stat. Theb. 4, 459 tria sunt in sacrificiis deorum loca, per quae -em facimus: scrobiculo facto inferis *eqs.* -o est *c. acc. c. inf.*: Plin. nat. 28, 27 in mensa ... id, *quod ex ea prolapsum est,* reponi adolerique ad Larem -o est.

piātor, -ōris *m.* *a* piare. *i. qui piat sim.*: Apvl. flor. 15, 20 *Pythagoras* fertur ... Epimeniden inclitum fatiloquum et -em (platonem *trad.*) disciplinae gratia sectatus (*cf. e. g. Arist. Ath. pol. 1*).

f. **piātrīx,** -īcis, *sc. ea, quae piat, v.* Fest. *supra p. 2072, 72.* [*olim coni. pro* plicatrix Plavt. Mil. 695.] *Breimeier.*

pīca, -ae *f.* [*significatur non animal femininum ut e. g.* capr-a, equ-a, *sed speciem a* pīcus (*q. v.*) *differentem; fort.* pīca < *peiḱā *cum apophonia formatum significavit 'ad* *pĭko- (*umbr.* peico) *pertinens': Meiser, Lautgesch. der umbr. Sprache, 1986, 47. Fo.*] Not. Tir. 111, 42 -a. *de notione*: Gloss. *κίσσα. κίσσα τὸ ὄρνεον.* Gloss.^{L} II Philox. pi 3 -a: *κησσα* (*κί-*) *καὶ* ⌞⟨3a pix:⟩ *πίσσα*⌟ (*cf. p. 2075, 74*). *legitur inde ab* Ov., Petron., Plin. nat. [*it. vet.* pica *et var. dial.; sard.* pika; *francog.* pie; *prov. vet.* piga *et var. francoprov., prov. vasc.; hisp.* picaza; *a* peca *hisp. vet. et dial.* pega; *port.* pega. *cf. M.-L. 6476. Battisti - Alessio IV 2899. Wagner II 260. Wartburg VIII 420 sqq. Corominas*^{2} *IV 523 sq. Machado*^{3} *IV 331. St.*] [*loco corrupto* Fest. p. 197.]

